

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + Keep it legal Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/





, ,

۰. ۲.

.

ŧ -•

PATROLOGIÆ **CURSUS COMPLETUS**

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OBCONOMICA, OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

> AB ÆVO APOSTOLICO AD INNOCENTII III TEMPORA FLORUERUNT;

RECUSIO CHRONOLOGICA

ONNIUM OUZE EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICZE TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA.

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS LECTIONIBUSQUE VARIANTIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS AVALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUIUS NOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTANQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM

ECCLESIASTICAN POLLENTIBUS, AMPLIFICATA DUOBUS INDICIBUS GENERALIBUS LOCUPLETATA : ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID UNUSQUISQUE PATRUM IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ TEXTUS COMMENTATI SINT.

EPITIO ACCURATISSINA, CETERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR : CHARACTERUM NITIDITAS CHART& QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUN NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTER SINILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTINQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIG SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES, Locos, linguas formasque pertinentibus, coadunatorum.

> SERIES SECUNDA, IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ LATINÆ A GREGORIO MAGNO AD INNOCENTIUM IIL

> > Accurante J.= P. Migne, BIBLIGTERGE CLERI UNIVERSE.

> > > CIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIZ ECCLESIASTICA RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA BINA EDITIONE TYPIS MANDATA EST, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. ---VERBUNT MILLE FRANCIS DUCENTA VOLUMINA EDITIONIS LATINÆ; OCTINGENTIS ET MILLE TRECENTA GRECO-LATINE. -- MERE LATINA UNIVERSOS AUCTORES TUM OCCIDENTALES, TUM ORIENTALES EQUIDEM AMPLECTITUR; HI AUTEM, IN RA, SOLA VERSIONE LATINA DONANTUR

PATROLOGIÆ TOMUS CLIX.

S. ANSELMUS EX BECCENSI ABBATE CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPUS, EADMERUS MONACHUS CANTUARIENSIS. GUNDULFUS ROFFENSIS EPISCOPUS. PHILIPPUS FRANCORUM REX. S. HUGO CLUNIACENSIS. WALRAMUS EPISCOPUS NUMBURGENSIS. GILBERTUS EPISCOPUS LUNICENSIS. **GISLEBERTUS ABBAS WESTMONASTERIENSIS.**

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM, IN VIA DICTA D'ANBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM. SEU PETIT-MONTROUGE.



1875, March 22. Bequest of James Walker, D. O., L. L. D. (H. U. 1814.) President of Harr. Univ.

1, 8, 1) 1, 8, 1)

Anal

SÆCULUM XII

S. ANSELME "S

EX BECCENSI ABBATE CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI

OPERA OMNIA

NEC NON

EADMERI MONACHI

HISTORIA NOVORUM ET ALIA OPUSCULA

LABORE AC STUDIO

D. GABRIELIS GERBERON

Monachi Congregationis S. Mauri

AD MSS. FIDEM EXPURGATA ET AUCTA

EDITIO NOVA, OPUSCULIS RECENS EDITIS ILLUSTRATA

Accedunt²auctores alii nonnulli quos Elenchus emanerat aversa pagina

ACCURANTE J.-P. MIGNE BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIÉNTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS SECUNDUS

VENEUNT 2 VOLUMINA 14 FRANCIS GALLICIS

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE KDITOREM IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETLE PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM EU PETIT-MONTROUGE

1854

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOU TOMO CLIX CONTINENTUR.



S. ANSELMUS CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPUS

(OPERUM	TERTIE	PARTIS	CONTINUATIO.)
---------	--------	--------	---------------

0

 $\hat{}$

Э

 \sim

 $\hat{}$

۰.,

Epistolæ. Appendix spuriorum	col.	9 271
EADMERUS CANTUARIENSIS MONACHUS.		
Vita'S. Anselmi.		345
Historia Novorum.		ibid.
/ Liber de excellentia Virginis Mariæ.		557
De quatuor virtutibus que fuerunt in beata Maria ejusque sublimitate. Liber de beatitudine cœlestis patriæ.		579 587
Liber de S. Anselmi similitudinibus.		605
Vita S. Vilfridi.		709
- S. Bregwint.		753
		761
- S. Dunstani. - S. Odonis.		785 789
Epistola ad Glastoniense.		789
Epistola ad monachos Wigormenses.		80 /
GUNDULFUS ROFFENSIS EPISCOPUS.		
Epistolæ.		835
PHILIPPUS FRANCORUM REX.		
Epistolæ.		837
S. HUGO ABBAS CLUNIACENSIS,		
Epistolæ.		927
Statuta pro Alphoaso rege.		945
— pro Lamberto S. Bertini.		ibid.
Exhortatio ad sanctimoniales.		947 949
Commonitorium ad successores suos. Imprecatio.		951
WALRAMUS EPISCOPUS NUMBURGENSIS.		
Epistolæ.	1	985
De vita S. Leonardi confessoris.		993
GILBERTUS EPISCOPUS LUNICENSIS.		
De usu ecclesiastico.		995
De statu Ecclesiæ.		998
Epistola ad Anselmum.		1003
GISLEBERTUS CRISPINUS ABBAS WESTMONASTERIENSIS.		
Disputatio Judzi cum Christiano.		1005

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

OPERUM SANCTI ANSELMI TERTIE PARTIS **CONTINUATIO**

EPISTOLARUM

LIBER TERTIUS

EAS CONTINENS QUAS SCRIPSIT CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPUS

EPISTOLA PRIMA.

ANSELMI AD MONACHOS BECCENSES.

Se quanumvis reluctantem electum esse Cantuariæ archieviscopum. Cui electioni ut consentiant ipse snadel.

362 Suis dilectissimis et desideratissimis domnis fratribus et filiis, servis Dei Becci commanentibus, frater ANSELMUS, post Deum corde suus illorum : sancti Spiritus semper regi consilio et consolatione gaudere.

Quæcunque scripta vel dicta communiter, vel singuli de affecta cordis vestri mittitis dilectissimo et desideratissimo vestro, et que nec lingua potest exprimere, nec calamus, omnia expresse et aperte scripta sunt in corde meo. Insuper et multa alia ex affectu et intellectu meo, que utinam similiter B aliqui de me aliter suspicantur, quam mea de se scripta et expressa essent in corde vestro. Ibi, scilicet, in intimis meis, ibi ea lego et relego, volvo et revolve sæpe coram Dee. Qued que affectu faciam, videt ipse intus et foris; testantur lacrymæ meæ, et voces, et rugitus a gemitu cordis mei, quales nunquam de me illo dolore memini exiisse ante diem illam, in qua sors illa gravis archiepiscopatus * Cantuarize visa est super me cecidisse. Quas voces, gemitus, ut pute, non simulaverunt confectiones, sed gla dii deloris animam meam * penetrantes * extorserunt. et adhuc extorquent confixiones. Quod ignorare nequiverant illi qui ca die vultum meam inspezerant, guando me episcopi et abbates, alique primates ad ecclesiam trabentes reclamantem et contradicentem rapuerunt, ita ut dubium videri posset utrum sanum C insani, an insanum traberent sani; nisi guia illi canebant et ego magis mortuo quam viventi colore similis stupore et dolore pallebam; et illi, qui postea ipsa dies me inusitate lugentem, dolore rationem superante, cura intente mihi licuit cogitare et vestram dile-

A crionem, et onus quod mez imbecillitati impeaebatur, de longe audientes accurrerunt, et videntes me aut animam ant sensum amissurum timperunt; et bee timore aqua benedicta me aspergentes, cam milipotandam porrexervat. Forsitan mihi erubescendum est, quía vulnera doloris sic animam meam totani intentam in scissuram sui ab animabus vestris et in grave periculum suum superaverunt, et adhuc sic" superant, ut gemitus profundos fluentibus lacrymis sæpe toleret. Sed certe non erubesco confiteri quia timor Dei et charitas hominum, maxime vestra, sic eam vulneraverunt et vulnerant. Ouæ omnia testimonium perhibent conscientiæ meæ, quo desiderje quave procuratione exspectavi celsitudinem et onus archiepiscopatus, et quo gaudio suscipio. Quod si conscientia coram Deo judicet, consolatur me quia pro minimo mihi debet esse ut ab illis dijudicer, aut ab humano die. Et quia hanc vitam transituri sumus per infamiam, et bonam famam, ut seductores . et veraces, sicut qui ignoli, et cognoli, tantum conscientia mea non me accuset 7 ante Deum. Huic autem de me electioni imo violentiæ, hactenus quantum potui, servata veritate, reluctatus sum; sed jam velim, nolim, cogor fateri quia quotidie judicia Dei magis ac magis constui meo resistunt, ut jam nullo modo videam me ca posse fugere, nec sine gravi maio corporali et spirituali ex utraque parte, nec sine ira Dei intentionem conceptam me posse, aut ullum alium, aliquatenus impedire. Unde jam non tam hominum quam Dei, contra quem non est prudentia aut fortitudo, victus violentia, hoc solo intelligo me uti debere consilio, ut postquam oravi quantum potui et conatus sum ut, si possibile esset. calix iste transiret a me, ne biberem illum, et orationem meam videns repelli conatumque frangi, jan

VARIAE LECTIONES.

* Collala, ut sequentes, cam ms. 1 exemplari Victorinis compacto in Codice Ef. 20 * Gravis Archiepiso. ms. gravius Archiepiso. * Animam mea ms. animam meam * Penetrantes ms. penetrantis * Et contradi comstem ms. reclamantem et contradicentem * Et seductores ms. ut seductores * Excuset ms. accuset

PATROL. CLIX.

tu vis. Cum enim ex utraque parte Deum timeam ; nec aliquid nisi Deum, et homines propter Deum, utrinque^{*}, diligam, nihil mihi puto tutius in re tam periculosa quam ut, meum sensum et voluntatem postponens, me sensui et voluntati Dei penitus committam.

Et quamvis in bac re mibi nimis sit grave dare et vobis accipere consilium quod contra meum 10 et vestrum affectum sit, tamen quia ego et vos magis sumus Dei quam ego vester, aut vos mei : sive enim vivimus sive morimur, Domini sumus (Rom. xiv, 8), non audeo in causa Dei, et in tanta necessitate mihi commissis ad consulendum, quidquid homines suspicentur, meum coram Deo subtrahere consilium. Consulo igitur dilectissimis dilectoribus meis ut nulla res faciat vos pertinaciter ordinationi Dei obviare, B quia quasi peccatum hariolandi est, nolle acquiescere (I Reg. xv, 23); et : Durum nimis est, contra Dei stimulum calcitrare (Act. 1x, 5). Ad hoc enim res ista indubitabiliter judicio Dei perducitur, ut necesse sit me, si quid boni Deus dignatur 11 per me operari, servire et prodesse vobis, et multis aliis; aut omnino nec mihi, nec vobis, nec aliis; non deficiente . voluntate, sed potestate.

Quod si ob vestram pertinaciam contigerit, facietis senectutem meam in inconsolabili tristitia deduci et 363 deficere, propter magua et multimoda mala quæ inde sequentur, et mibi et vobis juste videbuntur imputari, etiam ab iis qui modo ea non prævident. Si enim sciretis ipsa sola dilatio quanta mala jam fecit corporibus et animabus, et quam exsecrabilis C Dominum Deum tuum (Matth. 1v, 7). Quid nanque illa sit, et illi pariter per quos fit, melioribus et prudentioribus, ipsi quoque populo Angliæ, puto quia et vos (si inhumani non estis) eamdem dilationem exsecraremini 12. Mirum forsitan vobis videtur quod dico; et multi qui me intus non vident et præcipites sunt alienas conscientias, quas ignorant, judicare: de me perversum aliquid judicabunt, quia sic vobis de hac re loquor. Sed coram Deo loquor, cui revelo viam meam, et spero in eo, ut ipse faciat (Psal. xxxvi, 5) quia non me accusat coram eo conscientia mea anod me concupiscentia terrenarum divitiarum. aut celsitudinis, ad hæc dicta trahat.

Si quis deinceps aliter de me senserit, puto quia adversus veritatem erit, et Deus mihi testis adversus illum erit. Valete; et Dominus, qui dirigit mansuetos D in judicio, et docet non rigidos 18 (Psal. XXIV, 9), sed mites, vias suas, dirigat sensus vestros et voluntates in hujus negotii judicio.

EPISTOLA II.

OSBERNI AD ANSELMUM.

Ei consulit humiliter subire onus Cantuariensis archiepiscopi.

· Domino sanctissimo, charissimo electo Anglorum.

dicam Deo Verumtamen non sicut ego rolo, sed sicut A archiepiscopo Anskluo, suus quod semper erat, et semper esse desiderat servus, et filius, frater Ospen-NUS; ita rectis consiliis agi, ut Deum recta consilia dantem valeat promereri.

> Cum te, charissime domine, in omni veritatis cognitione scientissimum esse sciani, mirum valde quod in hac sola re sic omnimoda veri cognoscendi scientia aufugerit, ut quod Deo placitum sit in eo. quod communis de te sanctæ ecclesiæ sententia tulit, ignorare possis. Aut si animus tuus in hanc potissimum sententiam vergit, ut quod generalis electio, vel omnium, vel certe quam multo maxime plurium, et eorum sapientissimorum, Deo placere clamat, solus tudisplicere contendas, verendum, pretiosissime domine, ne præ omnibus hominibus melior sanctiorque videri velle videaris, dum quod illi rectissime intelligunt, rectius quasi a te intellectum defendere coneris.

> Ut enim in offenso dulcissimo mihi amore tuo loquar, aut cunctis, quod non credimus, meliorem te fateberis, quippe cui soli revelatum est quod universæ Anglorum Ecclesiæ fas non erat revelari; ant facias necesse est quod universalis Anglorum Ecclesia " suadet, hoc est, ut pontificalis infulæ principatum inter beatos apostolos suscipere non renuas.

> Sed forte exspectas Deum majoribus, quod cœpit. induciis probaturum : non ausim dicere, propterea quod te sapientissimum scio; sed timeo ne talia quærenti ex obliquo respondeatur : Non tentabis insignius ad te eligendum ostenderet Deus, quam, ut tu promovereris, regem triumphis nobilem, severitate cunctis formidabilem, lecto decubuisse, ad mortem usque ægrotavisse; te autem provecto, statim eumdem respiravísse, convaluisse, atque ex fero et immani mitissimum pariter ac mansuetissimum redditum fuisse ? Quid, inquam, aut effectum dulcius, aut ad innocentiam præstantius, quam te ante lect m ægrotantis violenter pertractum; dextram aliorum dextris impudenter de sinu extractam sinistram 18, ne sororem juvaret, fortiler retentam virgam, cæteris digitulis pertinaciter occlusis, pollici atque indici crudeliter impactam, post hæc toto corpore e terra te elevatum, episcopalibus brachiis ad ecelesiam deportatum, ibique, adhuc te reclamante, et importunis nimis obsistente, Te Deum laudamus esse cantatum ?

Quid, inquam, vel ad divinas laudes magnificentius, vel ad humana spectacula gaudentius, quam quod in tua electione, exclusis omnibus transactæ tempestatis afflictionibus, omnia ad proprii juris possessionem veluti jubileo termino cucurrerunt 16, dum vincti ad expeditionem, carcorati ad lucem, ca-

VARIÆ LECTIONES.

⁶ Utrumque ms. utrinque ⁹ Et accipere ms. et vobis accipere ¹⁰ Circa meum ms. contra meum ¹¹ Digna-tur ms. Deus dignatur ¹⁹ Execramini ms. execraremini ¹⁸ Rigidas ms. rigidos ¹⁴ Universalis. Ecclesia ms. universalis Anglorum Ecclesia ¹⁵ Extractam, virgam ms. extractam; sinistram, ne sororem juvaret, fortiter retentam; virgam 16 Concurrerunt ms. cucurrerunt

otivi ad libertatem, oppressi dirissimis exactorum A ipsi flagitiosissimum corruptionis negotium meditati furoribus redierint ad erectionem.

Omnia hæc te loquuntur, tibi famulantur, tuis meritis ascribuntur. Quod si omnes hæ divinæ blanditiæ ad consentiendum te non excitaverint, profecto noveris districta animadversione æquissimum judicem tecum acturum, taliterque in die extremi judicii 17 adversum te propositurum : O homo meis uberibus nutrite, meis virtutibus ditate, meis doctrinis illuminate, meis honoribus sublimate, guam tibi molestiam ingessi, ut me præceptorem fugeris, monitorem contempseris, imponentis mei jugum erecta cervice abjeceris ? Nonne satius erat nihil mihi de tuo contulisse, quam quæ mea fuere crudeliter abstulisse? Annon constabat per tuam negligentiam ablatum, quod per tuam mibi diligentiam non est allatum? Cur non cogitabas 18 iulinita hominum millia te occidisse, dum paucorum volebas saluti consulere? Ecce ctenim isponsa mea, sancta Cantuariensis Ecclesia, apostoli mei Petri benedictione a principio sanctificata, piissimo piissimi Gregorii studio nobiliter fundata, SS. Bonifacii, Honorati, Vitaliani, Agathonis 19, et cæterorum orthodoxorum Patrum singulari semper privilegio donata; ad quam, salva Romanæ el apostolicæ sedis auctoritate, omnium circa regiosum Ecclesiæ in suis oppressionibus confugere, aque ab ea tuendæ " libertatis præsidia expetere simul ac suscipere solebant; ecce illa talis omnium peripsema effecta, onmium pertranscontium pedibos conculcata, non solum nulla perditæ libertatis, jura " cæteris restituere, sed nec sua multo tempore valuit illibata custodire. Homines autem, quos ei ad custodiam castitatis deputavi, a quibus servandæ integritatis illius fidem accepi, non modo ipsi nihil defensionis adversus alios incasti cupidos paravere, imo 14

sunt. Cumque illa, non immemor guam fuerit magno acquisita, quam legibus convincta si, quam denique sa muneribus dotata, reluctando succlamasset, illi, abreptis ornamentorum suorum vestibus, nudam, venalem et confusione plenam eamdem reliquerunt. Exclamat itaque multiplex filiorum caterva, quos in lavacro secundæ nativitatis ipsa mihi genuerat, et intra gremium sanctæ dilectionis tenerius nutrierat, maternæ cupiens verecundiæ mederi, ejusque nuditatem oppanso velamine tueri. Ecce qui matrem afflixerant, gravioribus in filios molestiis desseviunt, dum hunc ab uberibus raptum miseranda cæde discerpunt, illum ferrugiendo stridore premunt, alter cæca latibula inhabitat; alius longa exsilia deplorat. Quodque ad scelus præcipuum fuerat, dum se adulteri homines scelerata calliditate innocentes prodere vellent, in tantum apud terrenas potestates odium matrem cum prole adduxerunt, nt quicunque eos interficeret, obsequium se præstare Deo arbitraretur. Ultimum vero et quasi palmare totius mali flagitium exstitit, cujus radix si in lucem solis hujus perlata fuisset, non solum hanc exhorreret Christianus, verum etiam omnis exsecraretur paganus, Judæus, stque hæreticus. Ego autem ultra non ferens tantam sponsæ meæ calamitatem ex tota 14 hominem plenitudine te, Anselme, elegi, atque ad selandum pro **364** me amicum sponsi exhibui, doctrinam contuli, virtutem largitus sum. Præmonstravi oraculis, comprobavi miraculis; verum tu mihi prætulisti Normanniæ comitem, Deo vermem, viventi mortalem, latitudini Anglorum angustæ solitudinis nidum. Excessit ne animo Petrum apostolum Antiochiæ intronisatum, nec tamen ullorum singultibus, ne Romanos experiretur (1) furores, præpeditum? Cur te fugit

÷ .

۰.

VARIÆ LECTIONES.

¹⁷ Die judicii ms. die extremi judicii ¹⁸ Cogitabas ms. cogitabis ¹⁹ SS. Bonif. Honor. Agathonis ms. SS. Bonifacii, Honorarii, Vitaliani, Agathonis ²⁹ Tenendæ ms. tuendæ ²¹ Cura ms. jura ²³ Convincta 33 Gonvincia ms. conjuncta 38 Quamque denique ms. quam denique 36 Ex toto ms. ex tota

JOANNIS PICARDI

Ecclesiæ S. Victoris Parisiensis Augustiniani canonici

NOTÆ.

(1) Romanos experiretur. D. Anselm. epist. 7, infra, aperte dicit D. Petrum Romam migrasse. Id tamen adhuc nescitur a nostris et Germanis et Anglis Gnosticis. Dolendum profecto homines, sibi D nomine) professione. Argo oculatiores, in base exciores talpa, nondum vidisse apud Iren. lib. vm, cap. 4 et 3. Tertul. lib. De bapt., De præscription.; lgnat. ad Mariam, Cas-siod., Euseb. Cæsar. lib. n., Hist. Eccles., Ruffino interprete, cap. 14, 15 et 25; Epiph. hæres. 27; Ambros. lib. m. De Sac., cap. 4. Hieron. in Catal.; Outor. Wildrift ib. vv. August. De barges ad Oug Optat. Milevit. lib. 11; August. De hæres. ad Quodvultdeum hær. 1, Cont. lit. Petil. lib. 11, cap. 51, et alios quamplures, quos lubens sileo, ne manifestior fiat coruin cæcitas.

Quis igitur non faciat risum plusquam Democriticum de illa ridicula thesi agitata a Germanis, iisque Lutheranis anno 1520, An Petrus Romæ fueris? ut notatum est in Schol. margin. ad abbaiem Usperg. ubi de Petro. Et ejus quidem positionis negantem partem propugnat impudenter et (de more) falso Joannes Baleus Anglus Sudolvogius, peregrinusque apud Germanos (ut gloriatur, hancque ob causam Germanis theologastris a me conjunctus) pro Christi (sic Antichristum specioso Christi mentitur

Porro ipsissima sunt ejus verba, centuria prima. Script. Britann. pag. 16, edit. Basil. 1557 : « Petrus cum ex Christi Domini jussu ac præcepto circumcisionis apostolus fuerit, Gal. 11, æquum profecto non erat ut, relicto Judzeorum grege, 25 annis (ut somniant papistæ) apud gentes incircumcisas Rumæ sederet, aut illis gentilium regum more imperaret. In Judzea ergo ac finitimis regionibus, Christi mandato obstrictus permansit, prædicans in maritimis urbibus Evangelium regni Dei, quod et ipsa testantur miracula quæ per illum Deus operabatur. Nam Lyddæ paralyticum Æneam sanitati restituit; Tabitham Joppe a mortuis excitavit. In Cæsarea Cornelium Centurionem baptizavit, atque alia plura fecit. Quæ omnia declarant illum nec sedisse, nec mortem oblisse Romæ. Unde Bapt, Mantuanus in vi Fast. libro.

Pauli caput Miletinorum atque Ephesiorum fletibus A ptione rudem, derelinquere tentaverit. Idem beatisirroratum; nec tamen a sulcando æquore, quod eum ad exteras transmitteret nationes, prohibitum? Rogo, hominum sapientissime, si talibus te sententiis judex. impeteret, nonne, rationum pondere pressus, Parce, judex, clamares **? Jam vero, si illam, cui tu noviter attitulatus es, Ecclesiam non tanti apud Deum meriti esse dixeris, grande ejus meritum licet agnoscas **. Laurentium namque archiepiscopum multo verbere a præfato apostolo novimus flagellatum, propterea qued, paganorum metu conterritus, fugam inierit, et camdem Ecclesiam adhuc in fidei perce-

simo confessori Christi Dunstano av idem apostolus cum coapostolis Paulo et Andræa splendens apparait, eique tradens gladium verbo Dei inscriptum, futurum illum, ut postea evenit, ejusdem Ecclesiæ pontificem præfiguravit. Quod si tanta Christi et apostolorum dignatio super camdem Ecclesiam ab initio fuisse perhibetur, magno tibi providendum est opere, qui sanctissimam scientiam habes, ne hujus dignationis participium refugias, cum neque sis privata gratia exhibitus, neque mercenarius, neque Simonis discipulus, sed quem et divina vocavit electio, et aposto-

VARIE LECTIONES.

³⁵ Paria, judex, reclamares ms. parce judex, clamares ³⁶ Ignoscas ms. agnoscas ³⁷ Confessori Dunstano *s. Confessori Christi Dunstano

JOANNIS PICARDI NOTÆ. B

Urbibus Assyriis Christi post sunera, postquam In cælum reditus, bis septem dicitur annos Impendisse, gravi vexans mala numina bello. Mox maria ingressus, longague ambage viarum Circumlatus, iter vertit Bithynica versus Littoru, Cappadoces, Galatas, Pontumque pera-[grans :

Quotquot erant illis Judæa ab origine regnis Edocuit Christum, veterique retraxit ab usu.

Hieronymus etiam atque Lyranus super illa Christi verba : Ecce ego mitto ad vos prophetas ac sapientes, etc., asserunt Petrum fuisse a Judzis Hierosolymz crucifixum, quod et illis verbis aptissime respondet.» Sic quidem Baleus : sed utrum sic se habeant hæc, videamus. Imprimis Evangelium, Petro creditum, non sic conclusit Christus intra Ecclesiæ Judaicæ parietes, ut ad geutilium aures non pervenerit : Imo Act. x, per vas quadrangulum cœlitus allatum refertumque impuris animantibus, jussus cst Petrus ctiam ipsis gentibus evangelizare. Hinc postea illis C audientibus professus est Deum non esse acceptorem personarum, sed cujuslibet gentis justum ei placere : ut qui dominetur universis. Quamobrem ait Lucas ibidem, cap. x, sub finem. Obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro: quia et in nationes gratia Spiritus sancti effusa est.

Mantuanus vero, a Baleo citatus, ne verbulum quidem habet de Petri morte aut papatu, tantum abest ut neget, præterquam quod nullam urbium a se recensitarum in Palæstina reperias, quod gravissimo est argumento Petrum reliquisse Judæam, ut incircumcisas doceret gentes, contra Balei men-tem et judicium. Nanı ut divino jussu aliquandiu Judæos, sic et eodem postea ethnicos docuit. Quod autem Mantuanus senserit et scripserit D. Petrum Romæ necatum fuisse, liquet ex lib. 1 De agone D. Dionysii Areopagitæ, quem multo labore Romam venisse describens magistri sui D. Pauli visendi ergo, ait :

Sed fuit eventu clausus labor ille sinistro, Nam licuit paucis, heu ! præceptore, diebus El sancio sermone frui, quia fata repente Demersere novi duo maxima lumina mundi . Vidit ab excelso Petrum suprema trahentem (Heu facinus visu horrendum !) suspiria ligno.

Rursusque in x Fastorum de eodem Dionysio sic canil :

Per freta devenit Romam post funera Petri, Post obitum Pauli, qua tempestate tenebat Naviculam Petri Clemens Romanus, etc.

Scd Baleum suis conficianus armis ; nam vi Fastorum citato (vide hominem ipso mendacio mendaciorem) ait Mantuanus de Petro loquens :

Multa mari et terris discrimina passus ad urbem Romuleam, mundi dominam rerumque potentem. Venit, ubi aterni jaceret primordia regni.

llieronymi locus indicatus, et a me integre religioseque exscriptus, iterum traducet Baleum ipsis etiam Cretensibus mendaciorem. Hieronym. lib. 1v Comment. in Matth. ad caput XXIII, explanans evangelistæ verba : Et ex illis occidetis, et crucifigetis, et fagellabitis, subjungit varia esse dona discipulorum Christi. « Alios, inguit, prophetas, qui ventura prædicant; alios sapientes, qui noverunt quomodo debeant proferre sermonem; alios Scribas in lege doctissimos : ex quibus lapidatus est Stephanus, Paulus occisus, crucifixus Petrus, flagellati in Actihas apostolorum discipuli, et persecuti cos sunt de civitate in civitatem expellentes de Judza ut ad gentium populum transmigrarent. > Sic Hieronym. qui ne apicem quidem de Petro in Judæa crucifixo in ne apicent quitern de Petro in Judza crucinxo scripsit; quin potius, si ejus verba ad unguem ex-ploremus, Petrum a Judza expulsum, sicque ad ethnicos emigrasse habemus. Quod si quis Balei nomine perfractius inficietur, jurc efficiam et D. Paulum in Judza peremptum fuisse : interea recla-mantibus antiquissimis probatisque Historiographis. Stephanum autem saxorum grandine obrutum narrat Act. apostol. lib. Verum nec mili nec Baleo, sed ipsimet Hieronymo (qui litem videtur excitasse) judicium deferatur : In Scriptoribus ecclesiasticis ait : « Simon Petrus et princeps apostolorum, post episcopatum Antiochensis Ecclesiæ, et n Claudii aono, ad expugnandum Simonem Magum Romani pergit, ibique xxv annis cathedram sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis. Rursum ad Damasum papam. Mihi cathedram Petri, et Adem apostolico ore laudatam, censui consulendam.) Et post pauca : « Cum successore piscatoris et discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi D Christum sequens, beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri, communione consocior super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. > In Comment. in Epist. ad Galat. in illud ipsum caput ex quo Baleus perpetuam in Judza mansionem constituit, D. Petro, observans D. Hieronym. pleraque desiderari in bistoria Actaum apostolorum addit illud postre-mum inquiens : Denique primum episcopum Antio-chenæ Ecclesiæ Petrum fuisse accepimus, et Romam exinde translatum; quod Lucas penitus omisit. Ex-putit mis or activities penitus omisit. pedit mibi ex catalogo scriptor. ecclesiast. testimo-nium haud aspernandum, quo Hieronym. ait : Cle-mens, etc., quartus post Petrum Romæ episcopo, etc. Lyranum, quia eadem cum Hieronymo dicii, prætereo, contentus detexisse impudentem Balei malitiam.

lica informavit institutio. Przeterca, quamvis moni- A tore aoa egeas, pro affectu tamen monere te audebo, nt nibil inconsulte agas, nes alieno multum a nobis consilio, sive id consegratione sua sit, sive in rebus Ecclesize dandis aut mutandis, ideo quod novimus sanctissisoum predecessorom tuum multa primo adventus sui tempore ordinasse, qua omni tempore postmodum sibi displicuere. Sunt enim plures qui circa destructionem Ecclesia samper faboraverunt, qui nune putant quam maxime se regnatures, dicentes te cum Deo semper acturum, res Ecclesiæ non curaturum, quasi res Ecclesiæ curare non sit cum Beo agera. Sed, Deo auxiliante, cum te cognoverint, quemadmodum ego, puto illos secus dicturos ac sensuros. Jam punc repeto omnibos medullis quod promisi salutando, erans fleum ita te rectis consiliis agi, ut Beum recta consilia dantem valezs promeveri, Bomine sanctissime, sapientissime, et super omnes animo. dulcissime.

EPISTOLA III

GONDULTI ENISCOPI AD MONACEOS DECCENSES.

Ut non tristentur de erepto sibi abbate Anselmo.

GONDULFUS gratia Dei Roffensis episcopus, dominis et amicis suis charissimis, servis Dei, Becci consistentibus, salutem et fideles orationes.

Charissimi, vestræ dilectioni cognitam est quantum temporis sit ex quo Anglica Ecclesia proprio est orbata et destituta pastore, atque omni paterna desolata consolatione. Sed Deus ploretus orphano-. C Dei, et archiepiscopus noster religiosa et ecclesiastica rum, gemitus et suspiria hactenus longissima viduarum, preces quoque fidelium suorum miseratus exaudiens, tandem sua gratia eam consolando visitare dignatus est. Ipsius namque inenarrabili potentia operante, dedit Dominus noster rex Anglorum consilio et rogatu principum suorum, cleri quoque et populi petitione et electione, domino abbati Anselmo Cantuariensis Ecclesiæ gubernationem. Quod quidem piissima Dei operatione et ordinatione factum esse non dubium est. Qua propter humiliter mandamus, et vehementer precamur, ut fratres charissimos, quatenus omnem tristitiam vel cordis indignationem, si qua est, deponentes, divinæ voluntati, operationi, et bonorum virorum electioni neguaquam resistatis, sed Deo gratias agentes, quod factum est, cum p est, et multum hoc nostræ profuturum est Ecclesiæ, gaudio et bona voluntate concedatis. Est etiam aliud quod vos latere non debet. Impediri quidem res ista fortassis ad tempus potest, omnino autem remanere nullo modo potest. Verum enim dico vobis, notitia et consilium hujus rei multum processit, et sine dubio usque ad sedem apostolicam jam pervenit. Utimini igitur sapienti consilio, et per charitatem facite sine dilatione, quod quandoque facturi estis sine dubitatione. Valete.

EPISTOLA IV. ANSELMI AD MONACHOS BECCENSES.

Ut ipsi Anselmo et regi scribant se ultro consentire electioni illius in archiepiscopum Cauluariensem.

Dominis, et fratribus, et filiis dilectissimis monachis Beccensibus, dilectissimus et abbas eorum, fraler Ansalaus : continua Dei protectione, et consolatione gaudere.

Quod humiliter per dominum Balduinum et dominum Tesonem petivistis, et si præsens essem, supplici devotione per vos petivisselis, paterno et pio affectu ** omnibus petentibus, ut filiis dilectissimis, concedo quod ex me est, et oro Deum ut ipse misericorditer concedat quod ex ipso est. Cum de sorte archiepiscopatus, quæ super me divina cecidit dispositione, loquor vobiscum, valde alienum et a me et a vobis videtur, si consideretur mutaus noster affectus », me vobis inde consulere, et vos mecum consilium accipere. Si quis consideret quia plus Deo quam nobismetipsis debemus, non ei mirum videbitur, si ego in causa Dei commissis mihi ad consulendum, quos nullo modo eisdem ipsis testibus, a recto volo deviare. consulo contra meum ** et illorum affectum, secundum voluntatem Dei. Benefecistis, quia concessionem vestram mihi per domn. Tesonem mandastis, quandoquidem res nec per me vos mutari potest; scd melius facietis, si per epistolas unam regi, siteram mihi mandabitis quia quod Deus dignabitur de me disponere, et idem rex et omnes qui Domini sunt Ecclesiæ nostræ ordinaverint secundum timorem ratione jusserit, et mihi videbitur, humili devotione propter timorem Dei conceditis, et me Deo et Ecclesiæ ejus committitis. Hoc retento, ut, in quantum possibile vobis erit, nostro semper fruamini, quamdiu vivam, consilio. Hoc consulo, hoc hortor, quia sic oportet fieri, ut et vos plus voluntati Dei quam vestræ subditos esse ostendatis; et regis gratiam, quæ vobis necessaria est, sine omni proficuo, imo cuin damno maximo non perdatis, et mentem meam multis molestiis onustam, onustiorem dissensione vestra non faciatis. Comitissae Lermendensi, quae ad vos venit⁴¹, ut audivi, larga et benigna voluntate honorifice omnibus modis, quibus potestis, secundum voluntatem ejus servite. Grandis enim vester honor sicut spero; illam ex nostra parte dulciter salutate ». Valete.

365 EPISTOLA V.

OSBERNI AD ANSELMUM.

Ut acceleret suam inaugurationem.

Domino sanctissimo, Patri dulcissimo, jam nunc, quod non sine desperatione dico, Anglorum archiepiscopo Anselwo, servus et filius suus Osbennus : salutes luctu et lacrymis plenas.

VARIÆ LECTIONES.

meum

²⁰ Et pro affectu ms. et pio affectu ¹⁹ Vester affectus ms. noster affectus ²⁰ Circa meum ms. contra-eum ²¹ Ad nos venit ms. ad vos venit ²³ Salutate ms. salutate. Valete.

Quousque, dulcissime domine, desideria nostra A bis expetebatur concessione **, omnes in unum suspendis? quousque animas nostras tollis? Si tu es qui venturus es, veniendo ad nos, ostende; nec velis diutius bonum differre, quod ab æterno consilio profectum humano generi Christus dignatus es impertiri. Alioquin, nii dulcissime, commovisti terram et conturbasti eam; poliusque esset mortis non dispendia sustinuisse, quam super tuo nomine aliquid unquam accepisse, Quid enim putas, qui luctus, quæ lacrymæ adversum te hodie funduntur **, quæ ante hoc tempus in conspectu Dei profundebantur? Quæ major potest esse miseria, quam homines, quibus quasi noxiis humoribus corpus Ecclesiæ gravabatur, nuperrime vidisse exclusos; et nunc eosdem non modo exclusos, verum etiam videre corpori Ecclesiæ incorporatos? Puta, mi dulcissime omnium, adver- B sum te istas esse querelas. Hiccine est ille, de quo tantum gaudebamus, de quo tani magna audiebamus? Ecce quomodo nos decepit, quomodo animas nostras interfecit. Expectavimus 34 pacem, et non est bonum; tempus medelæ, et ecce clamor. Hiccire est ille, quem Osbernus hos tredecim annos ad populum tantopere laudavit, quem in omni sermone magistrum et sanctissimum et sapientissimum prædicavit? Ecce quomodo fecit novissima nostra pejora prioribus. Credas, nunquam hæc desinent dici, nisi desieris elongari. Veni ergo, tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum; festinandum tibi 38 est, princeps esto noster. Erit hoc Deo ad laudem, tibi ad mercedem, nobis ad vitam, Recuperemus in te quod in mortuo sanctis- C simo Patre Lanfranco nos cum toto mundo perdidinus : quem mortuum semper dolebimus, quoad usque illum in te viderimus. Deus omnipotens, quicunque Anselmum ab incepto præpedierit, anathema in medie hominum sit. Credas me in maxima lacrymarum alluvione ista scripsisse et usque ad mortem sollicitum de te esse. Mater et omnes filii te salutant.

EPISTOLA VI.

MONACHORUM BECCENSIUM AD ANSELNUM.

Beccenses Anselmum concedunt Ecclesia Cantuariensi.

Dulcissimo domino, et Patri suo, divinitus sibi olim dato, abbati Anselno, humiles Beccensis Eccles æ servi, et filii sui : continua Dei in omnibus viis suis protectione dirigi semper et muniri.

Audita concessione domini nostri Northmanniæ principis, jet archiepiscopi . nostri Rothomagensis, quain de vobis ad petitionem regis Anglorum et omnium fere ejusdem gentis principum fecerunt, ut ad culmen, scilicet, promoveamini archiepiscopatus, pro ca etiam quæ ad nos de vobis pertinebat, et a no-

congregati sumus, unusquisque nostrum de sua sententia ab eo qui præsidebat nominatim est requisitus. Multa hinc et diversa nobis sensa et dicta sunt, quæ modo replicanda et exponenda vobis minime * sunt : Anem tantum ipsius rei propter quam convenimus, breviter vobis intimabimus. Pars quædam nostrum, quamvis pro dulci et unico pietatis orga vos affectu valde dolens atque tristis, propter Dei tamen metum, cujus id nutu atque consillo. agi, creditur, libenter ad honorem et commodum Ecclesiæ Dei, secundum quod vos etiam consulilis, quod de vobis petitur concedit; pars vero nostrum altera, suo potius quam vestro utens atque fidena consilio ardentiori; atque, ut sibi videtur, rectiori 38, amoris vestri zelo, minime id concedit, nec ad concedendum ulli majorum se sive minorum persuasionibus aliquo modo acquiescit. Quæ autem pars alteram, aut numero aut ratione præponderet, domnus Lanfrancus, qui interfuit, et omnia hic apud ** nos gesta sive dicta et vidit et audivit, plenissimo per seipsum et sufficienter vobis dicet. Nos enim ista succincte et celeriter multum dictamus, quia urget nos 46 festinans lator præsentium, ut sic agamus. **Omninotens Deus vitam vestram in beneplacito suo** recte disponat, et ad communem fidelium suorum utilitatem et gaudium, diu eam in præsenti custodiat. Amen.

EPISTOLA VII 44.

ANSELMI AD MONACHOS BECCENSES.

Ægerrime fert se a Beccensibus esse distractum, nec juxta quorumdam malevolorum calumnias ficta humilitate recusasse archiepiscopatum.

Suis dilectissimis domino priori BALDRICO, et aliis servis Dei in Beccensi cœnobio commanentibus; servus et conservus eorum frater Anselmus divino semper regi consilio, et protegi auxilio.

Quamvis divina dispositio me a vobis corporaliter non sine gravi pioque cordis mei dolore separet. oro tamen Deum, ut dilectio, qua ipso dante 40 anima mea vos in utero suo complectitur, indissolubiliter perseveret : per quam, Deo propitiante, semper vester ero servus; quia semper, quantum Deus mihi dabit, ero vestris utilitatibus ** intentus. Nam etsi tanta sit ipsa dilectio, ut sæpe cum intente cogito amicos vestros de tam inseparata et contra voluntatem nostram separatione, statim sua quadam tempestate, velut mare ventis, intumescat et conturbetur cor meum, et pluant oculi mei, dulcius tamen mihi est hoc ab illa me tolerare, quam illam a me separare. Novit enim Deus, ante cujus conspectum secundum conscientiam meam loquor, quia plus voa

VARIÆ LECTIONES.

n

** Funduntur? Que major ms. funduntur, que ante hoc tempus in conspectu Dei prefundehantur? Quæ major ³⁴ Expectanus ms. expectavimus ³⁵ Festinandum tibi ms. vestimentum tibi ³⁶ Expectabatur confessione ms. expetetatur concessione ³⁷ Exponenda minime ms. exponenda vobis minime ³⁸ Rectioris ms. rectiori ³⁹ Hic apud ms. hinc apud ⁴⁰ Urgebat nos ms. urget nos ⁴¹ Collata cum duobus Exemplaribus in uno Codice ms. Vict. Ef. 20. ⁴⁹ Ipso dante ms. 4 ipso donante ⁵³ Prospiciente... voluntatibus ms. propitiante.. utilitatibus

ż0

mihi sive prælationem, aut dominationem, aut possessionem terrenam, quas habebam pro vobis. Onamobrem plus me gravat vestra tristitia de qualicunque, si apud vos est, mei indigentia, quam me consoletur aliqua terrena celsitudo vel opulentia. Ecce nunc in hac ipsa locutione, qua vobis absens loquor dictando, testes mihi sunt lacrymæ, quas continere nequeunt oculi mei, et vim mihi facientes singultus gutturis mei inundantes a gemitu cordis mei, obturantes et interrumpendo tardantes soriptori verba oris mei. Quamvis sint quidam, ut audio, qui autem sint, Deus sit, qui aut fingunt malitia, aut suspicantur errore, aut coguntur dicere indiscreto dolore, quod magis trahar ad archiepiscopatum vitiosa cupiditate, quam cogar⁴⁴ religiosa necesitate. Quibus nescio quomodo possim persuadere quæ sit in hac re conscientia mea, si illis non satisfacit 48 vita et 366 conservatio mea. Sic enim vixi jam per triginta tres annos in habitu monachico **, tribus scilicet sine prælatione, quindecim in prioratu, totidein in abbatia annis, ut omnes boni me deligerent qui me noverunt, non mea industria, sed gratia Dei faciente, et magis illi qui me interius et familiarius noverunt; nec aliquis in me videret *7 aliquod opus, unde me prælatione delectari cognosceret. Quid ergo faciam? Quomodo propulsabo et exstinguam hanc falsam et odibilem suspicionem, ne animabus corum noceat qui me propter Beum diligebant, charitatem illis minuendo; aut eorum quibus qualecunque consilium aut exemplum parvitatis prodesse poterat, me pejorem quam sim ilis persuadendo; aut etiam horum et aliorum 48 qui me non noverunt et hoc audient, malum illis exemplum ** proponendo? Deus, tu qui omnia scis, non me justifico secundom examen districti judicii tui, quia ille magnus Apostolus tuus, qui dicere potnit : Nihil mihi conscius sum (I Cor. 1v, 4), cum boc dixisset, subdidit : Sed non in hoc justificatus sum, qui autem judicat me Dominus est. Et vir ille simplex et rectus, timens Deum et recedens a malo, cui te ipso teste, non erat similis in terra, dixit, verebar omnia opera mea (Job 1x, 28): sed secundum quod anima mea comprehendit conscientiam suam, colam legent aut audient, sub tuo testimonio seiant et credant cam. Tu, Domine, vides, et tu esto testis meus, quia nescio, sicut mea mihi-conscientia dicit, quid me rapiat 50 aut alliget ad consensum archiepiscopatus, ad quem subito raptus trahor, amor alicujus rei quam servus tuus contemptor mundi

debeat contempere; et quia, si mihi liceret servata

dilexi Deo et vobis, et meipsum vobis, quam vos A obedientia et charitate, quas propier te, quantum dedisti, volo custodire, potius eligerem sub prælato, sicut monachus, servire et obedire, et ab illo consilium animæ mere et necessaria corporis mei accipere, quam aliis hominibus dominari aut præesse, sive ad animarum gubernationem, sive ad corporalem sustentationem, aut terrenas divitlas possidere. Tu vides, et tu esto testis meus, quia, sicut mea mibi conscientia dicit, nescio quomodo me sine peccato possim evolvere ab hac me eligentium intentione; et quia timor tuus, et charitas, et obedientia, quas tibi et Ecclesiæ tuæ debeo, me cogunt, me ligant, ut non audeam religiosis precibus eorum, et magno sicut mihi ostendunt, desiderio pertinaciter contradicere. Domine, si fallit me conscientia mea, ostende mihi meipsum et corrige me,

et dirige in conspectu tuo viam meam (Psal. v, 9). Et sive mihi placeat, ut quod inceptum est ab hominibus de hac " mea electione fiat, sive potins ut non fiat, Deduc me in via tua, et ingrediar in veritate tua (Psal. LXXXV, 11). Domine, tu vides, sicut dixi, conscientiam (meam, tu esto mihi testis ad eos qui aliter de me suscipiantur; et ostende illis eam, ne lædant suas aut aliorum animas, male eam judicantes. Ecce, dilectissimi fratres mei, audistis vere conscientiam meam de archiepiscopatus desiderio, sive contemptu. Si enim Deo sciens mentior, nescio cui verum dicam. Si quis deinceps contra hoc, quod de hac re sub testimonii Dei invocatione dixi, me voluerit aperte vel callide male alicui's: commendare, puto quia Deus erit mecum adversus eum, et pro me respondebit ei ; ego vero consolabor me sub testimonio Dei. Certus autem sum quia quidquid hæc falsa suspicio alicui animæ vel nocebia, peccatum hoc super se suscipient, si plures sunt, auctores ejus; et sive unus sive plus sint, maxime super eum erit qui maxime auctor ejus est. Ad ea vero quibus quidam vestrum putant me potuisse rationabiliter electioni prædictæ resistere, breviter respondeo. Dicunt enim : Quando coactus est ut noster abbas fierel, tradidit se nobis in servum in nomine Domini. Bene, quia hoc feci in nomine Domini. Quid hic intelligunt? An putant me jurasse vohis servitutem per nomen Domini? utique non ram le dico eam, ut omnes qui hanc meam spisto- D hoc feci. An quod Dominus dicit : Si quid petieritis in nomine meo (Joan. xvi, 24) sic intelligendum est, ac si diceret : Si juraverit Patri, petendo aliquid per nomen meum ; aut quando dicimus : Adjutorium

nostrum in nomine Domins (Psal. cxxIII, 8), aut quoties facimus aliquid, sive dicimus 14 in nomine Domini, toties. juramus per nomen Domini? Nequaquam : gnomodo autem illa intelligatur, nibil nunc

VARIÆ LECTIONES.

[&]quot;Quam cogor ms. quam cogar "Non satisfecit ms. non satisfacit "Habitu monachi ms. habitu mo nachico ⁴⁷ Aliqui in me viderunt. cognoscerent mss. aliquis in me videret. cognosceret ⁴⁶ Aut aliorum mss. et aliorum ⁴⁶ Illud exemplum mss. illis exemplum ⁷⁶ Quid me rapiat mss. quod me rapiat ⁸¹ At omnibus de hac mss. ab hominibus de hac ⁵⁵ Me noluerit aperte vel callide male alicui etc. ms. 1 me voluerit aperte vel callide, male alicui etc. ms. 2 voluerit, aperte vel callide, male me alicui etc. ⁸⁹ Quoties aliquid sive dicimus mas. quotiens facimus aliquid sive dicimus

24

mini, intellevi et intelligo, in Domino, hoc est in Deo. Quæ in Deo flunt, secundum Deum, id est, recte funt. Cum ergo tradidi me vobis in servum In nomine Domini, tradidi me vobis in servum, quantum potui, secundum Deum. Judicate nunc, si hoc modo abnegavi ; aut si potui secundum Deum abnegare dispositionem Dei de me, cui vellem, nollem, recte subjacebam; aut obedientiam, cui me penitus tradideram. Cum enim professus sum monachum, abnegavi meipsum mihi, ut deinceps meus non essem, id est non viverem secundum propriam voluntatem, sed secundum obedientiam : vera autem obedientia aut est Deo, aut Ecclesiæ Dei, et post Deum maxime prælatis. Hanc ergo non abju-.ravi, nec abnegavi; sed potius servavi, cum dixi, In nomine Domini. Discite itaque quid vobis tunc dedi. Hoc utique, ut me vestro non possem subtrahere propria voluntate servitio; nee quærere at subtraherer, nisi ea sogente dispositione et obedientia, quarum prius secundum Deum servus eram. Quod autem feei, si aliter fecissem quam dixi, certe vos monachi non essetis, si quod contra Deum vobis promisissem, exigeretis. Nunquam antequam concederetis me ad archiepiscopatum promoveri, hanc meam vobis factam deditionem alicui exposui, sed objiciebam cam quasi firmissimum obstaculum, ne promoverer; donec intellexi me volentes promovere in tanta suze voluntatis persistere constantis, ut et ad hoc 58 nihil obesse intelligerent, et ab · incepto so nullatenus 46, aut velle, aut debere desistere assererent. Dicunt etiam quidam quia et vobis secundum Deum datus eram; et quibus recte prælatus eram, non recte me posse auferri ab illis, nec me debere concedere #7. Beatus Martinus #6 secundum Deum abbas erat, et tamen monachis est ablatus, et clericis, et monachis et lajcis viris, et nulieribus est prælatus. Petrus apostolns, puto quia secundum Beum Antiochiæ cathedram episcopalem tenebat; nes tamen dicit aliquis quia pecca-. vit, cum deserendo eam, studio majoris fructus Romam migravit. An ideo dicendum est quia non diligebant priores discipulos suos, aut qu'a postea, minus cos dilexerunt; aut quia Deus comtempsit et deseruit eos, quia isti eos corporaliter deseruerunt? D Ecclesiæ Anglorum subtrahere, nisi Deo resistendo. utique non est dicendum, fratres. Non me compazo magnitudini eorum; sed tamen non ideo sum damnandus, si de me facit Deus alíquid ad similitudínem eorum. Forsitan dicit aliquis : Non es homo, cui tanta res conveniat ¹⁹. Iloc ipsum de me corde et ore judico. Sed dicunt mihi, qualiscunque sis, te volumus, to non dimittimus, Reminiscuntur quidam quia dicere solebam quod nollem vivere nisi vobis,

ad me; quod vero ego (unc ** dixi in nomine Do- A et quia nunquam aliam prælationem haberem quam Beccensem. Sed hoc secundum affectum meæ voluntatis dicebam, et secundum hoc, quod in defensione et responsione mea, si ad aliam prælationem vocarer, confidebam. Sed quid si Deus ordinat ut etiam aliis vivam et serviam? An debeo superbe resistere? Et ego et vos plus sumus Dei quam ego vester, et vos mei. Princeps apostolorum dixit Domino : Non lavabis mihi pedes in ælernum (Joan. x111, 8). Talis erat voluntas ejus. Sed quid Dominus? Si non lavero tibi pedes, non habebis partem mecum (ibid.). Et Petrus quid? Domine, non tantum pedes, sed et manus et caput (ibid., 9). Tamen non ideo illum Deus damnavit, quia sententiam suam pro divina mutavit, imo ad pedes ejus se humiliavit. Præsumebam " 367 de fortitudine et ingenio meo ad me defendendum; sed fortior et ingeniosior me Deus fuit, et ideo præsumptio mea nihil fuit. Insipienter me locutum esse forsitan dicet aliquis, quasi me justificando et dignum archiepiscopatu probando; sed falsi calumniatores mei me coegerunt, ne vos ant aliquem alium veneno suz falsitatis inficiant. Nec nitor me dignum archiepiscopath probare, sed falsum crimeu expurgare 41. Sed de his, unde hactenus locutus sum, nuuc ista sufficiant. De consolatione vero vestra pauca subjicio. Precor ilaque vos, fratres mei dilectissimi, ut non contristemini ultra, modum propter absentiam means. Certe tristitia vestra mea est tristitia et consolatio vestra mea consolatio est. Non sit in homine spes vestra, sed in Deo; quia si quid vobis profui, non a me fuit, sed ab eo. Multi propter me, et fere omnes, Beccum venistis, sed nullus propter me monachus factus est; nec propter spem retributionis meæ vos Deo vo-. vistis; ab illo cui totum dedistis quod habuistis, ab illo exspectate totum quo indigetis. Jactate cogitatum vestrum in Domino, et ipse vos enutriet. Convertite totam euram ad illi serviendum; et ipse suscipiet totam curam vestram ad vos nutriendum. De me vos precor, ne minus me diligatis, si Deus de me facit voluntatem suam; et ne propter boe perdam, si aliquando volui facere voluntatem vestram, quia non audeo, nec debeo, vec possum Beo resistere, nec adhuc video quomodo me possim.

Appareat quia non me vobis solummodo dilexistis, sed et Deo, et mihi. Orate pro me, ut quidquid fat de me, bono fine per gratiam Dei consummetur. Abbatem vestrum ex bac hora nolite me exspectare; sed dilectorem vestrum et sollicitum pro vobis, quandiu vivam, Beo servante voluutatem quam milii de vobis dedit, scitote. Nunquam tamen dimittam potestatem ligandi et solvendi, et vobis consulendi,

VARIÆ LECTIONES.

²⁵ Quod vero tunc mss. quod vero ego tunc ²⁵ Ut et hoc etc. ms. 1 ut ad hoc etc. ²⁶ Incepto nullatenus mss. incepto se nullatenus ²⁷ Me concedere mss. me debere concedere ³⁸ Beatus Marcus mss. beatus Mar-tinus ²⁶ Res conveniant mss. res conveniat ⁴⁹ Præsumam mss. præsumebam ⁴⁵ Expurgavi mss. expurgare

quam habui in vohis, quaudiu abbas, qui post me A meis, qui me propter Dèum sua grafia dilexérunts erit, et vos, qui sub illo eritis, hoc mihi concedetis : Aendo et vix dico. Domino nostro Jesa Christo, et pize genitrici ejus Marize, et beato Petro, cui ipse commendavit oves suas, et beato Benedicto (secundum cujus regulam obedientiam professi " estis) et aliis sanctis Dei vos commendo, dilectissimi fratres mei, et corum meritis et intercessionibus ipse qui vos redemit sit vester " abbas, sit vester custos, ipse facial vos post hanc vitam beate vivere in regno suo. Ibi sua pietate tribuat mihi vos videre, et vobiscum sine fine gaudere, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen. Mirantur multi ex vobis, quos tam dulci et familiari dilectione amplectebar, ut unicuique videri posset me sullum alium pariter dilexisse, cur non illis singulis aliquam nostræ dilectionis B vivit 47, a Deo semper custodiri et protegi. commemorationem scribo. Sed sciant quia non hoc

facit oblivio mea, sed multitudo eorum. Et forsitan faciam, cum magis opportunum erit; et si non omnibus, saltem aliquibus. Hoc tantum ad præsens illis dico, ut reminiscantur quia non ob aliud eos sic dilexi, nisi ut ipsi Deum et animas suas diligerent, Ipsi sunt mihi testes, hoc de illis semper et de omnibus vobis desidero, hoc precor, hoc moneo, hoc consulo : hoc faciant, et sic semper dilectionem meam inviolabilem erga se servabunt. Abbatem vobis sustinere festinate, expedit enim vobis. Vatete. Hanc epistolam nostram, quibuscunque potestis, pro excusatione falsæ de me suspicionis 44 ostendite; et maxime reverendis dominis et Patribus

episcopis et abbatibus, de guibus me magis gravat si de me aliquid suspicando " perversam, falluntur. Nolo enim dilectionem corum ullatenus perdere, sed semper, cos venerando et diligendo, illam mereri et onsindire

EPISTOLA VIH ".

ANSELMI AD MONACHOS RECCENSES.

Ut Guillelmum qui apul Pexeium prior fuit in abbatem eligant; et ut hanc curam suscipiat, ei præcipit; Baldrico autem ne prioratum dimittat, ipse inhibet.

Dulciasimis et dilectissimis suis, domno priozi BALDRICO, et aliis monachis Beccensibus, frater Anselmus, qui hactenus eis sub abbatis nomine ser-

Deo, de me quod vult, ut de creatura sua, velim, nolim, dispanente, et reverendo domino mistro principe Northmannorum Roberto concedente; et archiepiscopo nostro Guillelmo præcipiente, et vobis a Deo coactis, faventibus, a vestra cura sum absolutus, et majori involutus. Si Deus vobis dederit eam gratiam prædicti domini nostri principis, ut de Ecclesia nostra vobis velit dare abbatem, et nostrum inde dignetur audire consilium, illi et vobis dico quia (2) de nullo mihi melius videtur quam de domno Guillelmo, qui prior fuit apud Pexeium. Et si jussio gloriosi domini nostri principis in hoc fuerit, quod utinam ita flat, ego quoque tibi, frater Guillelme, in nomine Domini per sanctam obedientiam

VARIÆ LECTIONES

⁶³ Regulam professi ms. 1 Regulam obedientiam professi ⁶³ Ipse qui vos redemit sanguine suo, eorum meritis et intercessionibus sic vester mes. et eorum meritis et intercessionibus, ipse qui vos redemit, sit vester "Falsæ suspicionis mes. falsæ de me suspicionis "Suspicandum mes. suspicando "Cum eis dem mas. collata ⁶⁷ Hactenus sub Abbatis nomine serviunt mss. hactenus eis sub Abbatis nomine servivit

JOANNIS PICARDI NOTA

Guillelmo, etc. Hinc certo certius est Anselmum intus et in cute hunc nosse Willelmum, cum speciale non tantum de eo in sui locum legendo det consilium, sed et votum faciat; quæ quidem certissimo sunt argumento probitatis et sanctimoniæ Guillelmi. Agedum, videamus illum pusionem, sensimque adolescentem, videamus tironem, cum hic videamus futurum non dico veteranum militem sed ducem. Anonymus Beccens. in prologo Historiæ ejusdem pollicetur se ejus successorisque Vitam posteris relicturum : unde est quod certius ei credamus narrationem hoc verborum stamine ordienti.

· Venerabilis abbas Becci Guillelmus, nobili Northmannorum prosapia originem trahens, in veteri ca-stro super Rullam, quod dicitur Monsfortis, claris parentibus est exortus. Pater ejus Turstinus, mater Albereta dicebatur, Rogerii de Bellomonte, Patris Roberti comitis ex sorore neptis. Qui puer dum adhuc in cunis jaceret, gravi molestia tactus pene visum amisit. Territa mater pro filio lugens cucurrit ad quamdam ecclesiam S. Germani in eodem castro sitam, et obtulit illum super altare ejusdem ecclesiæ, vovens Deo, et beatissimæ Dei genitrici Mariæ, sanctoque Germano, quod si puer illam incommoditatem oculorum, eorum auxilio evaderet, illum servitio Dei nutriret, litterisque imbuendum traderet, simulque rogavit Deum, ut si aliter puerum sanare nollet, in se, id est in matrem infirmitatem

(2) De nullo mihi melius videtur quam de domino C illam converteret. Quid plura? Annuit petitioni et voto bonæ matris gratia Salvatoris nostri, pietasque ejus sanctissimæ Genitricis, nec non et beatissimi confessoris Germani, et infans integræ restitutus est sospitati; matrem vero infirmitas corripuit, nec multo post exstinxit. Crevit puer, et cum ad congruam pervenissel ælatem, traditus est litterarum studiis imbuendus. Cœpit itaque bonæ indolis esse, amore Dei fervere, cum honestis incedere, ab inhonestis animum revocare. Jam mundi luxum spernebat, jam sermone, actu et habitu talem se exhibebat ut jam tunc quasi monachus ab omnibus haberetur, quantum ad vitæ morumque spectabat informationem. Si quando a cognatis et amicis ad scholas aliquid pecuniæ sibi mitteretur, quasi rem malam vitabat suscipere; sicut condiscipuli ejus soliti erant referre, ita avaritiam perhorrebat: Cumque vicesimum quintum ageret ætatis annum, desiderans vocem Domini implere, dicentis : Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non polest mens esse discipulus : et si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem. suam, et sequatur me, renuntians mundo, Becci factus est monachus sub sanctissimo abbate Anselmo. Ingressus monasterium intentissime religioni monastica operam dabat : lectioni et silentio assiduus vitam suam honeste custodire admodum studebat. Ita Deo placere cupiens, hominihus charus, in castris Domini Sabaoth, ejus signa sequens, per quindecim annos.

:

præcipio, ut banc curam in spe auxilii Dei, tuam A tuæ dilectionis in Deo, ut nec putem me indigere postponens requiem, pro fratrum tuorum utilitate humiliter suscipias. Istas litteras congruo tempore, et domino nostro, et congregationi, et quibus oportebit, volo præsentari. Tibi quoque, Baldrice prior, per sanctam obedientiam præcipio, ut quicunque sit abbas, prioratum non deseras, nisi ejus et meo consensu, dum vivo. Valeie.

EPISTOLA IX ".

ANSELMI AD ROGERUM ABBATEM.

... Commendatio Beccensium.

Domino Patri reverendo, abbati Rogeno, frater ANSELNUS, in hac vita prospere vivere in sanctitate, in futura feliciter in æternitate.

Sic nobis invicem conscii sumus ego et vos mu-

. . •

.

.

1.

VARIÆ LECTIONES.

• Cum duobus præfatis mes. collata. • Quia nihil mes. qua nihil

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

diligereut, et nullus de eo conquereretur, fama honitatis ejus circumquaque bonum Christi odorem de es ferebat. Igitur B. Anselmo in Angliam translato, et archiepiscopo facto, cujus fastigium virgæ prædictus Willelmus antea cum veneratus fuisset, postea suscipere meruit. > Huc usque Chronic. Beccense de Willelmi incunabulis, pueritia et monachismo; insequentia etenim, quoniam hine in guartum Anselmi fuere traducta, elogium reticeo, Interim mirabundus qui biographus iste præterierit quod Willelmus fuerit prjor Brixiensis, ut Anselmus peculiariter designavit. Sed ut conjungam disjuncta, tandem universorum calculi in Willelmi electionem conglobati sunt. Post hæc, ait Chronic. (Vocatus venit, et in ofdine suo sedit. Tunc prior dixit ei quod ad regimen Beccensis Ecclesiæ illum eligerent; et ut abhatis officium, et curam animarum susciperet ex parte Dei, et sanctæ Mariæ, atque omnium san- C ctorum, nec non ex parte reverendissimi Patris An-selmi, præcepit. At ille, in terram prostratus, pre-cor, Bomini, aut de hoc quod jubetis omnino absolutum dimittite me, aut quomodo id adimplere possim, docete. Prior ad bæc, ut dimittemini, ait, non est opus laborare, sed suscipite hanc curam in nomine Domini, et nos vobis ex animo obedientes erimus. Statim ipsa die abbas Rogerius (a) et prior, et quidam alii fratres cum eis assumpto electo suo ad curiam properarunt, et Roberto Northmanno-rum duci præsentarunt. Quen alacriter, et cum magno honore suscipiens, dedit ei abhatiam more antecessorum suorum. Aderant enin principes, Debenus anne Mellerit Robertus comes Mellenti, et Robertus Anschitilli consobrini ejusdem Willelmi electi Becci, qui de ejus promotione valde sunt gratulati. Tunc comes Mellenti præcepit Roberto filio Anschitilli ut novum electum Becci ad monasterium conduceret, mandans nibus ejus in aliquo molestus esse præsumeret. Dedit tunc comes Mellenti Roberto, ut res quæ ad victum fratrum emebantur, quietæ essent ab omni consuetudine; quæ usque ad illud tempus de rebus ad cibum monachorum pertinentibus ubicunque emerentur, etiam in coquina Becci a ministris Briodum castri exigebantur. Procedente tempore dedit idem comes Mellenti per totam terram suam, ubicunque suum erat, hoc exigere, vel dimittere, ne omnino Dominicæ res monachorum Becci, ad victum

(a) Is ex monacho Beccens. factus fuerat abhas cœnobii.

precibus, ut ipsa semper in nobis, quandiu vivetis, vivat; nec vos indigere persuasionibus, quia, Deo annuente, quandiu vivam, in me non deficiet. De Ecclesia Becci (quia nihil 69 in hoc muudo purius dilexi, nec diligo), si vestra Sanctitas supplicationibus indigeret, utique corde et litteris, quia verbis præsens nequeo, quantum possem supplicarem, quatenus illi vestra consolatio, et vestruin consilium et auxilium non deesset, et ut filios ejus, velut primogenitus et major frater eorum, paterna sollicitudine et materna dulcedine foveretis. Sed quoniam vestra prudentia, et vestræ charitatis sinceritas hoc vobis persuadere sine mea exhortatione sufficiunt, et ego propter cordis abundantiam om-

• • • • •

strenni militis officio functus, huic militize B. An- B vel vestitutum pertinentes, ubicunque monachi es-selmo duce militavit tam strenue ut omnes eum sent, ad quorum usus emebantur, sive in claustro, sive extra claustrum in negotiis monasterii quietze forent ah omni consuctudine, quæ telonei vel transitus vel alio nomine nuncupatur. Hoc fecit pro amore Dei et Willelmi abbatis Becci cognati sui. Multa quoque alia beneficia Beccensi cœnobio contulit dum vixit, causa ejusdem abbalis. Raque novus electus accepto a duce Roberto, ut dictum est, abbatiæ dono, et a Willelmo Rothomagensi archie-piscopo animarum cura, cum gratia principis rediit a curia cum suis. Venit autem Beccum sero post completorium die ante festivitatem Dedicationis : quæ festivitas est x Kalend. Novemb., et eo anno Dominica die evenit. Surgens ad matutinas venit novus electus in chorum, et stetit in loco juxta sedem abbalis, et totum officium festivitatis, nocturnum et diurnum decenter ut abbas complevit. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1093. In ipsa die Willelmus electus, sedit primum ut abbas in capitulo, ab illo die disponens omnia intus et extra convenienter monasterii negotia, gaudentibus cunctis quod talem Deus Anselmo successorem, et sibi dederal pastorem. Tanen ante benedictionem nec in sedem abbatis intravit, nec virgam pastoralem portavit. Sed et de benedictione acceleranda, nullam, ut videbatur, curam habebat; guæ benedictio dilata est usque ad Augustum mensem anni insequentis. Verum Anselmus non oblitus quod incœ-perat, rogavit Willelmum Rothomagensem archiepiscop. de benedictione abbatis Becci, et hoc ipsum per litteras priori Baldrico, et conventui notifica-vit. Intrante Augusto mense Baldricus prior, et alii quidam fratres cum eo perrexerunt Rothomagum, cum archiepiscopo locuturi de benedictione abbatis. Qui diem benedictionis constituit in proxima festi-vitatis sancti Laurentii. Reversus prior dixit conventui quæ ab archiepiscopo acceperat. Die festiviomnibus ministris suis ne quis ipsi abbati vel homi - D tatis sancti Laurentii, cum archiepiscopus ad altare staret infulatus, atque electus Becci esset vestibus sacris indutus, et instaret hora ut ad benedicendum præsentaretur, audivit a referentibus quod archie-piscopus non Lenediceret eum, nisj professionem faceret; sed respondit se nullo modo facturum. Tunc prior Becci Baldricus cum aliquantis monachis perrexit ad comitem Northmanniæ Robertum, intimans ei quod archiepiscopus exigeret ab abbate Becci professionem, quam antecessores ejus non fecerant. Illico dux misit Guillelmum de Britolio, et

. .

uem sufficere ex nostra parte existimo. Mementote Dominici verbi ad principem apostolorum, velut ad iratrum suorum primogenitum : Et tu aliquando sonversus, confirma (ratres tuos (Luc. XXII). Salutate dominos et fratres nostros filios vestros; et eis prezibus nostris et vestra commonitione persuadete. quatenus 368 sic non deficiat, sicut non deficit ille propter quem illam inceperant ". De conscientia mea ad archiepiscopatum incunctanter credite, et secure aliis asserite quia nulla cupiditas (coram Deo toquor) quæ in corde servi Dei contemptoris mundi esse non debeat, me trahat aut alliget, sed timor, et charitas, et obedientia 71 Dei et Ecclesiæ ejus. Litteras istas, aut exemplum carum, Becci videri facito. Valete. • :.

EPISTOLA X 1.

ANSELWI AD GISLEBERTUM EBORACENSEN EPISCOPUN. Se non honoris aut alicujus rei terrenæ cupiditate

suscepisse onus archiepiscopi. Suo dilectissimo Patri, reverendo domno Eboracensi episcopo Gisleberto, frater Anselmos, quod fidelis servus et filius. : . . .

In principio mez epistolz apud reverendam mihi Paternitatem vestram me excusare desidero, quia quod tarde illi scribo, postquam sors gravis mibi archiepiscopatus super me cecidit, non hoc fecit negligentia vel oblivio, sed magna valde perturbati cordis mei dubitatio. Sic enim intra me luctabantur timor Dei et timor oneris, quod subire cogebar, et C

5.13

aino tacere non valeam, hanc brevem commonitio- A dilectio eorum ⁷⁸ a quibus sine magna tristitia separari non poteram, ut cum ordinationi Dei resistere pertinaciter non auderem, et grave pondus, et scissuram animæ meæ ab illorum animabus quos sicut me diligebam, e' quibus solis vivere velebam, nimis horrerem; quoniam in neutra parte " Deum volebam offendere, omnino dubium mibi, esset quid magis deberem eligere, aut ad quid potius auxilium amicorum expetere. In qua re hoc unum et tutissimum, ut mihi visum est, elegi consilium, ut, sicut scriptum est : Jacta cogitatum tuum in Domino (Psal. LIV, 23), omnino me committerem divino moderamini, et consilio. Ita tamen ut facerem quidquid poa sem sine peccato, nt quod volebant de me facere qui me eligebant, non fieret, et nibil facerem quod sine peccato dimittere possem, ut fieret. Quod que affectu, qua simplicitate facere volui, vel in quan partem cor meum magis pependit, coram, Deo ipse novit, ad cujus regulam intentionem meam in hac re pro meo intellectu et possibilitate volui diligere. Veniam ad hoc quod mox non parum contristat, si verum est. Novit enim prudentia vestra, mi Pater charissime, quoniam quanto sincerius aliquis diligi et a dilecto diligitur, tanto molestius illi est si dilectionis ejus dilectio aliquo modo minuitur. Quod autem vestra Celsitudo parvitatem meam dilexerit sincere, dubitare non possum, quia hoc certissimis argumentis beneficiorum, quæ mihi et Ecclesiæ Beccensi, cui hactenus sub nomine abbatis præfui, in dictis et factis et in multa benignitate et dulci

VARIÆ LECTIONES.

⁷⁹ Quem inceperam mss. quem illam inceperunt ⁷¹ Timor, aut charitas, aut obedientia ms. 1 timor et cha-ritas et obedientia ⁷² Collata cum uno Exemplari ex prædictis duobus in eodem Codice ms. ⁷³ Dilectio earum ms. dilectio eorum ⁷⁴ In mentis parte ms. in neutra parte

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

Guillelmum filium Ricards de Bardivilla cum Ernulpho cancellario suo, mandans et præcipiens Willelmo archiepiscopo ut abbatem Becci sine mora benediceret, nihilque 'ab eo exigeret, nisi quæ constaret a Beccensibus abbatibus antecessoribus ejus factum esse. Audiens bec archiepiscopus iratus est valde; perfecit tamen quod incoeptum erat; et ab-batem benedixit sine professione, quia præceptum principis illum cogebat. Postea abbas locutus est cum archiepiscopo, atque in tantam gratiam illum rediit ad monasterium; archiepiscopus vero præcepit Guillelmo Cormeliensi abbati ut simul cum eo pergeret, et in sedem abbatis vice sui introdu-ceret. Venit autem cum majori, qua potuit, humilitate, nudis pedibus, et susceptus est a fratribus cum magno honore et gaudio in Ecclesiam ductus. Tunc abbas Cormeliensis, ut sibi jussum erat, eum in sedem misit, et incipiens Te Deum laudamus, osculatus est omnem conventum. . Huc usque Cod. Beccens. de Guillelmi electione, quen, ut posteri norint, dignissimum Anselmi successorem, dignum-que patellam invenisse operculum, citra pij lectoris, ut spero, fastidium. (Nam de probis habitus sermo etiam pullulantem suffocat nauseolam, tantum abest, ut excitet.) Subpingam breviora quædam et crassiora virtutum ejus lineamenta ex Beccens. cadem tabula : c Iste, inquit, vir bonus de quo loquimur, abbas scilicet Guillelmus magnæ sapientiæ,

bonis moribus ornatus, magnorum virorum pro-pinquus, regi et primoribus regni acceptus, ita se modeste, humiliter et mansuete habebat ut aliquando nescius et pene idiota videretur quibusdam; verum, si propius accederes, et velut perscrutando ejus sensum de rebus dubiis interrogares, altam prudentiam, profundum consilium, et maximæ honestatis documentum invenires. Erat quoque Deo devotus, majoribus submissus, subditis benignus, mansuetis bonus, severus indisciplinatis; supra præsul accepit ut nullum in Northmannia abbatem mensuram suam nihil usurpabat, divinis rebus chariorem vel familiariorem haberet. Postera die Domnem reverentiam exhibebat, Deum timebat, eccatum quasi virus mortale odio habens fugiebal. Si quis benedictionem ab eo posceret, verbo magis quam manu benedicebat, dicens non esse suum manu benedicere, sed episcoporum. Nullus abbas, qui majorem sollicitudinem gereret conventus sui, talem illum fuisse sciunt qui illi familiarius adhæserunt. Quippe ita compositus homo ut nec turpiloquium ore proferret, scurrilitatis omne genus aborreret, immunditiam mentis et corporis, ut virgo ab utero matris, ignoraret, cibo potique temperatus, honeste verecundus, indole religiosa decorus, bono ingenio sane intelligebat, blando sermone placebat, doctrina et exemplo utilis erat, , etc. Prope mihi ceciderat locus Gemmet. lib. vut suæ historiæ, cap. 6, ubi Guillelmum nostrum agnominat Bellomontanum ex genere materno, ut videre est in exordio hujus narrationis.

nullis obsequiis aut heneficiis me prius metuisse ant postea retribuisse considero, valde me reprenensibilem cgo ipse judico, si paternam vestram sanctitatem fideliter non diligo. Quanto ergo vos diligo sincerius; tauto si vestra dilectio erga me aliquatenus obnubilatur mihi est amarius. Hoc idcirco dico, reverende mi Pater 78 et Domine, quoniam audivi quod paterna vestra Sanctitas suspice; tur me aliquatenus cupiditate archiepiscopatus, ad quem dolens, tristis et timens, multis lacrymis testantibus, trahor illaqueari , unde valde timeo-mentis vestræ benignitatem erga humilitatem meam, quamvis nequaquam hoc merear, decolorari. Deum enim invoco testem, in cajus conspecta mentiri non debeo, et quem mendacii testem invocare nefas esse scio, quia, secundum quod meam coram illo comprehendo conscientiam, mallem, si hoc servata charitate et obedientia quas Deo debeo, et Ecclesiæ Dei propter Deum possem monachica paupertate serviendo et ohediendo abbati regulariter subesse, quam uni, vel multis, vel omníbus hominibus dominando in terrena celsitudine et opulentia terrenarum rerum præesse. Corte, mi reverende Pater, coram Deo similiter loguor, non mentem meam trahit aut alligat ad archiepiscopatum terrenæ aljcujus rei, quam servus Dei contemptor mundi con-'temnere debeat, cupiditas, sed timoris Dei cogit, quam adhuc non video quomodo rumpere possim sine peccato, necessitas. Quod autem domino nostro

comiti Northmannorum Roberto, et Patri nostro reverendo archiepiscopo Guillelmo, et fratribus nostris Beccensibus mandavi, me nullo modo posse amplius sine peccato resistere, et quia voluntati Dei nullatenus possem obsistere, et idcirco consilio virorum spiritualium et plus timentium Deum quam homines ageret idem archiepiscopus, ut mihi præciperet sicut monacho, qui non nisi per obedientiam vivere vult 76, quid mihi polius faciendum esset; et quod scripsi prædictis fratribus rem ad hoc perduci inevitabiliter, ut aut illis et aliis prodessem, si ordinationi Dei acquiescerent; aut nec illis, nec aliis prodessem, sed in tristitia viverem deinceps, si pertinaciter agerent, et ideirco illis consului, sicut mihi commissis ad consulendum, ut nihil nisi consilio D spiritualium de concessione mei, quæ ab illis exigebatur, faccrent; quidam non intelligentes quid me cogeret, putaverunt cum hæc legerent, me cupiditate archiepiscopatus esse devictum. Sed certe non ita fuit, nec est : sed videbam ex ipsa sola dilatione, quia non determinabatur quid futurum esset de me, jam præsentia multa et gravia mala corporibus et animabus multorum nocentia nasci, et

pietate impendistis, probare possum. Quod quoniam A multo plura et graviora nascitura, si diutius differrentur, quæ nunc non est opus dicere. Inter quæ mala erat destructio Beccensis " Ecclesiæ. et ut intelligebam, irreparabilis, sicut erat inevitabilis. Quam si viderem in tanta tristitia deinceps viverem, ut nec mihi nec ulli essem. Sciebam etiam quia propter concessionem vel contradictionem eorumdem fratrum nostrorum, nec majus nec minus quod inceptum erat fieret; et idcirco volebam ut illi sine culpa et sine omni occasione imminentis periculi essent, guidguid fieret. Quod vero significavi voluntate fieri, quod fiebat, cui non possem obsistere, non ita intellexi, quasi certus es-.sem quia Deo placeret, sed quia sive misericordi, sive irata, voluntate tamen Dei (cui resisti non potest) ₿ fieret. Solemus enim dicere, etiam cum certi sumus quia iratus aliquid facit Deus, nullum posse voluntati ejus resistere. Denique quidquid aliquis intelligat. in litteris meis de archiepiscopatu, ego certus sum quia in simplicitate cordis mei, in quantum eam coram Deo servare potui, locutus sum. Precor igitur dilectam mihi Paternitatem vestram, ut potius sentiam in dolore et timore meg miserationis vestræ consolationem, quam ad augurentum meæ tristitiæ vestram Indignationem. Quod 78 non solum a vestra pietate, sed et ab omnibus ", qui me propter Deum hactenus dilexerunt, desidero impetrare, ne aliquid pravum so de me injuste suspicantes eamdem dilectionem malint abjicere quam servare. Sed quidquid illi faciant, oro Deum, et spero in Deo quia ego semper eos diligam. Vestram autem rogo Paternitatem, sicut de ejus consilio dilectione, ut quoties opus fuerit, apud alios fiducialiter me defendatis a prædictæ *1 cupiditatis suspicione. Ecclesiam Beccensem, quam plusquam vitam corporis mei dilexi, ct diligo et quam tristis tristem de mei amissione, quantum ad corporalem præsentiam, non dubito, vestræ pietatis consilio et auxilio, veluti animam meam, toto cordis affectu, lacrymis fluentibus, commendo. Quatenus illam non solum per vos, sed et per quoscunque potestis, illos ad ejusdem Ecclesiæ miserationem 369 pia vestra miseratione 4 convertendo, sustentetis. Omnipotens Deus diu vestram Paternitatem in hac vita sub suæ gratiæ continua protectione custodiat, et ad vitam æternam perducat. Sigillum hæc epistola non habet, quia abbas jam non sum, et archiepiscopus nondum sum, ncc me delectat pingi quod non sum.

EPISTOLA XI ".

ANSELMI AD FULCONEM EPISCOPUM BELVACENSEM. Ejusdem est argumenti ac præcedens.

Dulcissimo et dilectissimo suo dilectori, episcopo

VARIÆ LECTIONES.

⁷⁸ Mihi pater ms. mi pater 76 Venire vult ms. vivere vult 77 Distinctio Beccensis ms. destructio Bec-¹¹ and ¹² and ¹³ Ventre vult ¹⁴ ventre vult ¹⁴ Distinctio beccenis ¹⁴ augmentum meæ tristliæ vestram indigna tionem. Quod ¹⁹ Ab hominibus ¹⁸ ab onnibus ¹⁹ Parvum ¹⁴ A prædicta ¹⁴ A prædicta ¹⁵. Miserstione ¹⁶ A prædicta ¹⁶ Collata cum duobus præfatis ¹⁶ mss. ¹⁷ Codice Ef. 20 et cum ms. Bd. 18 ejusdem Bibliothecæ Victorinæ. Et Edit. Goth. et Col. 1573.

Belvacensi Forconi, frater Anserators : esterna Dei A bitanter didicit et credidit de sucutaris honoris amprotectione et consolatione gaudere.

Scio, mi dulcis amice, quantum dilectio vestra de Hius (quem super omnes homines diligit *) insperata corporali omissione contristaretur, nisi se sapienter divinæ dispositionis consideratione consolaretur. Sicut enim in cordibus diligentium sese invicem ** spes et opportunitas confruendi se nutrit guamdam delectabilem dulcedinem, ita ejusdem rei desperatio ingerit molestam amaritudinem. De que re vestra ** Prudentia meam potest cognoscere conscientiam. Sie enim cognosco vestræ dilectionis erga me sinceritatem, ut certus sim vos non ignorare meze dilectionis erga vos ot erga illos ", quibus illam estendebam, et maxime erga monachos Beccenses **, veritatem. Nam nullus sic cognoscit animi veri conscientiam, sient ille qui veram gerit amicitiam. Considerate ergo qua possit esse in corde meo integra lætitia, quem tot amicorum me desiderantium et a me desideratorum contristat irreparabiliter perdita in hac vita presentia. Unusquisque corum ce mei solius amissione corporali dolet, et anima mea de omnibus, quia ab corum præsentia invita tam inopinate scinditur, dolet. Nam etsi major multitudo similem exhibertium dilectionem in Anglia me videatur lætificare, nullatenus tamen tam longo tempore radicatam et nutritam priorem dilectionem de corde meo valet oradicare. Vora enim charitas non diligit minus priores amicos interius, etiamsi exterios pariter nequeat operari, cum ad plures ex- C tenditor; sicut nec a prioribus, si veri amici sunt, minus non timet diligi, cum a pluribus diligitur. Et quidem si qua mihi consolatio est multitudinis amicorum præsentium ad angorem quem gero de priorum absentia, illud utique efficere neguit, ut non contrister de illorum qui quanto me magis diliguat, tanto magis contristantur de absentia dilecti et dilectoris ** sui tristitia. Delectat me, cum ** dulci amico meo scribo de charitatis sinceritate, et de ejns efficacia diu tractare; sed quoniam epistolaris brevitas hoc non patitur, cum et aliud velim dicere, necesse est me jam materiam mutare. Quidam, ut andiri, suspicantur me archiepiscopatus concupiscentia, ad quem dolens et timens trahor, detineri. Quod, sive suo errore, sive aliena persuasione fa- D non credit, verum est " quia ipse falso et temerarie cient, parcat illis Deus, qui videt quia falluntur et peccant. Non me ezenso apud vestram fraternitatem mihi dilectissimam, quæ ex quo me cognovit familiarissima et longa conversatione, meam indu-

bilione conscientiam. Quam tanto verius cognovistis, quanto securius vos et totam vitam vestram sensui meo judicioque meo commisistis. Sed apud eos me excuso, quicunque hanc lecturi sunt epistofam, ut sciant quid mibi dicat conscientia mea coram Deo; et aliis ignorantibus, cum opus erit, respondeant pro me, si non propter me, vel propter Deum, Multum enim nocet infirmis in Ecclesia Dei opinio alicujus vitii, sive vera, sive falsa sit, de aliquo homine; et maxime de eo qui sic est in Ecclesia catholica constitutus, ut et verbo et exemplo vitæ aliis debeat et possit prodesse. Sciant ergo omnes, sicut mea conscientia mihi dicit coram Deo. quem invocare testem mendacii ⁹¹ nefas esse scio. quia non me rapit aut alligat ad archiepiscopetum Anglorum cupiditas alicujus rei, quam servus Dei contemptor mundi contemnere debeat, sed timor Dei me cogit pati, ut quanivis dolens et timens ab Ecclesia Dei trahar **; et quia si mihi liceret ** servata obedientia et charitate, quas Deo debeo et Ecclesiæ ejus matri meæ propter oum, potius et libentius eligerom sub abbate et sub regulari disciplina in monachica paupertate et humilitate esse, et obedire, et servire, quam regnare in hoc mundo sæculariter, aut dominari, aut archiepiscopatum sive episcopatum possidere, vel abbatiam, aut hominibus quibuslibet præesse ** ad animarum gubernationem, sive ad corporum sustentationem, in magna terrarum et rerum terrenarum possessione et opulentia. Quod ego ipse non imputo mihi tantum ad virtutem, quantum ad hoc, quia talem me sclo tam parum utilem, parum fortem, parum strenuum, parum prudentem, parum justum, ut potius mihi congruat et expediat eligere subesse ** prælato, quam aliis præesse, obedire quam præcipere, servire quam dominari, ministrare quam ministrari. Cogor hæç de me confiteri; sed malo hæc in simplicitate mea, ut puto, sine omni duplicitate de me dicere, quam pati ut alii homines peccent in me, aut ut malum exemplum sumant per ignorantiam ** suam et errorem suam de me. Qui mihi hæc de me confitenti credit ", certus sit quia hoc credendo non fallitur, si mea me conscientia ** coram Deo non fallit, et qui de me judicando se fallit. Omnipotens Dominus faciat vos in hac vita et in futura indeficienti sua protectione et consolatione gaudere 160. Amen.

VARIÆ LECTIONES.

** Omnem diligit hominem mss. et Edit. omnes homines diligit ** Se invicem ms. Bd. 18 et Edit. scse invicem ⁵⁶ De qua vestra mss. et Edit. de qua re vestra ⁸⁷ Et erga illos ms. Bd. 18 omit. ⁵⁸ Monachos Beccenses ms. Bd. 18 monachos hic existentes ⁵⁹ Dilecti et dilectoris mss. dilecti dilectoris ⁵⁹ Delectat me cum ms. 1 delectat cum ⁵¹ Testem mendacii ms. 1 testem monachis ⁵² Trabat mss. et Edit. trabar ³³ Mihi licebit mes. et Edit. mihi liceret ³⁴ Quibuslibet præesse ms. Bd. 18 quibusdam præesse ³⁵ Ex-pediat subesse mss. et Edit. expediat eligere subesse ³⁶ Ignorantiam, et ms. Bd. 18 ignorantiam suam et ³⁷ Confiteri credit mss. et Edit. confitenti credit. ³⁶ Mea conscientia ms. Bd. 18 et Ed. mea me conscienti: * Verum est, et quia ms. Bd. 18 verum est quia 100 Gaudere ms. Bd. 18 gaudere. Amen

EPISTOLA XII 101

ANSELMI AD GOFFRIDUM EPISCOPUM PARISIENSEM.

Ut cantorem Ecclesiæ Parisiensis qui in monasterio sancti Martini de Campis habitum monachi susceplurus, inde vi ab eo fueral abstractus, liberum dimitteret; nec religaret in mundo qui Christum elegerat. Domino et Patri reverendo, episcopo Parisiensi GOFFRIDO (3) 104, frater ANSELMUS Dei disponentis omnia dispositione electus archiepiscopus Cantuariæ: præsentis vitæ Deo placitam sanctitatem, et futuræ æternam felicitatem.

Quamvis divina dispositio valde longe a Reverentia vestra meam (separet parvitatem, nulla tamen longinquitas debet minuere meani, quam vestra multis modis, meruit benignitas fidelitatem. Quapropter si quid de vestra Celsitudine audio, unde mihi sit congaudendum, semper volo congaudere: B et si quid cognosco quod vestram dignitatem mutare doceat 103, familiari fiducia eam charitative et humiliter 106 debeo commonere. Didici quod dominus Walerannus charissimus amicus noster, cantor ecclesiæ vestræ, Deo 108 inspirante, habitum sanctæ conversationis studiose et intentissime petens in monasterium sancti Martini de Campis 166, eo gaudio quo debuit 107, sit susceptus; et inde violenter a vobis, et quemadmodum 108 non necesse fuerat, al:stractus. De qua re, quamvis vestra prudentia meo consilio non egeat, cogunt tamen 109 370 fidelitas et dilectio (quas vobis 110 et illi debeo) mentem meam, ut vestræ Reverentiæ aliquid suggerat. Non loquor sapientiori me quasi docendo, sed velut ea quæ melius me scit 111 breviter commemorando. C Mi Pater, si omnia 118 facienda sunt cum consilio; cujus magis consilio, quam ejus qui admirabilis, consiliarius Deus fortis, dicitur? Ipse quippe consulit ad perfectionem nitentibus ut 'omnia relinquant, et se sequantur. Ipse omnia relinquentibus et sequentibus 118 se promittit quia sedebunt cum illo in judicio judicantes duodecim tribus Israel. Ipse est qui invitat laborantes et oneratos amore et curis

A sæcularibus, ut ad se veniant et requiescant. Hoc consilium magis in monachico quam also vitæ proposito impleri 114 sancti Patres intellexerunt. Beatus namque Gregorius in lib. xiv Registri 118, scitis quid mandet Desiderio episcopo de quodam, qui divina inspiratione compunctus gratiam monachicæ conversationis 116 appetierat, quomodo scilicet hortetur eumdem episcopum ut propositum ejus hullo modo impediat; sed magis eum, quantum valet, pastorali admonitione succendat, ne fervor conceplus in eo tepescat, nec ullatenus debere eum qui monasterii portum petiit, rursus ecclesiasticarum curarum perturbationibus implicari. In Toletano concilio 1v legistis clericos monachorum propositum appetentes, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos esse debere ab episcopis ad monasteriorum ingressus. Pauca dixi de multis. Si ergo dicere contra Dominum, et contra tot sanctos Patres 117 dicta Domini veraciter intelligentes, est peccatum, facere contra manibus, non dicam quomodo scio, sed 118 quomodo vos scitis, quid est? Si qui 119 separat pretiosum a vili, id est animam a sæculo, tanguam os Dei (sicut scriptum est) erit, ille cujus os et manus retrahunt animam in adhærentem consilio Domini ad sæculum, quid erit? Absit, mi Domine 3 nolit Deus ut super episcopum 121 cadat quod Deus dicit : Qui non colligit mecum, dispergit; et : Qui non est mecum, contra me est (Luc. xi, 23). Horrendum enim est etiam 124 auditu, ut quos Christus elegit 128 de mundo, episcopus religet in mundo; ut quos Christus trahit 194 ad portum de procellis et tempestatibus mundi, hos episcopus retrahat a portu in naufragio 188 turbines mundi ; et quos Christus abscondit 126 in ovili a multitudine insidiantium luporum, hos episcopus rapiat 197 de ovili, et exponat multitudini luporum. Mi reverende Pater, ne sit molestum Prudentiæ vestræ, quia sic loquor. Nou enim hoc dico, quia velim ostendere quod hujusmodi sitis, sed quia desidero ut hujusmodi non sitis.

VARIÆ LECTIONES.

¹⁰¹ Cum tribus præfatis Exemplaribus mss. collata; et cum Edit. Goth. et Col. 1575 ¹⁰² Joiffrido mss, duo et Edit. Gosfrido ms. Bd. 18 tantummodo sic notat G. ¹⁰³ Mutare deceat ms. Bd. 18 imitari debeat ¹⁰⁴ Charitative et humiliter ms. Bd. 18 charitati et in hoc humiliter ¹⁰⁸ Ecclesiæ Deo mss. et Edit. Ecclesiæ vestræ, Deo ¹⁰⁶ De Campia mss. et Edit. de campis ¹⁰⁷ Quo debent mss. et Edit. guo debuit ¹⁰⁸ A vohis quemadmodum ms. Bd. 18 et Edit. a vohis et quemadmodum ¹⁰⁹ Cogunt tamen ms. Bd. 18 cogit tamen ¹¹⁰ Quas vohis ms. Bd. 18 quam vohis ¹¹¹ Me scit ms. Bd. 18 me scitis ¹¹³ Pater, omnia ms. Bd. 18 Pater si omnia ¹¹³ Et sequentibus deest in ms. Bd. 18 et in Edit. ¹¹⁴ Impleri deest in ms. Bd. 18 ¹¹⁵ Lib. 14 Registri ms. Bd. 18 Lib. 9 Registri ¹¹⁶ Conversationis Edit. Pic. conversionis. ¹¹⁷ San-ctos Patres, dicta ms. Bd. 18 sanctos, dicta ¹¹⁸ Quomodo, sed ms. Bd. 18 quomodo scio, sed ¹¹⁹ Et qui ms. si qui ms. Bd. 18 si quis enim ¹²⁰ Retrahunt animam adhærentem post Deum ad ms. Bd. 18 retrahunt adhærentem consilio Domini ad sæculum ¹²¹ Super Episcopum ms. Bd. 18 super episcopos ¹²⁹ Horren-dum est etiam ms. Bd. 18 horrendum enim est etiam ¹²³ Ut quod Christus elegit ¹²⁴ Et quid Christus traht a portu in nau-fragos ms. Bd. 18 retrahat in naufragos. Alia duo et Edit. ¹²⁷ Rapiat et ms. Bd. 18 et Edit. rapiat de ovili, et JOANNIS PICARDI NOTÆ. ¹⁰¹ Cum tribus præfatis Exemplaribus mss. collata; et cum Edit. Goth. et Col. 1573 102 Joiffrido mss,

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

rize sunt et discrepantes scriptorum, impressorum-que voluminum lectiones. Paulus Æmilius lib. ни Annalium habet, Gotofredus; quem Eustachii comitis Bonomiensis fratrem fuisse asseruerat, et Franciæ cancellarium, virumque non modo in re sacra, sed et profana potentissimum. Sane de cancellarii dignitate est vetus testimonium in diplomate Phi-

(3) Goffrido. Alias Gaufredo, Gauffrido, tam va- D lippi Francorum regis cato Aurelianis anno 1075. in quo vocatur regis cancellarius, et Parisiorum episcopus. Unde palam est illum multos annos Parisiensem Ecclesiam gubernasse. Sed hæc impræ-sentiarum satis sint; nam plura dicturi sumus in Historia episcoporum Parisiensium, quam præmeditamur. Det Deus huic quoque finem.

Consideret et retractet Prudentia vestra quod fecit A decipiat, ne tibi, quoniam vi abstraberis et nolens a de prædicto suo canonico; et si quid fecit quod mutandum intelligat, non eam pudeat facere quod magis deceat. Non enim adeo mirandum, si subito motu de tam strenui clerici amissione aliquid non præmeditate fecistis; sed hoc valde est laudandum, si mutatis qued mutandum intelligitis. Saluto dominos et amicos nostros canonicos vestros, quos etiamsi singulos non cognovi, omnes tamen diligo, et omnibus servire 128 volui. Quos omnes vobiscum supplex precor (4) ut consecrationem meam, quæ in Dominica (qua cantatur Populus Sion) ordinata est, Deo annuente, fieri, suis orationibus, non meis meritis, sed sua charitate præveniant. Omnipotens Dominus sic vos usque in finem hujus vitæ 139 dirigat et custodiat, ut post hanc vitam æternam beatitudinom vobis retribuat. B Sigillum hæc epistola non habet, quia et abbas jam non sum, et archiepiscopus nondum sum, nec me delectat pingi quod non sum.

EPISTOLA XIII 130.

ANSELNI AD WALERANNUM CANTOREM PARISIENSIS ECCLESIA.

Ut arreptum vita monastica propositum strenue persequalur.

Domino, et amico charissimo WALEBANNO, olim cantori Parisiensis Ecclesiæ, frater Anselwus archiepiscopus Cantuariæ : semper ad meliora proficere, et nunquam descere.

Audivi, amice charissime, quia propositum sanctæ conversationis eligens monasterium sancti Martini sub clarissimo amico meo domno priore Ursone ingressus fueras, et valde de tanto bono amici mei C Lætatus sum. Sed postea didici quia Dominns noster episcopus tuus te inde vi retraxerit, et tristis factus sum. Et quoniam honestatem tuam, de cujus dilectione certus sum sine figmento dilexi et diligo, reprehendit mea 131 conscientia, si te visitare meis litteris et, pro possibilitate mea, in tanto periculo tibi consulere charitative non studeo. Timeo enim ne diaboli calliditas animam tuam dilectam mihi

sancto proposito, posse in clericatu licite et sine culpa, ut olim, permanere persuadeat. Certus esto, charissime, quia nullo modo hoc potest anima tua sino sui reprobatione suscipere, quamvis hoc episcopi sui auctoritate velit desendere. Christus enim dicit : Nemo mittens manum suam ad aratrum, et retro respiciens aptus est regno coelorum (Luc. 11, 64). Mens tua ab aratro Christi retro respicit, si a proposito, ad quod te vocavit Christus, et quod incepisti, aliqua occasione tepescendo deficit. Sicut enim episcopi servant sibi auctoritatem, quandiu concordant Christo, ita ipsi sibi eam adimunt, cum discordant a Christo. Omnis episcopus qui habet vocem Christi, Christus est, et oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. Lege in Evangelio post hæc verba : Alienum non sequuntur, sed fagiunt ab eo. qnia non noverunt vocem alienorum (Joan. x, 6)¹³⁹. Si persecutio corporis sugienda est de civitate in eivitatem, quanto magis persecutio animæ? An non est animæ fugienda persecutio, animam prohibere sequi Christi consilium? Amice charissime, si multa non legisses et rationabilis ingenii non esses, multa tibi dicerem, ut quam bonum sit quod incepisti, et quam malum si ab incepto deficis, ostendereni. Breviter dico, nihil salubrius potuisti incipere, nihil periculosius potes relinquere. Nihil igitur separet animam tuam a proposito monachico, quod incepisti. Lege in concilio Toletano quarto de clericis petentibus vitam monachicam, et in libro xiv Registri epistolam ad Desiderium episcopum, de clerico facto monacho. Omnipotens Dominus dirigat et corroboret, et consoletur cor trum. Amen.

371 EPISTOLA XIV 139.

ANSELWI AB FUDONEM.

Ut Ecclesiæ Beccensi præficiatur domnus Guillelmus jum se respondisse significat, et Ecclesiam Beccensem ejus charitati commendat.

Domino et amico charissimo Fupoxi, frater Ax-SELNUS : salutem et fideles orationes.

VARIÆ LECTIONES.

¹³⁸Diligere et servire mss. et Edit. diligere et omnibus servire ms. Bd. diligo et omnibus servire ¹³⁹ Finem vito ms. Bd. et Edit. finem hujus vitæ ¹³⁹ Collata cum duobus mss. Vict. in uno codice compactis ¹³¹ Reprehendit mea mas. reprehendit me mea 128 Post hæc verba : alienum non sequuatur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum. Si mss. post hæc verba ; quem non sequuntur oves. Et, cujus vocem non noverunt. Si 123 Collata cum uno ex duobus præfatis Exemplaribus in codice ms. Ef. 20 compactis

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

est Dominica secunda Adventus, quæ, cum hoc anno inciderit in 4 Decemb. seu prid. Non. Decemb., ut Anselmus designat epist. 15 sequenti, necessario prima Dominica Adventus celebrata est 27 Novemb. quo principio Adventus nullum habet altius, sicut nec inferius 111 Non. Decemb. Pridie ergo Nonas Decembris, Anselmus qui sanctus dicitur, et merito, ex confinio Burgundiæ ortus, Becci monachus, et secundus abbas, postea Cantuariæ archiepiscopus consecratus est a Wakelino Wintoniensi et Mauritio Londoniensi episcopis. His enim verbis tabulæ Cansuarienses ms. in Bibliotheca Sancti Victoris Parisiensis recitant Anselmi inaugurationem, quæ eodem anno, videlicet 1093 facta est, quo electo, assertoribus Eadmer. lib. 11 Vitæ ejusdem Mamlesber.,

(4) Ut consecrationem meam, quæ in Dontinica, D Rogero Honedeno, Thom. Waisinghamo, Matth. qua cantantur Populus Sion, ordinata est, etc. Hac Paris. Non sunt igitur audiendi Matth. Polmer. in addit. ad Chronicon Eusebii scribens, anno 1090 : Anselmus Cantuariensis episcopus bonitate vitæ et ingenii acumine claret in Anglia. Nec Georgius Lilius id tradens anno 1095; multo minus Sigisbertus aiens anno 1097 Lanfranco defuncto Anselmum successisse in presulatu Cantuariensi. Non sunt, inquam, audiendi, ac imprimis Palmerius; tantum enim abest ut Anselmus tum in Anglia clareret, cum ne quidem degeret. Nam ex Lilii supputatione is est annus defuncii Lanfranci; imo illa ultima ejusdem ægritudine, Auselunus erat Becci in Northmannia, ut liquet ex epist. 53 lib. 11 ad eumdem lecto decumbentem ex dysenteria. Sigiberti et Lilii, errorem prodidisse, vicisse est aliorum testimoniis, qui Eadmerum Anselmi convictorem secuti sunt.

Diu est quod litteris vestris de elingendo abbate A testate, quandiu meo consilio spetis et vivetis. Si in Beccensi Ecclesia respondi; sed, sicut audio, iator mearum litterarum in mari captus, ad vos renire prohibitus est. Quod tarde sciens iterum inando domino nostro comiti et vobis de ea re prædicta nostrum, secundum jussionem ejus, consilium. De nullo fratrum ejusdem Ecclesiæ volo aut consulo cantum ut abbas fiat in illa, quantum de domno Willelmo, qui prior fuit apud Pexeium, quamvis pluves 144 alii sint inter eos, Dei gratia, hac prælatione non indigni. Vobis autem gratias ago, quantas possum, ut verissimo amico, pro eleemosyna vestra, et propria cura quam habetis de Ecclesia Becci, quam vobis commendo sicut animam meam, quia plus eam diligo quam præsentem vitam mean. Nulli enim quam vere dilecto dilectori meo. Precor, obsecro, ut non solum per vos eau vestro consilio et auxilio adjuvetis, sed et alios 138 ad ejus miserationem | et sustentationem et dilectionem, quantum potestis, convertendo, cam sustentetis. Et si contigerit ut aliquando aliter alique modo sese habcat, quod Deus avertal, quam opertet, confidenter eam, ut verus anvicus, corripite et arguite, et donec corrigatur, charitative insistite. Dilectionem meam et fidelitatem, quas erga vos habui, ex quo vos cognovi, et quæ tanto magis in corde meo creverunt, quanto magis vestram erga me dilectionem veriorem probavi, scitote, Deo annuente, quandiu vivam, perseveraturas. Omnipotens Dominus vos sub sua continua protectione sic in hac vita custodiat, ut ad vitam æternam C perducat. Amen.

EPISTOLA XV 12.

ANSELMI AD MONACHOS BECCENSES.

De suavissimis litteris Roberti Northmannorum ducis ad se missis; el quod ejus consecrutio futura esset pridie nonas Decembris.

Dilectissimis suis domno priori BALDRICO, et ailis monachis Becci, frater Anselnus : semper velle, et facere quæ Deo placent, et quæ sibi expediunt 137.

Gratia Dei faciente, dominus noster princeps Northmannorum misit mihi litteras plenas magna benignitate et excusatione sui, si quid aut credidit aut dixit de me aliter quam decuit, amore meo, et dolore D de amissione mea, cogente, ob meam ad archiepiscopatum electionem. In quibus litteris de 138 abbate vobis constituendo petiit benigne meum consilium; quod non solum in hac re, sed et in aliis rebus se libenter accepturum promisit. Consilium autem meum de hac ¹³⁰ re illi mando, et vobis remando, quod mandavi per domnum Girardum fratrem nostrum. Rex Anglorum vobis mandat salutem, et auxilium suum, et custodiam rerum vestrarum quæ sunt in sua po-

autem illud spreveritis, in illo proficuum non habebitis, Cum ex vestra parte aliqua mihi mittitur epistola, secrete et mihi soli legenda, non mimis 146 sit gracilis scriptura. Postquam enim illud, quod de me inceptum esse mecum doletis, contigit, multa diurnze et nocturnze lacrymze visui meo nimis nocuerunt. Non enim celsitudo aut opulentia archiepiscopatus cas tantum valuerunt sua consolatione 144 reprimere, quantum timor et tædium ejus eas potuerunt sua perturbatione exprimere. Amici mei, compatimini mihi, quia ego compatior vobis. Orate pro me, quia ego, si possum, oro pro vobis. Consecratie mea ordinata est fieri prima die Dominica post festivitatem sanctæ Andreæ, pridie videlicet Nonas Deconfidentius commendo rem tam charam cordi meo, B cembris. Prævenite cam vestris orationibus, et mandate hoc monachis et sanctimonialibus per Northmanniam inclusis, et claustralibus, et advicis nostris in Francia. Valete.

EPISTOLA XVI ***.

ANSELNI AD MONACHOS BECCENSES.

Ipsi abbati a Beccensibus in suum locum subrogats gratulatur, præcipiens ut monachis sit pater, et ut monachi ipsi obediant ut filii.

Anselmus servus servorum Dei, vocatus archiepiscopus, dilectissimis in Christo filiis WILLELMO, abhati et cæteris Beccensis Ecclesiæ monachis, salutem.

Gloria in excelsis Deo, et in Ecclesia Beccensi pax fratribus bonæ voluntatis. Grates immensæ clementiæ Dei, quæ sicut vobis pastorali solatio destitutis visitationis suz gratiam voluit impertire, ita camdem longa rerom exspectatione poluit protelare. Iterum ago grates clementiæ illius, quod licet non omnino sicut vellem, aliquo tamen modo amici mei desiderio dignata est occurrere, dum, me superstite, alium in præfata Ecclesia abhatem, secundum juge desiderium meum, constituerit. Sed cum illud indesinenter ejus intentionis speculatione desiderarem, ut et vobis ante mortem mean consultis, finem vitæ cum gaudio exspectare, et ab omni mundanarum specie rerum segregatus quietam inter vos vitam possem agere, noluit in hac parte superna Providentia desiderium meum adimplere, sed ad magnum, ut valde pertimesco, animæ mcæ detrimentum majoribus quam ante rerum tumultibus voluit implicare. Proinde quantum in uno, quod a Deo exauditus sum, gaudeo, tantum in alio, quod exaudire me noluit, doleo. Paternam tamen nunc, sicut semper, sollicitudinem pro vobis gerens, moneo vos sicut filios meos charissimos, et sicut eos quos in visceribus Christi tenerrimo semper affectu dilexi, et diligere volo, ut secundum B. Apostoli vocem idipsum invicem sentiatis, propositum animi ad meliora quotidio

VARIÆ LECTIONES.

¹³⁶ Quatenus plures ms. quamvis plures ¹³⁵ Et ad a.105 ms. et alios ¹³⁶ Cum prædicto Exemplari ms. collata ³⁵⁷ Quae expediunt ms. quæ sibi expediunt ¹³⁸ Litteris et de ms. litteris de ¹³⁹ Autem de hac ms. autem meum de bac 100 Non minus ms. non minis 11 Copia ms. consolatione 11 Cum eodem ms. collata

voluit, humilem in omnibus obedientiam exhibeatis, memores illius præcepti, quo nos idem Apostolus admonel, dicens : Obedite præpositis vestris. et subjicite pos 112 eis (Rebr. XIII, 17). Tibi autem, charissime frater Willelme, et oppni sanctæ religionis observantia animo meo probate, quem Dei gratia tam sancto monachorum gregi rectorem post me fieri constituit, hanc facio suggestionem, ut ita de animabus fratrum sub tuo regimine consistentium sollicitus existas, quatenus callidi hostis insidize nulla eis arte, prolegente Deo, nocere valeant ; sed sollicitudinis tuz custodia vallata boni pastoris tutamina se invenisse gaudeant. Sicque to in omnibus qua agis, moderatum exhibere festines, ut neque justi- B tiam gratia, neque gratiam justitia qualibet unquam privata subreptione excludat. Sed ita altero semper alterum conjungas, ut in atroque monasterii ordo 372 inviolata rectitudine servari valeat. Nunquam ab animo tuo excidat quod Dominus negligenti pastori per Salomonem dicit : Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam; illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus tuis (Prov. v1, 1). Plura me loqui delectaret, si aut epistolaris brevitas permitteret, aut tua Sanclitas melius facere quam ego direre nesciret. Omnes tamen vos hac postrema supplicatione convenio, ut expertum semper dulcedinis vestræ amorem erga me tepescere non sinatis, quoniam ego, etsi corporali præsentia vobiscum esse nequeo, cordis tamen amore c vobiscum manere nunquam desisto. Memores etiam estote qua ratione semper Ecclesiæ Beccensi amicos acquirere consuevi, et hoc exemplo amicos vobis undecunque acquirere sestinate, hospitalitatis bonum sectando, benignitatem omnibus impendendo, et, ubi facultas operis defuerit, affabilis sermonis gratiam porrigendo. Nec unquam satis vos habere amicos credatis, sed sive divites, sive pauperes, omnes vobis in amore fraternitatis conglutinate, quatenus hoc et ad vestræ Ecclesiæ utilitatem proficere, et ad eorum quos diligitis salutem valeat pertingere. De benedictione tua, frater Willelme, comiti, et archiepiscopo mandavi atque at omnia decenter fierent, rogavi. Litteris tuis, quas per domnum Gislebertum, et domnum Joffridum misisti, ideo non respondi, quia et p istæ litteræ antea scriptæ fuerunt, et portitor earum multum festinavit.

EPISTOLA XVII 144.

ANSELMI AD MONACHOS BECCENSES.

Horum litteris respondens cos consolatur de sua absentia; cosque absolvit a peccatis, ut petierant.

Anselnus vocatus archiepiscopus, dulcissimis et dilectionis filiis suis juvenibus et adolescentibus Buccensibus, qui ei suas 148 in Angliam miserunt episto-

VARIÆ LECTIONES.

143/Subjicite vos ms subjacete vos 144 Qui et suas ms qui el suas 144 Cum eodem ms collata 144 Legi interiora ms legi : et sæpe interiora 147 Lacrymis meis fluentibus me lacrymis fluentibus 118 Significasti ms significastis 148 Fratres dulcissimi ms lilii dulcissimi 186 Cum eodem ms collata

PATROL. CLIX.

dirigatis; et ei quem divina pietas vobis præesse A Jas : Dei, et suam, quantum valet, si quid valet, benedictionem.

> Legi in litteris vestris dilectissimum el dulcissimum affectum vestrum erga dilectum dilectorem vestrum : quas sæpe legi et sæpe interiora 146 cordis mei, vestræ dilectionis consideratione, pie commoverunt, et faciem meam lacrymis fluentibus 147 perfuderunt. Ad quod cum unius vestrum sola sufficeret dilectio, tanto plenius tamen et vehementius hoc fecerunt, quanto in vestris dictis similem animum et affectum aliorum cogitabam, qui litteras non miserunt. Sic enim Dilectio vestra conglutinata est animæ meæ, ut eam intente cogitare nequeat sine quadam magna sui vulneratione, de dilectorum filiorum suorum violenta ablatione et separatione. Quod autem significalis 158 vos mecum desiderare semper esse, certe et ego desidero. Sed quoniam ali:er dispouit Deus quam desideremus, nec video opportunum esse animabus vestris, quas sicut meam, teste vestra conscientia, diligo, ut mecum possitis conversari : precor, moneo, consulo, quatenus mecum supernam dispositionem patienter toleretis, et yestram tristitiam tolerando mitigantes, meam quoque mitigetis : vestra namque tristitia mea est, et vestra consolatio mea est. Quod non solum vobis dico, filii dulcissimi ***, sed et omnibus qui eaindem molestiam vobiscum ferunt pro absentia dilectoris sui dilectissimi. Scio quia si speraretis vos adbuc bac vita aliquanto tempore mecum converin – saturos, magnæ consolationis vobis esset. Quanto ergo majorem consolationem habere debemus si in futura vita nos in æternum simul victuros et congratulaturos speramus? Consolamini igitur, filii mei, consolamini, et vos subjicite voluntati Dei, qui melius scit quid vobis expediat, quam vos ipsi; quatenus aliquid major vobis retribuat Dens pro hac patientia, quam vobis provenire posset ex mea præsentia. Certi estote quia nulla locorum distantia, nulla temporum diuturnitas dulcedinem amoris vestri, sicut'spero in Deo, a corde meo poterit separare. Et illis qui mcam in litteris suis se significaverunt velle absolutionem, et illis qui, quamvis eam per litteras non petierunt, tamen eam volunt, mando meam coram Deo absolutionem et benedictionem, et oro ut Deus omnipotens illos ab omnibus peecatis absolvat, et in vitam æternam benedicat. Amen.

EPISTOLA XVIII 130.

ANSELNI AD CONITISSAM IDAM.

Hortalur comitissam ad sanctimoniæ perseverantiam. Anselnus, servus servorum Dei, vocatus archiepiscopus, reverendæ et diligendæ vide merito comiliasælog : sic in hac vita Deo servire, ut in futura mercatur cum Deo regnare.

2

Scio, el certus sum (domina mihi in Deo charis- A ut pauci sint quibes vita tua debeat comparari : et sima, soror dilectissima, filia dulcissima) quia sancta tua dilectio, qua me semper in corde tuo præsentem, quasi Patrem spiritualem, reverencer et delectabiliter amplecteris, incessanter desiderat ea quæ de me et erga me sunt cognoscere; et ex mca parte aliquid audire aut legere 181, quatenus mihi secundum veræ charitatis regulam congaudeat aut compatiatur. Cui tuz dilectioni 183 cor meum utique simul respondet affectu. Quoniam ergo et per epistolam congruum non est 182 narrare nunc quæ de me facta sunt hoc anno, sive qualiter cor meum illa sustineat : et domnus Rainerius dilectus amicus noster, clericus vester multa per se vidit, et plura, me narrante, didicit; illum precatus sum ut ea quæ de me interius et exterius cognovit, sicut qui ad hoc B lutionem et benedictionem. Amen. ipsum se a vestra reverentia missum fatetur, viva voce vivis vocibus notificet. Et quoniam jam olim certissime expertus sum, filia in Deo mihi dilectissima, monita mea cor tuum delectabiliter suscipere, atque animam tuam curæ meæ penitus te commisisse memini, aliquid necesse est, quod ad exhortationem tuam pertineat, subjungere. Amica charissima in Deo. Dominus dicit : Multi sunt vocati ; pauci sero electi (Matth. xx, 16). Nunquam ergo secura sis te inter electos computari debere, donec ita vivas,

cum te in numero paucorum case cognoveris, adhue time; quia adhuc dubium erit si inter paucos electos fueris, donec te de illis paucis videas, de quorum electione nulla manet dubietas. Qui enim dixit, pauci sunt electi, non utique dixit, quam pauci: ut quantumcunque nobis videamur profecisse, semper judicomus nos nondum nisi ad initium proficiendi pervenisse. Hortor igitur et consulo filiæ meæ, quæ se meo commisit consilio, ut bene vivendi studium, quod olim incepit, nullatenus languescat; sed, quasi quotidie incipiat, per singulos dies fervescat. Omnipotens Deus ab omnibus peccatis te clementer absolvat, et benedicat in æternum; et quantum mihi divina gratia concedit, meam semper habeas abso-

373 EPISTOLA XIX 144.

ANSELMI AD WESTANUM WIRGONIENSEM EPISCOPUN.

Petit consilium contra Londoniensem episcopum, qui intra suam diœcesim dedicare volebal ecclesias villarum archiepiscopi Cantuariensis.

ANSBLNUS, servus servorum Christi, vocatus archiepiscopus, dilecto et reverendo episcopo Wigorniensi 188 WLSTANO (5), sic in arrepto sanctitatis proposito perseverare, ut mereatur in æterna beatitudine sine fine regnare.

VARIÆ LECTIONES.

-si Et egere us aut legere 189 Cui dilection ms c Cum pratato ms collata 185 Gorniensi ms Wigorniensi ¹⁸⁸ Cui dilectioni ms cui tuze dilectioni 183 Non esset ms non est 😘 Cum præfato ms collata

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

Ulstanus; sed creberrime Vulstanus ut hic et in ms. tabulis Wigornensium episcoporum nostræ bibliothecæ, ita. Aldredus Vigorniensis episcopus ecclesiam in civitat. Glavarnia a fundamentis construxit, et in honorem apostolorum principis Petri ædificavit, et postea regis licentia, Vulstanum Vigorniensem monachum a se ordinatum abbatem constituit. Ibidem 1062 san-etus Yulstanus fit episcopus ab Aldredo, prædicto tune Eboracensi archiepiscopo, Stigando Caniuariensi interdicto. Hujus S. Vulstani gesta habentur. Cujus festum est xiv Kalend. Febr. Tantum ille. Plura vero Willelmus Malmesber. lib. IV De gestis Anglorum pontificum, obiterque lib. un in Eboraccusibus archiepiscopis; Rogerus Honedenus Annalium priorí parte ad annum 1002 singularia quæque commemo-rat et satis prolize; et 1095 sénatus Bravonius Vigorniensis monachus concinnavit epitome gestorum cjus, apud Surium tom. 1, Polydor. Vergil. Ilistor. Anglic. lib. VIII, IX, X passim et honorifice sanctis-simi antistitis meminit, mec non Matthæus Paris historiæ majoris anno 1088 et 1095, ubi prolixiorem texuit narrationem vitæ et morum ejusdem. Thomas Walsinghamus, etsi de eo narrarit paucula, dicitur tamen deliria et præstigia in historiis reliquisse, non meo, sed Matthæi Parkeri pseudoarchiepiscopi Cantuariensis, et Anglo - Calviniani judicio; qui Walsinghamo conjungit Matthäum Paridem in pra-fatione ad Historias Walsinghami, sua cura et opera Londini editas anno 1574. Et ne adversario me audacius imponere quis existimet, legat ipsissima ejus ad hanc sententiam. « Quis hodie, inquit, putat vel Bunstanum archiepiscopum, diabolum operi illius insidiantem naso suspensum tenuisse, vel Vulstanum Wigorniensem, juxta D. Eduardi sepulcrum, hacu-

(5) Vulstano. Non parum dissentanee legitur id C lum marmoribus ita infixisse ut nec a Lanfranco, nominis, aliquando Vulstanus, alias Wolstanus et nec alio quocunque nisi solo Vulstano evelli posset? nec alio quocunque nisi solo Vulstano evelli posset? Ista omnia antiquitatis deliria cognoscere salus est adolescentulis.) Et post pauca, lectorem monens ait : « Nec antiquissimas istas patriæ tnæ historias prorsus rejicias, quoniam in illis falsa miracula produntur.)

O hominem emunctæ naris et lyncei visus, qui probe noverit purpuram juxta purpuram d judicare, falsaque miracula a veris secernere ! Utinam et adolescentulis, quorum saluti metuit, explanasset discrimen falso: um et germanor um miraculorum, ne pro sole amplecterentur nubem! Quid enim vehit, proliteor me non tenere, nisi per falsa miracula, significet ea, quæ ante verbis ejusdem descripsimus ; in quibus si quidplam falsitatis delitescat, solus ipse detexit : Si enim horum optimus judex planeque quod dici solei, spazdéa lóyor apponatur Scriptura sancta (quam illi cæterisque Calvinitanis aut Pro-testantibus, non taunen nobis sufficere exploratum est) nihil tamen fuci aut mendacii arguetur. Nam, ut a sanctissimo Dunstano exordiamur, neminem fugit, sicut ad decipiendos primos parentes serpentis organo et malitia usus est diabolus, ita ad deliniendos quoslibet, potissinumque viros sanctitatis et pudicitize studiosos assumere fallax mulieris specirum. Jam vero si contrariorum contraria sunt consequentia, ut sunt, quis ibit inficias, cum Abra-ham bonos angelos virilem habentes speciem, exceperit hospitio, laverit, allocutus sit (Gen. xvin); Lot quoque in hospitium suum compulerit (Gen. x); imo Jacob sit cum angelo luctatus (Gen. xxxii), plurimaque alia sacris litteris mandata homines cum bonis angelis virilem ostentantibus speciem egerant, non poluisse D. Dunstanum compresso naso detinere victum, vinctumque diabolum, si Jacob datum sit

44

Sanctitas et sopientia vestra, quæ in diuturna A riæ villam aut ecclesiam quæ ejusdem archiepiscopi ætate per Dei gratiam in vobis multum creverunt, et certitudo Dilectionis vestræ, quam erga me indubitanter cognovi, hortantur me ut in negotiis nostris (cum res exigit) ad vestræ reverentiæ recurram consilium. Quapropter de quadam calumnia, quam quidam coepiscopus noster, Londinensis scilicet, contra antiquam consuetudinem quam Ecclesia nostra libere et quiete possedit in præteritis et antiquis temporibus usque ad præsens tempus, ingerit miki, vestrum quæro consilium. Quippe, testante omni genere hominum qui sunt in Cantuariensi diœcesi, et in aliis episcopatibus, qui sunt circa eamdem diœcesim, semper archiepiscopus Cantuariæ hanc habuit potestatem et consuctudinem, ut intra cujuscunque episcopi diœcesim haberet Ecclesia Cantua.

100 Matris suz ms matri suz

VARLE LECTIONES.

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

num festino, cujus præclarum facinus, etsi meo nec preconio nec patrocinio indigent; saltem illatam breviter relorquebo calumniam, a qua inferenda uon potui sacrilegam hæretico manum prohibere, In hoc igitur divino coelestique opere quid deprehendi aut delirii aut præstigii, forsan quod marmor codem pene tempore et molle et durum fuerit. At quis, nisi divinarum litterarum expers, non videat esse sacris historiis simillinum? Exodi ix enumerantur aliquot plage, quibus ultionum Deus percussit Ægyptum; ils tamen Gessen Ægypti regio fuit im-munis. IV Reg. vi, idem ferrum eodem pene temporis momento fuit grave ut caderet in fundum aquæ; leve, ut enataus sursum ascenderet. Daniel 111, idem ignis, codem tempore, et Nabue hodonosoris tortores incendit, et sanctos pueros in fornacem conjectos levissime quidem attigit, imo velut ros matutinus levitor perfudit. Ejusdem maris aquam et st bilem Christo, et Petro instabilem narrat Matth. C xiv. Quid ergo his sanctæ Scripturæ locis obstat, marmor sepulerale et mollitiem simul et duritiem præbuisse mollitiem, com lituus pontilicius defixus est, duritiem, cum aliquis præter Vulstanum tenta-vit revellere? Has vero refutatiunculas ut lector facilius accipiat, brevi utriusque causam dico : Beatus Danstanus aliquando quidpiam artificiosi operis cudens, vidit ex improviso diabolum puellari specie; qui et muliebri risu et procacibus verbis adorsus est virum Dei. Petulantior autem sermo hostem indicavit. Quamobrem de repente ignitis forcipibus nasum crispantem cachinnos tam fortiter corripuit Dunstanus ut horribilem ejulatum doloris iuflicif testem diabolus daret. At si Parkero videatur id operis ridiculum propter novitatem, saltem persimile multa canitie venerandam quanidam conciliavit reverentiam. Illud ipsum de Appelle fabro ferrario Nitriensisque eren:i incola referunt Histor. Lausiaca Palladii, cap. 60; Tripar. lib. viit, cap. 1, et Sozom. lib. vi, cap. 28; D. Vulstanus anno 1078 adfuit D synodo Loudini habitæ, in qua Willelmo rege agente, et Lanfranco jubente ob imperitiam (etsi aliter se-natus Bravonius, Malmesber. et Matth. Paris loquantur) coactus est insignia episcopalia deponere. Et revera deposuit dicens : Honore et onere me indignum profiteor; verum a quo accepi, eidem reddo. Vix ea fatus erat cum se vestimenta pontificia exuit, et ad D. Eduardi monimentum profectus, tam alte pedom in lapidem infixit, ut nullius vi potuerit extrahi nisi ejus qui fixisset. Hoc miraculo et rex et Lanfrancus territi jusserunt ut resumens lituum, et

proprii juris essent qui lquid de eadem villa vel ecclesia pertineret ad episcopale officiúm, sive dedicatio, sive aliquid aliud. Adhuc vivunt innumerabiles homines (6) qui viderunt antecessorem meum, venerabilis memoriæ Lanfrancum archiepiscopum dedicare ecclesias villarum suarum intra diœceses allorum episcoporum, ipsis scientibus sine calumnia. Quod etiam sanctus Dunstanus, et alii prædecessores mei fecisse probantur, ipsis ecclesiis, quas dedicaverunt, adbuc stantibus. Hanc dignitatom et potestatem tandiu inconcusse ab Ecclesia Cantuariensi possessam conatur boc nostro tempore prædictus episcopus, suffraganeus scilicet, archiepiscopo et primati suo, filius matri suæ 186 auferre, et annihilare. Quamobrem in hac re vestrum peto consilium

arctissime bonum angelum constringere. Ad Vulsta B poderem reinduens sacerdotio ab Eduardo collato otiretur. Ecce utriusque rei summarium; judicet lector quid insit delirii. Liberet quidem manifestins ostendere deliria illius scriptoris sic delirantis, ut cetera quælibet præclare gesta existimet deliria; verum minime licet. Nam extra chorum saltandum foret. Præterquam quod idem illic pleraque alia enarret somnia (ut vocat) ad quæ explicanda et pluribus paginis et vigiliis opus fuerit. Quonian autem Dunstani superius et hic incidit cum Vulstano mentio, visum est operce pretium, aut potius necesse breviter hæc discutere Porro cum Anselmus jam archiepiscopus factus scripserit ad Vulstanum, crassissimus error, qui in cjus Vilam Surii tom. I insertam irrepsit, facile deprehenditur, deprehensusque facilius potest emendari, scilicet quod obierit anno 1067 reclamanibus Thoma Walsinghamo in Ilypodigmate Neustrize, Matth. Paris, Florentio, Wigorniensis Chron. pag. 462 (qui antea pag. 421 amplius de eo scribit) et Rogero Honedeno, nempe mortuum esse anno 1095. Quod certe necessarium est, cum alibi ostenderimus Anschmum sub finem auni 1093 consecratum fuisse archiepiscopam. Quo quidem argumento licet careremus, tamen alia ploraque in Anglorum historias relata coarguerent non esse hunc defuncti Vulstani annum. Et ex his quidem perspicuum est quando has ad Vulstanum lit-teras Anselmus dederit, nempe anno 1094, cum superius ostenderimus Anselmuni unctum fuisse sub linem anni 1093, Vulstanum expirasse in initio 1095.

(6) Qui viderunt antecessorem meum veneraoilis memoria Lanfrancum. Anselmus quidem generatim dixit et asseruit, ex rumore populari, exercuisse Laufrancum in villis Cantuariensis Ecclesiæ, quidquid ad munia pontificia pertinet, Lanfrancus vero in epistola ad Stigandum Winloniæ autistitem paulo sublilius rem hanc dissercre videtur, inquiens: Clerici villarum nostrarum, qui in vestra diœcesi existunt, questi sunt nobis quod vestri archidiaconi repertis occasionibus pecunias exquisierunt, et a quibusdam jam acceperunt. Meminisse debet fraternitas vestra quia contra morem antecessorum nostrorum alque vestrorum nobis concessimus, eisque imperavinus quatenus ad synodos vestras irent, et ea, quæ ad Christianæ religionis notitiam prodesse, possant, sine interpellatione vel discussione aliqua a vobis audirent, si quæ in ipsis culpæ invenirentur, suspensa interim vindicta ad nostrum examen scrvarentur, et nobis vel in miserando, vel in ulciscendo obnoxii tenerentur. Mandamus itaque vobis

contra filium, non dicam infidelem, sed volentem eam exharedare, subveniatis, et si quid scitis quod ad defensionem nostram valeat 187, litteris vestris nobis studiose intimetis. Valete.

EPISTOLA 1X 18.

ANSELMI AD OSBERNUM EXONIENSEM EPISCOPUM.

Il Exonienses clerici non sint monachis graves, eosque sinat episcopus divina campanarum sono distinguere.

Arselnus Dei dispositione vocatus archiepiscopus Cantuariensis, reverendo episcopo Exoniensi Osberno. salutem.

Episcopalem decet dignitatem quoscunque potest, ad servitium Dei invitare, et volentes Deo servire, quibus valet, consulendo et adjuvando confortare. B Hac igitur fiducia reverentiam vestram obsecro, ut monachos de monasterio, quod vulgo dicitur de Batailla, in vestra civitate morantes, propter Deum, et propter nostrum, si quid ad hoc valere potest, amorem paterna et episcopali pietate adjuvetis, et ab omnibus adversariis, pro possibilitate vestra (sicut wcs decet) defendatis, quatenus si quid boni Deus per illos operari dignabitur, cum illis a Deo retributionem recipiatis. Audivi enim quod quidam de clericis vestris fecerunt illis quædam quæ fieri non oportuit. Unde precor ut prædictis monachicis eam rubeatis fieri satisfactionem, ut deinceps juste conqueri non possint de clericorum vestrorum indiscretione. Eosdem quoque clericos fraterna charitate et paterna fiducia precando moneo, quatenus sic se C habeant erga eosdem fratres ut ipsa charitatis exhibitione et benigna familiaritate probent sibi placere profectum illorum et studium ad serviendum Deo. Quod autem prohibetis eos pulsare signa sua secundum ordinem suum, nusquam recte solet fieri, nisi ubi monachi in matre 189 ecclesia civitatis deserviunt. Ubi enim canonici in majori ecclesia ad serviendum Deo sunt constituti, unusquisque ordo, canonicorum scilicet et monachorum, secundum opportunitatem servitii sibi injuncti tardant vel festinant signa pulsare, absque omni recta prohibitione. Quapropter ratione ipsa commoniti, eos signa sua secundum ordinem suum pulsare deinceps prohibere ne velitis. Hoc quoque petunt ipsi fratres, et

et auxilium, quatenus ut fidelis filius, matri vestræ A conventu populi auxilium postulare volunt ad ecclesiæ suæ constructionem, nullatenus prohibeantur. Valete.

EPISTOLA XXI 160.

ANSELNI AD WILLELNUM ABBATEM ET AD NONACHOS BECCI.

Qui valeat, ex ore nuntiorum accipiendum esse.

Dominis et fratribus charissimis, domno abbati WILLELMO, et servis Dei Becci commanentibus, frater Anseluus, vocatus archiepiscopus, deduci in via Dei, et ingredi in veritate ejus.

Scio, dilectissimi mei, quia semper quæ erga me sunt, desideratis cognoscere; nec puto esse in hac vita, qui mihi fidelius compatiantur aut congaudeant. Sed quoniam per domnum Willelmum fratrem nostrum, et per Ansfridum 161 servientem nostrum plenius potestis discere quid mihi sit, quam per brevem epistolam, et puto quia jam magna ex parte audistis per domnum Farmannum, et alios qui nuper a me ad vos venerunt, existimo non opus esse in præsenti epistolam longius de hac re perducere. Ut autem pro me dilecto dilectore vestro, in majori quam unquam habui necessitate, ul puto, oretis, spero quia precibus non indigetis. Ad quo l mihi sufficere videtur, ut sciatis quia nimis indigeo. Dulcissimos filios, ante tempus ablactatos (meos adolescentes dico) qui propter ætatis teneritudinem et naturalem mobilitatem, sæpe sui memoria affectuose movent cor meum, illos specialiter moneo, precor, et obsecro ut in cota vita sua mei, et dilectionis quam erga 169 se in me experti sunt, memores, nulla unquam perversitate contristent cor meum; et sciant pro certo quia, si secundum desiderium meum, et secundum admonitiones 143 quas a me perceperunt, vixerint, in qualibet tribulatione multum consolabuntur animam meam; et si aliter fecerint, nimis peccabunt, contristando eam. Spero enim, adjuvante Deo, quia non me latebit vita corum, quoniam semper sollicitus ero inquirere conversationem illorum. Omnipotens Deus sic vos deducat ut ad conspectum gloriæ sum perducat.

374 EPISTOLA XXII 144.

ANSELMI AD BOSONEM.

Non esse pigritiæ vertendum quod ad ipsum litteras non dederit. Anselnus archiepiscopus vocatus, dilectissimo

ego cum illis et pro illis, ut si quando in aliquo D

VARIÆ LECTIONES.

¹⁰⁷ Ad nostram valeat ms ad defensionem nostram valeat jori ms Monachi in matre ¹⁶⁰ Cum eodem ms collata 138 Cum eodem ms collata ¹⁵⁹ Monachi in ¹⁶¹ Dominum Willelmum et per Austridum ¹⁶³ Ouem erga ms quam erga ¹⁶³ Admomajori ms Monachi in matre ms Domnum Willelmum fratrem nostrum per Ansfridum ¹⁶⁵ Q nitionem quas ms admonitiones quas ¹⁶⁴ Cum eodem ms collata 163 Quem erga ms quam erga nitionem quas ms admonitiones quas

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

ut male accepta sine dilatione reddi jubeatis, et ministris vestris, ne ulterius id præsumant, servandæ charitatis studio probibeatis. Nos vero presbyteris nostris, qui extra Cantiam constituti sunt, omnino præcipimus ne ad vestram vel alicujus episcopi synodum amplius cant, nec vobis, nec aliquibos ministris vestris pro qualibet culpa respondeant. Nos enim cum ad villas nostras veniemus, quales ipsi vel in moribus, vel in sul ordinis scientia sint, pastorali auctoritate vestigare debemus. Chrisma tantum a vobis accipiant et ea, quæ antiquitus instituta sunt, pro chrismatis acceptione persolvant. Sicut namque ea quæ antiquitus usque ad nostra tempora antecessores nostri habuerunt, solerti vigilantia cupimus illibata servare, ita aliis debita (quod absit!) aliqua usurpatione denegare nolumus.

fratri et filio Bosoni (7), Dei et suam benedictionem. A et opportunitatem mibi vare dignabitur, ut tuze di-

Mirari potest homo forsitan, cujus conscientiam sic novi ut nullum hominem supra me diligat, et quem tantum diligo, ut nesciam quem plus diligam, cur tanto tempore absens eum dolentem de mea absentia, aliqua per litteras visitationo non sum consolatus. Sed certus esto quia non negligentia nec oblivione tui factum est. Sicut enim certus sum quia tu semper velles esse mecum, ita ne dubites quia ego semper vellem esse tecum. Si autem Deus pacem

lectionis nihil licent frui præsentia, seito quia, hoc ut flat, curabo libentissime; et si non semper, vel. tantum quantum permittet ratio. Quidquid vero flat, serva dilectionem meam, charissime, quia ego tuam servare desidero. Saluta dulcissimum filium meum fratrem tuum 148 Rainaldum. Conforta quoscunque potes de fratribus tuis supe, et maxime adolescentes et novitios. Omnipotens Deus te semper ab omni malo custodiat.

VARIÆ LECTIONES.

188 Filium fratrem tuum ms filium meum fratrem tuum

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

licet brevius, ut lugiam pleraque a suo biographo memorata nullius aut perexigui fructus momenti, ut quæ lectori molestas crearent moras. Sane quam dignus sit Boso longiori latiorique memoria, indicat mutuus, et plusquam phyladeus amor, quo Anselmus illum, et ille Auselmun redamaret. Quod etsi ex ejus uon agnosceremus litteris, saltem bonorificum ejus elogium, quod exstat apud Gemuet. lib. vun hist. Ducum Northman. cap. 24, etiam cæco indicaret. Rem igitur sui biographi ordiamur verbis: la diebus Willelmi regis, qui Anglos armis perdo-muit, in pago Rothomagensi, fundo, vulgo Monti-riliers au page de Cauz, monasterii villaris, Boso paramiting Maimarico at Lavaling capitur set parentibus Haimerico et Lezelina genitus est, eorumque cnra sit bonis artibus pietateque imbutus at in mediis fluctibus mundi nihil prorsus immundum contraxerit, et ne contraheret ad Beccum sese contulit, mansitque ea potissimum de causa, quam exponit Eadmerus lib. i Vita D. Anselmi, cap. ul- C tim., quamque hic et iterum in Chronic. Beccensi enodatam minime repetemus; pretercuntes quoque et illad quod de co simul Anselmi elogia bine transfusum est, prosecuturi Chronic. Beccens. paralipoena que sic incipiunt : c Inter hæc obeunte Baldrice priore, jubente Willelmo abbate successit ei in prioratu. Erat enim honorabilis vitæ et multæ prudentiæ, humilitate conspicuus, spiritu consilii providus, fortitudine firmus, consolabatur desolatos, omnibus omnia factus. In quantum poterat unicuique subveniebat, henignus erat in exhortando, modestus in corripiendo, pauperibus dapsilis, hospitibus affabilis, fide firmus, spe in Deo certus, cha-ritate diffusus, cum non haberet quod tribueret, monehat spem in Deo ponendam, asserebat in pro-ximo subventionem Dei affore, nondum finem mundi venisse. Talia jocando dicebat, sed corde Deun suppliciter rogabat, qui persepe illi secundum fidem suam subveniebat. Sapientiam, consilium, atque G bonitatem animi ejus non solum subjecti, sed etiam principes terræ, episcopi et abbates, simulque religiosi et sæcula es, multi comperientes, quasi thesanrum pretiosum, ac velut divinum oraculum admirabantur. Tanta ei inerat Dei gratia, et sic spi-ritus consilii in eo vigebat ut ad se venientibus causa consilii subtiliter et sufficienter ad inquisita respondebat. Per idem tempus mandavit rex Ilenricus Willelmo abbati ut priorem Becci Bosonem. daret comiti Theobaldo nepoti suo ad faciendum. abbatem in terra sua. Quod utrum amore an cordis rancore sine agrorum immissione rex petierit, ut inde Boso pelleretur de regione, incertum habemus. Audiens hoc abbas, contristatus est non modice, misitque ad regem, nandans et multum deprecans, ut Ecclesize et sibi parcerct, atque a tali jussione animum revocaret, prioremque sibi non tolleret. Jam enim abbas, senio et infirmitate confectus, viribus corporis destituebatur. Pacatus rex hac de-

(7) Bosoni. De hoc Bosone dicam quæ offendi, B precatione, dimisit priorem. Camque abbas Willelmus longa ægritudine confectus tam morti proximus videretur, duo Beccenses monachi accesserunt ad regem Henricum, qui tunc Becci et circa Beccum propter incursiones quorumdam, qui contra eum rebellaverant, morshatur, dicentes quia Boso, si succederet abbati Willelmo, (sicut conventus qua-rebat) hominium, vel fidelitatis sacramentum nullo modo sibi faceret, ideoque alium, quem nominabant et laudabant, pro eo substituere deberet. Hoc age-bant quia priorem nolebant habere abbatem. Veruu cur illi inlensi erant, nescimus. His auditis rex nimium efferatus est animo, et tunc quidem iram dissimulavit. Illi autem callide agentes, ignorante conventu contra regulam B. Benedicti sine eorum consensu volebant superponere sibi, cum hoc esse constat contra decreta Patrum, qui dixerunt, ut nemo invitus ordinetur, sed conventus Ecclesize debet sibi secundum timorem Dei pastorem eligere. Sed bæc calliditas malignantium, licet aliquantum conventum conturbaverit, tamen quod moliebatur efficere non valuit. Defuncto nanique abbate Willelino totus conventus elegit Bosonem. Omnes episcopi et abbates, clerus et populus, vicini et remotiores, qui eum noverant, hanc electionem laudabant, eumque summo honore dignum affirmabant. Itaque conventus, ut eis assentiretur, obnixe rogabat. Ille suze infirmitatis multas opponebat causas. Illi in terram prostrati deprecabantur; ille toto conamine negando reluctabatur. Perlata est res ad regem, at ille recordatus quod de hominio a duobus monachis audierst. sicut supra retulinus; erat enim inde nimis iratus. Interea Gaufridus Rothomagensis archiepiscopus vir prudens et honorandus, et Joannes Lexoviensis episcopus, qui ad curiam regis venerant; qui tunc obsidebat Bridoum castrum, quod contra eum tenebant homines comitis Mellenti, venerunt Beccum, et locuti sunt cum fratribus de eligendo abbate. Tunc in terram omnes prostrati (nam in capitulo sedebant) rogabant priorem, ut sæpedictæ electioni assensum præberet et archiepiscopum, ut illum præcipiendo cogeret. Archiepiscopus admirans fratrum unanimitatem, laudavit eorum religiosam voluntatem, et erga priorem suum tantum amorem. Deinde conversus ad illum, monuit, rogavit, ad postremum præcepit per obedentiam ut acquiesceret voluntati. fratrum; et contra ille asserebat hoc se non possofacere propter magnam corporis sui debilitatem, ct alia quadam gravia quasi peecata opponebat, quibus ad hoc indignum se esse dicebat. Esne monachus? Bespondit velle esse. Tunc archiegiscopus : Revera, inquit, si viginti homines occidisses, non te dimitterem; quandoquidem tantum ac talem erga te video affecium. Nunquam, ait, hominem occidi. Tunc compulsus est aperire quod latebat, et accipiens archiepiscopum cum episcopis seorsum, dixit papam sibi interdixisse ne unquam laicæ personæ hominium faceret; et ideo islam opedientiam non audeANSELMI AD RODULFUM ABBATEM ET EJUS MONACHOS.

Monachus, qui sb episcopo interdicto ordinatus fuerat, perpetuo interdicto subjicitur. Et quod is qui mulieri quæsivit herbas quibus virum suum interficeret, si illis interfectus est, nunquam debeat ordinari.

Dominis et fratribus charissimis, reverendo abbati Sagiensi, Rodulto (8), et aliis servis Dei, sub

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

bat suscipere, ne cogeretur, aut prohibitionis apostolicæ transgressor existere, aut regem offendere. Archiepiscopus, cum audisset, sapienter tulit ; Lexoviensis vero episcopus graviter accepit quia prior Becci dedignabatur facere quod ipsi et omnes prælati Northmanniæ faciebant antiquo more patriæ. Archiepiscopus præterea Beccenses juvabat quantum poterat apud regem, loquens cum ipsis et pro ipsis, B et sine ipsis. Quadam die cum de hac re loqueretur cum rege, dixit ei rex : Nec mihi faciet hominium, nec vobis professionem. At vero paulo post mitior factus rex duobus Beccensibus forte occurrentibus consuluit ut generali quapiam obtestatione id nego-tii Deo commendarent. Nec frustra, rex ctenim postea jussit priorem venire Rothomagum, ubi ei rcgimen solo verbo dedit; rogavit preterea pro duo-bus monachis, quos electioni ejus fuisse contrarios diximus, ne illis obesset, quod contra eum sensissent. Non erat apud illum gravis labor indulgere de-linquenti. Archiepiscopus videns regem tan libere quod petebatur fecisse, sicut promiserat, voluit ho-norabiliter facere quod de hac re ad se pertinebat. Venit ergo ad festivitatem Pentecost s, et ad tertiam, quando cantor incoepit Veni, Creator Spiritus, ingressus chorum archiepiscopus cum honore misit illum in sedem abbatis. Deinde in octavis Pentecoates jussus perrexit ad benedictionem. Verumtamen C ante missam locutus cum archiepiscopo, rogavit ne se cogeret ad professionem quam nullo modo facere vellet, quia, si faceret, magunm scandalum in monasterio generaret. Ad hæc archiepiscopus : Sine, ait, bene erit. Cumque tempus missæ advenisset, oblatus est ad benedicendum. Tunc arch episcopus stans sacris altaribus, interrogabat enn juxta morem, do-nec ad illud ventum est, ut diceret : Vis obediens esse huic Ecclesize et milii, et successoribus meis? At ille : Volo. Tunc cœperunt aliqui de circum stantibus clericis urgere ut diceret : profiteor. At ille iterum dixit : Volo. Atque cum instarent, ut profiteor responderet, dixit tertio : Volo et ex corde volo. Tunc Joannes sanctæ Romanæ Ecclesiæ legalus, qui ibi forte aderat, non auditis, inquit, quod dicit : Quid amplius vultis? Sicque archiepiscopus benedixit eum. Altera die abbas reversus est Beccum. Conventus vero sacris vestibus indutus ordinata processione exivit obviam venienti. At ille occurrit Dumiliter mudis licet infirmus, et susceptus est cum D gaudio. > Tantum Chronic. Beccense quædam alia Latiniosiori contexens oratione, inter que illud præterire religio videbatur, nempe quod cum aliquis nuntiasset minime expleri quæ jussisset, respondit : Sæpe mandata Dei præterimus, et sustinet, quanto magis nos pali debemus, si nostra contemnantur jussa? Tandem post diuturnos pedum, capitis, visceru nque dolores, cæcitatem aliquot annis æquanimiter toleratam, acerbissimos momentaneosque cruciatus ex paralyseos accessione, venit ad mortis limen, ubi præmunitus ecclesiasticorum sacramentorum robore, fratribus alternatim pœuitentiales concinnentibus psalmos ad illam civitatem, in cujus plateis, juxta Tobiæ vaticinium, alléluia cantatur (Tob. xm, 22), migravit die festo D. Joannis Baptistæ, anno Christi 1136, suz etatistxx1, regiminis x11 et xx11 dierum. Gadaver autem in kevam Ilerfuini humatum 'est in' arco capitulari; cum boc impolitiori elogio

A illo commanentillus, frater ANSELMUS vocatus archiepiscopus : ad altiora virtutum, et monachici propositi semper proficere, et nunquam deficere.

De fratre illo quem dicitis esse ordinatum a quodam episcopo, qui a nobis est interdictus, hoc respondeo, quia si ordinatus est ab episcopo de Walis, qui vocatur Herewardus, nec illis ordinibus, quos ab illo accepit, nostra concessione aliquando utetur,

Moribus ornatus pastor fuit hic tumulatus Ingenio clarus, sobrius atque pius. Exstitut et mitis, prudens, ad tristia fortis.

Nam, donec vixit, multa flagella tulit. Consilio pollens, multis fuit ipse levamen, Solamen miseris, subsidiumque piis

Abbas bis senis hic quartus præfuit annıs Cænobis Becci forma decusque gregis.

Mundi contemptor, veræ virtutis amator Christo devotum præbuit obsequium.

Annos transierat Pater hic jam septuaginta Cum mortem subiit, qui cinis hic modo fit.

Dum sol octavum sub Cancro tendit ad ortum Tristibus hunc nobis ultima sors rapuit Ortus Baptistæ colitur, dum deficit iste,

Boso fuit dictus : cui Deus esto vius !

Mortuus antem Boso reliquit suz doctrinz hæredem epistolam ad quempiam medicum, de monachorum professione blaterantem, ut liquet ex ipsins epistoke textu, quam in ms. Beccensi repertam, ne ab edaci ederetur tempore, huc transtuli his exordientem verbis, Boso, etc.

(8) Rodulfo. Radulfum habent universi codices impressi, duæque nomenclaturæ archiepiscoporum Cantuariensium ms. in nostra bibliotheca, quorum una Radulfum connumerans, præter nomen hæc ha-bet amplius. «Anno Domini ab Incarnatione 1089 Robertus primus monasterii Sagiensis abbas, vir bonus et simplex, mense januario in lectum cecidit, et perceptis Dominicis sacramentis XIII Kalend. Febr. de seculo migravit. Cui Radulfus Seisfredi de Scurris filine, ejusdem comobii monachus in regimine successit. Ilic litteris admodum fuit imbutus, eloquens, et jucundus, ideoque amabilis omnibus. In juventu e de illustri famil a monachilem ad conversationem venit, et decem annis in monasterio per diversorum gradus officiorum humiliter ministravit. Undecimo tandem anno abbatiæ curam, jubente et consecrante Girardo Sagiensi præsule suscepit, et sex-decim annis inter savos bellorum turbines strenue rexit, Deique fretus auxilio pro temporis opportunitate res ecclesiæ diligenter auxit, et deinde Roberti Belesinensis sævitia nimis imminente in Angliam confugit. Quem rex Henricus honorifice secont detinuit, et post Gondulfum præsulem Rofensi epi-scopio præfecit. Inde post aliquot annos promotus, venerabili Anselmo archipræsuli successit, et novem annis Dorobernice metropoli prafuit. Hic Radulfus tempore papæ Paschalis ad regem in Neustriam venit, et inde Romam, licet jam tumore pedum infirmaretur proficisci ccepit. Auditis de occasu papa rumoribus, legatos Romam destinavit. Ipse vero Rothomagum remeavit et fere tribus annis in Northmannia deguit. Ibi quondam dum moraretur, in translatione sancti Benedicti finita missa, dum exueretur vestimentis, acuta passione subito percussus obmutuit, et post aliquot dies loqui cœpit, sed non plene. Duobus annis paralysi ægrotavit, et vehiculo delatus ad sedem suam inter suorum manus decubuit. Anno ab Incarnatione Domini 1123, Radulfus archiepiscopus, xui Kalend. Novemb., Cantuarize obiit, cui Guidelmus Curbulensis canonic. regular. post aliquot annos successit. > Iluc usque Cod. Victociani narratiuncula de Radulfo, in qua unum obser-

nec ab ullo episcopo reordinari debet. De altero A breviter loquar, audisus, ut puto, qualiter subito vero fratre, qui herbas quæsivit mulieri, quibus virum suum interficeret, quamvis prope vos habeatis de hac re in Northmannia sufficiens consilium, tamen quia a me hoc petitis, nostrum negare non debeo sensum. Si monachus noster esset, et vir ille enfus morti quæsivit herbas, ipsis interfectus esset, nunquam ad diaconatum per me, vel ad sacerdotium ascenderet. Multa dilectioni vestrzo, si cordis affectum sequerer, scriberem. Sed quoniam (ut puto) illis loquor, qui ex conscientia sua meam cognoscunt, breviter dico quoniam sicut propter Deum nos invicem dileximus, ita desidero et oro Deum. et vos rogo ut in eadem dilectione propter Deum perseveremus. Quatenus, sicut causa propter quam charitas ipsa incoepta est, nunquam deficiet, ita cha-B ritas inviolata permaneat. De statu vitæ nostræ scio quia desideratis ut amici cognoscere. Nescio quid in futuro Deus de me sit facturus; sed adhuc non sensi, ex quo suscepi nomen archiepiscopi, unde cor meum audeat gratulari. Quapropter oro supplex et obsecro, nt mihi in necessitate mea orationibus vestris subveniatis, donec, ad quid Deus me a vobis et allis amicis nostris qui in Northmannia sunt, non sine gravi dolore adhuc perseverante, separaverit, cognoscatis. Omnipotens Dominus sua vos gratia et benedictionesemper lætificet, et in animabus vestris virtutes multiplicet.

EPISTOLA XXIV "".

ANSELMI AD BUGONEM LUGDUNENSEM ARCHIEPISCOPUM. Quid in multis adversis suis facto sit opus, consulit G Lugdunensem primatem. De schismate inter Urbanum, cui savebat, et Guibertum. Promittit regi multam pecuniam, quam Deo miserante non solvit: unde rex irascitur.

Domino, et amico charissimo, reverendo Lugdunensi archiepiscopo Hugoni, frater Anselaus, sive jubente Deo, sive permittente, vocatus archiepiscopus Cantuariæ : diu in hac vita lucerc, et semper in futura gaudere.

Si omnia facienda sunt cum consilio, illa maxime " facienda sunt cum diligenti consilio, in quibus nihil, nisi quod obediat voluntati Dei, quærendum est. Precor igitur sanctitatem vestram, ut 167 propter Deum, et propter charitatem, quam scio in illo erga me, petat a Deo consilium quod mihi det. Ut

raptus sim ad archiepiscopatum. Aatoquam praeberem assensum, palam dixi me favore domino pape Urbano, et Guiberto adversari : et feci, et dixi per sex meases, quod potui sine peccato, ut dimitterer. Tandem timore Dei, ob multas rationes, coactus subdidi me dolens præcepto archiepiscopi mei, et electioni totius Anglize, et sacratus sum : forsitan. illic trepidavi timore, ubi non erat timor; sed nescivi, Deus scit, et adhuc nescio. Paulo post rex noster iturus. in Northmanniam, multa pecunia indiguit. Antequam a me quidquam peteret, consilio amicorum promisi illi pecuniam non parvam : novit Deus, qua intentione. Sprevit quasi modicam, at plus darem; sed nolui. Gratias Deo, quo miserante simplicitatem cordis mei hoc factum est, ne, si nihil... aut parum promisissem, justam videretur babere causam irascendi; aut si accepisset 146, verteretur. mihi in gravamen, et in suspicionem nefandæ emptionis. Ex illa hora visus est quærere occasiones adversum me 169. Locutus sum de pellio; neluit ut illud peterem, quandiu ipse nullum reciperet apostolicum; aut ut saltem hujus dilationis excusationem domino papse intimarem. Sustinui usque."". nunc, consilia episcoporum, propter vitandam infructuosam dissensionem, si forte Deus aliquid interim operaretur, unde illi domini papæ receptio persuaderetur. Petivi ut concilium convocaretur, quod per multos annos in Anglia factum non fuerat, " quatenus corrigerentur quædam in eodem regno. quæ nullatenus toleranda videbantur. Ipsum quoque. monui ut quædam, quæ mibi aliter quam oporteret facere videbatur, corrigeret : ex his aperte iratus me amorem suum perdidisse manifestavit. Respondi me malle ut ipse mihi irascerctur, quam ut Deus illi, et sic a præsentia ejus discessi. Postera die rediens ad eum, dixi me libenter facturum illi rectitudinem. si que culpa in me adversus illum inveniretur, quam tamen ego nesciebam; et rogavi ut amoreni . suum mihi redderet. Respondit se nec rectitudinem. tunc recepturum, neo amorem redditurum, nisi dicerem 375 cur illum mihi reddere deberet. Visus est mihi velle pecuniam quam dare nolui, ne culpam, que non erat, viderer fateri 174. Iratus intantum ut diceret que non debuisset, et quasdam terras non -

VARIÆ LECTIONES,

146 Cam prædicto ms. collata. 147 Sanctitatem ut ms sanctitatem vestram ut 146 Accepissem ms ac-cepisset 149 Occasionem contra me ms occasiones advorsum mo. 178 Sustinuit usque ms sustinui usqua. 174 Videret lateri ma viderer lateri

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

tis eiusdem, quem esse 1122 dicunt una voce Mal-mesb. Honed. et Matth. Paris. Et librarii incuria suspicor esse additum tertium, ut quemadmodum legerat xiii Kalend. ita festinans scripserit ann. 1123, ut facilius et citius obtineret pallium. Est lvon epist. 252 ad Paschal. pap. Monasterium Carn. vero Sagiense cui Radulfus præfectus fuit, opinor illud esse, quod Gemmet. lih. vii, cap. 22, testatur positum fuisse D. Martino in suburbanis Sagiensi-

vavi, quod lectorem moneam, scilicet de anno mor- D bus a Rogerio Mongomerio Roberti Belesinensis (eujus supra memoria facta est) patre, tempore Wil-lelmi Nothi ducis Northmanniæ; ad cujus exem-plum (is enim D. Stephani nomine Cadomi exstruendum curaverat coenobium) universi Northmanniæ reguli sese composuerunt, et saucta quædam æmulatione plurimas excitavere Ecclesias, quas per-stringit Gemmet. adhuc Sagiensis abbas. Eadmer. quoque meminit lib. 1 Vitæ Anselmi.

· · 、

parvas, quas archiepiscopus Lanfrancus tempore A patris ejus, et tempore ipsins quiete usque in diem sui obitus tenuit, militihus partim daret, partim dare disponal, sub occasione cujusdam voluntariæ justit æ, secundum quam de terris eisdem me vult placitare : cum ego dicam quia non me debet ad placitandum 178 cogere de terris quas archiepiscopus antecessor meus tandiu quiete tenuit; et ipse nihi dedit, sicut ille tenuit. Hæc autem est illa quam dixi voluntaria justitia. Quoniam terras easdem, antequam Northmanni Angliam invaderent, milites Angli ab archiepiscopo Cantuariæ tenuisse dicuntur, et mortui sunt sine hæredibus, vult asserere se posse juste quos vult. corum hæredes constituere. Intendat igiter prudentia vestra et consideret quid ex prædictis sentiam, quatenus sententiam meam litteris vestris aut approbetis, aut ostensa 178 ratione infirmetis; et me in eo quod magis tenendum est, confirmetis. Hæc enim est cogi:atio mea : Rex mihi dedit archiepiscopatum sicut cum archiepiscopus Lanfrancus 175 usque in finem suæ vitæ tenuit; et nunc aufert Ecclesize et mihi quod illa et idem archiepiscopus quiete tandiu tenuit, et ipse mihi dedit. Certus autem sum quia archiepiscopatus iste nulli dabitur post me, nisi quemadmodum ego illum in die obitus mei tenebo; nec si alius rex, me vivente, venerit, concedet muhi nisi quod tencutem inveniet. Si ergo ita tenuero archiepiscopatura imminutum usque ad obitum meum, hoc modo perdet Ecclesia per me. Si quis enim alius, ad quem Ecclesiæ custodia non pertine- C set, hanc faceret ei violentiam, aut factam patienter sustineret, palam esset quia in futuro nibil dici posset cur res Ecclesiæ ad eam redire non deberent. Nunc autem cum et ipse rex advocatus ejus sit, et ego.custos, quid dicetur in futuro nisi quia rex fecit, et archiepiscopus sustinendo confirmavit, ratum esse debet. Melius igitar mihi est coram Deo, ut possessionem terrarum Ecclesizo non sic teneam, et officium episcopi, more apostolorum, pauper faciam in testimonium illatæ violentiæ, quam ut illam imminutam tenendo, irrestaurabilem faciam ejus imminutionem. Est et aliud quod similiter cogito, Si metropolitanus sacratus episcopus per totum primum unaum nec papam viventem, nec pallium requiro, cum possum, juste 178 ab ipso honore removendus D Deus animam et corpus tuum benedicat. Saluta quos cum. Quod si hoc facere nequeo sine amissione archiepiscopatus, melius mihi est ut mihi violenter auferatur, imo melius est ut ego archiepiscopatum rejiciam quam apostolicum abnegem. Sic cogito, et sic facere volo, si mihi non scribitis cur hoc facere non debeam. Omnipotens Dominus sic sanclitatem vestram in hac vita sua gratia custodiat, ut ei in futura wternam felicitatem tribuat. Amen.

EPISTOLA XXV "".

ANSELMI AD BOSONEM.

Quod non scribat frequentius ob iram dissidiumque regium. Et ae libro, Cur Deushomo, quem Eadmerus transcribebat.

Ouod pater filio, frater fratri, dilectissimus dilectissimo, A. B. quod ille, illi.

Gratiasago, sicut ego tibi, pro epistolari visitatione tua, pro consilio, pro consolatione, pro desiderio tuo. Et quoniam, quamvis super omnia mundana me desideres, plus tamen pendet cor tuum ad consolationem tribulationis meas, quam novisti, quam ad satietatem desiderii tui, quod majus inter ea quæ mundi sunt habes. Novit dulcedo dilectionis tyæ erga me dulcedinem dilectionis meze erga te, et novit affectus meus erga te affectum tuum erga me. Alter alterius intima ex intimis suis cognoscit, quia vera sinceritas veram sinceritatem intelligit, et experimentum certum in neutro dubitationem oriri permittit. Vera itaque et ex Deo nostra dilectio 177 mutua habuit principium; et in hoc non precor ut in quo hactenus perseveravit, perseveret, sed in spe Dei siducialiter pronuntio quia perseverabit. Litteras non tibi sape secundum desiderium meum et tuum mittere possum, quia etiamsi opportunitatem haberem, scandalum tamen aliqua occasione, a rege, qui omnia quæ a me sunt et quæ me diligunt odit, et adversus Ecclesiam nostram aut adversus latorem, si quo modo cognosceretur, timerem. Librum quem edidi, cujus titulus est : Cur Deus homo, domnus Eadmerus 178, charissimus filius meus, et baculus 178 senectutis meze, monachus Becci, cui tantum debent amici mei quantum me diligunt, libenter Ecclesize Beccensi, ut filius dus, transcribit. Quoniam domno abbati Ecclesiæ nostræ propter causam prædictam scribere nolo, tibi commendo memoriam mei, ut in cordibus 186 eorum, quos sicut animam meam dilexi, ipsis testibus, et dum vivam, Deo dante, diligam, frequens tua commonitio veterascere et evanescere eam non permittat. Audivi quia domnus Folcheradus, consobrinus noster, est vobiscum. Si est, precor vos omnes pro eo, sicuti pro carne mea. Nam ipse exsul est propter Deum, et olim factus est monachus Becci. Saluta eum, et esto illi pro me. Omnipotens scis et vis.

EPISTOLA XXVI 141.

AD WILLELMUM ABBATEM ET PRATRES BECCENSES.

Ut pro eo indesinenter orent, et in sancto proposito constanter perseverent, maxime vero extra claustra non vagentur. Ut eleemosynam minui non permittat.

Suis dilectissimis et desideratissimis dompo abbati WILLELMO, et aliis servis Dei in Beccensi cœnobio

VARIÆ LECTIONES.

" 178 Debet placitandum ms debet ad placitandum 173 Aut ostensa ms ant approhetis aut ostensa ³⁷⁵ Eam Lanfrancus ms eum Archiepiscopus Lanfrancus ¹⁷⁸ Requiro juste ms requiro, cum possum ; juste ³⁷⁶ Cum eadem ms collata ¹⁷⁷ Deo dilectio ms Deo nostra dilectio ³⁷⁸ Dominus Ermerna ms Domnus 179 Et baculus mss et bajulus 180 Codicibus ms cordibus Ermerus 191 Cum eodem ma collata.

commanentibus, Iraler ANSELMUS, professione et corde Beccensis, Dei dispositione vocatus archiepiacopus Dorobernensis, præsentis vitæ continuam prosperitatem, et futuræ æternam felicitatem.

Quoniam nec novum, pec inseparatum [f., insperatum], nec extraneum est quod fraterna vestra charitas 189, pia compassione succensa, suis orationibus assidue mihi in assiduis necessitatibus divinum implorat auxilium, nec ignoratis quia cor meum vestra dilectio totum implet et possídet, non puto opus esse gratiarum actiones me vobis in epistola depingere, quas non iguoratis me semper in cordis scrinio servare. Ubi enim tanta cordis est 188 et animarum unitas, plus ipsæ sibi invicem sont notæ conscientize quam lingua aut stylus possit exprimere. Et ut in hoc, quod assidue facitis, perseveretis, В majores preces non habeo, quam ut repetam quod scilis, ut videlicet animam meam, ubicunque corpus sil, vestram semper esse, et ad vos, quantum in ipsa est, desiderare, et absentia vestra tabescere nullatenus dubitetis. Nisi enim ejus tristitiam divinæ disposicionis consideratio temperaret, nullatenus immensitatem ejus sine gravissima læsione toleraret. Nihil igitur me modo magis dilectioni vestræ delectat seribere, quam 378 ut in sancto proposito, ad quod convenistis, studeatis proficere, et ex nulla parte clam vel palam antiqui hostis insidias in vos permittatis irrumpere. Quod ut efficacius efficere valeatis, invicem vos charitative custodite, monete, corrigite, et hæc ab invicem velut magna beneficia C vobis impendi benigne sustinete. Prælati subditos studiosos benignitate sustineant, tepidos exhortatione accendant; și qui sunt pervicaces, disciplina coerceant. Subditi, prælatis non ficta obedientia, et maxime abbati, subjacete; et vos non graves, sed faciles ad portandum exhibete; valde namque subditi coram Deo peccant, si prælatos non metuunt suis moribus gravare, qui eos solo Dei timore et fraterna charitate suscepere portare. Occasiones equitandi 194 claustrales, nisi cogente obedientia, non solum non exquirant, sed nec occurrentes suscipiant. Qui enim claustra monasterii libenter exeunt, non solum sibi, sed et aliis suo exemplo noxii sunt, quoniam aut murmurationis aut vagationis illis auctores sunt. Nec domnus abbas ullatenus hoc conce- D dere debet, si rigorem ordinis vult servare. Hospites cum gaudio suscipientes, illis secundum facultatem vestram cum omni hilaritate ministrate. Constitutionem nostram et vestram de eleemosyna pauperum nullo modo minui permittatis, sed potius, si poteritis intelligere qualiter cam rationabiliter angere possitis, augete. Omnipotens Deus voluntates 188 et actiones vestras dirigat in beneplacito suo,

commanentibus, frater ARSELNUS, professione et A et faciat vos ab invicem videri in regno suo. corde Beccensis, Dei dispositione vocatus archiepi- Amen.

EPISTOLA XXVII.

AD BALDRICUM PRIOREM.

Laudat ob bonam famam, et serio prokibet ne subditi facta prælatorum dijudicent.

ANSELMUS VOCAUS archiepiscopus, dilectissimo fratri, domno priori BALDRICO, salutem et benedictionem Del, et suam, si quid valet.

Gratias ago Deo, a quo est omne nonum et dulcissimæ dilectioni vestræ pro omnibus bonis quæ de ea mihi referuntur ab omnibus qui a vobis ad me veniunt. Et quamvis vestra bona voluntas bonumque propositum jam longe usui probatum confirmatumque sit, ut frequenti non egeat monitione, dulce tamen milii est ut vos rogem toto corde ut perseveretis in Deo grata intentione, quatenus in futura vita gaudeatis de besta retributione. Et cum de omnibus vestris bonis studiis et operibus gaudeam, in illo maxime cor meum exsultat quod domno abbati benigna obedientia concordatis, et laboriosum cjus onus et onerosum laborem vestra consolatione levigatis, nec pati potestis ut aliquis ejus ordinationibus aut detrahat aut resistat. Certum enim est, et experimente sæpe cognitum, quia monasterium in quo subditi facta prælati dijudicant, benigna Dei dispositione non disponitur, sed per abrupta vitiorum dissolvitur, et discordia scindente destruitur. Ubi vero prælati facta et ordinationes, velut a Deo inspirate, ab omnibus communiter suscipiuntur, ibi Deus Inhabitat, et quasi propriam domum, cujus tota cura super ipsum jactatur, disponit ét ordinat. Hoc ergo super omnia precor et moueo ut servetis, et in hoc studio instanter perseveretis. Omnipotens Deus dirigat omnes actiones vestras, frater charissime, et ad vitam perducat æternam. Amen.

EPISTOLA XXVIII 184.

AD ROBERTUM FLANDRIK COMITEN.

Hortatur ad justitiam wagis magisque sectandam.

Dilectissimo domino reverendo Flandriæ principi Roberto, Anselnus, servus scrvorum Christi Jesu, vocatus archiepiscopus Cantuariæ, fideles orationes.

Quoniam chara mihi est excellentiæ vestræ benignitas, quam mihi, quoties vobiscum locutus sum, dignati estis ostendere, debeo vel litteris aliquando significare ejus memoriam apud me nunquam veferascore, et me Deum orare quatenus ipse vos sua benignitate dignetur ab omul malo defendere. Et quoniam mihi injunctum est ut in hujus vitæ exsilio, quos valeo, ad cœlestem patriam non desinam exhortari, hoc certe servitium illis non debeo subtra-

VARIÆ LECTIONES.

¹⁸³ Fratorna charitas me fraterna' vostra charitas ¹⁸³ Cordis esset me cordis est et ¹⁸⁴ Occasione equitandi me occasiones equitandi, ¹⁸⁸ Voluntatem et me voluntates et ¹⁸⁸ Cam duobus prædictis Exemplaribus mes in uno Codice Ef. 20 compactis collata. here, quitus scio me dilectionis debito copulari. A inter vos nascuntur et discordiæ. Qua de re vestram Suggerit igitur vestræ sublimitati non corripiendo, sed de bonis ad meliora invitando, mea humilitas, ut assidue cogitet illud quod sacra jubet auctoritas : Diligite justitiam, qui judicatis terram (Sap. 1, 5). Quanto enim 187 illorum quibus terra commissa est ad regendum, præeminet potentia, tanto magis, si a justitia deviant, non regunt, nec adjuvant humanum genus, sed perturbant et gravant sua violentia. Talibus utique 188 terribilis illa comminatio intenditur: Polentes potenter tormenta patientur; et forlioribus fortior instat cruciatus (Sap. v, 7, 9). Semper igitur in aetibus suis servet justitiam vestra prudentia, et in offensionibus quæ sibi flunt, indulcet eam sua misericordia. Nam et hoc justitia imperat, ut qui sibi vult misereri, misericordiam aliis impendat. Breviter monui quod cor meam assidue desiderat, sed omnipotentem Deum precor ut sic ipse vobis terrenum principatum gubernare tribuat, quatenus iu futura vita regnum cœleste vobis retribuat. Salutant vos, ut fideles servi Dominum, fratres nostræ Ecclesize, pro quorum necessitatibus in Flandriam latores præsentium mittimus 189; qui mecum vestram pietatem flagitant ut sicut ipsi in his quæ Dro in se placent, si qua sunt, vos fratres esse desiderant, sic vos hoc dignari, cum opus et opportunum erit, in vestra tuitione percipiant. Salutamus pariter ego et illi uxorem vestram, ut dominam charissimam, quam sic adjutricem nostram vobiscum esse, cum res exiget, deposcimus, sicut eam vobiscum in dilectione et orationibus complectimur. Valete.

EPISTOLA XXIX 199.

AD HENRICUM PRIOREN, ANTONIUM SUBPRIOREN, ER-NULFUM, OSBERNUM ET ALIOS MONACHOS CANTUA-RIENSES.

Ut Cantuarienses comobila sic obediant priori et subpriori ac sibi.

ANSELMUS, gratia Dei archiepiscopus, dominis et illiis suis charissimis, domno priori HENRICO, et subpriori ANTONIO, domno ERNULFO, el domno Osberno, et aliis servis Dei in Christi Ecclesia 191 commanentibus, semper delectari in Domino, et ejus perpetua benedictione tueri.

Audio inter vos esse scandala et murmurationes, quia quidam sunt inter vos qui se domno priori subjicere contempunt, et ea quæ licentia ejus facienda sunt, illo omnino nesciente et sine ejus licentia passim faciunt; et cum ab eo, vel ab aliquo repre-Lenduntur 377 in capitulo, ejus se judicio regulari humilitate subdere despiciunt : et insuper hoc se totum nostra auctoritate facere affirmant. Unde quasi diversæ sectæ et partium dissidentium lites

d lectionem scire volo quia nunquam in nostra vo-, luntate fuit nec, Deo protegente, crit, ut in Ecclesia mihi ad regendum commissa tanta et tam reprobanda inordinatio oriatur, aut si aliquo casu oritur, nutriatur aut permittatur. Præcipio igitur ut , omnes, sicut mihi, nostra servata prælatione, et in petendis licentiis et in exsequendis mandatis, et in . judicandis negligentiis, donino priori, et post illum subpriori subditi sitis humili benignitate et benigna, mansnetudine. Et quoniam præfatæ murmurationis causam et pondus super domnum Willelmum quidain maxime imponunt; de illo nominatim dico quia nunquam volui, nec volo, ut aliquo modo priori inobedienter resistat ; nec de illo aliud statuo quam quod, vobis audientibus, in capitulo de ite precatus sum, et consului, tum propter memoriam domini et Patris nostri archiepiscopi Lanfranci, tum propter infirmitatem ejus. Quod tamen non sine discretione et humili obedientia fieri ullatenus concedo. Pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras (Philip, 1v, 7). Amen.

EPISTOLA XXX.

AD MATHILDAM ABBATISSAM ET MONIALES WINTO-NIENSES.

Obsecrat preces suo inchoatas nomine perpetuari, el moniales pietati assidue vacare.

ANSELMUS, vocatus archiepiscopus Cantuariæ, sororibus et filiabus charissimis, reverendæ abbatissæ Wintoniensi MATHILDÆ, et aliis ancillis De sub illa commanentibus, electo sponso Christo semper placere.

Gratias ago sanctitati vestræ quia, sicut audio, pro me assidue orare non cessat. Et precor supplex ut quod charitative incoepit, perseveranter faciat, donec appareat quid divina dispositio de me intendat, quatenus vestris orationibus exoratus Deus mihi in tribulationibus meis sit clementior, et vobis pro impensa charitate sit benignior. Præterea et officium a me injunctum exigit, et dilectio quam in vobis erga mesentio, meinvitat, et charitas qua vos diligo mihi persuadet, ut secundum vestrum studium ac propositum mea exhortetur commonitio semper ad meliora proficere, et nunquam ab his ad quæ, gratia Dei adjuvante, attingitis, negligentia vestra gravante deficere. Quod utique efficaciter implere poteritis, si illud considerantes quod scriptum est : Qui modica despicit, paulatim decidit (Eccli. xix, 1) (9). Et : Qui timet Deum, nihil negligit (Eccli. vii, 19), etiam minima ordinis vestri non neglexeritis. Tanto enim vigilantius a minimis ex-

VARIÆ LECTIONES.

189 Flandriam ser Quanto autein mes Quanto enim 188 Utique fratribus mas utique terribilis præsenti mittimus mss Flandriam latores præsentium mittimus n.s collata ¹⁹¹ la Ecclesia ms in Christi Ecclesia 190 Cum uno ex præfatis Exemplaribus

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(9) Qui modica despicit, paulatim decidit. Eamdem sententiam lisdem prorsus verbis Anselmi inculcat ep. 20 hujus libri. Pro verbo despicit, excusa Bablia

et sex ms. nostra, habent spernit; sed cum vox sit. synonyma, rei non pervertit intellectum. Significantur ctenim ad virtutis cyclopædiam esse pernecessa-

cognoscimus se nobis ingerere, et quanto callidius deceptor noster nullam in eis esse culpam, aut contemmendam, si qua est, nititur nobis persuadere. Quod non solum in exterioribus operibus, sed etiam in intimis cogitationibus debetis servare, nec minus Deo displicere indecentem cogitationem quam hominibus reprobandam actionem debetis judicare. Denique sicut sponsæ carpalium vitiorum exter'orem fæditatem exsecrantes, per pulchritudinem carnis et vestium aptitudinem student placere'; ita sponsæ spirituales Regis regum Filii Dei fæditatem interiorem detestantes, per mentis pulchritudinem et ornamenta virtutum ut illi placeant semper debent studere. Pulchritudo cette mentis et natrimentum virtutum est, cordis munditia, cui B visio Dei spiritualiter promittitur; ad quam munditiam nullus nisi per magnam cordis custodiam perducitur. Unde scriptum est : Omni custodia serva cor /uum (Prov. 1v, 23). Ad quam custodiam, post gratiom Dei, quantum ad humanum studium pertinet, hoc est singulare et efficacius consilium, ut semper cor vestrum et ubique, quandiu vigilatis,

cessibus debemus cavere, quanto eos frequentius A aut lectione, aut oratione, aut psalmis, aut aliqua utili cogitatione sive intentione sit occupatum. Vos, domina abbatissa, precor ut matrem, moneo utsororem, hortor ut amicam, præcipio ut filiæ charissimæ, quatenns R. (10) episcopo Osmundo omnibenignitate sanctam et Deo placitam obedientiam, sicut decet, exhibeatis, et ejus dilectionem et fami-liarem amicitiam atque consilium et auxilium in corporalibus et in spiritualibus habere, et illi quodex vobis est exhibere in Christi charitate studeatis. Omnipotens Deus, Sponsus vester, sit sember custos vester. Amen.

EPISTOLA XXXI "".

AD LANFRIDUM ABBATEM COENOBII S. WLMARI. Ut gregem non descrat ob varias molestias

ANSELNUS, vocatus archiepiscopus, fratri charissimo, domno abbati cœnobii Sancti Whnari Lanraivo, divino regi consilio et adjuvari auxilio.

De petitione vestra, qua mihi infatigabiliter instatis quatenus ab episcopo vestro consilio et precibus. meis tentem impetrare vobis licentiam abhatiam, in qua vos divina constituit dispositio, deserendi, sæpe multumque 198 mecum cogitavi, et cum aliis in qui-

VARIÆ LECTIONES.

193 Sæpe multum ms. sæpe multumque ** Cum codem ms. collata

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

riam erratulorum fuganı leviorumque præceptorum C diligentissimam observantiam, ut passim et crebro Anselm. commonet, cæterique Patres, nempe D. Chrysost, homil. 27 in Matth., et is ad populum Anthioch Hieron. ad Rusticum monachum, et Eusta-chiam de custodia virginitalis, Gregor. Nazianzen. orat. 1 in Julianum, D. Ephrem. tom. II tract. De intemperantia ab his verbis : Væ, illis, qui minimis levissimisque, etc., et Parænesi tom. XXIX S. Cæsarius Arelat. serm. 8. Rursusque noster Anselm. apud Eadmerum lib. 1, similitudine sumpta ex vinario, cujus rimæ, quantumvis tenues, si non obturentur, confestim aquam totam emittant, unde piscium con-. sequetur interitus. Leonius canonicus noster poeta non contemnendus, qui ante 400 annos parabat heroicum carmen in universa Biblia, sed mors prævenicus jamjam scribentis manum obstupefecit et compescuit. Quam ob causam reliquit tantum libros duode cim finitos in historia Ruth. Is, inquam præter hare et alia poemata, illud reperi ad rem præsen- p tem, eni titulo est : Quod non sunt negligenda renialla. Carmen sequitur hujusmodi :

Qui bene cuncta fugis gravioris crimina noxæ, Hoc age ne culpa sub leviore cadas.

Culpa gravis, semper levium contemptus habetur : Parraque que fuerant, crimina magna facit. Quid vitasse lutum juvat, ut mergaris arena ?

Forte lutum felet; non minus illa necat. Sic timidus frustra maris alta pericula fugit

- Quem necat in tuto fluminis unda vado. Nec satis est gressu foveas vitare patentes,
- Decipit incautos et via plana pedes.
- Ut bene, quæ sese produnt incommoda, vites, Utilium specie noxia multa latent.

Hactenus decastichon, quod antehac in vulgus non exierat, ut cælera sui auctoris poemata, inter que-vidi litteras, unas ad Adrianum IV, alteras ad Alexandrum III, summos pontifices. Eo quoque loci spe-" ctant Plutarchi duo ultima capitula ejus tractatus, quem in cripsit : Quomodo videre quis possit an in viriule promoreal.

(10) Osmundo episcopo. Sarisberiensi vel Salisheriensi. Ante hunc reliqui episcopi vocabantur Schi-reburnienses a Schireburnia in Anglia Westsaxonica, vico ignobili, et inamœno. Unde mirum est tandiu illic episcopos sedisse. Tandem 1075, syno-dus auctore Lanfranco Londini est habita, in qua, ut testantur acta ejusdem epistolis Laufranci adnista, et decretis summorum pontificum, Damasi videlicet et Leonis, nec non ex conciliis Sardicensi atque Laodicensi, in quibus prohibetur episcopales seles in villis existere, concessum est regis muni-ficentia, et synodali auctoritate præfatis tribus episcopis de villis transire ad civitates; Hermanno de Syraburnia ad Serisberiam, etc. Vulgaris autem co-dicum impressorum lectio habet Sarisberiam et Schereburniam; tabulæ quoque Sarisberiensium episcoporum in bibliotheca Sancti Victoris Parisiensis. Hermanus igitur mox ut sedem invexit Sarisberiam, inchoavit ecclesiam primariam, cujus opus mors præveniens remorata est. Osmundus autem successor operi inchoato colophonem imposuit, ut notavit Malmesberiensis lib. 11 De gest's pontificum Anglorum. Cæterum juxta Sarisberlam positum est coeno-bium Wiltoniense ad Wilen flumen in vico non exiguo, cui nomen Wiltuna, a quo et Wiltoniensis Parthemo ut sedem, ita et nomen traxit ; originem vero ab Edgaro rege, qui illuc introductis monialibus Benedictinis antistitam præposuit filiam suam, no-mine Editham, anno 974, ut Lilio placet. Sero quidem, sed non importune (virorum enim sancto-: rum quolibet tempore memoria solet esse opportuna) in mentem venit adnotare quæ D. Antonin. scriptis dedit in part. histor. 24, cap. 12; nempe hunc Osmundum (quem Osimundum nuncupat) ob sanculatis famam, et miraculorum frequentiam in. divos relatum fuisse a Calixto III papa, anno 1457, : officiumque prescriptum, in ejus memoriam fien-: dum nomine unius confessoris episcopi. Que qui-dem Osmundi apotheosis a Gegorio IX fuorat tentata, sed insurgentions variis in Ecclesiam tempesta-. tihus prorogata, donec screniori die illucescente tam sanctum inscriptionis opus tieri posset religiosus et.

62

bus consilium spirituale speravi, sum locutus; et A intellexi, quamvis propter compassionem qua tristitiæ fraternitatis vestræ compatior valde vobis congauderem si Dei miseratione, consilio et permissione archiepiscopi et episcopi 194 vestri, desiderium vestrum assequeremini; periculosum tamen mihi esse tam inusitatam rem petere et consulere. Timeo enim me non parum peccare, si mea instantia locus vobis commissus omni rectore destituitur atque et rerum et morum et ordinis, majori, imo omnimoda vastatione destruitur. Si enim ad aliud ibi vestra non prodesset præsentia, nisi quia non ibi regnare potest nec libere exerceri sine aliqua reprehensione malitia, ita nec male ibi est, sicuti esset, si esset sine rectore, aut in ordinis aut in rerum destructione, non tamen possetis conqueri quasi ibi inutiliter viveretis, ubi tantum malum et corporale et spirituale, ne locum prædictum destrueret, comprimeretis. Quanto magis tunc se vestra consolari potest prudentia, cum sint aliqui sub illa qui ejus consilio et gubernatione uti desiderant, et voluntaria subjectione illi obediunt. Est et aliud unde in tribulatione vestra debetis gaudere, quia non est dubium vos illam bono zelo Dei habere, et timore Dei cujus consideratione illam fugere non audetis, sustinere. Certe ubi tot rationes sunt consolationis et spiritualis lætitiæ, non magnum pondus habere debet amaritudo tristitiæ. Quippe non solum considerat Deus, quantum studium alicujus in aliis proficiat, sed etiam, aut forsitan magis, quantum laborem in in- C tentione proficiendi, et dolorem quia non proficit secondum intentionem, sustineat. Nostrum enim est laborare et seminare, Dei vero est incrementum et effectum dare. Quod nostrum est, quamvis eo adjuvante sit, nobis retribuit; quod autem suum est, sibi attribuit. Quod si hæc mens vestra non vultaut non valet suscipere, 378 non prohibeo, si per episcopum vestrum, et per eos ad quos res hæc pertinet, Deo disponente, ad desiderium vestrum ordinate potestis pertingere. Valete.

EPISTOLA XXXII 198.

AD GERVINUM AMBIANENSEM EPISCOPUM.

Non posse monachum in abbatem ordinari, qui clum inscio prælato abscesserit.

ANSELMUS, vocatus archiepiscopus Cantuariæ, re verendo episcopo Ambianorum GERVINO, salutem.

Frater ille Northmannus Ecclesiæ nostræ professus quem abbatem electum esse mihi mandastis, et cujus ordinationi me assensum præbere suadetis, me et fratribus Ecclesiæ 196 nostræ ignorantibus trans mare abiit, ut nec iter ejus nec causam itineris ejus agnosceremus. Quapropter nec vos, ut litteris vestris intimatis, eum sine nostro assensu ordinare debétis, nec ego in hoc assensum præbeo, nec præbere debeo, in quantum intelligere queo. Si ipse venerit ad me, et ad Ecclesiam suam, sicuti monachus qui taliter de Ecclesia sua discessit, venire debet, et postea aliquis de comilii de præfata re locatus fuerit, respondebo inde socundum quod respondere intelligam. Valete.

EPISTOLA XXXIII 197.

AD BICARDUN MONACHUM.

Monachum professum non teneri voto peregrinationis a se facto in sæculo.

Anselmus, gratia Dei archiepiscopus, fratri et filio RICARDO monacho salutem, et benedictionem.

Audivi, Frater mi, quia antequam monachus fieres, in ægritudine vovisti te iturum ad S. Ægidium; et idcirco modo timidus et nimis sollicitus es de voto illo solvendo, ita ut quiescere non possit cor tuum, nisi ad S. Ægidium iveris. De qua re non debes tantum credere tibi quantum abbati tuo, cujus consilio et ordinationi animam tuam commisisti, et aliis qui melius te sciunt quid magis placeat 198 Deo et magis prosit animæ tuæ. Quapropter consulo tibi et præcipio ut, omnino dimittens intentionem præfati itineris et sollicitudinem voti illius, in proposito quod assumpsisti quietus et immobilis permaneas, et quiete 199 ad boc quod proposuisti, id est ad obedientiam et poenitentiam pro peccatis tuis, et ad alios bonos mores studeas. Certus enim esse debes quia cum

VARIÆ LÉCTIONES.

198 Cum codem ms. collata 196 Ecclesiæ ms. Ecclesiæ nostræ 194 Episcopi ms. Episcopi vestri 198 Quid placeat Edit. quid magis placeat 197 Cum eodem ms. collata et cum Edit. Goth. et Col. 1573 199 Quiete Edit. in quiete

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

toma mirabilium, sancti Osmundi precibus et meritis gestorum, sed abstinuit, cum tædii vitandi ergo, tum quod libellum id argumenti continentem jusserit. in Ecclesiæ Sarisberiensis tabulario servari; ad quem. mittit lectorem cupidum historiæ ecclesiasticæ. Præter Antonin. hujus quoque apotheoseos meminere Polyd. Virgil. lib. xxin histor. Anglor. et ante illum, Matth. Palmer. Pisanus, Petrus a Natalibus lib x11, cap 22, Schedel. 6 ætate sui registri, Chronic. Ber-gom. lib. xv, supplement. Chronic. Sabellic. lib. vi, Eadmer. 10, Platina in Calixto III. Sed in his quinque posterioribus mire variata est orthographia, ita ut pro Osmundo, legas Hosimundum, Edimundum, Eadimundum, vel Edmundum. Nec est quod quis

prudentius. Antonino erat in votis illic attexere epi- D Sabell., Plat., Bergomens., Schedel., putet intelligendos de sanctis Edmundo rege aut archiepiscopo, cum ille longe ante, hic vero coelitum numero fuerit ascriptus anno 1240, testibus Walsingh. in Neustria, et Matth. Paris, aut 1248, ut notat Molan. in addit. Usuard. prid. Non. Decemb. His plura refert Malmeeb. in episcopis Sarisberiensibus, interumque Polydor. lib. 1x, pauca quidem, sed optima et præclara. Miravit tandem ad superos sanctissimus pontifex anno gravit tangeni au superos sancassinas prima sepultus 1099, episcopatus sul xxiv, Sarisberiæ sepultus (consentientibus Henrico Huntidon. lib. vn, et Matth. Parisio) prid. Non. Decemb. ut Baron. post Moianum advertit. Quibus, hæcce exciderant, collecta bic reposuimus.

telpsum Deo totum vovisti et reddidisti per monachicam professionem, solvisti omnia vota minora quarumlibet actionum quæ prius sine jurejurando et fidei alligatione ³⁰⁰ promisisti. Esto ergo quietus et securus, et ego te ca auctoritate quam per gratiam Dei habeo super te, ab illo voto absolvo. Vale.

EPISTOLA XXXIV "".

AD WILLELMUM MONACHUM CESTRENSEN.

Profiletur se non esse tantum virtute quantum carminibus eum monachus depinzerat.

ANSELMUS gratia Dei archiepiscopus, fratri et filio charissimo, monacho Cestrensi Willelmo, salutem.

Quamvis me talem nesciam qualem me suis carminibus tua prædicat benevolentia, non tamen ingratus esse debeo quoniam hoc facit dilectionis abundantia. Sæpe enim solet dilector dilecti vitia aut, non sentire, aut levia judicare; bona vero, quæ non sunt, epinari; et quæ sunt, exaggerare. Quod quando sola facit charitas nec error est suscipiendus propter affectum moris, nec amor est contemnendus propter culpam erroris. Sed sic debet amor nutriri ut error corrigatur, sic error debet expelli ut amor retineatur. Gratias tibi ago quia me talem diligis esse qualem me prædicas; et hortor ne me talem opineris, sed potius ores ut talem Deus faciat qualem esse me diligis et existimas. Cum enim scriptum sit: Ne laudes kominem in vita sua (Eccli. x1, 30); et a.ibi : Orate pro invicem ut salvemini (Jac. v, 16); non debet homo hominem in hac vita magno conatu laudare, sed magis ut laudabilis flat pio affectu orare : laudem vero Deo committere, cui proprium est merita judicare. Non dico bonorum virorum virtates ad exemplum bene vivendi aliis non esse monstrandas, sed eisdem ipsis non esse exaggerandas. Quoniam autem opus charitatis non debet esse sine retributione, pro carminibus prosam, pro laude reddo exhortationem. Certe, fili ml, cum in me amas et laudas bona quæ in me opinaris esse, ipso tuo opere testaris quia amabilis est et landahilis omnis qui studet bonus esse. Cum ergo omnes velimus non dico laudari, sed amabiles et laudabiles esse, nihil tantum studere debemus quam ut boni in conspectu ejus qui non fallitur, judicemur esse. Bonus autem quisque fidelis ab eo judicatur, qui in D suo ordine perfectionem attingere conatur. Nam etsi omnes ad perfectionis summam pariter pervenire non possumus, non tamen erimus extra numerum bonorum, sicut scriptum est : Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur (Psal. CXXXVIII, 16), si ad eam perfectionem incessanter et fortiter conari velimus. Conentur igitur laici in suo ordine, clerici in suo, monachi in

ris propositi sunt eos qui inferioris sunt superent humilitate ***, in qua quantum *** homo magis proficit, tanto magis sublimatur et aliis virtutibus excellit. Quapropter, fili charissime, semper memor esto cujus propositi gradum ascenderis, nec unquam tibi vitæ tuæ sanctitas sufficiat, nisi ea illos *** qui inferiorum graduum sunt, transcenderis. Sicut enim illi qui inferioris propositi sunt, laudabiliter ad virtutes superioris ascendunt, ita illi qui majora sectari proposuerunt, vituperabiles sunt si ad æqualitatem minora eligentium descendunt. Quoniam ergo monachum te habitu profiteris, hortor, precor, consulo ut semper in conspectu Dei intus studeas esse quod foris in conspectu hominum videris. B Non autem hic loquor quasi hoc non facias, sed ut semper ad meliora paterna exhortatione succensus proficias. Vale.

379 EPISTOLA XXXV ²⁰⁸. AD WALTERUM CARDINALEM.

Se cum illo de Ecclesiæ necessitatibus non posse sine ejus assensu et aliorum episcoporum consilio agere aut eis providere, eo maxime tempore quo hostes in Angliam irruerent.

Domino et reverendo Romanæ Ecclesiæ legato et cardinali episcopo WALTERO, ANSELMUS, vocatus archiepiscopus Cantuariæ, fideles orationes. et fidele servitium.

Quod mandat mihi prudens vestra sollicitudo, ut aliquo in loco 306 conveniamus de causis 307 Ecclesiarum Dei fraterno ac charitativo ad invicem consilio acturi et quæ corrigenda sunt correcturi, utique secundum intentionem vestram valde laudabile *** est, et secundum quod expedit, valde utile esset, si congruo tempore fieri posset. Sed vestra prudentia non ignorat quia nos duo nihil efficeremus "", usi regi suggestum esset, ut ejus assensu et auxilio ad affectum perduceretur ^{\$10} quod disponeremus. Est et aliud, quia ego a Cantuarberia elongari nullateaus audeo, quoniam quotidie exspectamus ut hostes de ultra mare in Angliam per illos portus, qui Cantuarberiæ vicini sunt, irruant. Propter quod dominus meus rex ore suo mihi præcepit, antequam ab illo apud Notingeham discederem, et postquam Cantuarberiam redii, mihi mandavit per litteras proprio sigillo signatas, ut Cantuarberiam custodiam, et semper paratus sim ut quacunque hora nuntiuma eorum qui littora maris ob hoc ipsum custodiunt, audiero, undique convocari jubeam equites et pedites, qui accurrentes violentiæ hostium obsistant. Et idcirco de Cantuaria exire non audeo nisi in illam partem ex qua hostium exspectamus adventum. Precor igitur sanctitatis vestræ discretionem quatenus æquo et pacato animo suscipiat has nostras

VARIÆ LECTIONES.

⁵⁰⁰ Illegatione Edit. alligatione ⁵⁰¹ Cum eodem ms collata ⁵⁰⁰ Sunt humilitate Edit. Pic. sunt superent humilitate ⁵⁰⁰ In quantum ms in qua quantum ⁵⁰⁰ Ea illo ms ea illos ⁵⁰⁰ Cum eodem ms collata ⁵⁰⁰ Alique loco ms aliquo in loco ⁵⁰⁷ De causa ms de causis ⁵⁰⁸ Laudabile ms valde laudabile ⁵⁰⁰ Efficiennas ms efficeremus ⁵¹⁰ Et ejus.. produceretur ms ut ejus.. perduceretur

S. ANSELMI CANTUAR. ARCHIEP. OPP. PARS III. - EPISTOLÆ.

veræ sunt, excusationes. Sciat pro certo vestra reverentia quia eundem animum quem habetis, ut corrigantur quæ corrigenda sunt, habeo. Sed exspecto reditum domini mei regis, et eriscoporum et principum qui cum eo sunt, quatenus illi quæ agenda sunt, opportune et rationabiliter suggeramus. Et sic, Deo adjuvante, ejus assensu et auxilio efficacius expleamus quod desideramus. Si tamen vobis placet ut per dilectissimum fratrem nostrum reverendum abbatem II. 111 mihi consilium vestrum mandetis, de quibus rebus et quomodo cum rege loquí debeam, hoc libenter suscipio. Sed et si regi monendo consulere aliquid de hujusmodi rebus per eumdem abbatem et reverendum episcopum Wintoniæ prudentiæ vestræ placuerit, laudo et postulo. Vale.

67

EPISTOLA XXXVI ***. AD EUMDEN.

Calumnias impositas excutit, et se nec schismati favere, nec rebus Ecclesiæ tunc posse consulere significat.

Domino et reverendo episcopo Albanensi et cardinali WALTERO, Cantuariensis *13 divina dispositione archiepiscopus Anselnus, orationum fidelitatem cum servitio.

Litteris a vestra sanctitate mihi directis, si liceret, plenius quam epistolaris brevitas patiatur. responderem. Pro temporis tamen opportunitate ad summam sensus illarum breviter, quod ad me attinet, respondeo. Dicitis quia oportuerat nos loqui C et a schismatico rege investituram accepisse, et illi simul de vinea Domini, quæ in hoc regno destruitur, ne penitus confunderetur, quoadusque sanctus Petrus apostolus, per vicarium suum Urbanum summum #14 pontificem visitaret cam. Hoc utique ego ipse voluissem, si congruo tempore factum esset, id est quando dominus meus rex, et episcopi, et principes hujus regni vobis præsentes aut propinqui erant. Postquam vero licentiam accepistis a rege redeundi Romani, et rex in expeditionem suam cum archiepiscopo Eboracensi et quibusdam aliis episcopis et principibus suis ivit, et vos ab illis, et ego a vobis discessimus, veluti non nos ²¹⁸ in hac terra amplius invicem visuri; et postquam rex mihi præcepit ut illam partem regni sui in qua maxime irruplionem hostium quotidie timemus, diligenter cu- D stodirem, et quotidie paratus essem hostibus resistere si irruerent, sicut in periculo vastandi vel perdendi terram; cum nullo modo auderem me

rationabiles, et quæ infirmari nequeunt, quoniam A clongare ab urbe in qua eram, nisi versus hostes qui timebantur, tunc monitus ut vobis occurrerem, quatenus colloqueremur de bis quæ corrigenda sunt in hoc regno, rationabilem et susceptibilem reddici causam, quia propter prædictum periculum et præceptum regis venire non poteram, et nihil efficeremus nos duo, absente rege et aliis quorum assensu et consilio et operatione ad effectum duci posset colloquium nostrum. Ego enim ipse video quæ corrigenda sunt, et habeo voluntatem, quam nullus homo mihi potest augere, corrigendi, Deo adjuvante, per assensum et auxilium domini mei regis et aliorum ad quos pertinct, cum locus et opportunitas erit. Quod autem conquerimini vos moratos esse, velut infructuosam arborem et peregrinnm non ha-B bentem adjutorium aut consilium, de aliis vos scitis, de me autem ego scio quia non prohibui vos fruclificare, neque meum auxilium aut consilium vobis pro ratione et possibilitate mea denegavi tempore fructificandi. Quod vero quæritis a me cur 216 et qua justitia episcopi alii me abnegantes, a me discesserunt, nec sunt reversi dignam agentes pœnitentiam, hoc potius ab illis quærendum erat quam a me. Ego enim nescio me fecisse cur hoc facere deberent. Reversi tamen hactenus sunt, ut illam obedientiom quam Cantuaricusi sedi promiserant, se mihi servaturos faterentur. Dicitis quosdam illorum vobis dixisse ideo non offendisse *17 in me quia permisi me a catholica Ecclesia transferri ad schismaticos. et ab illis consecrari, si fieri, sicut additis, potest; fidelitatem et hominium fecisse, quos omnes sciebam esse schismaticos et divisos ab Ecclesia Christi, et a capite meo Urbano pontifice, quem ipsi, me audiente, abnegabant. Certe nesciebam nec scio eos schismaticos, aut sic divisos ab Ecclesia fuisse, ut dicunt. Et si aliquis eorum qui hoc vebis dicunt me præsente hoc diceret, ostenderem rationabiliter non ita esse. Illi enim non [abnegabant canonicum Romanum pontificem, quicunque esset, nec Urbanum negabant esse pontificem; sed dubitabant propter illam quæ modo nata *18 est dissensionem, ct propter dubitationem illum suscipere guasi certum differebant; nec ullum judicium eos *** ab Ecclesia segregaverat, et omnino obedientiam Romanæ sedis tenere se fatebantur, et sub professione obedientiæ Romani pontificis me consecrarunt. Denique dominns papa sciebat me esse consecratum, et a quibus, et cui regi seceram quod seci. Et tamen (11) pallium

VARIÆ LECTIONES.

²¹³ Cantuariensi ms Cantuariensis ²¹⁶ Quæritis cur ms quæritis a ²¹¹ Abbatem N. ms. Abbatem II. ²¹² Cum eodem ms. collata. *** Summum ms summum Pontificem *18 Non vos Edit. Pic. non nos *17 Ideo vos offendisse ms ideo non offendisse mê câr ^{\$18} Mundo nata ms modo nata 119 Indicium cos ms judicium eos

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(11) Pallium quod archiepiscopus Cantuaria solet habere, mihi per vestram charitatem, etc. misit. Pallii ad se transmissi rursus meminit in sequenti epistola, Urbanoque gratias scribit eo nomine, qui ut bono-guicentissime misit (erat enim luculo inclusum argenteo) sic Anselmus devotissime, juxta ac lautiss ma

excepit, nam Walero legato id deferente obviam ivit pontificia indutas vestimenta el nudato pede. Sacrum autem insigne depositum in altare suscepit et bumeris composuit, sicque diurna illa decoratus stola rem sacram peregit Dominico die quarto Idus Junias anno 1095 (hunc enim Florentius Vigerniensis, et

68

LIB. III, EPIST. XXXVI.

quod archiepiscopus Cantuariæ solet habere, mihi A disse, quantum potuistis, et ca occasione negotium per vestram charitatem, non ut schismatico, sed ut accepto, non ut reprobans, sed ut approbans misit. et sic quod de me factum erat confirmavit. Ipse hujus confirmationis auctor, et dominus Gualterus 380 episcopus Albanensis et cardinalis hæc cadem sciens, minister cjus et exsecutor. Si vobis hæc calumnia attendenda videtur, cur eam ante pallii concessionem mihi tacuistis; si negligenda putatur, vos judicate quam diligenter sit a vobis inculcanda. Plura possem adbuc dicere ad infirmandum verbum malitize corum qui boc quod dicitis vobis obtendunt ad excusandas excusationes in peccatis, sed sapientiam vestram scio non indigere apertæ rei multiplici ostensione. Videat igitur prudens simplicitas et simplex prudentia vestra qualiter super hæc que dixi suscipere et exaggerare debeat confictas calumnias, et calumniosas confictiones adversum me ab illis qui fecerunt contra me pro excusatione sua, ne videamini velle infirmare are quod auctoritate domini papæ et vestra exsecutione non ignoranter est confirmatum. Nempe non sic accepi (teste Angliæ regno) nomen domini Urbani papæ in vanum, ut hoc me ab illo vel a fidelibus ejus meruisse cognoscam. Dicitis vos causam meam, teste Deo, defen-

propter quod venistis, impeditum usque nunc. Pro bona quidem voluntate defensionis gratias ago, impedimentum autem hac occasione factum vohis utique *** nescio. Et si rei medulla diligenter consideratur sicut potest, et prudentia vestra me defendit quantum potest, certus sum quia conscientia vestra in his quæ supra dicta sunt accusare me non potest. Quod, sieut dicit, nec mecum nec cum aliis logui sicut voluit potuit vestra reverentia carens obedientia Romanæ Ecclesiæ, sciat ipsa cur non potuit. Ego autem scio me diu et multum desiderasse et exspectasse loqui vobiscum, antequam possem; et cum tandem potui, non tantum potuisse quantum volui. Rogatis me ut fratres nostros Cantuariensis Ecclesiæ quiete ac pacifice possidere dimittam res suas. Ad quod respondeo quia nullus magis desiderat quietcm ac pacem illorum quam ego, nec magis sollicitus est pro utilitate ejusdem Ecclesiæ; et idcirco voluntas mea est ut res ejus, Deo annuente, disponam ad utilitatem præsentem et futuram, prout melius sciam et potero. Valcat beatitudo vestra, et dignetur Deum, ut me et omnes actiones meas dirivat orare.

VARIÆ LECTIONES.

*** Confirmare ms infirmare *** Utique ms utique nescio

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

latos fuisse pro reverentia sancti Petri. Quem ritum, quia cognoscere operæ pretium existimavi, lubult observare. Pallii autem archiepiscopalis formam, aliaque scitu non indigna describit Onufrius in Explicatione vocum ecclesiasticarum, et Joan. Durautus lib. 11 De ritibus Ecclesiæ, cap. 9, num. 41, 42 et cæteris. Quid autem mysterii contineat, Jarlandus Chrysopolitanus lib. v sui operis (quod Candelam nuncupavit) docet ex epistola Leonis papæ in hanc sententiam : « Archiepiscopo pallii houor decernitur, ut purpurco crucis ejusdem vestimenti signaculo a tergo et pectore depicto demonstret populo signaculum redeinptionis nostræ, et pia cogilet mente de passione Redemptoris dicens : Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi (Gul. VI, 13). , Leoni conjunxerat Amalarium. Vcrum quia et hunc noster flugo est imitatus lib. 1 De officiis ecclesiasticis, cap. ultim., ubi vice auctarii interpretatur spinulas ejusdem pallii missi, præter-quam quod rursus de illo agat lib 11 De sacramentis, D cap. 16, parte quarta. Paschalis secundus scribens ad Guidonem Viennæ Galliarum archiepiscopum singulare quodpiam mysterium advertit a superioribus incogitatum. e Pallio ad missarum tantummodo solemnia illis solummodo diebus uti fraternitus tua meminerit, qui tuis prædecessoribus Romanæ auctoritate Ecclesiæ concessi sunt; cujus te volumus per omnia gremium conservare. Hujus enim indumenti honor humilitas atque justitia est. Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem, et in adversis (si quando adveniunt) inveniatur cum justitia erecta, amica bonis, perversis contraria, nullius unquam faciem pro veritate loquente tremens, misericordiæ operibus juxta virtutem substantiæ insistens et tamen supra virtutem insistere «upiens, infirmis compatiens, bene valentibus congaudens, de alienis gaudiis tanquam de propriis exsultans, in corrigendis vitiis pie suviens. in foven-

Honedenus notarunt) et reliquos astantes illud oscu- C dis virtutibus anditorum animos demulcens, in ira Judicium sine ira tenens, in tranquillitate severitatis justæ censuram non deserens. Hæc, frater charissime, pallii dignitas; quan si sollicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. » Sic Paschalis in epist, quam Floriacensis Bibliotheca exhibet integram lecturienti. Peculiariter, quandoquidem ita tulit sermo, notabimus, Lanfranco collata fuisse duo pallia, ut ipsemet scribens Alexander III commemoral epist. 3. « Nunquam, inquit, res quælibet de arca pectoris mei ejicere quavis occasione poterit inauditam illam humanitatem, quam mihi extremo hominum, tantis indigno honorihus Romæ exhibuistis, quodque duo pallía, unum de altari ex more, et alterum quo sanctitas vestra missas celebrare consueverat, ad ostendendam circa me benevolentiam vestram mili impendistis.) Post Lanfrancum id prodiderunt Chron. Beccens. ms. in ejus gestis, et Willelm. Malmesb. lib. m De pontif. Anglis. Cætero de honore, petitione et usu pellii tota est centesima Gratiani distinctio, ex cujus 1 can. cum præcipiatur metropolitanum fidem suam exponere tribus a consecratione mensibus, et ab Ecclesia Romana pallium postulare, merito Roger. Honed. suspectus videtur parum fideliter notati anni, quo Anselmus pallium receperit. Cum enim testimonio suo Anselmus fuerit sublectus et inauguratus pontifex anno 1093, mihi profecto non fit verisimile cum juris ecclesiastici non inscitum recepisse pallium sesqui anno post consecrationem. Unde seipsum quodammodo damnans, dolensque quod per Anglici regis malignam pervicaciam non daretur aut prorogaretur facultas eundi Romam, dicebat supra ad calcem epist. 24. Si Metropolitanus episcopus per totum primum annum, nec papam viveniem, nec pal-lium requiro, juste ab ipso honore removendus sum. Qua de causa Matthæus Paris exactions supputavit hanc receptionem anno 1094 in Historia majore.

69.

. 70

EPISTOLA XXXVII ***.

AD URBANUM PAPAM. Cur hactenus papam non adierit, quidque facto sit opus ab eodem moneri supplicat.

Reverendo ac reverenter suscipiendo catholicæ Ecclesiæ summo pontifici URBANO, ANSELNUS, non suis meritis, sed nutu divino, Cantuariæ vocatus metropolitanus episcopus, debitam subjectionem cum servitii devotione.

Gratias ago sanctæ munificentiæ vestræ quod dignos apostolicæ sedis legatos ad nos direxistis; quod pallii beneficium, sola gratiæ vestræ largitate, mihi porrigi præcepistis. Nostri quippe, fateor, ordinis et officii intererat et præsentiam vestram ex, more visitare, et eam ut fieri decet condigna reverentia honorare. Et id quidem ex quo gradum episcopalem suscepi summo desiderio facere concupivi, tum quia ratio id fieri postulabat, tum quia consilio et alloquio vestro frui desiderabam, ut me de rebus necessariis tam publicis quam privatis interrogantem vestra prudentia doceret, et auctoritas ruboraret. Quod me non exegisse rogo ne ægre sancta eminentia vestra nec meæ negligentiæ aut arrogantiæ ascribat. Testis enim mibi est conscientia mea quia postquam in cacumine sanctæ Ecclesiæ sublimatos vos esse cognovi, gavisus sum, et reverenter dilexi et diligo, et quotidianum provectum vestrum fieri optavi et opto, et factum audiens exsulto. Sed quia bellis undique quatimur, hostiles impetas indesinenter et insidias adversan-С tium metuimus, dominus noster rex extra regnum me procedere hactenus non permisit, nec adhuc procedere posse ullatenus assensit. Præterea si nullae aliae causae concurrerent quae me faciem vestram hoc tempore quod valde moleste fero, videre prohiborent, sufficit quod ætas, quod ægritude, quod debilitas corporis mei impatientem me agunt et prolixi ilineris et immensæ viarum asperitatis. Sed inter hæc, quo labore, quaque anxietate gravatus, iter arripere conarer, si omnipotens Deus et in regno Anglorum bella sedaret, et in regnis et regnorum provinciis, per quas ad vos est eundum, illam pacem tribueret, ut quemadmodum oporteret et expediret, iter ipsum expiere liceret. Sed quandiu id 200 fieri non potest, tandiu impossibilitas D me retinet. Divina clementia juvante, ubicunque fuero \$25, vobis obedire ac servire, et celsitudinem vestram honorare paratus cro. Et quia, sicut desidero, quotidianas miseriæ *** meæ querelas non licet mibi coronam posito effundere in conspectu vestro, sanctas serenitatis vestræ aures paucis questibus et scriptis inquietare præsumo. Sancte Pater, doleo me esse quod sum, doleo me non esse quod fui. Doleo me esse episcopum, quia peccatis meis facientibus, non ago episcopi officium. In loco hu-

A mili aliquid agere videbar, in sublimi positus pragrandi onere pressus nec mihi fructum facio, nec utilis alicui existo. Oneri quidem succumbo, quia virium, virtutum, industriæ, scientiæ, tanto officio competentium inopiam, plus quam credibile videatur, patior. Curam importabilem cupio fugere, pondus relinquere : Deum e contrario timeo offenderc. Timor Dei illud me suscipere compulit, timor idem onus idem me retinere compellit. Si inter hace voluntatem Dei agnoscerem, procul dubio voluntatem meam et actus meos pro possibilitate ad illam conferrem. Nunc quia voluntas Dei me latet, et quid agam nescio, errabundus suspiro, et quem rei finem imponere debeam ignoro. Postulo itaque sanctam clementiam et clementem sanctitatem vestram ut propter Deum, propter cam charitatem qua Ecclesiam Dei contenditis adjuvare, penurism con-ilii nostri vestrarum manu sanctarum orationum pascatis, ne cogitationum talium fluctibus agitatus, aut omnino ruam, aut nibil apprehendam. Rogo etiam, et-submissis mentis gemitibus humiliter supplico 228 celsam et piam paternitatem vestram, ut in naufragio positus, si quando procellis irruentibus adjutorii vestri indigens ad sinum matris Ecclesiæ confugero. propter eum qui sanguinem suum dedit pro nobis. pium et promptum adjutorium et solamen invenia n in vobis. Pro domino Belvacensi Fulcone supplex oro clementiam vestram, prout vestra judicabit prudentia. In munusculo nostro magnitudo vestra. rogo, non solam penset quantitatem, sed et bonara qua missum est voluntatem. Omnipotens Deus diu nobis paternitatem vestram in gratia sua et pace custodiat. Amen.

381 EPISTOLA XXXVIII ***. AD LANBERTUM ABBATEM.

Ut profugum mongchum recipiat parnitentem.

ANSELMUS, Dei dispositione vocatus archiepiscopus Cantuariæ, domino et fratri in Deo delicto, abbati LAMBERTO, misericordiam impendendo temporalem, misericordiam mereri sempiternam.

Frater iste comedens de ligno scientiæ boni et mali experimento didicit quanta sit differentia inter delicias paradisi claustralis et exsilium vitæ sæcularis. Pænitens igitur et dolens, sicut lacrymæ testantur, confitetur se nimis peccasse, et promittens se deinceps mores suos correcturum, et secundum vestram dispositionem obedienter victurum, orat, quanto affectu potest, ut intra ovile de quo sponte miserabiliter aufugit, admittatur. Et quia supplicattonem suam pro magnitudine reatus sufficere non putat, nostris precibus suas apud vestram clementiam adjuvari precatur. Quamvis igitur ego de vestra sanctitate nibil promeraerim, tamen quia invicem compati et pro invicem orare jubemur, præsumo supplicare quatemes ovi quam Christus que-

VARLE LECTIONES.

²¹³ Cum eodem ms. collata. ²¹³ Sed tandiu id.. quandin ms sed quandiu id.. tandiu ²²⁴ Ruero ms fuero ²¹⁵ Miseriæ ms miseriæ meæ ²²⁶ Supplico ms humiliter supplico ²¹⁷ Cum eodem ms collata. sitam et inventam in humeris suis ad ovile 200 re. A

portat, vestra paternitas ostium ovilis contra me [f. add. non] claudal, ne Christus idem perditam quærendo, et inventam reportando, frustra laborasse videatur; et ipse apud amicos et vicinos, quos ad congaudendum convocare debuerat, non tam ovem quam seipsum, et, quod valde attendendum est, oneratum ³¹⁹, et a suo ovili exclusum esse conqueratur. Itaque misericordiam et judicium cantate Domino, et sic ut misericordia superexaltet judicium ³²⁹, Vale.

EPISTOLA XXXIX ***.

AD NONACHOS BECCENSES.

Beccenses in ordinis observantia stabiles collaudat. stræ sublimationis Deo ³⁰⁵ gratias agentes, gavisi Et ut prælati facta non judicent præ cæteris hortatur.

Dominis et fratribus charissimis in Beccensi comobio commanentibus, frater ANSELNUS, voluntate Boccensis monachus, necessitate vocatus Cantuariensis archiepiscopus, præsentis vitæ continuam sanctitatem et futuræ æternam felicitatem.

Quamvis nostram raro epistolam videatis, scio tamen quia dilectionem vestram in intimis *** cordís mei fervere non dubitatis. De qua dilectione tanto esse certiores debetis, quanto eam de præterito cognoscitis, et hoc propter quod et ad quod vos dilexi, facere contenditis. Audio enim quia, gratia Dei inspirante et cooperante, in studio bene vivendi fervetis, et in paupertatis pressura rigorem vestri ordinis inflexibiliter tenetis. Sic enim decet C servos Dei, ul quanto magis eos tribulationes præsentis vitæ angustant, tanto ardentius ad quietem æternæ vitæ tendant et se ad virtutum profectum extendant. Sed quamvis sanctis moribus et religiosis operibus studio spontaneo insudetis, novi tamen sinceritatem vestræ dilectionis, quia gratanter accipiet si vos monuero ut in hoc in quo estis perseveretis. Quod ut efficacius adimplere valeatis, necesse est ut sancta unanimitate colligati, et corde et voluntate prælato vestro obediatis; facta et dicta ejus non dijudicetis, sed sine omni retractatione, quasi divinitus inspirata venerando mente benigna servetis. Ubi enim subditi prælati *** judices flunt, aperte Dei ordinationi, cujus dispositione sibi prælatus est, detrahunt et contradicunt; quibus Deus D et suæ gubernationis subtrahit auxilium, et eos in proprii erroris præcipitari permittit consilium : ubi vero prælatus cum veneratione, tanquam Christus suscipitur, ibi tota domus Christi regitur consilio et protegitur et sustentatur auxilio. Quanto enim subditi se vicario ejus subjiciunt securius, tanto ille prælato et subditis cuncta procurat benignius. Omnipotens Deus sua vos benedictione in æternum beatificet, fratres et amici charissimi. Amen.

EPISTOLA XL ***.

AD PASCHALEM PAPAN.

Excusat se quod nondum per litteras cum salutaverit, et, calamitatibus suis expositis, causas reddit cur ex Auglia abierit, et ut in Angliam non redeat nisi rebus omnibus Ecclesiæ restitutis supplex obtestatur. Lugduni interim ab archiepiscopo sustentari se declarat.

Domno et patri reverendo, PASCHALI summo pontifici, ANSELMUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis, debitam ex corde subjectionem, et orationum, si quid valent, devotionem.

Quod ad vestrom celsitudinem tantum moratos sum nuntium mittere postquam de certa notitia vestræ sublimationis Deo ³²³ gratias agentes, gavisi sumus, bæc fuit causa quia unidam publica morio

Anglorum venit ad venerabilem archiepiscopum Lugduncnsem pro causa nostra, non tamen afferens quod suscipiendum esset; et audiens responsum archiepiscopi reversus est ad regem, promittens so in proximo Lugdunum rediturum ***. Hunc exspectavi ut scirem quid vobis de regis voluntate notificare possem, sed non venit. Causam itaque nostram breviter intimo, quia quando Romæ moratus sum, eam domino papæ Urbano, et multis aliis, sicut scit, ut puto, sanctitas vestra, sæpe narravi. Videbam in Anglia multa mala, quorum ad me pertinebat correctio, quæ nec corrigere, nec sine peccato meo tolerare poteram. Exigebat enim a me rex ut voluntatibus suis, quæ contra legem et voluntatem Dei erant, sub nomine rectitudinis assensum præberem. Nam sine sua jussione apostolicum nolebat recipi, aut appellari in Anglia; nec ut epistolam ei mitterem, aut ab eo missam reciperem, vel decretis ejus obedirem. Concilium non permisit celebrari in regno suo ex quo rex factus jam per tredecim annos. Terras Ecclesiæ hominibus suis debat; in omnibus his et similibus si consilium petebam, omnes de regno ejus etiam suffraganei mei cpiscopi negabant se consilium daturos, nisi secundum voluntatem regis. Hæc et multa alia, quæ contra voluntatem et legem Dei sunt, videns. petii licentiam ab eo sedem adeundi apostolicam, ut inde consilium de anima mea et de officio milit injuncto acciperem. Respondit rex me in se peccasse pro sola postulatione hujus licentiæ, et proposuit mihi ut aut de hac re, sicut de culpa,

satisfacerem, et securum illum redderem ne amplius peterem hanc licentiam, nec aliquando apostolicum appellarem, aut de terra ejus cito exirem. Elegi potius exire quam nefandæ rei consentire. Romam veni, ut scitis²³⁷, et domino papæ rem totam exposui. Rex, mox ut de Anglia exivi, taxato simpliciter victu et vestitu monachorum nostrorum, totum archiepiscopatum invasit et in proprios uses

VARIÆ LECTIONES.

³³⁵ Ad over ms ad ovice ³¹⁹ Orbatum ms oneratum ³³⁶ Superexaltet judicium ms superexultet judicium ³³⁵ Cum codem ms collata ³³⁶ In intimis ms in intimis cordis mei ³³⁸ Enim prælati ms enim subditi prælati ³³⁴ Cum codem ms collata ³³⁵ Vestra Deo ms vestræ sublimationis Deo ³³⁶ Rediturum ms Lugdunum rediturum ³³⁷ Veni; scitis ms veni, ut scitis

PATROL. CLIX.

convertit. Monitus et 382 rogatus a domino papa A ut hoc corrigeret, contempsit, et adhuc in hoc perseverat. Jam est tertius annus ex quo sic de Anglia exivi; pauca quæ mecum tuli, et multa quæ mutuatus sum, quorum adhuc sum debitor, expendi. Sic plus debens quam habens *38, apud venerabilem Patrem nostrum archiepiscopum Lugdunensem detentus, ejus *** benigna largitate et larga benignitate sustentor. Non hoc dico quasi desiderem redire in Angliam, sed timeo ne mihi vestra sublimitas succenseat, si ei nostrum esse non notifico. Precor igitur et obsecro, quanto possum affectu, ut nullo modo me in Angliam redire jubcatis, nisi ita ut legem et voluntatem Dei, et decreta apostolica voluntati hominis liceat mihi præferre : et nisi rex mihi terras Ecclesiæ reddiderit, et quidquid de B poteris quidquid mutuo accepisti. Festina igitur, archiepiscopatu, propter hocl quia sedem apostolicam petii, accepit; vel certe, quod pro horum digna recompensatione Ecclesize prosit. Aliter enim ostenderem me hominem Deo debere præponere, et juste spoliatum esse quia sedem apostolicam volui requirerc. 100 Quod satis patet quam noxium exemplum sit posteris, et exsecrabile. Quærunt quidam minus intelligentes cur ego regem non excommunico; sed sapientiores, et rectum habentes consilium, consulunt ne id faciam, quia non pertinet ad me utrumque, et querimoniam scilicet ct vindictam lacere. Denique ab amicis nostris qui sub eodom rege sunt, mandatum mihi est quia mea excommunicatio, si fieret, ab illo contemnereauctoritas vestræ prudentiæ *** nostro non eget consilio. Oramus ut Deus omnipotens faciat omnes actus vestros sibi placere, et Ecclesiam *** suam de vestri regiminis prosperitate diu gaudere. Amen.

EPISTOLA XLI ***.

HENRICI BEGIS ANGLORUM AD ANSELMUM. Excusat se inauguratum ab aliis episcopis ob ingruentes hostes, ut in Angliam citissime revertatur supplicat.

HENRICUS, Dei gratia rex Anglorum, piissimo Patri suo spirituali ANSELNO, Cantuariensi episcopo. salutem et omnis amicitiæ exhibitionem.

Scias, Pater charissime, quod frater meus rex Guillelmus mortuus est; et ego, nutu Dei, a clero et a populo Angliæ electus, et quamvis invitus, propter absentiam tui, rex jam consecratus requiro D te, sicut Patrem, cum onni populo Angliæ, quatenus mihi filio tuo et eidem pupulo cujus tibi animarum cura commissa est, quam citius poteris, venias ad consulendum. Meipsum quidem ac totius regni Angliæ populum, tuo eorumque consilio qui tecum mihi consulere debent, committo; et precor ne tibi displiceat quod regiam benedictionem absque

te suscepi; de quo, si fieri posset, libentius cam susciperem quan de alio alique. Sed necessitas fuit talis, quia inimici insurgere volebaut contra me et populum quem habeo ad gubernandum ; et ideo barones mei, et idem populus, noluerunt amplius cam protelari : hao itaque occasione a tuis vicariis illam accepi. Misissem quidem ad te a meo latere aliquos per quos tibi etiam de mea pecunia destinassem, sed pro morte sus fratris mei circa regnum Anglice ita totus orbis concussus est, ut nullatenus ad te salubriter pervenire potuissent. Laudo ergo et mando ne per Northmanniam venias, sed per Guitsand, et ego Doveram obviam habebo tibi barones meos, et pecuniam ad te recipiendum; et invenies, Deo juvante, unde bene persolvere Pater, venire, ne mater nostra Cantnariensis Ecclesia diu fluctuans et desolata, causa tui, amplius sustineat animarum detrimenta. Teste Girardo episcopo, et Guillelmo Wintoniensi electo episcopo, et Guillelmo de Warelimast, et comite Henrico, et Roberto filio Haimonis, et Haimone dapifero, et aliis tam episcopis quan baronibus meis. Valo.

EPISTOLA XLII.

PASCHARIS PAPE AD ANSELNUM.

Ut Ecclesive Cantuarienzi remitutus jam det operam Anglicanæ Ecclesiæ restaurationi : et Anglorum Regem cum Normanniæ comite conciliet.

PASCHALIS episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo fratri et cocpiscopo ANSELNO, Cantuatur 241 et in derisum converteretur. Ad hæc omnia C riensium archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

> Sicut injuriis tuis et exsilio compassi sumus, etc. Vide in Paschali II, infra, ad an. 1118.

EPISTOLA XLIII ***.

ANSELMI AD BURGUNDIUM ET RICEZAM UNOREM EJUS.

Gratulatur nepotem suum Deo in servitutem esse dicatum, quodque Deus juniores corum liberos rapuerit, ut jam liberius ipsi Deo tota mente servirent.

ANSELNUS archiepiscopus, domino et amico charissimo Burcundio et uxori ejus sorori suæ dilectissimæ RICEZÆ, salutem et benedictionem Dei.

Sciatis quia filius vester Anselmus, charissimus nepos noster, sanus et lætus est mecum apud Lugdunum; et ego, Dei gratia, prospere me habeo. De filio vestro hoc vobis dico quia gaudere potestis 383 multum, quod illum Deo obtulistis. Amat enim Denm, et quod amare debet; unde gratias agere debetis illis et eos amare qui eum in amore Dei et sui ordinis et in bonis moribus nutrierunt. Et certe credo quia propter hoc meritum quod primogenitum vestrum Deo devota mente dedistis, noluit Deus perdere ullum de prole vestra ; nec per-

VARIÆ LECTIONES.

^{***} Lugdunensem ejus ms Lugdunensem detentus *** Debilis quam habilis ms debens quam habens ejus 240 Requirere. Quærunt etc. me requirere. Quod satis patet quam noxium exemplum sit posteris et 41 execrabile. Quærunt etc. *** Contemneretur me contemneretur et in derisum converteretur Authoritas vestræ prudentiæ us authoritatis vestræ prudentiæ 143 Ecclesiam n eodem ms collata 145 Per mortem ms pro morte 146 Gum eodem ms collata 143 Ecclesiam ms Ecclesiam suam *14 Gum

qua peccatia et malitiæ hujus mundi sordidarentur, pervenire, ut vitam æternam perderent, sed omnes eus bono fine de bac vita ad se transire fecit. Insuper sl sapientes estis, et sapienter consideratis, intelligetis Doum fecisse vobis magnam misericordiam de vobis ipsis, quoniam abstulit vobis occasionem amandi hoc sæculum, et desiderandi ea quæ transeunt, cum vobis abstulit hæredes in hac vita, et secit filios vestros suos hæredes et suos filios in æterna vita. Nunc agite gratias Deo quia exonerati estis et expediti, ut libere toto corde, tota intentione et totis viribus curratis ad Deum, et sol-Eciti sitis solummodo de salute animarum vestrarum; et ut illuc spontanea voluntate perveniatis, quo Deus filios vestros qui mortui sunt, vobis nolentibus, misericorditer traxit, et quo istum quem Deo dedistis. Deo adjuvante, perventurum exspectamus, ubi pariter pater et mater, filii et filiæ in conspectu Dei in gloria æterna gaudeatis; et unusquisque tantum de singulis aliis quantum de se glorietur. Ergo, dilectissimi *** et amicissimi, frater charissime et soror charissima, precor, obsecro, moneo, consulo ne contemnatis misericordiam quam Deus vobis non præmeditantibus fecit; et ne perdatis gloriam quam Deus vobis, si culpa vestra non fuerit, præparavit. Cognoscite, cognoscite quia quod Deus vos ita omnibus filiis orbatos in hac vita solos secit, non est ira Dei, sed gratia Dei, ametis, sine omni impedimento ad illum curratis, et ei vos et vestra reddatis. Omnipotens Deus sic vos suo amore accendat ut omnem hujus vitæ de-.ectationem faciat contemnere, et ad se toto affectu tendere et pervenire. Amen.

77

EPISTOLA XLIV.

PASCHALIS PAPÆ AD ANSELNUM.

Ut constanter se gerat in tuenda Ecclesiæ Anglicanæ libertate.

PASCHALIS episcopus, servus servoram Dei, venerabili fratri et coepiscopo Anselno Cantuariorum, salutem et apostolicam benedictionem.

Non ignoras divinæ voluntatis consilium, etc. Vide in Paschali II ad an. 1118.

EPISTOLA XLV.

EIUSDEM AD EUNDEM.

Anselmo eum de aliquot dubiis consulenti respondet.

PASCHAL18 episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri et coepiscopo Ansaluto, salutem et apostolicam benedictionem.

Consulta illa quæ per venerabiles nuntios tuos Baldemum et Alexandrum, etc. Vide in Paschali II.

384 EPISTOLA XLVI.

BENEDICTI AD ANSELWUM.

Consolatoria est et amicis condita affectibus.

Domino et venerabili Patri Anselno, gratia Dei

assiduitatem.

Postquam revocatus ad episcopatum redii in Angliam, ostendi decreta apostolica quæ in Ro-D mano concilio præsens audivi; de qua re dominus meus rex vestram requisivit sanctitatem per legatum suum, et ego per epistolam meam vestrum inquisivi, secundum quod rem cognosceretis, consilium. Regi per litteras vestras respondistis, mihi vero minime; sed quoniam illi responsum quod illi sufficeret see non dedistis, adhuc vestram pro eadem re adeunt quidam episcopi præsentiam; et ego nostros mitto legatos, responsi vestri mihi relaturos sententiam, ne forte videar alicui meo, solo, sensu vel propria voluntate quidquam facere. Servata igitur apud me reverentia sedis apostolicæ, precor ut de

VARIÆ LECTIONES.

²¹⁷ Ego dilectissimi ms ergo dilectissimi ²¹⁶ Cum eodem ms collata ²¹⁹ Domino et Patri reverendo Pa-hali ms Domino reverendo et Patri diligendo Paschali ²⁵⁰ Vestras responsum quod illi sufficeret ma schali ma Domino reverendo et Patri diligendo Paschali Vestras respondistis, mihl vero minime : sed quoniam illi responsum quod illi sufficeret

misit eos quos genuistis usque ad illam ætatem in A Cantuariensium archiepiscopo', BEREDICTUS, in Domino salutem.

Amor scribere, et dolor cordis mei gemitum charitati vestræ compellit aperire. Et quia sapientibus loquor, et qui de parva materia porunt fercula conficere multa, ideo breviter succinctegue sauctitati vestræ dico quoniam Satanas videtur esse solutus. Rex namque superbiæ prope est ; et, quod dici neías est, sacerdolum ei præparatur exercitus, quia cervice elata militant qui præpositi sunt ut præbeant exempla humilitatis : sic ut Danielis vaticinium videatur esse completum. Ergo qui in Judzea est ad montes fugial, et qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo (Matth. xxiv, 17), etc. Proiude vos, qui in tecto Domini passer B solitarius extitistis, et agrum Del vomere linguæ viriliter conscidistis, ad montes fugere nec oportet de plano aliquid tollere. Etsi Romæ non est nunc Gregorius, est tamen Anglize Augustinus; et qui dedit ei signa et prodigia facere, dabit vohis pro Christi fide ad finom usque viriliter cortare : Fidelis est enim Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod ferre potestis (1 Cor. x, 13). Benedictionem autem vestram qua debui monte suscepi, bene sapientem, bene redolentem. Deo autem gratias agimus, quia saporosa sunt et odorosa quæ agitis, quæ dicitis, quæ datis. De vita autem vestra dicamus pariter, dicamus omnes : Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis (Luc. 11, ut qui jam soli remansistis, nihil habentes quod C 14). Rogo vos, orate pro me ut Simon me aliqua parte corrumpere nequeat, et Deus ab hoc pelago ad por tam salutis perducat.

EPISTOLA XLVII ***.

ANSELMI AD PASCHALEM PAPAM.

Auditis decretis Romani concilii, cui Anselmus interfuerat, rex de illis summum pontificem requirit; quid autem papa judicaverit, sibi significari Anselmus petit.

Domino reverendo, et Patri diligendo PASCHALI ***, summo pontifici, Anselnus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, debitam subjectionem et orationum

385 quod melius et utilius sapientia vestra secundum Deum judicavcrit, disponatis; et quidquid illud fuerit, per legatos nostros me certum faciatis. Sicut enim non pertinet ad me absolvere quod ligatis, ita non est meum ligare quod absolvitis.

EPISTOLA XLVIII.

ANSELMI AD EUMDEM.

Consilium in adversis quæ jam per novem annos passus est exspectat. Precaturque ut pallium electo Eboracensi episcopo concedat.

Domino et Patri reverendo PASCHALI, summo pontifici, Anselnus, servus Ecclesize Cantuariensis, debitam subjectionem.

Quanto studio mens mea pro sua possibilitate p sedis apostolicæ reverentjam et obedientiam amplectatur, testantur multæ et gravissimæ tribulationes cordis mei, soli Deo et mihi notæ, quas ab initio episcopatus mei continue jam per novem annos, et in exsilio et episcopatu passus sum, quia ejusdem sedis subjectioni et obedientiæ inseparabiliter adhæsi. A qua intentione spero in Deo quia nibil est quod me possit retrabere. Quoniam de his quibus excellentiam vestram requisivi per epistolam missam olim per Guillelmum, regis nostri legatum, nullum suscepi responsum, iterum ea necesso habeo repetere. De hoc quod inter regem et me est sufficere puto sapientize vestrze quod in aliis litteris significo et quod per legatos nostros cognoscetis. De qua re non est humilitatis meæ vestræ sapientiæ C dare, sed ab ea exspectare consilium. Precor autem omnipotentem Deum quatenus ipse cor vestrum ad laudem et gloriam nominis sui et utilitatem Ecclesize suze dirigat, ut de vultu ejus judicium vestrum prodeat, et oculi ejus in omnibus actibus vestris videant æquitatem. De archiepiscopo Eboracensi electo, sicut per episcopos qui cum eo sunt, poteritis agnoscere, supplex precor quatenus pallio propter quod vestram adit excellentiam, nobis eum confirmatum et gratia vestra honoratum remittatis. Credo enim quod non est in Anglia qui tantum possit in ecclesiasticis rebus prodesse; et spero in Deo, quia sicut a Beo accepit facultatem, habet etiam voluntatem. Quædam alia quæ nostri legati vestræ paternitati ex nostra parte suggerent, precor ut au- D quia si homo per unam solam inobedientiam in dire atque ad ea respondere dignemini. Oramus ut Deus omnipotens sanctitatem vestram diu nobis conservet.

EPISTOLA XLIX ³⁵¹.

ANSELMI AD MONACHOS CESTRENSES.

De suorum monachorum profectu gaudet, et ad accuratam etiam in minimis observantiam hortatur.

Anselmus archiepiscopus, fratribus et filiis suis

VARIÆ LECTIONES.

252 Qui suos ms et Edit, qui vos 183 Sem-151 Collata cum eodem ms et cum Edit. Got. et Col. 1573 per prævenire ms et Edit. semper nos prævenire ^{att} in virintem vultis ms et Edit. in virintem et de pro-fectu ad profectum vultis ^{att} Perducitur. Abbati, etc. ms et edit. Perducitur. Pensate quia si homo per unam solam inobedientiam in tantam miseriam quam patimur in hoc mundo projectus est quantum de-beamus eam horrere, et obedientiae bono studere. In obedientia totus vigor bene vivendi construitur, in ejus negligentia destruitur. Abbati, etc. ⁸⁸⁶ Voluntate exhibete *ms et Edit.* voluntate per omnia exhibere ⁸⁸⁷ quan sic *ms et edit.* quam dilectionem sic

·-- .

petitione quam vobis prædicti episcopi exponent A charissimis monachis in Cestrensi cœnobio S. Werburgæ commanentibus salutem et benedictionem Dei, et suam.

> Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in omnibus operibus suis, qui et vos 252 facit et numero crescere et augmento religionis proficere. Quamvis enim de omnium servorum Dei profectu gaudeam, in vobis tamen aliquid habeo speciale cur de vestro lætari profectu debeam, quoniam per me Deus congregationis vestræ est dignatus instituere principium, abbatem, dominum scilicet Ricardum, charissimum filium nostrum. Gratias igitur ago Deo pro gratia sua quam ostendit in vobis; et oro ut, sicut eadem gratia vos prævenire dignatus est, ita indesinenter subsequatur, quatenus nunquam vos de hoc ad quod vos provexit, permittat deficere, sed semper ad meliora donet proficere; quod pro certo ipse faciet, si non negligentes fueritis bona ad quæ jam pervenistis, servare. Cum enim Dei sit sua gratia semper nos prævenire 283, nostrum est quod accipimus, ejus auxilio studiose custodire. Nam quamvis nec habere nec servare possimus aliquid, nisi per illum, perdere tamen et deficere non est, nisi 'ex nostra negligentia, quæ sæpissime incipit a minimis, in quibus nos callidus hostis solet decipere, cum nobis persuadet ea non magai pendere. Inde namque sequitur illud damnum exsecrabile quod legitur, quia qui spernit modica, paulatim decidet (Eccli. x1x, 4). Certissimum namque est, quod in multis Ecclesiis experimento didicimus, quia in monasterio ubi minima districte custodiuntur, ibi rigor ordinis monachorum inviolabiliter permanet; ibi pax inter fratres, et in capitulo proclamationes conquiescunt; ubi vero minimi excessus negliguntur, ibi totus ordo paulatim dissipatur et destruitur. Si ergo de virtute in virtutem et de profectu ad profectum vultis 384 ascendere, semper timete in singulis minimis Deum offendere. Non debetis considerare quam parva sit res quam contra prohibitionem facitis, sed quantum malum sit inobedientia quam pro parva re incurritis. Sola enim obedientia potuit hominem in paradiso retinere, unde per inobedientiam ejectus est; neque ad regnum cœlorum aliquis nisi per obedientiam perducitur ***. Pensate tantam miseriam quam patimur in hoc mundo projectus est, quantum debeamus cam horrere et obedientiæ bono studere. In obedientia totus vigor bene vivendi construitur, in ejus negligentia destruitur. Abbati ergo vestro obedieutiam non solum in opere. sed etiam in voluntate per omnia exhibete ***, et ad invicem pacem et concordiam per mutuam dilectionem habete; quam dilectionem sic 387 nutrire ct

20

scrvare poteritis, si unusquisque non ut alius suam, A dicio ostenditur sustinens esse suus, in monachico sed ut ipse alterius voluntatem faciat, studuerit. Otiositatem quoque sicut rem inimicam animarum a vopis excludite, et unusquisque consideret quia de singutis momentis vitæ nostræ reddituri sumus Deo rationem. Cuicunque ergo Deus dat aliquam gratiam ad quamlibet utilitatem, ea utatur inquantum habuerit opportunitatem. Qui enim non utitur potestate benefaciendi quam habet, in die judicii quasi non habens judicabitur, et ab illo auferetur hoc ipsum qued habere videtur, quia et præmio quod mereri potuit carebit, et deinceps nullam alicujus boni operis potestatem in pœnis habebit. Quasi autem alii dabitur quod ab illo auferetur, quando illi qui bene operatur secundum quod ste accepit, præmium augebitur, quia juxta illum qui negligenter vixit, ejus exemplo a bono opere non defecit. Gratias ago vobis quia pro me oratis, et oro ut ab hac charitate non desistatis.

386 EPISTOLA L 19.

ANSELMI AD BERNARDUM MONACHUN.

Pluris esse unicam vapulationem ex obedientia, quam innumeras ex proprio sensu.

ANSELMUS archiepiscopus, BERNARDO, monacho cœnobii S. Werburgæ, salutem et orationem,

Audivi a domino abbate tuo quod majoris meriti judicas cum monachus se aut verberat, aut ab alio se verberari postulat, quam cum in capitulo ex præcepto przelati, non ex sua vokuntate vapulat ***. Quod non ita est sicut 341 existimas. Illud enim judicium quod sponte sibi aliquis indicit, regale est; C illud *** vero quod per obedientiam in capitulo sustinet, monachicum est. Alterum est ex *** sua voluntate, alterum ex obedientia, nec ex sua voluntate. illud quod regale dico sæpe sibi reges et superbi divites fieri præcipiunt, illud vero quod monachicum dico, non præcipientes, sed obedientes suscipiunt. Regale tanto levius est "", quanto voluntati sustinentis concordat. Monachicum autem tanto gravius quanto a voluntate patientis discordat. In regali ju-

probatur non esse suus. Nam quamvis rex aut dives. cum sponte vapulat, se peccatorem humiliter ostendat, nulla tamen alterius hommis jussione ats huic humilitati se patiens subderet, sed jubenti omnibus. viribus resisteret. Cum autem monachus ex sententia prælati in capitulo humiliter flagellis se subjicit,. tanto majoris meriti hunc esse veritas judicat, quanto magis et verius se quam ille humiliat. Ille namque se soli Deo humiliat propter peccatorum conscientiam, iste vero etiam homini, propter obedientiam. Humilior autem qui et Deo et bomini propter Deum se humiliat, quam qui soli Deo et non humanze jussioni se humiliat. Ergo si qui se humiliat, exaltabitur; qui se magis humiliat, magis exaltabitur. Quod *** autem dixi, eum monachus vapulat, hoc a sua voluntate discordare, non ita intelligas quasi nolit hoc obedienți voluntate patienter portare, sed quoniam ex naturali appetitu carnis dolorem nollet tolerare. Quod si digis : Non tam fugiopublicam vapulationem *67 propter dolores quos et secrete sentio quam propter verecundiam, scito quia ille fortior est qui hanc quoque sustinere gandet propter obedientiam. Certus ergo esto quia majoris meriti est una vapulatio monachi tolerata per obedientiam, quam innumerabiles acceptæ per propriam sententiam. Sed cum talis est monachus ut et semper habeat cor paratum sine murmuratione per obedientiam vapulare, tunc sive secrete, sive publice vapulet, magni meriti eum debemus judicare.

EPISTOLA LI ***.

ANSELMI AD STEPHANUM ARCHIDIACONUM.

Ut abbatissam et sanctimoniales Rumesei a superstitioso hominis defuncti, quem pro sancto kabebant, cultu prohibeat.

Anselnus archiepiscopus, Stepnano archidiacono 269 salutem et benedictionem.

Mando vobis ut (12) eatis ad Rumesei, et dicatis, et dicendo præcipiatis domnæ abbatissæ 270 et san-

VARIÆ LECTIONES.

²⁶⁰ Cum eodem ms collata ²⁶⁰ Vapulat deest ²⁶⁰ Regale. Illud ms regale est : illud ²⁶⁵ Mo-x ²⁶⁶ Leuius est ms levius est ²⁶⁹ Alterius ssa Secundum quod me et Edit. secundum donum quod *** Quid non ita? sicut ms Quod non ita est sicut in ms nachicum. Alterum ex ms Monachicum est. Alterum est ex ³⁶⁶ Leuius est ms levius est ³⁶⁵ Alterius jussione ms alterius hominis jussione ³⁶⁶ Ergo qui se humiliat exaltabitur. Quod ms ergo si qui se humiliat exaltabitur, qui se magis humiliat, magis exakabitur. Quod ³⁶⁷ Appellationem ms vapulationem ³⁶⁸ Cum eodem ms collata ³⁰⁹ Diacono ms Archidiacono ³⁷⁰ Dominæ Abbatissæ ms. Domiæ Abbatissæ

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

fuit labori hic locus fateor. Nam cum inter legendos script. Anglos occurreret passim Rameseia, Ramesiensisque, et in ea degentes monachi, stabam dubius, videns in hac epist. expressum nomen abhatissæ. Tabulæ vero Lincolniensis erclesiæ ms. in nostra bibliotheca injectum exemere scrupulum in paucuhs. Aluvinus consul eo tempore abbatiam Remesetæ intra paludes fizis. Quod sutem hæ tribuant funda-tionem Ramesiensis cænobil Alavino consu l ita video accipiendom, quia ille plurimum operæ et opum suarum largitus sit ad id operis. Reliqui enim scriptores, ut Malmesber. lib. 1v De Pont. Angl. Honed. et Polyd., et Lilius in Chron. ad annum 971 prædicant sanctum Oswaldum Eboraci antistitem, hujus

(12) Eatis ad Rumesei, et dicatis, etc. Haud levi, D monasterii primarium et præcipuum institutorem. Malmesber, tamen et Honed, Annal. part. 1, anuo 971, fatentur communibus utriusque ope et opibus ecclesiam fuisse conditam. In Honedeno autem, quem Aluvinum scriptæ tabulæ Lincolnienses vocavere Etheluvium; in Malmesb. Egeluvinus appellatur. Rumesei vero de quo Anselmus hoc in loco, est partheno diocceseos Wintoniensis, excitatus ab Eduardo rege, ut Hone Jenus testatur hisce verbis : « Anno 967 rex Anglorum pacificus Edgarus in monasterio Rumeseie (non Rameseie, ut corrupte impressi libri habent) quod avus rex Eduardus senior coustruxerat, sanctimoniales collocavit : sanctamque Mervinam super eas abbatissam constituit. > Malmesh. etiam lib. 11 de P. A. recensens cœnobia Winectimonialibus ex nostra parte, el ex parte episcopi A pos qui in tam exsecrabilis sceleris protelationem Wintoniensis, et vestra ***, ut si nolunt me prohibere illis divinum officium facere, tunc ex toto prohibeant ut nullus honor, qui alicui sancto exhiberi debet exhibeatur ab illis, aut permittant ab aliquo exhiberi mortuo illi quem quidam 273 volunt pro sancto haberi. Filium autem ipsius mortui propellite a villa, nec amplius conversetur in illa.

EPISTOLA LII 173.

ANSELMI AD GERARDUM ARCHIEPISCOPUM EBORACENSEM.

Docet inducias suo assensu fuisse datas sacrilego qui mulierem velatum in uxorem duxerat.

Ansaluus, gratia Dei archiepiscopus Cantuariæ, GEBARDO, archiepiscopo Eboracensi, salutem.

Notum facio, dilecte mi, reverentiæ vestræ, quia B induciæ de causa illius qui mulierem velatam in conjugium sibi copulare præsumpsit, quas dedit episcopus Lundoniæ vestra instantia, me favente, in tantam infamiani conversæ sunt mihi, et vobis et omnibus quorum consensu datæ sunt, apud Lundonienses et apud omnes qui hoc audiunt, ut nullius hoe ***, nisi religioso carens pudore, si fugere valet, tolerare queat. Desperant etiam ullum bonum aliquando proventurum Ecclesiæ Del per illos episco-

consentire potuerunt. Quapropter decet nos, imo necesse est omnibus nobis qui in hoc consensimus ***, si tam indecenti improperio subjacere nolumus', quatenus dies ejusdem causæ definiendæ constituatur celerios, in quo præsentiam nostram et vestram, aut si hoc esse nequit, aliquam rationabilem ex nostra et similiter ex vestra parte personam adesse cupinus. Quem diem in octava die Nativitatis S. Dei genitricis Mariæ, quamvis nobis nimis longingua propter prædictam causam sit, tamen quia cognosco vos velle interesse, ponimus. Quippe nec episcopus ad quem causa pertinet, vellet, si ego vellem; nec ego vellem, si ille vellet hoc differre diutius, si Deus nos ab omni impedimento defenderit. Nam tantum post colloquium nostrum, didicimus de rei veritate, ut si acceleramus quod differre proposueramus, nulla notandum hoc *** sit in tali negotio levitate.

EPISTOLA LIII "".

WILDEBERTI CENOMANENSIS EPISCOPI AD ANSELMUM. Grates persolvit ob tractatum De processione Spiritus sancti contra Græcos scriptum et ad se missum.

Venerabili Cantuariæ archiepiscopo, glorja et honore dignissimo, Anselmo, Hildebertus (13), humi-

VARIÆ LECTIONES.

²⁷¹ Episcopi et vestra ms Episcopi Wintoniensis et vestra lata cum eodem ms ²⁷⁵ Ut nullus hoc ms nullius hoc sed male ²⁷⁸ Quem quidem ms quem quidam lata cum eodem ms ²⁷⁷ Ut nullus hoc ³⁷⁷ Collata cum eodem ms et cum ms S. Audoeni Rothomag. 178 Col-976 Nul-

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

Eduardum conditorem asserat. Locorum igitur, temporum et fundatorum varietas aperte distingunnt hæc duo cœnobia, quib. littera z in a mutata, idem prorsus est nomen. Cæterum homo ille, quorumdam opinione sanctus, a cujus cultu et honore Anselmus præcipit Rumesienses virgines abstinere, est Val-deosus, Valtheolus', Valdelus sen Veldeolus, comes nobilissimus, quem Guillelmus Nothus ob tevissimam conjurationis suspicionem capite damnavit. Innocentiam vero ejus multa eaque præclara miracula significarunt, testih. Malm. 1. IV De pont. Angl. et. Walsing. in Hypod. Neust. ad an. 1075. Rumesiensis igitur antistita vel alicujus miraculi permota rumusculo, aut iniqua comitis nece, publicas fundebat preces, volaque nuncupabatur ei quem nondum Ec-clesia in divos retulisset. Quamobrem Anselmus merito præcipit eam cessare; neque enim publici sanctorum bonores pendent ex ferventiori enjusl bet D zelo, sed apostolicæ sedis et Ecclesiæ catholicæ judicio, licet in synodo Pondini, habita an. 1102, eam ob rem id promulgarit edictum, quod Malm. retulit l. 1 De pont. Angl. in hanc sententiam : « Ne quis temeraria novitate corporibus mortuorum aut fontib. aut aliis rebus (quæ contigisse novimus) sine episcopali auctoritate reverentiam sanctitatis exhibeat.) Quo interdicto voluit Anselmus compescere subitaneas quasdam plebeculæ superstitiones, ex immatu-ricri pietate genitas, non laudabilem et antiquam Ecclesiæ Romanæ consuetudinem in apotheosibus servari solitam aspernari.

(13) Hildebertus. Robertus Cenalis lib. 1 De re Gallica, perioche 6, scribit Gildebertus; Guillelm. Gemmet. lib. vi Histor. ducum Nor.nan., cap. 10, Idebertus, alii Ildeberdus; quam postremam, hujusque epist. scriptionem promiscue habent mss. codi-

toniensis diocceseos, ejus meminit et Rumeseiam C ces; excusi autem Hildeberius, sed et in ejusdem vocat, discrepans ab Honedeno, quod Edgarum non Gestis (que impetravi a V. priore Tuffero, coenobita Gestis (quæ impetravi a V. priore Tuffero, cœnobita S. Vincentii Cenomanensis) utramque vicissim re. peri. Hæccine vero Gesta, ne diutius lateant posteros, addemus hic: « Venerabilis Hildebertus ex Laverdinensi castro mediocribus, sed tamen honestis ortus parentibus a Domino Heelo [alias Boello] Cenomanensi episcopo factus magister scholarum, deinde archidiaconus, et post decessum domini Hoeli in ejus loco est substitutus. Hic itaque moribusplacidus et modestus, primo initio sui episcopatus satagebat restaurare ea quæ antecessorum suorum negligentia vel destructa vel amissa fuerant, infatigabili studio. Continuo namque domum capituli a fundamentis cœpit construere, et undique vitreis illustravit, et forniceo opere supertegere curavit. Eodem namque tempore bellum gravissimum exortum est inter Henricum I Anglorum regem, et Heliam comitem Cenomanenseul, eo quod ipse rex episcopatum calumniabatur, ideoque ordinationi episcopi moliebatur obsistere. Cum autem audisset ordinatum esse, manifestis bellorum incursibus patelecit. Cujus inceptis comes Helias cœpit resistere. Quo comperto, Fulco, comes Andegavensis in civitatem advenit, et consensu civium in munitionibus civitatis custodiam posuit, ibique relicto filio suo ad alia properavit. Interea rex Anglorum videns civitatem sui principis præsidio destitutam, huc accessit; ad Colonias accedit; consedit urbem exercitu magno, postea cremavit Coloniam. Rex autem, videns se esse illusum, cum exercitu suo discessit. Cives autem. cum ad pugnam se præparassent, comperta regis. luga, ad urbem sunt reversi. Quo audito comes Hilias, timens ne Fulco comes Andegavensis proscriptioni ejus intenderet, mandavit ad se episcopun Hildebertum, et quosdam ex primoribus civitatis, et cum eis coepit excogitare quibus modis civitatem

81

in Domino Jesu Christo.

Et dies lætus et vultus solemnes cum tuo mihi Tractatu pariter, sanctissime Pater 279, accesserunt. Susceperam prius benedictionem tuam servus ego, servus tuus 180, et egit gratias Domino Deo, et tibi *** devotus affectus ***, affectus meus. Humanum quidem fuit subvenire proximo per compassionis affectum 283; sed divinum, fidem defendere catholicam per inhabitantem in te Spiritum sanctum. Urumque autem operatus est unus atque *** idem Spiritus, volens tibi 387 virtutum exuberare gratiam, quem suæ processionis a Filio reservabat defensorem. In malevolam enim animam non poterat introire sapientia, nec habitare in corpore subdito

lis Cenomanorum sacerdos, salutem *78 et orationes A peccatis. Unde dignum fuit ut advocatus veritatis exemplum prætenderet *** religionis. Talis propterea see pastoralibus excubiis congruebat, cui nihil deesset ad 187 plenitudinem justitize, nihil 268 ad integritatem doctrinæ. Beatum sane pectus, quod virtutum conventus reverendum ses sibi penetrale consecravit. Inde velut ex adilis divina prodeunt oracula, nihilque aliud sacra labia. *** profitentur quam cœlestis interpretem voluntatis. Eorum me sæpius recordantem stupor opprimit; et dum singula diligenter intucor, omnia Spiritui sateor ascribenda, cum^{att} Psalmista dicens : A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris (Psal. CXVII, 23). Vale, sanctissime *** Pater, sciens *** quia desiderio desiderat anima mea te videre, non ægre latura ventos.

VARIÆ LECTIONES.

⁹⁷⁸ Salutem. ms salutem, et orationes in Domino Jesu Christo. ⁹⁷⁹ Sanctissime Pater ms S. Aud. pariter ⁸³⁰ Ego servus tuus ms servus ego servus tuus ⁹⁸¹ Gratias Domino Deo, et tibi ms S. Aud. gratias Deo et tibi ¹⁸⁹ Devotus : affectus ms devotus affectus; affectus ms S. Aud. devotus affectus meus. Edit. Pic. devotus effectus est affectus ¹⁸³ Charitatis affectum ms S. Aud. et Edit. Pic. compassionis affectum ⁹⁸⁴ Unus ille atque, omittitur, ille in ms S. Aud. ¹⁸³ Exemplum relinquerat mss exemplum pratenderet ¹⁸⁴ Talis etiam ms S. Aud. Talis propterea ¹⁸⁴ Nihil deest ad ms S. Aud. nihil decest ad ms S. Aud. reparates picture ments affectus in the second company. deesset ad 309 Phenludinem, nihil mss plenitudinem justitiæ, nihil 289 Quod reverendus virtutum con-ventus reverendum mss quod virtutum couventus reverendum 299 Sacra labia ms S. Aud. sacra verba 291 Opprimit et mutatus nostri temporis hominem talia posse, calamo scribæ velociter scribentis omnia fatcor 289 Quod reverendus virtutum conascribenda, cum ms S. Aud. et ms Vict. in Marg. recentiori manu, opprimit; et dum singula diligenter intueor, omnia Spiritui sancto fateor ascribenda, cum *** Vala, sanctissime me S. And. et ms Vict. in Mary. recentiori manu : vicem mihi, Pater sancte, rependes, si tuar un me participem feceris orationum. Vale. *** Sanctissime Pater, sciens ms S. Aud. omillit

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

timebat cnim ne comes Fulco, regiis muneribus deceptus, cum eo pacem faceret, et tradita civitate ipse perpetuo damnaretur. Episcopus autem, ejus angustias miseratus, cum eo de ejus liberatione est col-locatus. Ipse vero rex paulo post liberum et quietum abire permisit. Rex autem capta civitate, et munitionibus impositis, in Angliam transfretavit.

· Quidam autem ex clericis, invidentes promotioni episcopi, et dolos insidiantes, accusaverant eum apud regem Angliæ, dicentes eum fuisse con-scium proditionis, quando comes Helias occupavit civitatem consentientibus omnibus. Unde rex suspectum habens Hildebertum, instanter ab eo oxigebat nt turres ecclesite dirui præciperet (quibus dicellat sibi damnum illatnun fuisse) antequam in Angliam transfretaret. Et ut turres dirueret, obtulit pontifici maximum pondus auri et argenti ad ædificationen sepulcri beati Juliani, ut dicebat. Qnod ad ignomi- C niam fieri videns episcopus, consilio accepto at suam reversus est Ecclesiam. Primum detulit plane duo cymbala pretiosa, et optimam cappamide pallio, et duas pelves argenteas, cum allis multis ornamentis. Imerca præsul de precepto regis valde anxius, de urbis incendio, de domorum suarum destructione, de civium expulsione, de clericorum dispersione mœstissimus, Dei omnipotentis clementiam jugiter precahatur, ut ab Ecclesia et populo iram indignationis dignaretur avertere. Misertus autem Dominus afflictionis illius, indignationem suam, ultra quam sperari poterat, mitigavit, et facies inimicorum ejus confusione et ignominia replevit, ut canticum corum verteretur in luctum, et organum eorum in voeem flentium. Nam dum quodam die in silvam rex venandi gratia perrexisset, ab uno ex suis militibus (qui secum erant) sagitta percussus interiit. Pacata civitate et hostibus fugatis, Hildebertus Romam proficiscitur, quem Paschalis secundus papa recepit D attentios. Deinde illi in Siciliam Apulianque pro-

regi traderent, ipsumque a vinculis liberarent. Erat B gresso, universi quasi angelo Dei honorem exhibe-emin inze comes Helias in vinculis regis Anglorum ; bant.

« Rogerius autem, dux Siciliae, audita fama et scientia præsulis, illum in maximo honore et reverentia suscepit, et dedit ei idem Rogerius centum uncias auri ad faciendum opus beati Juliani, et ad victum canonicorum decem libras monetæ dedit. Postea vero idem episcopus ad Cenomanicam rediit provinciam. Eodem tempore comes Helias liberalis lectum in quo beati Juliani beata membra reguiescebont auro decoravit et argento.

« Deinde anno Domini 1120 ad dedicationem ccclesic accelerans, multa ibi necessaria ministrans, in ortavo die Paschæ Hildebertus consecravit cam in honore et nomine sanctæ et gloriosæ Virgin's Maria, et beatorum martyrum Gervasii et Protasii, ac piissinii Juliani. Postea vero fecit ex proprio suo duas casas auro et argento pulcherrime circumtectas, in quibus reliquias sanctorum Tutilii et Victoris et Innocentii, et sanctæ Tenestinæ et Odæ, et sancti Hilarii presbyteri, solemniter consignavit.

· Post aliquantum temporis Guillebertus Turoneusis archiepiscopus moritur, et in sede et in loco inius Hildebertus Cenomanensis episcopus apicem est sortitus, concedente Ludovico Grosso Francorum rege. Anno Domini 1129.

e Tandem vero xv Kalend. Januar., id est xviii Decemb., anno Domini 1136, in senectute bona ob-dormivit in Donino, et sepultus est Turonis in ecclesia Sancii Mauritii; rexitque Ecclesiam Turonensem annis septem, et mensibus sex, et Ecclesiam Conomanensem annis xxır, et fuit vita ejns quasi LXXX annorum. > Hucusque schedula mihi transmissa.

In quam unum et alterum observare me compellit historicæ veritatis amor. Arnoldus Wion. lib. ii sui Ligni vitze, cap. 39, ex Chronic. Cluniaceusi ms. refert eum fuisse monachum Cluniacensem, cum tamen hæc narratiuncula beevi commemorans Hildebêrti cunas, dicat illum egisse postea scholarcham,

aut polagus, dummodo liceat consilium salutis acci- A lendi, exspectate cum, quia non tardabit; ipse enire pere sol abs te, quod nusquam esse credo, nisi sit apud te.

EPISTOLA LIV. 394.

AD WONACHOS ALBANENSES .

Hortatur monachos ad continuam suæ regulæ observantiam. (Vide epist. 160, infra.)

ANSELMUS, gratia Dei archiepiscopus Cantuariæ. fratribus 296 et filiis charissimis, domno priori, et aliis servis Dei in monasterio Sancti Albani manentibus, salutem et benedictionem.

Gratias ago Deo, a quo est omne bonum, et vobis, qui servatis ejus donum, quia de vobis audio omne bonum. Memores enim vos esse monstratis quia oportet vos per multas tribulationes introire in regnum Dei, et quia tentatio probat et tentat ju- B turam ut nulli *** fere dubium, ita nec mihi est ignostum, si diligat Deum, cum pulla vos adversitas a custodia vestri ordinis prohibere potest. Sic enim exspectare secure potestis præmium de quo dicitur : Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ (Jac. 1, 22). Quanto ergo vos studiosius ad conservandum monachicum ordinem insistere cognosco, tanto securius vos paterna monitione exhortor quatenus in bono proposito et in hoc ad quod vos Deus provexit, perseveretis; et semper ad meliora, in spe divini auxilii, proficere et nunquam deficere tentetis. Quod efficaciter poteritis efficere, si nulla minima vestri ordinis volueritis contemnere, quoniam qui spernit modica, paulatim decidet (Eccli. x1x, 1). Deus videt quid vobis expediat : si moram fecerit vos conso-

est adjutor in opportunitations, in tribulatione. Omnipotens Deus corda vestra in servitio suo corroborare dignetur et consolari. Oro vos, orate pro me.

EPISTOLA LV ".

MATHILDIS REGINE ANGLORUM AD ANSELSUM Ut modice quotidiunum relaxet jejunium.

Domino et Patri reverendo Anselno¹⁹¹, primz sedis archiepiscopo, Hibernorum omniumque septentrionalium insularum quæ Orcades dicantur primati, MATHILDIS, Dei gratia, Anglorum regina, humillima ejus ancilla, præsentis vitæ cursu seliciter peracto, ad finem, qui Christus est, pervenire.

Quod quotidianum jojunium jam verteritis in natum. Quodque magis admiror, plurium proborum frequenti relatione didici, et post longa jejunia non natura postulante, sed quolibet e famulitio 200 suadente, cibum sumere solitum. Hæc etiam vos tanta frugalitate sumere non ignoro, ut magis naturæ, jus proprium demendo, vim fecisse quam legem solvisse videamini. Unde cum multis, tum mili maxime metuendum est ne tanto patri, cujus sum beneficiis olligata, tam forti Dei athletæ et humanæ naturæ victori, cujus indeficienti vigore pax regni sacerdotiique dignitas firmata est atque defensa, tam fideli tamque prudenti Dei dispensatori, cujus sum benedictione in legitimum matrimonium sacrata, cujus ordinatione in terreni regni dignitatem sublimata, cujus precibus in cœlesti gloria, Deo annuente, co-

VARIÆ LECTIONES.

*** Consilium accipere nus Vict. consilium salutis accipere *** Collata cum eodem ms *** Anselmus vocatus archiepiscopus Cantuariensis fratribus ms Anselmus gratia Dei archiepiscopus, fratribus sor Cum eodem ms Victorino collata sos Domino et Patri Reverendo Anselmo ms Venerando Patri Anselmo * Verteritis ut nulli ms vertitis in naturam, ut nulli 306 Famulitie ms e famulitio

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

præceptorem, Guillelm., Malmesheriens. cæterique historici, ad quam vitæ Hildeberti partem cjus monachatus reduci possit non video.

Præterea monachus (ut Jacobus de Graftis monachus Cassin. notat parte n Decisionum aurear., lib. 111, cap. 20) nequit promoveri ad dignitates Ecclesiarum, quæ sint diversæ professionis et ha-bitus. Ecclesiam vero Cenomanensem tum (nec non hodieque) clericos canonicos habuisse liquet ex superioribus. Imo ab initio clericos regulariter et exemplo apostolorum in ea vixisse, palam est ex cap. 3 Vitas sancti Panacii, Cenomanensis quoque episcopi; quod et Joannes a Bosco notavit ibidem.

Electionem autem Hildeberti ad Cenomanensem episcopatum cecidisse anno 1106 juxta Chronic. Cluniacense, nex Guilliehni Rufl Anglorum regis su-perius memorata patrataque anno 1100 (testibus Sigeberto aliisque ad epist. 40 coram notatis) palam obsistit. Ipse quoque eodem libro cap. 22 oscitan- D tissime dixit Hildebertum creatum fuisse archiepiscopum Turonensem anno 1106. Si hunc lapsum tribuas labenti typographo, tribuo. Rem sollicitius videamus. Schoda manuscripta habet Hildebertum anno 1129 Turonensis archiepiscopatus infulana gestasse; Tabulæ Cenomanenses apud Democharem et Wion signant se lisse Cenomani annis xxix et

et archidiaconum, et ante audivisse Berengarium C scheda manuscripta Cæsareduni Turonum annis vu et mensibus 6.

> Priorem quidem chronologia: partem infirmant epistola Honorii papæ secundi (qui creatus fuit anno 1124) ad Hildebertum jam Turonensem archiepiscopum, et Hildeberti responsum ad Honorium, quæ quidem reperies epist. 67 et 68 Hildeberti. Ex ad-verso occurrit epistola 124 D. Bernardi, eum hortantis ad Innocentii II renuntiati papæ auno 1130, tutandas partes.

> Si tandem dicamus Hildebertum præfuisse Cenomanensi Ecclesiæ annis viginti novem, fuit unctus saltem anno 1099, a quo ad 1100 curaverit ædilicium capitulare (ut legimus in principio narrationis) annoque 1123 translatus ad Turones, fato cesserat 1136, computandosque additionis menses anni integri vice. Cui allubuerit tantum egisse Cenomani duos et viginti annos, cogitur eum facere poutificem anno 1400, et archiepiscopum 1123, ac postremo defunctum 1130, paulo post lunocentium II, electum anno 1130 ad xin Kalend. Martias.

> Sed hæc supputatio dissideret ab obitu Hildeberti mortui xviii Decemb. præterquam quod coactior apparet violentiorque; unde priorem lubentius amplexor. Hæc exenssisse et adnotasse coegit aperta tempora repugnantia, quam vel cæci advertissent in superioribus.

ronanda, corpus tabescat; fenestræ visus, auditus A jejunium, dedicavit et esum, vadens ad convivium cæterorumque sensuum obturentur; vox spiritualium ædificatrix raucescat; et quæ canorum ac dulce Dei verbum decoro, quieto remissoque sermone dispensare consueverat, id tanto remissius in futurum exsequator, ut quosque aliquantisper a te remotiores audientia ipsins vocis privatos, fructo etiam vacuos derelinquat, nolite igitur, bone Pater et saucte, nolite tam intempestive corporis viribus 201 inedia destitui, ne orator esse desistatis. Quia, ut Tullius ait in lib. quem De senectute conscripsit : Oratoris munus non ingenit est solum, sed laterum stiam et virium. Quo perditum ire festinat tanta animi tui celebritas, tanta memoria præteritorum futurorumqueprovidentia, lot artes, tot scientize, tot inventa, tanta rerum humanarum notitia, divinitatisque cum simplicitato prudentia. Considerate multitudinem talentorum quæ vobis dives Dominus vester dedit, quid commiserit, quid exigat. Deducite bonum in commune, quod deductum putchrius elucescat, atque cani multiplici fenore reportetur ad Dominum. Ne fraudetis vobis ipsis invicem; sicut necessarius est animæ spiritualis potus et cibus, ita et corporalis. Comedendum igitur est vobis, et bibendum, quoniam grandis vohis, Bei nutu, hujus vitæ restat via, grandis messis seminanda, sarculanda ac metenda, in horreo quoque Domiai, quo fur non appropiet, collocanda; videtis operarios in maxima messe paucissimos. In multorum labores introisti, ut multorum lucra reportes. Memento vero vos vicem Joannis C. apostoli et evangelistæ chari Domino tenere, quem Dominus ipse supervivere voluit, ut Virginis matris virgo dilectus curam gereret. Suscepistis geren lam curam matris Ecclesiæ, de qua quotidie periclitabuntur, nisi magna cura succurratis, fratres Christi et sorores, quos pretio proprii sanguinis redemptos ipse tibi commendavit. Pascite, o Pastor tanti Domini, gregem ejus, ne pastus inops deficiat in via. Sit vobis in exemplo sacer sacerdos Martinus, vir ineffa-Lilis, qui, cum cœlestem requiem 388 paratam sibi prævideret, laborem tamen pro populi necessitate se non recusare dicebat. Novi quidem vos multorum exemplis, multis Scriptutarum testimoniis ad jejunium invitari et confirmari; assidua quippe lectio vobis frequenter suggerit qualiter post jejunium, D ficio. Precamur etiam ut hoc ipsum confratres Eliam corvus, Eliseum vidua, Danielem angetus per Habacuc paverit; qualiter Moyses tabulas, digito Dei scriptas, jejunio accipere meruerit, fractasque per idem recuperaverit. Gentilium quoque vos exempla plurima ad parcimoniam invitant. Nemo est enim qui ignorat vos legisse Pythagoræ, Socratis, Antisthenis frugalitatem, cæterorumque philosophorum, quos ut enumerare longum est, ita nec præsenti opusculo necessarium. Veniendum est ergo ad novæ legis gratiam. Christus Jesus, qui dedicavit

nuptiarum, ubi in vinum aquam convertit; ad Simonis epulas accedens, ubi a Maria septem dæmonibus ejectis, spiritualibus eam ferculis primo pavit; Zachæi prandium non recusans, quem de potestate militiæ sæcularis retractum, ad cœlestem militiam vocavit. Audi, Pater, audi Paulum, Timotheum propter dolorem stomachí, vinum bibere suadentem, dicentemque : Jam noli aquam bibere, sed modico vino utere. Ecce Apostolus secundum discipulum a proposito dehortatur jejunio. Cui enim dicit : Jam noli aquam bibere, aperte denuntiat eum nihil aliud quam aquam ante bibisse. Imitemini Gregorium, lessitudinem defectumqne stomachi cibl potusque confortatione revelantem, doctrinæ et prædicat onl viriliter indeficienterque insistentem. Facite igitur quod ille fecit, ut perveniatis ad quem pervenit, hoc est ad Jesum Christum fontem vitæ, montemque excelsum, cum quo de perenni gloria jam olim gavisus est, gaudet gaudebitque in sæcula sæculorum. Valeat in Domino sanctitas vestra, meque fidelem vestram famulam vos toto cordis affectu diligentem orationibus adjuvare nolite desistere; et epistolam non fletam, sed fideli charitate et firma vobis a me missam suscipere, legere, audire atque exaudire dignemini.

EPISTOLA LVI **.

ANSELMI AD IDAM COMITISSAM. De filio a se commonito, et de prabenda Lamberti sui capellani.

ANSELMUS, Servus Ecclesiæ Cantuariensis 303, dominæ, et matri, et filiæ charissimæ, reverendæ comitissæ lo.g., salutem, et benedictionem Dei, et suam, quantum potest.

Charis-ima, vos salutat mea epistola; sed quotidie vos aspicit mea memoria, et spero in Deo quia nunquam illa de corde meo delebitur. Cum filio vestro locutus sum, et precatus sum eum de vobis, sicut intellexi oportere; et ipse mihi respondit se nihil libentius facere quam voluntatem vestram implere. Dominus Lambertus capellanus vester, qui moratur in Anglia pro vestro servitio, rogat, et ego cum illo rogo, ne aliqua occasione, donec ad vos redeat, perdat aliquid de præbendæ suæ beneejus canonicos precando moneatis. Quos simul nos ambo in hac schedula salutamus; et ut petitionem vestram admittant, etiam atque etiam rogamus. Omnipotens Deus vos ab omni adversitate custodiat, et desiderium vestrum semper dirigat, accendat, et perficiat. Amen.

EPISTOLA LVII ***.

ANSELMI AD MATHILBAM REGINAM ANGLORUM.

Habet gratias pro muneribus et amica commonitione. MATHILDE, gloriosæ reginæ Anglorum, reverendæ

VARIÆ LECTIONES.

⁸⁰¹ Corporalibus viribus ms corporis viribus ²⁰² Cum eodem ms collata 203 Anselmus archiepiscopus, 30' Cum eodem ms collata Cantuariensis ms Anselmus servus Ecclesite Cantuariensis.

dominæ, filiæ charissimæ, Anselnus archiepiscopus, A debitum honorem, servitium, orationes et benedictionem Dei, et suam, quantum potest.

Gratias magnas ago vestræ largitioni, sed multo majores, de qua munera procedunt, sanctæ dilectioni : quæ ctiam mihi pia sollicitudine instat ut in alimentis sumendis corpori largius indulgeam, ne vor et vires ad euram injunctam mihi deficiant. Nam quoniam auditis me pro jejunio totius diet, etiamsi quotidie fieret ***, famem non sentire, timetis raucitatem et imbecillitatem mihi corporis evenire. Sed utinam tantum mihi sapientia et potestas quæ competit, suppeterent, quantum vox et vires quas habeo ad opus mihi injunctum sufficerent, Licet sic possim sine famis molestia jejunare, satis tamen passum, et volo cum debeo, quantum expedit, corpus alimentis recreare. Memor est benigna vestra dignatio in epistola sua quod per me sit vestra celsitudo in conjugium legitimum desponsata, et ad regni sublimitatem, me sacrante, coronata. Verum cum de me, qui hujus rei minister tantum fidelis, quantum in me fuit, exstitit, hoc tam benigne, tanta gratia recolitis, satis æstimari potest quantas Christo, qui hujus doni auctor et largitor est, grates in mente persolvitis. Quas si recte, si bene, si efficaciter ipso actu vultis reddere, considerate reginam illam, quam de mundo hoc sponsam sihi illi placuit eligere. Hæc est quam pulchram, et amicam, et columbam suam vocat in Scripturis, et de qua illi dicitur : Astitit regina a dex!ris tuis (Psal. xLIV, 10). Hæc est cui de codem Sponso suo Christo dicitur : Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, el domum patris tui; el concupisset rex decorem luum (Ibid., 11). Quanto enim sæcularium conversationis, et patris sui, hojus scilicet mundi, habitationem contemnendo obliviscitur, tanto pulchrior conspectui Sponsi sui et amabilior cognoscitur. Hanc quantum dilexerit ipse probavit, cum se ipsum morti sponte tradere pro ejus amore non dubitavit. Hanc, inquam, considerate quomodo exsulet peregrinus, et quasi vidua ad virum suum cum veris filiis gemit et suspirat, exspectans donec ille de regione longinqua ad quam abiit accipere sibi regnum, veniat, et eam ad regnum suum transferendo, omnitus qui eidem amicæ bona vel mala fecerint, n prout quisque gessit, retribuat. Qui banc honorant, cum illa honorabuntur; qui hanc conculcant, extra illam conculcabuntur; qui hanc exaltant, cam angelis exaltabuntur; qui hanc deprimunt, cum dæmonibus deprimentur. Hanc exaltate, honorate, defendite, ut cum illa et in illa sponsa Deo placeatis, et in æterna beatitudine cum illa regnando vivatis. Amen. Fiat.

389 EPISTOLA LVIII 300. ANSELNI AD IDAN COMITISSAN.

Gratias agit pro liberalitate suis legatis exhibita; et ofus timorem in re salutis laudat, eamque a peccatis absolvit, injuncta prenitentia.

AMSELMUS, gratia Dei archiepiscopus, dominæ et matri, et filiæ charissimæ, lDæ comitissæ, salutem et benedictionem Dei, et suam, si quid valet.

Gratias ago celsitudini vestræ pro benignitate et largitate quam legatis nostris nuper Roma redeuntibus exhibuistis, sicut mihi et omnibus nostris facere soletis. De hoc quod mihi per domnum 307 Joannem mandastis, nullam possum vestram culpam intelligere. Sed quoniam semper tutius est in 306 hujusmodi magis timere quam confidere, laudo timo-B rem vestrum, quia beatus homo, qui semper est pavidus (Prov. xxvm, 14). Et beatus Job dixit : Verebar omnia verba mea (Job 1x, 28). Solo igitur hoc amore, et mali quod contigit per malos homines dolore quem habuistis, credo vos Deo, quantum ad vos perlinet, satisfecisse. Quoniam tamen scio quid desideretis, oro Deum ut vos ab hoc et ab omnibus peccatis vestris absolvat, et ad gloriæ suæ contemplationem perducat. Amen. Unum psalterium pro omnibus peccatis vestris dicite, secundum opportunitatem vestram.

EPISTOLA LIX **.

ANSELMI AD CLEMENTIAM COMITISSAM.

Comitem laudat quod nullam daret investituram, quod comitissae consilio et prudentia factum celebrat. Et ut eadem viro suo semper ipsa consulat Anselmus hortatur.

ANSELMUS, quamvis indignus, dictus archiepiscopus Cantuariæ³¹⁰, dominæ et filiæ charissimæ, CLE-MENTIÆ reverendæ comitissæ, per diuturnam hujue vitæ prosporitatem, æternam futuræ mereri felicitatem.

Relatunt mihi est guosdam abbates in Flandria sic constitutos ut comes vir vester nullam eis manu sua daret investituram. Quod sicut non sine ejus prudenti clementia ita non esse æstimo att factum absque vestra clementi prudentia. Tanto ergo de hoc vestro bono opere gaudeo, quanto vos ambos verius in Deo diligo. Cum enim ea quæ religionis Christianæ sunt, concordi voluntate facitis, veros vos esse filios Ecclesiæ sponsæ Dei et fideles advocatos ostenditis. Non enim debent principes sponsam Dei, matrem suam, si Christiani sunt, æstimare sibi datam ^{\$15} in hæreditariam dominationem, sed a Deo sibi commendatam, ut cjus cohæredes mereantur esse ad reverentiam et defensionem. Rex enim erat, et quid ad principes pertineat intelligat, qui principes volentes hæreditatem sanctuarium Dei possidere, sic maledicebat : Deus meus, pone illos ut

VARIÆ LECTIONES.

¹⁰⁵ Etiam si fieret ms etiam si quotidie fieret ⁵⁰⁶ Cum eodem ms collata ³⁰⁷ Dominum N. ms Bominum Johannem ³⁰⁶ Tutius in ms Tutius est in ³⁰⁹ Cum eodem ms collata ³¹⁰ Anselmus vocatus archiepiscopus Cantuariæ ms Anselmus quamvis iudignus archiepiscopus dictus Cantuariæ ³¹³ Non estimo ms non esse æstimo ³¹⁸ Sibi dare ms sibi datam

rolam; et s'eut stipulam ante faciem venti (Psal. A tuitioni et dispositioni vos commisistis. Utique in LXXXII, 14); el quæ proxime sequentur. Non hæc loquitur David, sed Spiritus Dei Filii David, qui dixit : Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt (Matth. xx1v, 45). Ad vos pertinet, reverenda domina et filia charissima, ut hæc et hujusmodi viro vestro frequenter opportune, importune suggeratis; et ut non dominum, sed 318 advocatum; non privignum, sed filium se probet esse Ecclesiæ, consulatis. Certe sic erit potestas placens Deo, et omnes actus ejus dirigentur ab eo, et contra omnes ejus adversarios erit cum eo. Monete eum ut nung: am adversetur legi Dei, quia qui illi subditi sunt. Scriptura, quæ non mentitur, asserit illos indubitanter inimicos esse Dei. Ne credat consilium contra c usilium Dei, quia Dominus reprobat consilia princi - B pum, consilium autem Domini manet in æternum (Psal. XXXII, 10); et, sapientia hujus sæculi, stultitia est apud Deum (I Cor. 111, 19). Consilium autem Domini est sacra Scriptura, et eorum quibus dixit : Qui vos audit, me audit (Luc. x, 16); et ad Christianam rel gionem instituta. Hæc *14 moneat, hæc consulat, rogo, viro suo comitissa Clementia, ut ct i lum et illam ad regnum cœlorum sublevet divina dementia. Sic fiat. Amen.

EPISTOLA LX.

ANSELNI AD GERABDUM EBORACENSEN ARCHIEPISCOPUM. Se non scripsisse litteras unde Anglice episcopi ipsum criminabantur.

ANSELNUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis, Ge-BARPO, reverendo archiepiscopo Eboracensi, salu- C lem.

Quamvis me talem nesciat mea conscientia qualem me pingit vestra prudentia, tamen non debeo esse ingratus, quia bona quæ me dicitis, quam erga me habetis, vobis persuadet benevolentia. Quod me hortatur vestra dilectio ne patiar negue velim vestram et sociorum vestrorum contumeliam, libenter accipio, nec sentio me aliquando eam aut quæsivisse aut voluisse. Nam litteras illas, de quarum publicatione hoc æstimatis contigisse, nec ego transcripsi, nec transcribendas alicui ostendi, nec aliquis per me. Denique cum vobiscum loquar', confido in Deo quia omnino me in hac re inculpabilem cognoscetis. Vule.

EPISTOLA LXI.

ANSELMI AD MONACHOS S. EADMUNDI. Infractam monachorum in adversis constantiant prædicat.

ANSELNUS, archiepiscopus Cantuaria, fratribus et Aliis charissimis monachis comobii Sancti Eadmundi, salutem, et in tribulatione misericordiæ Dei consolationem.

Laudo vos et gaudeo quia nulla violentia vobis violentiam ingerentibus restitistis, sed solius Dei

hoc ipsi potius contra Deum quam contra vos violenti fuerunt, et vos magis ad Deum clamastis ut aspiceret et judicaret quod illi contra eum vobis iujuste fecerunt. Non miremini, neque ultra modum turbetur cor vestrum, si tribulationes in hac vita patimini, quia scriptum est : Oportet nos per multas tribulationes introire in regnum Dei (Act. x1v, 21). Et gaudere debemus cum Apostolo in tribulatione, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit (Rom. v, 6). Et sperare debetis in Deo, quia fidelis est, nec patietur tentari supra quam ferre potestis. Dei gratia, non patimini propter ali uod crimen, quantum ad humanum pertinet judicium, sed propter justitiam; illi vero super vos se ingerunt propter suam concupiscentiam. Cum stabitis pariter ante tribunal Christi, ubi recipiet unusquisque prout gessit in corpore, sive bonum, sive malum, liquet 390 quia vobiscum est in hac re justitia, cum illis est malitia. Si Deus hæc discernit in actione, utique discernet et in retributione. Consulo etiam vobis ut pater fil.is, quatenus hæc quæ patimini imputetis peccatis vestris secundum Dei judiclum, ut unusquisque vestrum discutiat conscientiam suam, et satisfaciat Deo per effectum pœnitentiæ et confessionem. Solet enim Deus multitudinem propter culpam paucorum flagellare. Quapropter unusquisque quod communiter patimini s'bi imputet, et quantum in ipso est, clementiam Dei per satisfactionem super se et super alios invocet. Deus enim dicit : Revertimini ad me, et ego revertar ad vos (Malach. 111, 7). Omnipotens Deus sua vos protectione et defensione visitet, et clementi consolatione lætificet. Amen.

EPISTOLA LXII ***.

ANSELMI AD WILLELMUM ARCHIDIACONUM.

De non evulgandis Actis concilii Londinensis, nisi prius et iterum episcopis illa communicarit. Capitulorum interim sententias aliquas suggerit.

Anselnus archiepiscopus, Willelno archidiacono, dilecto suo, salutem et benedictionem.

Sententias capitulorum concilii expositas nolo vobis ant alicui ad præsens mittere, quia, quando in D ipso concilio expositæ sunt, non potuerunt ad plenum et persecte recitari, propterea quia subito sine præmeditatione ac competenti tractatione, sicut oportuerat, sunt prolatæ ***. Unde quædam videntur addenda, et forsitan guædam mutanda, guod non nisi communi consensu cocpiscoporum nostrorum volo facere. Volo ergo eas dictare, et prius eisdem episcopis ostendere, cum primo convenerimus, quam per Ecclesias Angliæ dictatæ et expositæ mittantur. Nomina tamen rerum de quibus ibi locuti sumus,

VARIÆ LECTIONES.

³¹³ Ut non solum Dominum sed ms et nt non Dominum sed ^{\$18} Cum eodem ms collata. Iuta, Hæc

*14 Religionem. Hæc ms Religionem insti-*16 Prolata ms prolatæ

25

vobls mittimus, ut secundum quod recordati pote. A sunt multandi poenitentia. Quam eliam in vestra ritis, nos de illis decrevisse sciatis 317. De illis qui ante excommunicationem vel post excommunicationem, nescientes eam factam, Sodomico peccato peccaverunt, par et similis erit ^{\$18} sententia, si confitentes pænitentiam petierint. Quam secundum discretionem vestram dabitis, considerantes ætatem. peccali diuturnitatem, et utrum habeant uxores, an non; et secundum quod videatis eos pænitere, et deinceps integram correctionem promittere. Considerandum etiam est quia hactenus ita fuit publicum hoc peccatum, ut vix aliquis pro eo erubesceret; et ideo multi magnitudinem ejus nescientes, in illud se

præcipitabant. Illi vero qui post excommunicationem

cognitam se peccato contaminaverunt, graviori

discretione secundum prædictas causas pominus. De his qui tonderi nolunt, dictum est ut ecclesiant non ingrederentur; non tamen præceptum est ut, si ingrederentur, cessarent saccrdotes ... sed tantum annuntiarent illis quia contra Deum et ad damnationem suam ingrediuntur. De calceamentis laicorum nibil decrevinus, sed tantum clericorum. De archidiaconibus et canonicis, qui uxores suas derelictas extra domos suas in maneriis suis ponunt, existimeinterim, donec aliud statuatur, tolerandum, si certam promissionem fecerint se nullam conversationem cum illis babituros, nec sine legitimis testibus locuturos (14). De presbyteris qui timore non audent feminas suas relinquere, quod statutum est in

VARIÆ LECTIONES.

⁸¹⁷ Decrevisse faciatis me decrevisse sciatis ⁸¹⁸ Et simul erit me et similis erit

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

dens confidentibus Eboracensi archiepiscopo, cæterisque Augliæ pontificibus, nec non archimandritis multa quidem statuit pernecessaria; hocque comprimis: « Ut presbyter quandiu illicitam conversationem habuerit, non sit legalis; nec missam celebret; nec, si celebraverit, ejus missa audiatur. Ut nullus al subdiaconatum aut supra ordinetur sine professione castitatis; ut uutlus archidiaconus, presbyter, diaco-nus, canonicus uxorem ducat, aut ductam retineat; subdiaconus vero quilibet qui canonicus non est, si post professionem castitatis uxorem duxerit, eadem re-gula constringatur. > Hæc in synodo Londinensi, guam dat integrat Willelm. Malmesber. 11:, 1 De pontif. Anglor., pag. 129, edit. Londin. 1596. Hen-ricus Hungtidonieusis archidiaconus eodem anno, iisdem typis datus fol. 217, pag. 1, lib. vu suarum Historiarum, de hoc concilio ita scribit : Eodem C anno ad festum sancti Michaelis tenuit Anselmus archiepisco; us concilium apud Londoniam, in quo proh:buit uxores sacerdotibus Anglorum antea non prohibitas. In quibus verbis quis non videat tum superham hominis temeritatem (qui concilium in Spiritu sancio legitime congregatum ausit reprehendere imprudentiæ ob novam, suo judicio, constitutio-nem), cum in historico summam veri rerunque domesticarum inscitiam seu oblivionem? Adversus quem in primis agam una duntaxat tabella obsignata. Is enim lib. 1v suarum Ilistor. in princip. post Bedam, recenset Acta concilii Hatfeldiensis Thec-Bedam, recenset Acta concilii Hatfeldiensis doro Cantuaria archiepiscopo habiti anno 680, in quo post multa ad orthodoxæ fidei puritatem confirmandam tractata, sancta synodus suis litter s hæc addidit : Suscipimus sanctas, et universales quinque synodos beatorum et Deo acceptabilium Patrum, id est qui in Nicæa conyregati fuerunt cccxviii. Alqui an hac synodo manifeste clericis fuit interdictum D uxoribus, can. 3, quem Gelasius Cyzicenus, Cæsareze Palestinze episcopus, his omnino verbis ha-bet, 1 part. Actor., ejusdem cuucilii, cap. 32 : Αγηγόμετσε παθόλου ή μεγάλα σύνοδος, μη επισκόπω, πρεσδυθέρω, διακένω μαθ' όλως των έν τω κλάρω πεί, έξειναι συνείσαντον έγει», εί μα άρα ματίρα, και θείαν, και ά μονα πρόσωπα διαπέφευνε πάσαν υποψίαν. Ό δέ παρά ταῦτα ποιῶν χινδυνεύσει περί την ἐαυτοῦ ἀξίαν. Hunc canonem sic Balforeus vertit : Magnu synodus vlenissime vetat episcopum, presbyterum, diaconum, aut ullum clericorum habere secum multerem introductam, nisi forte matrem, vet sororem, vel amitam, tel deniane eas solas versonas auce omni suspicione

(14) De presbyteris quod statutum est in concil.o B carere solent. Qui secus facit, dignitate sua pericita-servabitur. Concilium ad Londinum habitum, proxi-meque memoratum intelligit, cui Anselmus præsi-lib. 11, cap. 109. Ivo Carnotens. 12 part., cap. 186. Jatland. Chrysopol. sub fin. lib. vi suæ Candelæ; Gratian. 32, Interdizit, hanc sanctionem retulere, et quidem paulo articulatius quam Ruff. lib. 1 con-tinuat. Histor. Eccles. cap. 6, Quapropter Nicæna synodo tam unanimiter suscepta a primate totius Angliæ, nec non episcopis et quinque regibus ibidem considentibus, quidquid Patres Nicæni sauciverunt, Angli quoque pontifices comprobarunt, simulque decretum illud de cælibatu sacerdotum. Quod hinc amplius et sole meridiano clarius emicat, cum excussis quæ ad fidem pertinerent, auctarii instar Nicænas sanctiones uno ore laudarint. Quæ ratio etsi adultam conciliatio auctoritatem ex communi utriusque synodi ecclesiasticæ consensu, itaut acutissima Ingenia hebescant ad aciem legumdivino Spiritu suggerente promulgatarum, subjiciam tamen quidquid ad hanc rem ex historia Anglicana depromptum venerit in mentem. Quod igitur sacerdotalis cælibatus diutius in Anglia viguerit, posthæc quæ supra memoravimus, fidem laciunt Fulconis, Remorum in Gallia Belgica archiepiscopi, litteræ missæ ad Alfredum Saxonum Occi-dentalium regem in Anglia, quibus commendatur ob archiepiscopum integerrimum Ecclesiæ Cantuariensi præfectum, pestilentissimanıque licentianı divini verbi gladio recisam, et ab ethnicorum Danorum turbido sonte haustam, qua episcoporum et presbyterorum plerique non tantum penes se uxores haberent, verum etiam consanguineas; pro scelerum quoque cumulo, virgines Deo sacras impie violarent, concubinamque superinducerent uxori, quo nihil ad explendam dcesset libidinem, si tamen expleri queat. Que omnia et divinis præceptis et religionis catholicæ puritati adversari magnifice docebat Fulco, teste Floardo cap 5 Historiæ occle-siasticæ Remensis, ubi interpres Gallicus pro Alfredo seu Ælfredo et Alvredo, vertit Albrado, cap. item 6 ejusdem Historiæ pleuo laudatur ore Peigmundus Cantuariensis antistes propter sanctissimos conatus expurgandis luxuriæ, stupri, incestus et fornica-tionis sordibus. Porro Fulconem Elfredo regi fuisse notissimum, sciet qui legerit Malmesburiens. cap. 4 lib. 11 De regibus Anglorum. Contigit autem hæc Anglicanæ Ecclesiæ restauratio annum circiter 890, Ælfredi regnantis xviii, Peigmundi (quem Peoni-cum vocat Gallicus interpres) sedentis ii. Quandoquidem effrenatam libidinem in Angliæ regnum Ecclesiamque pridem antea irrupisse notum, testatumque est ex epistola S. Bonifacii martyris archi-

ANSELMI AD BURGUNDIUM ET UXOREN EJUS RICHERAM.

Ut suturæ vitæ sint memores, et ad ilijus amorem sese invicem accendant.

Anselnus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, suis charissimis Bungundio, et uxori ejus Richenæ, salutem, et benedictionem Dei.

Qualiter me habeam nuntius vester mellus poterit vobis verbis ostendere quam ego scribere. Nihil autem tantum me delectat mandare vobis, quantum

VARIÆ LECTIONES.

³¹⁰ et nostram omnium me et nostram et omnium ³¹⁰ Cum codem me collata et cum Edit. Goth. et Col. 1573.

erunt, sed tantum usque ad initium Quadragesimæ,

si habuerint qui pro illis caste in ecclesiis serviant.

beneficiis ecclesiæ non privabuntur. Illos autem qui

presbyteros propinquas suas dimittere prohibent,

sicut cos qui contra Deum et contra Christianitatem agunt, arguite, et totum peccatum fornicationis

presbyterorum illis imputandum ostendite, et no-

stram et omnium 314 coepiscoporum nostrorum ex-

communicationem illis promittite.

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

episcopi Moguntini, que exstat spud Malmesburiens. B Cæterum quod Etheluvodus in Wintonia, id S. Osulib. 1 de regibus Anglor., fol. 14, pag. 2. Rogerius Honedenus ad annum 975 vituperat Alferum, Merciorum principem, et aliquot Angliæ magnates, qui clericorum uxoratorum muneribus allecti expellobant probos monachos ex ecclesiis, quibus fuerant ejecti incontinentes clerici. Quorum nobilium fu-renti avaritiæ impietati viriliter restiterunt Etheluvinus , Orientalum Anglorum dux honestissimus alque integerrimus, nec non ejus germanus Elfuoldus Brithnothusque comes. Idem Houedenus anno 957 in Eadgari seu Edgari regis laudes breviter excurrens ait : « Destructas occlesias renovavit et ditavit, abjectis etiam cœnobils clericorum scholarium venenis, > etc. Quænam vero bæc sint venena, nisi stopri, adulterià et fornicationis, quz sensim ad intima cordis serpunt, et animam, onni gratize divinze calore expulso, suffocant? Ingu'phus in Ilist., fol. 502, pag. 2, eadem venena appellat « cle-ricorum amina. Income tedescre id profitation et ricorum nænias. > Insemet Edgarus id profitetur et G asserit iu diplomate suo, quod exstat apud Mal-mesb. lib. 11, cap. 8, fol. 32, inter cætera hæc commemorans : « Idiotis clericis ejectis, nullis regularis religionis disciplina subjectis, plurimis in locis sancuoris seriei, scilicet, monachici habitus præfeci pastores.) Hæc in rem meam regis regioque ore verba dignissima sunt et opera Atheluvodus seu Etheluvodus illo rege sanctissimo, cpiscopus quoque sanctissimus e sua Wintoniensi Ecclesia expulit clericos mulierosos, testibus Malmesb. supra, el Osberno Cantuariensi præcantore, cap. 39 V.tæ sancti Dunstani apud Sur. tom. III. Aliquot autem borum clericorum expulsorum dum expostularent cum rege de sua expulsione, rogatus fuit S. Dunstanus ut iterato parceret; siluit ille ad has preces, animo volutans quid ageret, positus inter incudem et malleum, cum ecce crucifixi Christi imago clara voce id prohibuit, dicens : (Non flet, non flet;) quod testantur Osbernus loco practitalo. Vincent. Belvac. hist. Speculi lib. xv, cap. 80; D. Antonin., D part. 11 Hist., cap. 6, tit. 16, § 1; Petrus de Nata-libus, lib. vui Catalog. sanct., cap. 49. Præcerquam quod id etiam adversariis nostris Anglo-Calvinianis (si Balæum excucultatum cum sua Dorothea, Polydorningue Virgil. impuditiores hujus facti calumniatores demas) sie in confesso, ut longiori non egeat probatione. Post aliquantum temporis expulsorum clericorum filii liteni sopitam exstinctanique redaccenderunt in conventu Talnensi seu Camensi, cui aderant rex Eduardus et totius Anglice optimates. Quotquot autem sancto Dunstano refragati sunt, et turpi clericorum petitioni annaerunt, e solio tam graviter in terram corruerunt, ut nonnulli exspirarint, alii vix præsentissimæ necis manus effuerint, auctoribus Osberno, Vincent., Antonino, Honedeno ad annum 977, qui casum quidem exprimit non causam, tum quoi notissima esset, cum quod comitia non ob id tantummodo haberentur.

valdus et Dunstanus præstiterunt in suis Ecclesiis. Ut autem iteru:n meus adversarins suo judicetur ore, suisque pareat armis, en quod de Ethehuvedo scribit lib. v, fol. 204 : « Hic secundo episcopatus sui anno quosdam canonicos in veteri monasterio Vincestre degentes, et ordinem suum pigre et negligenter observantes, ejecit, et monachos impo-suit. > Hucusque Huntidoniensis, qui, etsi hujusuodi pigritiam et negligentiam enucleatins non declararit, tamen ex supradictis patet. Ad annum millesimum accedamus : producet enim nobis Lanfrancum uxoratorum clericorum hostem et insectato-rem acerrimum. Is igitur epistol. 2, ad Alexandrum II papam, de Cestrensi episcopo, quem Licifeidensem nuncupat, in hunc modum scribit: « Licifeldensis vero episcopus, qui apud legatos vestros de incontinentia carnis (cui uxor publico babita, filique procreati testimonium perbibehant) aliisque criminibus accusatus, ad synodum tamen corum venire noluit. Unde et prædicti legati vestri eum excommunicaverunt, regique substituendi successorem, ut dicitur, concesserunt; in Paschali solemnitate ad curiam venit, de illatis culpis causam inire noluit, regi in conventa episcoporum atque laicorum, episcopatum reddidit; se amplius non habiturum, nec successori calumniam aut damnum illaturum, jurejurando spontanea voluntate firmavit. Dehinc ad monasterium, in quo ab infantia nutritus monachus fuerat, repedavit. > Rursusque in epistola ad Joannem Rothonnagi pontificem, apud quem theones quipiam et malevoli postulaverant Laufrancum ceu Joannis obtrectatorem. Quod crimen et imposturam pro falso repudians Lanfrancus ait : · Retulistis vobis a multis fuisse relatum quod ego quædam facta vestra carpo. Et maxime, quod instituta sanctorum Patrum de servanda clericorum castitute male vos intellexisse redurgno. > Paucisque interpositis, subjungit dissolvens calumniæ modum : t Imo vestro aliorumque venerabilinm Patrum exemple provocatus, per totam Anglicam terram pastorali auctoritate prohibni, ne enjustibet ordinis quisquain canonicus uxorem accipiat : nec sortito antea, si presbyter aut diaconus est (nisi præbenda carere velit) habere ulterius liceat. Hæc Lanfranci verba et instituta de clericali cælibatu ad unguem servando, videamus arctissimam ejusdem decreti custodiam in epistola ad Herfastum Tetfordensem episcopum his verbis : « Lanfrancus gratia Dei, non suis meritis, coepiscopo Herfasto salutem. Clericus iste noviter ad, me venit, camam suz infelicitatis mihi dixit; dictam, testinonio vestrarum litterarum veram esse asseruit. Testatus est se inordinate ordinatum; videlicet, cum millius esset or-dinis, a fraternitate vestra factum esse diaconum. Interrogatus a me si uxorem haberet : uxorem se habere, nec cam se velle dimittere respondit. Propterea tali pacto consulendum ei divina fultus au-

ut curam habeatis de vobis. Exoneravit vos Deus, A quæ merita præmisistis. Si plura bona çuam mala. abstulit vobis omnem occasionem amandi hoc sæculum, et dedit vobis omnem opportunitatem amandi salutem vestram. Ponite quotidie ante oculos vestros fluem vestrum. Cogitate intentissime cujus erunt et quid vobis proderunt 221 quæ post vos remanebunt. Cogitate quo ibitis, quid vobiscum portabitis, quid ibi quod *** præmissum sit a vobis invenietis. Certe non portabitis vobiscum nec invenietis ibi aliud quam merita vestra, sive bona sive mala. Videte

gaudere potestis. Si 334 plura mala quam b. na. quod non puto, multum 824 debetis timere, præsertim cum multum necesse sit homini volenti salvari habere multo plura 200 bona merita quam mala. Hæc cogitate, hæc inter vos die ac nocte, in secreto et in publico, tractate; hæc sint colloquia vestra invicem : Domine mi, amica mea, guid facimus? quid tardamus? prope est ultima dies nostra. Quo. modo expendimus vitam nostram? quomodo satisfaci-

VARIÆ LECTIONES.

*** Vobis proderit ms vobis procerunt *** Quis quod ibi Edit. quis ibi, quod *** Potestis. Si ms et Edit. testis : quod non puto. Si *** Bona quod non puto. multum ms et Edit. bona multum *** Habere plura potestis : quod non puto. Si ms et Edit. habere multo plura

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

ros minores ordines congruis eum temporibus promovete. Diaconatus vero ordinem nunquam recipiat. uisi caste vivat, nisi se de reliquo caste victurum canonica attestatione promittat. Si vero crelibem vitam egerit, et acturum se omni tempore spondere voluerit : non quidem eum ad ordinem diaconatus iterum ordinabitis; sed ipsum officium per textum sancti Evangelii, vel in synode, vel in multorum clericorum conventu reddetis, > Hactenus Lanfrancus, cujus testimoniis planum fecimus etiam ante Londinensis synodi canonem sacerdotibus fuisse conjugiis interdictum. Valeat ergo Huntidoniensis inscitia et calumnia; quod enim obtendit in defensionem sur alienzque opinionis, sc.licet, Anselmianum decretum visum fuisse periculosissinum, ne dum munditias viribus majores appeterent, in immunditias horribiles ad Christiani nominis summum dedecus inciderent; id, inquani, ne flocci quidem facio. Si enim tantillum haberet roboris C ratiuncula hæc, eadem necessario efficeretur, per-peram fuisse a Deo vetitum : Non occides, non mæchaberis, non furtum facies; et quia in dies flunt cædes innumeræ, eæque indignissimæ et maxi-mæ, item adulteria, stupra, sacrilegia, incestus, et alia horrenda scelera quæ his omnibus sua præcellunt impietate. In summa, ut Hieronym. Rusticum monachum docet : Non est culpa Christiani nominis, si simulator religionis in vitio sit. Quinimo confusio gentilium (addo, et malorum et hæreticorum) cum eq vident Ecclesiis displicere quæ omnibus bonis non placent. Cæterum ut sciant posteri quanta animorum consentientium multitudine recepta fuerint Londoniensis synodi statuta, testatur Rogerus Honed. Anselmum Eboracensi archiepiscopo et cæterorum episcoporum Anglicorum grege considente hæc renovasse, astante atque audiente Henrico I rege, comitibus atque baronibus, ut vocat, una mente et voce consentientibus, anno 1108, codem-que seculo repetita fuerunt in concilio Eboraci coacto anno 1195, cujus acta Honedenus codem retulit anno 1235. In altera synodo Londinensi id rursus fuisse prohibitum narrat Matthæus Paris in Historia majore, fol. 436 editionis Tigurinæ. Idem ad annum 1225 observat severissimam Stephani de Langetuna Cantuariensis archiepiscopi pœnam in concubinas clericorum his verbis decretam : « Concubinæ sacerdotum et clericorum, qui infra sacros ordines constituti et beneficiati sunt, ecclesiastica careant sepultura; nisi sane se correxerint, et (quia scriptum est : Vivens, sivens ipse, confitebitur tibi) incolumes, vel tanta earum in extremis appareat pœnitentia, propter quam non immerito debet cum eis dispensari. > Iteu : (Non recipiantur ad osculum pacis, nec panem benedictum percipiant in ecclesis, quandiu concubinarii eas detinent in domibus suis, vel publice extra domos. > Item : (Si

ctoritate decerno. Diaconatum ei auferte. Ad cæte- B peperint, non purificentur, nisi prius sufficientem præstiterint cautionem archidiacono, vel ejus officiali de satisfactione in proximo capitulo, p st purificationem earum facienda. > Item : « Sacerdotes in quorum parochiis concubinæ talium commorantur, si non hoc ostenderint archidiacono vel ejus officiali, suspendantur. Et priusquam relaxentur, gravi pœnitentiæ subjaceant. > Item : (Qnæ convinci poterit, quod sacerdos eam carnaliter cognoverit, publicam agat pœnitentiam, et solemnem; ac si de adulterio esset convicta, tanquam pro duplici adulterio puniatur; nec tanti reatus impunitas aliis transeat in materiam delinquendi. > Has in clericos concubinarios clericalesque concubinas (uam et percussæ concubinæ repercutiuntur concu-bitores) animadversiones statuit Stephanus de Languetuna, vir eruditus et sanctæ memoriæ, prius Sancti Chrysogoni cardinalis, sedit annis xxi, diebus 23. Hic transtulit corpus B. Thomæ in capsa pretiosissima. Sic de archiepiscopo mulierarios clericos juste vindicante loquuntur tabulæ niss. archiepiscop. Cantuariensis in nostra bibliotheca. Mancal ergo ab omni ævo uxores uşurarias fuisse clericis Anglicis, ita ut quod contra rationem juris, addo ecclesiastici (nam Pauli jurisconsulti verba lib. CLXXXIV indig. mutuor) fuit receptum ab aliquibus, non sit producendum ad consequentium. Postquam hæc congessissem, occurrit lib. vm Histor Britannicæ Armoricæ, cap. 19, idem locus de uxoribus primum ab Anselmo interdictis sacerdotibus, quem historiæ conditor Bertrandus Argentræus hausit ex Roberti Beccensis monachi Chronologia. Hunc autem retulit Argentræus postquam memoravit Victorium Rhedonum antistitem filiam habuisse Dennolam nomine, et plusculis de ca scriptis, addit observatum quod episcopi sacerdotesque non tantum Victorii, sed et D. Hieron. Augustinique sæculo libere possent impuneque esse mariti, eo quod Ecclesia catholica nondum vetuisset : vetucrit tamen ob infinitas gravesque causas, et id interdicti postremo in Anglicana fuisse receptum Ecclesia a D. Anselmo archicpiscopo. Quam vero absurde vir eruditus dixerit producens tacite sui dicti testes D. Hieronym. et Augustin. præter concilii Nicæni decretum superius allegatum, palam est ex Bellar mini, Gregorii, Valentini et aliorum clericalis continentiæ propugnatorum scriptis D. Hieronym., August. mens patet, et illius quidem ex sua confessione edita Paris. apud Nivellinm, hujus vero ex ejusdem quoque confess. pag. 467, 1468 et 469, ubi dicitur apostolos cælibatum docuisse, et antiquos servasse. Profiteor igitur quoudam plerosque conjugatos in episcopum unctos, sed post unctionem ab uxoribus abstinuisse. Sic in Gallia nostra D. Germanus Altissiodorensis inauguratus uxorem mutavit in sororem, uste Constantio presbytero contemporaneo lib. 1 Vite ejusdem, cap. 7. D.

mus Deo pro péccatis nostris? Præparemus nos, quasi A videamus in proximo diem vocationis nostræ : et ita splemus, ut securi eamus ad judicium; quia recepturi sumus sine dubio, prout gerimus in hac vita, sive bonum sive malum. Deus nos junxit in hac vita, faciamus ut nos simul jungat in æterna vita; et videamus ibi prolem nostram, quam sibi Deus jam assumpsit. Hæc sunt vestra studia, hæc sollicitudo, hæc suspirja vestra. Quod mande vobis per nuntium istum, ne veniatis ad me, nisi a me mandati per *** sigillum meum; vobis dico, domine et frater charissime Burgundi, suscipite bono animo, si me amatis. Omnipotens Deus regat corda vestra, et dirigat ad gaudia zeterna. Amen

391 EPISTOLA LXIV ⁴¹⁷.

HUGONIS LUGDUNENSIS ARCHIEPISCOPI AD ANSELMUM.

De incolumi suo reditu ex Hierosolymis.

Desideratissimo Patri suo Anselmo, venerabili Cantuariensium archiepiscopo; Hugo Lugdunensis Ecclesia servus, salutem.

Sanctitati vestræ notum esse volumus, meritis et intercessoribus vestris id obtinentibus, nos Hierosolymis incolumes rediisse. Quod vobis ideirco notificare dignum duximus, quoniam id vobis non ingratum fore credimus ***. Audivimus autem a rege Anglorum vos nimium inquietari, et multa contra Deum ejusque Ecclesiam ab eo inconsulte agi; unde divinam nos oportet implorare elementiam ut inimicos vestros, imo sanctæ 350 Dei Ecclesiæ perturbatores C torem esse, nunquam passus sum cordi meo vestrum convertat, et vestræ sanctæ obedientiæ subjiciat. Quod si, peccatis nostris exigentibus, id ad præsens fieri non poterit, et, persecutione ingruente, vos cedere, aut etiam locum mutare, necesse suerit, sanctitatem vestram submissis precibus exoramns ut ad puerum vestrum declinare non dedignemini, et ad domuna vestram, quæ vestra fuit, et quæ modo vestra est, et de die in diem semper melius vestra erit. Quod non solum nos, sed et commissa nobis Ecclesia humiliter implorat, quæ sanctissimis orationibus vestris nobiscum devotissime se commendat, et ad obsequium vestrum promptissima, faciem vestram videre desiderat. Præsentium gerulum, Elvredum nomine 330, vobis commendamus. Qui ab Apulia usque Lugdunum *** nobiscum venieus, fide- D charissime domine, qualiter mater nostra Ecclesia liter nobis servivit.

EPISTOLA LXV 349.

ANSELMI AD HUMBERTUM COMITEM ET MARCHIONEN.

Gaudet de acceptis ejus litteris, simulque beneficia ab illo in se collata perstringit. Et ut Ecclesiam tuea-tur, non vero illi dominetur, admonet.

Suo reverendo, et charissimo Domino UNBERTO ***, comiti, et marchioni, ANSELMUS servus Ecclesiæ Cantuariensis, fidele servitium com orationibus.

Litteras a dignatione vestra mihi directas magno gaudio suscepi, quoniam honore, et amore, et opnlentia bonæ voluntatis plenas invent. Quantus enim mihi est honor, cum vestra celsitudo, cujus se homines gaudent esse parentes mei, dignatur diccre me sibi consanguinitate *** copulari; quantus vero amor intelligitur, cum de tam longe mihi studet B scribere se de bonis quæ de me audit valde gratulari ! Quantum etiam voluntas ejus bona in his quæ Dei sunt coram Deo ferveat, aperte monstratur cum de bonis quæ sola fama de longinquo regno audit, ad magnum gaudium et lætitiam excitatur. Utique licet ca quæ de me vel de actibus meis bona referuntur, debeant, quantum in me est, nulla aut fere nulla judicari, vestra tamen benevolentia *** non minori quain si vera essent apud justum Judicem gratia meretur remunerari. Tantam utique gratiam vestram nescio me aliquo servitio meruisse, nisi quia, ut verum fatear, vestram prosperitatem *** vestrosque successus scio me semper, etiam antequam vos vidissem, non ficto corde dilexisse. Memor enim me naturaliter a progenitoribus, vobis, ut Domino, debiamorem deesse. Nec sum oblitus quia cum Romam tenderem, benigna vestra largitas Lugduni prompta fuit me conducere atque necessaria qualibet impendere. Qui amor multum crevit cognita per multos vestra vita et probitate, quia ad servandam pacem ac justitiam cum pictate utimini vestri principatus potestate. Quem etiam valde majorem habere me deinceps debere intelligo, quia hoc vestra mereri dignatur erga me dilectio. Quamvis non egeat vestra bona intentio nostra admonitione, ad me tamen pertinet ut epistola mea ad vos non sit sine aliqua exhortatione. Sicut enim ignem vento agitatum videmus exardescere, ita bona voluntas per exhortationem ad meliora se solet accendere. Videtis, mi

Dei, quam Deus pulchram, amicam et dilectam spon-

VARIÆ LECTIONES.

²⁴⁶ Mandatis per ms maudatus per *Edit*. mandatum fuerit per ²²⁷ Co imus ms fore credimus ²¹⁹ Vestros sanctæ ms vestros immo sancta 827 Collata cum eodem ms 328 Fore incta: 238 Hæredum nomine ms Elduximus ms fore credimus "Vestros sauciae me vestros institucientes" Usque ad Lugdunum ms usque vredum nomine et recentiori caractere in eodem ms Lelvredum nomine ⁴³¹ Usque ad Lugdunum ms usque Lugdunum ³³² Collata cum eodem ms ³³⁴ Guiberto ms Umberto ³⁴⁴ Sibi et consanguinitate ms sibi consanguinitate ³³⁵ Benevolentiam ms benevolentia ³³⁴ Prosperitatem ms vestram prosperitatem duximus ms fore credimus

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

quoque Hilarius Pictavienals : de quo etsi Fortunatus non prodiderit, eximia tamen viri sauctitas, canonum ecclesiasticorum tenax custodiæ, et præclara ad filiam Abram de servanda virginitate epistola, locupietissime testantur. D. Genehaldus, Lauduni Clavali primus pontifex, et Urbicius, ex senatore Claromontis Alverniæ episcopus, sic se

gessere aliquandiu. Sed cum ad uxores redissent, acerbam incestus senserunt pænam. Ille enim septem annis ergastulo inclusus pœnituit, teste Hin-emaro in Vita sancti Remigii. « Hic vero lacrymis scelus explavit, > auctore Gregor. Toron. lib. 1 Hist. Franc., cap. 44.

1

saun suam vocat, a malis principibus conculcatur; A quomodo ab his quibus ut advocatis ad tuitionem a Deo commendata est, ad eorum æternam damnationem tribulatur ; qua præsumptione in proprios usus ipsi usurpaverunt res ejus, qua crudelitate in servitutem redigunt libertatem ejus, qua impietate contemnunt et dissipant legem et religionem ejus, Qui cum dedignantur (15) apostolici decretis (qaze ad robur Christianæ religionis facit) esse obedientes, Petro utique apostolo, cujus vice fungitur, imo Christo, qui Petro commendavit suam Ecclesiam, se probant esse inobedientes. Quærant igitur qui vicarii Petri, et in eo Petri et Christi, decreta Christiana ³³⁷ contemnunt, alias regni cœlorum portas, quia certe per illas non introibunt quorum claves R Petrus apostolus portat. Omnes namque qui nolunt subjecti esse legi Dei, absque dubio deputantur inimici Dei. Ergo, mi domine, ne putetis Ecclesiam quæ in vestro principatu est vobis esse datam in hæreditariam dominationem, sed in hæreditariam reverentiam et in tuitionem. Eam ut matrem vestram amate, ut sponsam et amicam Dei honorate. Qui enim illam conculcant, extra illam cum dæmonibus conculcabuntur; et qui illam glorificant, in illa et cum illa inter angelos glorificabuntur. Reverendam dominam meam, uxorem vestram, cum prole vestra saluto, guibus vobiscum nostras Ecclesiæ nostræ orationes in vera charitate *** concedo. Omnipotens Deus sic vos in hac vita dirigat et protegat, ut in futuro ad æternam beatitudinem provehat.

EPISTOLA LXVI ***.

ANSELMI AD BURGUNDIUM ET RICHEZAN UNOREM EJUS.

Hierosolymam profecturum, quid sit acturus, monet. Ut generalem omnium ab infantia peccatorum confessionem præmittat : et ita res suas disponat ut uxorem non sine auxilio et consilio relinquat.

ANSELNUS gratia Dei archiepiscopus Cantuariæ, fratri, et amico dilecto, Burgundio, et uxori ejus, sorori suæ Richezæ, salutem et benedictionem Dei, et suam, quantum potest.

Mandastis mibi, domine et amice charissime Burgundi, vos velle ire Hierosolymam pro servitio Dei et salute animæ vestræ, et hoc vos velle facere concessione mes, et silii vestri, mei nepotis, Anselmi. Gaudco de vestra bona voluntate, et consulo et precor, ut si hanc viam faciatis, nec vobiscum peccata quæ fecistis portetis, nec domi peccatum relinquatis; et ut deinceps voluntatem bene vivendi, sicut verus Christianus vestri ordinis, babeatis. Facite confessionem omnium peccatorum vestrorum nominatim ab infantia vestra, quantum recordari potestis. Videte ne peccatum habcatis super axore vestra, cujus bonitatem 392 vos melius cognoscitis "" quam ego; sed ita remaneat, ut sit non sine *** auxilio et consilio, quidquid Deus de vobis faciat; nec expellatur a domo et honore vestro, contra voluntatein suam quandiu ipsa vivet, ut possit Deo servire pro salute corporis et animæ vestræ, et pro anima sua et filiorum vestrorum. Disponite totam rem vestram, sicut C faceretis si in præsenti vos moriturum et Deo reddi-

VARIÆ LECTIONES.

asa In charitate ms in vera charitate *** Christi, Christiana ms Christi decreta Christiana *** Colla!a 341 Non sine ms non sit sine *** Gognoscetis ms cognoscitis cum eodem ms

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(15) Apostolici decretis. Id est papæ, hoc enim vocabulo reperio plerosque scriptores nuncupare papam Roinanum; imo et Nicolaum II papam, dist. 79, c an. Apostol. et can. Si quis, ubi lepida paronomasia dicit non esse habendum apostolicum, sed apostaticum, qui apostolicam sedem non con-scenderit unanimi cardinalium clericorumque suf-Iragio. Ad quem locum videntur respexisse abbas Urspergensis al annum 1106, et Bibliothecarius Malmesbur. lib. 19 De regibus Anglor. loquens de Auselmo : Voce Deo dilectus Urbanum apostolicum, elterum apostatam (scilicet Guibertum antipapam) pronuntiavit. Nec semel tantum hac utitur dictione; nam lib. 11, cap. 12, its scribit : Sane iste Leo (videlicet IX) de quo epitaphium loquitur, suerat Roma apostolicus, etc. Præcedenti quoque lib., cap. 3, de Leone V scribens; et lib. 1 De gestis. pontif. Angl., numerans Romanos papas qui sederunt regnante Adelardo Westsaxonum rege. (Apostolici autem, inquit, ejus tempore fuerunt Sergius papa, Joannes,) ctc. Noster Anselmus rursus utitur epist. 24 hujus libri, nec non 87 et 92 infra. Theodorus Studita, scribens ad Paschalem primum, inquit, « Paschali papæ Romæ in omnibus summa virtute prædito, lumini maguo, principi sacerdotum primo, domino nostro apostolico papæ Paschali, etc., apud Baron. tom. IX, auno 817. His accedunt epistolæ Gabrielis patriarchæ Alexandrini, et Joannis Conii chorepiscopi Alexandrini missæ anno 1393 ad S. D. N.

Clementem VIII, apud eumdem Baron. in appendice ad tom. Vl. In quibus epistolis Clemens octavus vocatur tertius decimus apostolorum mundanorum. Ob quem locum venit in mentem locutionis majoribus nostris consuetæ qua papam vernacule apostolum vocabant. Quod animadverti primo in an-tiqua precum capitularium apud nos fieri solitarum forma his omnino verbis et litteris : Prion por nostre segnor Lapotoire : por tote la cort de Rome, etc. In codice Victor. ms. qui habet Vitas sanctorum patrio descriptas sermone, in Vita sancti "Sylvestri, une honne fame pris apostoile. Rursus, in festo Ca-thedræ sancti Petri : Explicit la chaiere seint Pere l'Apostre comment su Évesques d'Antioche et puis Apostoles de Rome. Helinandus monachus Frigidimontis ita papam appellat, x apostrophe sui poematis De morte, scripti ante 400 annos, de Carin Vita Anselmi creberrime, et alibi passim. Hen-ricus Huntidon. lib. 1v camdem usurpat vocem, D et Chron. Franciz in III vol., Carolo VIII Francorum regi dicata. Hinc traxerunt originem pleræque alize voces, nompe sedes, cathedra, littere, decreta apostotica, id est papalia, non aliam profecto ob causam quam quod etsi omnes episcopi fuerint successores apostolorum, ut scribit D. Hieronym. ad Evag. tom. II, attamen in Romana Ecclesia semper apostolicæ cathedræ vignit principatus. D. August. epist. 162, vel, ut placet Ruperto Tuitiensi, lib. I De divin. offic., cap. 27, quod cæterorum apostolorum successores, patriarchæ : Petri autem successor pro reverentia principis apostolorum, apostolicus nominatur.

turum rationem de tota vita vestra sciretis. Nostram A

195

licentiam quæritis. Del licentiam, et consilium, et auxilium, et protectionem, oro Deum ut in omnibus semper et ubique habeatis. Tibi dico, soror mea charissima, converte totam intentionem tuam et totam vitam tuam ad serviendum Deo; et quod Deus. abstulit tibi omnem delestationem hujus vitæ, crede quia ideo feeit ut in illo solo delecteris : illum ama, illum desidera, illum cogita, illi servi omnibus horis, in omnibus locis. Omnipotens Deus vos semper amhos benedicat.

EPISTOLA LXVII ***.

ANSELMI AD RICHERAM.

Quod nee in Angliam tuta conscientia redire possit, nec in ea pacifice vivere. Quodque filius ejus, nepos suus, sacrains sil.

Ansklaus, archiepiscopus Cantuariæ, sorori suæ charissimæ, Ricuene, salutem et Dei in omnibus tribolationibus ejus consolationem.

Scio, soror dilectissima, quia, excepto viro *** vestro, non est homo in mundo cujus salutein et prosperitatem tantum nosse et andire desideretis, quantum meam, et filii vestri Anselmi qui mecum est; ego enim sum unicus frater vester, et ille unicus Alins voster. De his quæ erga nos sunt, legatl nastri plonius vos docere puterant viva voce quam cgo per litteras. Scialis tamen quia filius vester, nepos meus charissinus, postquam a vobis discessit, tongam et gravem ægritudinem passus, tandem, Deo miserante, integram sanitatem recepit. De me vero dico quia sanus corpore sum; sed in magnis tribulationibus versatur cor menm. Ita ut nec Angliam audeam propter timorem Dei fugere; nec in ea possim in ulla pace, aut tranquillitate, aut quiete vivere. Quotidie ita est cor meum suspensum, velut in proximo sim exitarus; sed quomodocunque sit de me, de vobis gaudeo, quia nuntii vestri mihi retulerunt vestram salutem et prosperitatem. Quoviam autem et prosperitas et adversitas hujus vitæ breves sunt el transitoriz, istas contemnamus, et zternam adversitatem fugere, et perpetuam prosperitatem mereri bene vivendo *** contendamus. Cum ergo, soror charissima, in hac vita non habeatis in que cor vestrum possit delectari, convertite illud totum ad Si vir vester redierit, et ad me venire voluerit, mando at nullo modo veniat.

EPISTOLA LXVIII. 353.

ANSELMI AD GUILLELMUM ARCHIEPISCOPUM ROTHOMA- . GENSEM.

Ul revocel abbatem S. Edmandi ab abbate S. Ebrut intrusum: et illi Ecclesice res et homines, quibus injuste spoliata est, restituantur.

Domino el Patri reverendo, archiepiscopo Rothomagensi, Guillelmo, Anselmus, servus Ecclesim Cantuariensis, adele servitium cum orationibus.

Clamavinus, et iterum clamavinus, et adhuc: clamamus ad Denm 248, et ad ves, et ad totam Ecclesiam Northmannizs, maxime ad episcopos et abbates, et omnes raligiosas personas, de abbate cænobii Şancti Ebrulü, qui quemdam suum insipientissimum juvenem, professione monachum in vita, ita, sicut jam vobis scripsimus, inordinate et irreligiose in ecclesia Sancti 217 Edmundi pro abbate ingessit. Videte ne nobis necesse sit, ut familiariter. reverendo meo Patri loquar, clamare ad Daum de vohis, ad quem pertinet hoc corrigere, si contemnitis. Dicit, ut milii relatum est, idem abbas illum. non esse suum monachum, sed de Sancto Severo.. Sed secundum quod ipse in Anglia confessus est, sicut ab audiente didici, professus est ecclesiæ suæ, et ideo non est verum 348 quod negat cum suum esse monachum. Denique ipse, quomodocanque sit de professione, ipse, inquam, Ecclesiam impedivit.. lpsum cogite, quantum ad vos pertinet et quantum potestis, ut cam expediat. Nimis chare vendidit. nobis lupulum suum, ecclesiam rebus suis, et homines ecclesia sua, violentia, illis nolentibus sine quorum consensu fieri non debuit, spoliavit, et talem monachum, qualem sape vobis ostendi, in eamdem ecclesiam immisit; et ad injuriam Dei, et contumeliam monachici ordinis, ibi dimisit. Obsecro, facite ut reddat ecclesiæ quos abstulit, et recipiat quos intulit. Valetc.

EPISTOLA LXIX

ANSELMI AD PASCHALEM II PAPAM. Protestatur Gualonem abbatem esse digitum episcopalu.

Reverendo domino et Patri PASCHALI', summo pontifici, Anselnus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, debitam subjectionem, et fideles orationes.

Ecclesia Belvacensis and vestro consilio directa, Deum, ut in futura vita de illo possit lætari. Vale. n et auctoritate roborata (16), domnum Gualonem abbatem Ecclesiæ Sancti Quintini elegit, et electum desidorat sibi constitui episcopum. Est enim, in

VARIÆ LECTIONES.

³⁵³ Collata cum eodem ms ³⁶³ Excepto vestro ms excepto viro vestro ³⁵⁶ Vere vivendo ms bene vivendo . ⁴ Collata cum eodem ms ³⁶⁵ Adbuc ad Deum ms adbuc clamamus ad Deum ³⁴⁷ Sancti N. ms Sancti 363 Collata cum eodem ms ** Non verum ms Non est verum ** Collata cum eodem ms 820 Beccensis ms Belvacensis Edmundi JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(16) Dominum Gualonem. Sic apud Ivonem Carnot., epist. 41, 220, 245; epist. tamen 49, 50, 169, 171, legitur Galonem: et in epistola Paschalis papæ, missa Adamo, cœnobii Dionysiani ad Lutetlam Parisiorum prefecto, quæ exstat in ms. Victoriano. Rursus ejusdem Ivonis epist. 120 et 193, scribitur Gallonem, sed 269, apud continuatorem Aimoini, lib. v, cap. 50, ap. Andream, lib. 111 Histor. Francorum, Eadmerum lib. n Vitae nostri Anselmi. scri-

PATROL. CLIX.

ptum est, Yualo, non Guaio aut Gallo; adeo fue e inconstantes librarii in eodem nomine. De varietats lectorem monere placuit, ne inter legendum remo-raretur aut in bivio relinqueres. Sed horum noninum posterius reor esse germanius, quia idiomati Picardico vicinius. Quod enim Celtæ Galli pronun tiant per g Belgæ atque adeo Picardi per duplex m. Bellovaci quoque etiamnum perdurat familia ejus-dem nominis, les Vualons. Vualoni autem Bel'ovacus

et utilis ad hoc in omnibus quæ in eligendo episcopo consideranda sunt, ut melior et aptior in eadem Ecclesia inveniri nequeat. Sed quoniam desideranti nihil sufficit, donec quod desiderat assoquater, non est contenta cadem Ecclesia suis precibus, sed et aliorum, quos suum desiderium apud vestram celsitudinem adjuvare posse existimat, auxilium studiose postulat. Est enim experts in præteritis temporibus et in simili negotio multos esse quorum consuetudo est malum dicere bonum, et bonum malum, et quærcre plus quæ sua sunt quam quæ Jesu Christi; et qui acuunt linguas suas sicut serpentes : quos timet ne simulata columbina simplicitate suo veneno bonum incorptum inficere et an- R nihilare 393 contendant. Quamvis igitur longe ounc sim ab illa, tam propter familiarem 351 dilectionem quam invicem habemus, et propter notitiam, instant mibi quatenus quid de ejusdem viri testimonio sentiam, sanctitati vestræ fideliter suggeram; et quantum in me est, apud eam, ut quod desiderant nulla occasione annihiletur, precibus, quibus possum, efficiam. De persona itaque quam eligunt, secundum conscientiam meam loquor, quia in prædicta Ecclesia ad episcopatum nec-meliorem, nec æqualem inveniri posse intelligo, nec aliquid de illo aut fama, aut experimento, quod ejus obstet electioni, aliquando sensi; sed multa quæ ejus electionem approbant, experimento et fama cognovi. Quapropter licet de vestra auctoritate, quod ex vobis est, non dubitemus, tamen quibus possumus mente ad vestigia vestra prostrati precibus flagitare C præsumimus quatenus eidem Ecclesiæ post multas,

quantum humana potest judicare cognitio, sic aptus A quas nostis, tribulationes quas passa est, miseriet utilis ad hoc in omnibus quæ in eligendo episcopo consideranda sunt, ut melior et aptior in eadem Ecclesia inveniri nequeat. Sed quoniam desideranti nihil sufficit, donec quod desiderat assoquatet. Amen.

EPISTOLA LXX 158.

ANSELMI AD ATHELIZ ABBATISSAM WINTONIENSEM.

Non esse tristandum de Wintoniensi episcopo propter justitiam expulso.

Anselmus archiepiscopus matri reverendæ, et tiliæ charissimæ ATHELIZ³⁵⁸, abbatissæ Wintoniensi, salutem et benedictionem.

Qualiter et cur dominus Willelmus electus episcopus de Anglia exeat non est opus hic scribere. quia per multos alios hoc potestis cognoscere. Quanto autem gaudio et cum quanta gratiarum actione, quia hunc honorem illi facit Deus, suscipere debetis, religio et prudentia vestra intelliget, si intente consideratis. (17) Major enim gloria et laus est illi apud Deum et bonos homines quia spoliatur et expellitur pro justitia, quam si omnibus 285 livitiis et omni mundana possessione ditaretur. violata justitia. Gaudeant igitur et exsultent anici ejus, quiá nulla violentia, nullo timore potuit superari, nec ulla cupiditate a veritate separari. Hæc sit vestrà de ejus expulsione consolatio, et ad hoc ut Deus illum corroboret et consoletur vestra quotidiana sit oratio. Saluto et benedico filias vestras, et meas, quantum possum. Valete.

EPISTOLA LXXI ***.

Oratorii villaque suburbana monachis Cantuariensibus ab Anselmo reddita, diploma.

Ego Anselnus, sanctæ Dorobernensis Ecclesiæ

VARLÆ LECTIONES.

³⁵¹ Familiaritatem ms familiarem dilectionem ³⁵⁵ Collata cum eodem ms ³⁵³ Atheltz ms Atheliz ³⁵⁴ Quam si omnibus ms quasi omnibus ³⁵⁵ Seu magis diploma Anselmi collatum cum eodem ms

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

patria fuit, ubi cum puer operam dedisset ivoni, tum ecclesiae Quintinianae preposito, canonicorum regularium militiae eodem duce nomen dedit. Post-modum Ivo Carnotum pontifex factus est Yualone in ejus locum subrogato. Mortuo denique Fulcone Belvacensi antistite ab optimis clericis delectus fuerat ad episcopatum : nequiores vero, corrupti nuneribus Stephani Garlandi, hominis perditissimi, refragrabantur electioni, quarquam electo nibil ha-berent adversarii quod objicerent. Tandem post varias altercationes inter electum et improbos clericos habitas integro biennio, perplures ob causas quæ in episcopis Parisiensibus propitio Deo sumus enarraturi, Fulconi Parisiorum antistiti suffectus est. Cum antem Parisiensem ageret episcopum, Paschalis litteras a me nuperrime commemoratas dedit ad abbatem Sancti Dionysii his verbis : Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri abbati et monachis Sancti Dionysii salu-D tem et apostolicam benedictionem. Et confratris nostri Galonis Parisiensis episcopi relatione comperimus, etc. Vide in Paschali II, infra. Hæc Paschalis, quæ quia nusquam emissa con-tigit videre, et ad Galonis prædicationem faciebant, hic addenda existimavi. Obiit autem Gualo anno contesimo decimo quarto supra millesimum, vn Kaleud. Mart. Hunc diem legi in Necrologio

ecclesiæ Quintinianæ cujus cœnobiarchiam gesserat, in hanc sententiam.

Obțit sanctæ recordationis dominus Galo secundus abbas hujus Ecclesiæ, postea Parisiensis episcopus.

(17) Major est illi gloria, quia expellitur pro.justitia. Ne hæc legens lector non intelligat, et negligat, meminerit anno 1103 magnum conflagrasse discordiæ incendium inter Anselmum et Henricum primum, Anglorum regem. Hic enim pro libitu volebat conferre et investire, ut illius temporis refricem vocabulum, annulo virgaque pastorali, episcopos et abbates. Anselmus reluctabitur constanter, pronuntians non tantum regem posse donare quempiam dignitate ecclesiastica, sed ne quidem esse consecrandum hujusmodi, aut cum illo conversandum. Sub hoc dissidium Henricus dedit episcopatum Wintoniensem Willelmo Giflardio, multum dissentienti refragrantique, sed et electores conviciis incessenti. Unde malens obedire Deo quam homiui Henrico, tantam ejus sibi contraxit iram, ut facultatibus spoliatus universis, Anglia exierit; nec redierit quoad Anselmus, qui zelo libertatis ecclesiasticæ ignem accenderat, exstinxisset, ipso Henrico primum aquas injiciente

ł.

Quamobrem Wintoniensem antistitem de pastore expulso mærentem solatur Anselmus, commonens tum maxime lætandum cum quis justitiæ nomine angilur.

archiepiscopus, roldo monachis ejusdem Ecclesia: A affectum studiose intendas, nisi, quod absit ! hujusmedietatem altaris Christi, quam in manu mea habebam post mortem prædecessoris mei Laufranci archiepiscopi, qui eis aliam medietatem cognita veritate quod ad illos pertineret, in vita sua reddiderat. Similiter manerium quod Sistede vocatur eisdem monachis reddo, quoniam ad res corum pertinere et pertinnisse scitur. Testes Willelmus Ecclesiae Christi archidiaconus, Haimo vicecomes, Haimo filius 334 Vitalis, Robertus filius Watsonis 357, Wimundus homo vicecomitis, Radulfus nepos episcopi Gundulfi, et alii plures.

EPISTOLA LXXII 448.

ANSELNI AD SAMUELEN DUBLINÆ CIVITATIS EPISCOPUN. lpsum reprehendit quod res Ecclesice suæ pro libito

det extraneis, et monet ut eas restituat. Anselmus archiepiscopus Cantuariæ, venerabili fratri, (18) Samueli Dublinze civitatis episcopo, solutem.

Audivi quod libros, et vestimenta, et alia ornamenta Ecclesiæ, quæ dominus Lanfrancus archiepiscopus dedit avunculo tuo domino Donato episcopo ad opus Ecclesiæ cui tua fraternitas præsidet, tu, pro voluntate tua, exponis et ea extraneis das. Quod si verum est, miror cur ita facias, cum ipsa ornamenta non ei, sed Ecclesiæ data sint, sicut fratres Cantuariensis Ecclesiæ filii attestantur : unde monco, et monens rogo te, quatenus si aliquid de prædictis rebus extra Ecclesiam datum est, celeriter illud restitui facias. Item audivi quod monachos qui in ipsa Ecclesia ad serviendum Deo C congregati #* erant expellas et dispergas, nec redire volentes ullatenus recipere velis. Quod si ita est, non te decet ; officii siquidem tui scitur esse magis dispersa congregare, quam congregata dispergere. Quapropter mando tibl ut si aliqui abjecti sunt, et redire volunt, seseque in Dei servitio sub obedientia custodire, cos suscipias; et saluti corum per paternum

modi causa in illis obsistat quæ hoc fleri omnine prohibcat. Præterea audivi quia facis portari crucem ante te in via. Quod si verum est, mando tibi ne amplius hoe facias, quia non pertinet nisi ad archiepiscopum a Romano pontifice pallio confirmatum; neque decet te ut ulla præsumptione insolitæ rei te notabilem et reprehensibilem hominibus ostendas. Vale.

EPISTOLA LXXHI ***.

ARSELMI AD PASCHALEM PAPAN.

Obnize deprecatur ut fiat certior de ratione investituravum ecclesiasticarum.

Domino et reverendo PASCHALI, summo rostifici. BANSELMUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis, debitam subjectionem et fidele servitium.

In primis quantas mea potest humilitas celsitudini vestræ gratias agit, quia legatos nostros tam benigne et honorifice suscepistis et tractastis, ut in hoc me de pietate vestra ultra meritum posse confillere, cognoscam. Chartam quam mihi a vestramajestate attulerunt, ea qua debui reverentia suscepi; sed rex Angliæ nec cam videre, nec Illam quam illi misistis, voluit mihi ostendere. Nam archiepiscopus Eboracensis et alii duo episcopi set cum quibus legati nostri vestræ se exhibuere præsentiæ, redeantes' aliud viva voce retulerunt quam scriptura chartie mihi præcipiebat. Asserunt enim publice in ea veritate quam servare debent episcopi, vos secrete verbis per cos mandasse regi quia si in allis recle ageret, investituras Ecclesiarum nec prohiberetis, nec excommunicationi subjiceretis si eas faceret, sed hoc chartæ nolebatis committere, ne forte alifprincipes, quibus hoc ipsum interdicitur, occasionem conquerendi inde possent accipere. Mihi quoque ex vestra parte in eadem episcopali veritate dixerunt ut illis de hac re crederem et eorum consilio me

VARIÆ LECTIONES.

**** Hanno Alius ms Hakno filins *** Filius N. ms filius Watsonis *** Cum eodem ms collata *** Servien--340 Cum eodem ms collata . 341 Et alii episcopi ms et alii dum congregati ms serviendum Deo congregati duo episcopi

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

vel Dublinia (sic enim constanter et passim lego apad Sylvestrum Giraldum in Topographia Hiber-nize, ejusdemque expugnatione) vulgo Dyuclin in Annal. Rogeri floned. posteriori parte, est regui Ilibernici caput Giraldo Ilibernia: Expugn. caput 28. llæc, ut ex Anselmi potissimum inscriptione liquet, ep scopatus titulum sustinebat tautummodo, Anselmo archiepiscopo; qui, ut alias vir disciplinæ Christianæ consultissimus, unumquemque pro conditione salutabat honorifice, id minime prætermisisset. Unde castigandus venit Parkerus in Antiquit. Ecclesize Britannicze referens Anselmum inunxisse hunc Samuelem in archiepiscopum Dublinenscm, cum; testibus Honedeno supra, et Girald. Silvest., cap. 17 Topograph. Hiberniæ, Joanne², Papyrio, alias Paparo vel Papirus, ab Eugen. Ill legatus in lliberniam, quatuor attulerit pallia, unum Aramachiauze, alterum Dublinensi, tertium Cassiliensi, quartum Connactiensi Ecclesiis. Posterior vero Giralli articulus videtur repuguare notis ad episto-

(18) Samueli Dublina civitatis episcopo. Dublina. D lam 149, infra, ubi ostendimus Hiberniae et Scotiae episcopos ab archiepiscopo Eboracensi duobusque episcopis, quos debet Cantuariensis archiepiscopus mittere, esse inaugurandos. Primo autem Dublinæarchiepiscopo fuit nomen Gregorii, ut speciatim Giraldus observavit, subdens banc hororis accessionem contigisse anno 1152, aut, si lubet, 1151. Illum enim annum ponit Honeden. in Annal. Et horum quiden (qui eodem floruere, scilicet 1130 usque ad 1200 et supra) scriptorumque Anglorum Ades, si quidpiam auctoritatis sibi compararit, nescio ut fuerit conciliandus D. Bernardus, qui etsi D. Malachiain appellet modo episcopum 315, 316, 317 epistol., in ejus Vita nominet archiepiscopum, et quidem fato functum anno 1148, biennio scilicet ante pallia in Hiberniam per apostolicum legatum delata : ni forsan dicas, quod Baleum de Malachia loquentem scripsisse recolo, nempe quod obtinendi paliii gratta Romam accessisset. Verum penes auctorem sua fides esto

committerem. Ad guod si nollem acquiescere, 394 A rex etiam me contradicente ex vestra auctoritate incunctanter, quod non prohibeatis, secundum libitum suum efficeret; et si in hoc quod charta vestra mihi jubebat, persistere vellem, me absque dubio de regno suo expelleret. Tandem cum nec litteris vestris vellem non credere, nec tandem episcoporum assertionem vestram præferentium auctoritalem auderem contemnere, quoniam in utraque parle gladius mihi vibrabatur inobedientiæ, eorumdem episcoporum consilio inducias petli, donec a vestra excellentia hujus rei certitudisem acciperem, me tamen nullatenus assensum præbente ut aliquid contra decretum concilii Romani fiat, sed tantum tolerante, nec aliquem interim inobedientiæ nota damnante, si fiat. Sic itaque rex vestra, ut pulat, auctoritate episcopatus dat atque abbatias. Mente igitur ad vestra vestigia provolutus, quanto possum affectu, in magna angustia positus obsecro ut apostolicam erga animam meam experiar in vobis esse pictatem, et ad hoc impetrandum totius Romana religionis supplex invoco charitatem. Non timeo exsilium, non paupertatem, non tormenta, non mortem, quia ad læc omnia Deo confortaute, paratum est cor meum pro apostolicæ sedis obedientia. et matris meæ Ecclesiæ Christi libertate. Ccrtitudinear tantum quæro, ut sciam absque omni ambiguitate guid auctoritate vestra tenere debeam. Audivi in Romano concilio a venerabilis memoriæ domino Urbano excommunicari reges et omnes lai- C cos, investituras et res Ecclesiarum dantes, et ab illis accipientes, et qui propter hoc eorum homines Aunt, et cos qui accipientes consecrant ***. Aut ergo, si sanctitati vestræ placet, hanc excommunicationem in Anglia absolvite, ut in ea possim manere sinc animæ meæ periculo, aut eam vos servare velle quidquid mihi inde contingat, vestris litteris significate ; ant si quid discretioni vestræ placet excipere, cadem certitudine nominatim quid illud sit intimate. De illis quoque qui intra prædictas inducias investituras probibitas accipiunt et qui cos conseerant, quid mihi faciendum sit vestra instrui jussione desidero. In his quæ per latores præsentium extra hanc chartam paternitati vestræ suggero, ut preces nostras dignetur non spernere suppliciter D humilitatis, vel pro duobus, nisi omnia membra siexpostulo.

EPISTOLA LXXIV.

PASCHALIS PAPE AD ANSELMUM. Ad præcedentem responsio.

PASCHALIS episcopus, servus servorum Dei, Anselno Cantuariensi, venerabili fratri et coepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Suavissimas dilectionis tuz suscenimus litteras, etc. Vide in Paschali II, ad an. 1118.

EPISTOLA LXXV ***.

ANSELMI AD CONNIUM AMICUM SUUM.

Tres superbiæ modos explicat, et subdividit.

ANSELMUS, servus Ecclesize Cantuariensis, dilecto amico suo, domino Connio 265, salutem.

Exigit charitas vestra ut de tribus illis modis superbiæ, de quibus vobis locutus sum, duos qui a memoria vobis exciderunt, per epistolam nostram commemorem. Tres quidem illos esse dixi : unum in æstimatione, id est, quando aliquis altius existimat¹⁴⁵ de se quam debeat; contra quem dicitur: Noli altum sapere, sed time (Rom. x1, 20). Et quem negat in se fuisse, qui dicit 344 : Domine, non est exallaixm cor meum (Psal. cxxx, 1), et quæ sequantur. Alius est in voluntate, quando aliquis altius se vult tractari aliquo modo qnam debeat; contra quem dicitur : **395** Quomodo potestis credere, qui gloriam quærilis ab invicem? (Joan. v, 44.) Et : Diem hominis non desideravi, tu scis (Jer. xv11, 16). Alius est in opere; contra quem dicit Dominus: Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco (Luc. xiv, 8). Iste est quando bomo seipsun tractat altius quam debeat. Contra singulos istos modos plura inveniuntur dicta in sacra Scriptura, si inquirantur. Contra omnes dicitur : Qui se exaltat, humiliabitur (ibid. 11). Et : Superbis Dens resistit (Jac. 14, 6). Et multa alia. De his tribus, quando singula quæque sola est, illa levior quæ in solo opere est ser. quia non fit msi per ignorantiam; et tamen quia vitium est, corrigendum est. De aliis duabus illa quæ est in sola voluntate domnabilior est, quia scienter poccat. Illa vero quæ est in æstimatione, sola insanabilior est, quia non se ostendit et justa sibi videtur. Si ergo istæ tres superbiæ singulæ considerentur, tres simplices possunt dici superbise; si vero binæ et binæ intelligantur, tres duplices inveniuntur. Si vero tres simul conjungantur ***, erit una triplex; et si erunt septem, tres simplices, tres duplices, una triplex. Contra istas superbias sunt membra humilitatis, id est, ut humiliter quis sentiat de se, et quantum ad tractatum et conversationem aliorum, humiliter velit de sc, et ipsc humiliter tractet se. Pro singulis modis superbiæ dicitur bomo superbus; sed pro singulis membris mul sint, non dicitur homo humilis; sicut uno membro languente, dicitur homo æger; sanus autem non dicitur, nisi sanus omnibus membris. Hæc breviter commemoravi charitati vestræ. Quæ si prudentia vestra sæpius retractaverit, plenus ea intelliget quam hic dicta sunt. Valete et orate pro me, ut sicut Deus dedit mihi superbiam et humilitatem intelligere, sic mibi det illam cavere, et istam acquirere. Salutate dominum et amicum nostrum

VARIÆ LECTIONES.

³⁶² Qui accipiunt consecrant ms qui accipientes consecrant ³⁶³ Collata cum sodem ms et cum th. et Col. 1573. ⁴⁶ Connio Edit. Cuno ³⁶⁵ Aliquis existimat ms et Edit. aliquis altius existimat 303 Collata cum codem ms et cum Edit. Golh. el Col. 1573. **3**H Qui dixit ms et Edit. qui dicit ³⁴⁸ Tres conjungantur ms et Edit. ⁸⁶⁷ Est opere ms et Edit. est in opere tres simul conjungantur

reverenoum episcopum Atrebatensen ex parte A desiderium meum de vobis; audistis supe quid tri-BOGLES. . . .

EPISTOLA LXXVI.

ANSELNE AD ERNELFUN PRIORSH ET MONACHOS CANTUARIENSES.

Corno-i, ubi a comitissa et ab episcopo exceptus est, scribit de ilineris sui prosperilate, et Cantuarienses ut religiosi instituti sint tenaces, hortatur.

Anselnus, gratia Del archiepiscopus Cantuarlæ, dilectissimis fills et fratribus domno Exputro priori. et aliis in Ecclesia Christi Cantuarize Deo servientibus, salutem et benedictionem Dei, et suam, quantum polest.

Qualiter me habeam et quid sgam dilectioni vestræ significo. Gratia Dei, postquam iter nostrum incepi, vestris orationibus me prosequentibus, ab B omni adversitate sum usque in præsentem diem. protectus. (19) Romam tendens ca intentione qua de Anglia exivi, Carnotum usque perveni, ubi a comitissa sorore nostri regis, et ab episcopo, et a multis aliis cum gaudie et honore susceptus sure, sed de ltimere meo tali tempore incosptu valde mirati sunt. Dicebant enim propter nimictation caloris, et. quia isto tempore nullus peregrinus vadit, me nec Romam perventurum, nec amplius rediturum, quia aut manus inimicorum Ecclesise Dei non possum effugere, aut propter imbecillitatem corporis mei tali tempore necesse esset me mortem incurrere. Sic itaque vi consilii sui me ultra progredi ad prasens non permiserunt, sed ut opportunum tempus, et quando peregrini vadunt, exspectarem, coego- c runt. Sciens enim Scripturam divinam dicere : Omnia fac cum consilio, et post factum non panitebis (Eccl. xxxii, 24), timui ne si tam rationabili et amico consilio non acquiescerem, prenitentia sequeretur. Hac ratione, quamvis prædicta comitisse me in terra sua relinere, el omnia necessaria libentissimo vellet impendere, reversus sum in Northmanniam, et exspecto ut congrue tempore hoe quod incapi, si Beus annuerit, perficiam. Scitis, filii charlssimi,

🗯 Gum eodem ms colluta

VARIÆ LECTIONES

JOANNIS PICARDI NOT &.

noverant, ad quos scribebat; sed non omnes qui hunc locum viderint, nisi renexo stamine interruptum historiæ filum retexamus. Anselmus igitur, accepta Paschalis epistola penultima, quæ impudens regiorum legatorum detexit mendacium, constantius defendit investitutam ecclesiasticarum libertatom et rotestatem. Rez autem regnique proceres, videntes Dei virum tam excelso firmoque animo, ut nec blanditiis mollesceret aut minis concuteretur, suaserunt ut ipse Romam proficisceretur, confidentibus atque etiam credentibus totam rem ejus opera felicissimum sortituram exitum. Paruit Anselmus commonitoribus, nibil non moliturus pacis ergo; diacessitque Anglia v Kalend. Maias, anno 1104, ut scribit Lilius in Chromco, cui libentius assentior quam Matthzo Parisio, Honedeno et Wigorniensi, id recensentibus anno 1103. Nam, ut alias diximus, Anselmus Lugduno revocatus est in Angliam ab Heurico I, anuo 1100, Augusto mense; estque verobulationes meas consoletur in vobis. Si corda vestra soli Deo student vacare, si proposito quod fortiter arripuistis, velut boni in Christi vinea operarii stre-. nue insudatis; si mundum vobis crucifixum et vos mundo vita vestra testatur; si non vobis, sed Deo,id est non vestre, sed Dei voluntati vivitis; si etiam In minimis Deum valde timetis; si districtionem ordinis vestri amatis; quam qui odit, certissimo signo se vitiosum esse et dissolutionem diligere domonstrat : și pacem inter vos et obedientiam domino priori servatis, hoc est desiderium meum devohis, hæc consolatio et requies mea in vohis; hæc cogitate, bæc retractate et facite, si me lætificare, imo si Deum vobis vultis placare; bæc vobis Spiritus sanctus persuadeat, et pro his glorize auze visionera beatam exhibeat. Amen.

EPISTOLA LXXVII **.

ANSELMI AD EOSDEN.

Kjusdem argumenti cum præcedente.

AnsELMUS archiepiscopus, dominis fratribus charissimis, domino priori Ennulro, et aliis servis Dei in Christi Ecclesia Cantuariæ commanentibus, salutem et benedictionem Dei, et suam, quantum polesi.

Gratia Dei vestris et aliorum amicorum nostrorum orationibus favente, ex quo a conspectu vestro discessi, omnia erga me et socios prospere fuerunt usque in præsentem diem. Precor autem ut, sieut. de vobis confido, pro nobis orare non cesseuis, quatenus sic nos et actus nostros divina clementia pro... tegat et disponat, ut de omnimoda prosperitate nestra, nobis ad vos redeuntibus charitas vestra congaudere valeat. Quantum quidem ad nos pertinet, sicut dixi, omnia nobis prospere sunt; sed si vos in pace, ct, aicut spero, in studio bene vivendi et salvandi animas vastras vivitis, secundum desiderium meum, tung multo magis et verius augetur gaudium meum. Precor itaque quanto affectu pes-

(19) Roman tenaens es intentione. Quam quidem O simile in Angliam delatum fuisse sub finem ejusdem mensis : imo, si Honedenum sequamur, vii Id. Septemb., Henricus Anselmum invitavit in Angliam, quo mense aut die, mea non refert, cum inter omnes Anglos scriptores constct eo anno Novembri mense Anselmum sacro junxisse connubio Henricum regem et Mathildam, Macolini Scotorum regis filiam. Ast Eadmerus, peregrinantis Anselmi Acha-tes individuus, lib. 11 Vite ejus, et Walsinghamus in Hypodigmate Neustriæ observant has Henrici et Anselud inimicitias non nki post dimidiarum et secundum cjusdem Anselmi reversi annum, natas. esse. Quod tempus deest in supputatione Parisii et Honedeni. Quamobrem certior est, imo nulla verior chronographia Eadmeri, cui soli, qui Anselmum. vidit, comitatus est cuntem et redeuntem, ac permansit ad extremum usque vitæ spiritum, filem promptius accommodo quam alteri cuilibet.

sum, ut semper ad meliora solliciti sitis proficere, A sunt utilitati, mea sunt, et meæ subjacent potestati; et nullatenus ab his ad quæ vos Dei gratia provexit. deficere. Ad invicem secundum Deum dilectionis et concordiæ dulcedinem servate, ordinis vestri districtionem sine simulatione amate, corda vestra ad societatem angelorum ***, propter quam bene vivitis, sine intermissione levate : in omni difficultate et adversitate temporali, si ³⁷¹ contigerit, ne bonum studium vestrum aliquatenus 275 perturbetur, consolationem Dei orando sperate. Ubicunque estis, sive in conspectu hominum, sive tantum in conspectu Dei, a quo nunquam abestis, in omnibus actionibus vestris, magnis vel parvis, etiam in cogitationibus cum Psalmista animas vestras in manibus vestris semper portate. Omnipotens Deus sic vos R protegat in omnibus, et dirigat, ut ad æternam beatitudinem per temporalem prosperitatem perducat. Amen. Nepotem meum Anselmum charitati vestræ, sicut carnem meam, commendo, ut et discere valeat, et vitam suam custodiat. Domino Roberto, qui custodit domum nostram præcipio ut totum vinum nostrum quod Cantuarize dimisi, vos tribuat, et secundum voluntatem domini prioris in vestrum usum expendat.

396 EPISTOLA LXXVIII ***.

ANSELMI AD GONDULFUM ARCHIEPISCOPUM.

Regem non debere a monachis aut Ecclesia vecuniam exigere.

ANSELMUS archiepiscopus reverendo episcopo Gon-**DULFO** salutem.

Audivi quia dominus noster rex *** a priore et monachis nostræ Ecclesiæ petit pecuniam, quam ipsi non habent nec habere possunt, quoniam, sicut mihi mandatum est, creditoribus non modicam debent pecuniam, et propter indigentiam in his quæ sibi *** necessaria sunt, magnam patientur *** angustiam. Ad opus etiam ecclesiæ increptum, dimidium quod constitueram habere nequeunt; et si haberent, nec regem decet ab illis aliquid *** exigere. qui nihil nec seipsos habent, sicut monachi, nec ad illos pertinet aliquid dare vel accommodare quod eorum non est. Unde vobis mando et precor ut regi precando suadeatis quatenus omnia nostra in pace, donec redeam, quieta mancre jubeat, sicut promisit, quia si Deus, secundum quod proposui, mihi pro- D spere redire coucesserit, serviam ei sicut debeo domino et regi meo. Quod si fecerit, gratias agam Deo et illi; si vero preces nostras non audierit, et aliquid *** unde doleam facere voluerit, faciet, sicut dominus, quod illi placebit ***, sed non mibi videbitur facere quod debebit 300. Non enim ego et monachi divisi sumus, sed omnia quæ illorum stabilita

et si ipsi indigerent, quidquid haberem, eorum deberem expendere necessitati. Quare cum omnis mundana adversitas pro suo modo et ratione tangat animum meum, illa ^{sei} utique quæ illos contristat, profundius lædit cor meum; et vos scitis quia tam inauditæ insuetæ rei assensum præbere non debeo; et quoniam non debeo, non audeo, ut a monachis 259, absque prælato suo, pecunia exigatur : et ideo non mihi nee alicui expedit ut hæc consuetudo in Ecclesiam Dei aliquo assensu introducatur.

EPISTOLA LXXIX ***.

ANSELNI AD HENRICUM REGEN ANGLORUM. Hortatur regem ut coelesti Regi obediat.

HENRICO, domino reverendo, glorioso regi Anglorum, Ansaluus, archiepiscopus Cantuarize fidelo servitium cum orationibus.

Gratias ago Deo, a quo est omne 104 bonum, de vestra incolumitate et hilaritate, et quia vestros successus ad majora et mellora 242 cum vestra et vestrorum fidelium lætitia provehit. Gratias etiam ago vestræ celsitudini, quia bæc mibi mandare dignata est, sicut fideli suo de quo confidit, quia in omnibus suis prosperitatibus congaudet, et illi cujus dispositione flunt, gratias agit. Verum enim est quia hic quotidie orat et desiderat meum, ut Deus vos et vestra sic regat et protegat in gloria temporalis regni super Anglos, quatenus iu æterna feficitate regnare faciat inter angelos. Hoc utique est, ad quod maxime vobis servire cupio. Quapropter quia ad me pertinet, ad hoc enim positus sum, ut fidelis et episcopus consulo, precor, et sicut scriptum est, obsecto opportune, importune, ut, sicut Beus vestram auget prosperitatem et exaltat potestatem, ita vos super 366 omnia ejus ametis in omnibus operibus vestris servare voluntatem. Quod sic vos Deus diu in hac vita in prosperitate facere concedat, ut post hand vitam secum in æternitate ser gaudere faciat. Erga me, Dei gratia, cunota prospere sunt; et ante Assumptionem sanetæ Mariæ de Becco proficiscar, ut, secundum quod Deus annuel, prosequar propter quod de Anglia egressus sum. De nostris rebus, quamvis hec esse in vestra bona voluntate ***, confidam, rogo tamen ut eas in quiete manere jubeatis, donec redeam.

EPISTOLA LXXX.

ANSELMI AD ERNULFUM ET MONACHOS CANTUARIENSES. De clericis in monachos recipiendis.

ANSELNUS archiepiscopus, domno priori ERNULFO et aliis fratribus Ecclesiæ Christi Cantuariensis, salutem et benedictionem Dei, et suam, quantum potest.

VARIÆ LECTIONES.

⁸⁷¹ Adversitate si ms adversitate temporali si ³⁷⁸ Studium aliquatenus s ³⁷³ Cum codem ms collata ³⁷⁴ Vester rex ms noster rex ³⁷⁹ Indi-*** Anglorum ms Angelorum ms studium vestrum aliquatenus ³⁷³ Cum codem ms collata ³⁷⁴ Vester rex ms noster gentiam quæ sibi ms indigentiam in his quæ sibi ³⁷⁶ Patiuntur ms patiuntur angustiam ms illos pertinet aliquid ³⁷⁸ Et aliud ms et aliquid ³⁷⁹ Quod placebit ms quod illi placebit arr Illis aliquid *** Quod de-381 Animum illa ms animum meum illa ³⁸⁸ Monachis ms a Monachis 883 Gum cebit ms auod debebit ³⁸⁶ A quo omne ms a quo est omne ³⁴⁵ Melior ms meliora ³⁸⁶ Vo tatem ms reternitate ³⁴⁸ Vestra voluntate ms vestra bona voluntate 386 Vos semper aus vos. eodem ms collata 267 Æternitatem ms æternitate SHOOP

De hoc unae mihi mandastis respondeo. Si qui A elerici, qui Ecclesize et sibi utiles esse possunt, se ad ordinem suscipi petunt, et vos ita perpenditis esse, laudo ut eos suscipiatis; nec in hac re volo dubitetis de voluntate mea, quia scitis mihi displicere tales ad vos non ita venire sicut vellem. Vale.

EPISTOLA LXXXI **.

ANSELMI AD MATHILDEN REGINAM.

De sua incolumitate, et designato tempore itineris Romani.

Suze charissimze dominze MATHILDI, reginze Anglorum, ANSELMUS archiepiscopus, fidele servitium et supernze gratize continuam protectionem.

Non ignoro quod dignationis vestræ benignitati placet nosse quid mihi sit et quomodo me habeam. Gaudens igitur et gratias agens de tam bona vestra voluntate notifico vobis quoniam ex quo Anglia exivi, Dei misepicordia me, et quæ 396 ad me pertinent, in integra disposuit prosperitate. Usque nunc moratus sum Beeci, exspectans opportunum tempus iter agendi; sed in proximo, ante Assumptionem sapctæ Mariæ, inde proficiscar, intentione quod incospi, Deo annuente, peragendi. Didici nuper quia 301 Deo regni domini mei regis et vestri dignitatem placet exaltare, et ca que ad placitum ejus et vestrum ac fidelium vestrorum non erant, secundum vestram voluntatem ad honorem et utilitatem vestram reparare : unde sigut fidelis, et sicut bona vestra in præ- C senti et in futura vita desiderans, gaudeo, et superno Rogi a que vobis bæc proveniunt, ago gratias ut debes; et ut semper bona que dedit intemerata costodiens, vos ad majera et meliora sub sua gratia provehat, orc et desidero. Quoniam igitur officii mei est vos exhortari ad cœlestis regui desiderium, hortor, precor. consulo, quanto affectu possum, ne plus vos delectet in terreni regni transitoria gloria exsultare quam ad coelestis regni felicitatem æternam anhelare. Quod utique veraciter et efficaciter facere poteritis, si ca quæ vestræ potestati subdita sunt, plus secundum Dei consilium quam secundum consilium hominum disposueritis. Sapientia enim hajus mundi stultitia est apud Deum (I Cor. 111, 19), ut ait vera Scriptura; et : Sapientia carnis inimica D est Deo, quoniam legi Dei non est subjecta (Rom. VII. 7). fixe consulite, hxe secrete et publice intimate domino nostro regi, et sæpe repetite, et quantum ad vos pertinet, studiose retractate. Transit enim, ut soletis dicere, gloria mundi. Et utinam Deus vos ambos post transitoriam gloriam transire faciat ad ælernam. Amen.

397 EPISTOLA LXXXII.

ANGELMI AD ARNULFUM ET MONACHOG CANTUARIENSES. Ut Cantuarienses monachi non turbentur, sed quieti Deo serviant, quidquid rex egerit.

ANSELHUS archiepiscopus dominis et fratribus et filiis charissimis, domno priori ERNULFO, et aliis sub illo monachis Deo servientibus, salutem et benedictionem Dei, et suam, quantum potest.

De salute et prosperitate nostra, et ubi sim per præsentem nuntium cognoscetis. Ad præsens autem in Angliam redire nequeo, donec sciam quid rex respondeat litteris quas illi mitto per episcopum Rofensem. Quid autem in illis contineatur, postquam regi erunt ostensæ, per eumdem episcopum cognoscetis. Ouidquid autem rex respondent, vel quidquid de me sit, mementote quia sive vivimus, sive morimur, Domini sumus (Rom. xiv, 8). Sic igitur vivite, ut et illi vivatis, et cum moriemini, ad illum transeatis. Non vos perturbent tribulationes hujus vitæ, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum, Dei (Act. xiv, 21). Jactate cogitatum vestrum in Domino, et ipse vos cautriet, non dabit in æternum fluctuationem justis. Orate Deum, bene vivendo, non mentes vestras turbando, ut in sua semper vos consolatione faciat lætari. Pueros et adolescentes, ut filios dulcissimos hortor et moneo, quanto possum affeatu, ut monitionis et doctrinæ qua eos de cordis et cogitationum custodia solebam instruere, non obliviscantur, sed consilium nostrum szpe ra:ractando, sicut eam studiose magnificare et commendare illis solebam, per gratiam Dei custodire nitantur. Pax Dei, quæ exsuperat omnom sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras (Phitip. 1v, 7). Gratias vobis ago pro charitate quam impendistis nepoti nostro, et illi præcipio ut vobiscum maneat, et doctrinis ac litteris studeat, donec ego sibi mandem ut veniat.

EPISTOLA LXXXIII ***.

ANSELMI AD EUSTACHIUM.

Is, uxore ex ejus consensu reclusa, alteram sibiadjunxerat; de quo peccato illum corripit.

ANSELMUS archiepiscopus 2003, servus Ecclesiæ Cantuariensis, EUSTACHIO 2014 patri Gaufredi monachi Beccensis salutem.

Domnus Gaufridus, filius vester, sollicitus de salute animæ vestræ, et timens damnationem vestran, rogat me ut ostendam vobis in quanto periculo maneatis. Dicit enim quia uxori vestræ, matri ejus ³⁹⁸, licentiam ut sæculum relinquens sanctimonialis fleret dedistis, et castitatem corporis vestri Deo vovistis, sed postea aliam mulierem accepistis, unde filium genuistis. Quod si ita est, scitote absque ulla dubitatione quia si in hoc peccato de hac vita exit

VARIÆ LECTIONES.

²⁰⁰ Cum eodem m. sollata ³⁰⁰ Misericordia quæ ms misericordia me, et quæ ⁵⁰⁰ Didici quia ms didici muper quia ³⁰² Cum eodem ms collata ³⁰³ Anselmus vocatus archiepiscopus Ecclesiæ ms Anselmus archiepiscopus servus Ecclesiæ ³⁰⁵ Eustachio ms Eustachico. ³⁰⁹ Matris ejus ms matri ejus

ejus salutis, sive ante diem judicil ***, sive post diem iudicii erit. Videat igitur vestra prudentia guan grave malum sit perdere vitam æternam et societatem *** angelorum, et pati tormentum æternum in societate diabolorum. Videte etiam quam periculosum sit et quanta insipientia in tali re differre ave correctionem, sine qua certam potestis exspectare perditionem. Quandiu enim in hoc peccato maneatis. ira Dei manet super vos ; et sicut peccatum quanto diutius manet, tanto magis crescit, its' ira Dei in dies magis super vos exardescit. Consulo igitur et precor, sicut Christianus Christianum, et sicut amicus amicum, quatenus de tam gravi peccato et tam inagno perículo exire non differatis, ne forto de hac vita ad mortem et tormentum seferaum transcat B anima vestra qua hora non putatis. Consulo etiumut filii vestri domini Gaufridi de hac re accipiatis consilium, si unquam a Dee vultis habere salulis auxilium. Nam etsi non promisistis castitatem vestricorporis quando uxori licentiam dedistis ut san+ ctimonialis fieret, nullo modo tamen sine eo peccato et periculo quod supra dixi, violare eamdem castitatem in vobis possetis quandin axor cadem vive-: ret 400.

EPISTOLA LXXXIV ***.

ANSELMI AD MATHILDAM ABBATISSAM CADOWENSEM.

Har se debiliorem persentiens consulit Anselmum anonus deponere debeat. Respondet ipse quod ex consensu comitis et archiepiscopi Rothomagensis ac sanctimonialium laudabiliter possil ; sin aulem, par- C tiatur onera sua, el ca saplentioribus erroribus commillat qua explere ipsa non sufficit.

Ansalaus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, dominæ, et reverendæ matri abbatissæ Gadomensi, MATHH, D.G. semper divinæ gratiæ regi consilio.

Petit sanctitas vestra per domnum Robertum, fratrem Eustachii, nostrum consilium de abbatia vestra. quam ideirco deserere, si vobis licerct ut alii commendaretur, velletis, quoniam eam propter infirmitatem et ætatis imbecillitatem, sicut oportet, regere non valetis. Quod quia fieri non potest, nisi per comitom et archiepiscopum Rothomagensem, et episcopum vestrum, et consensum sanctimonialinm

anima vestra, omnino *** perdita erit, nec ulla spes A vobis commissarum, inde vobis nullum impendere possum auxilium ; sed quoniam boc petitis 403, quale possum mando consilium. Tentate si per cos ad ques. pertinet, desiderium vestrum, sicut vobis expedire. videtur, potestis efficere; et si nequitis, serpribus, qua membra vestra sunt, illis scilicet in quibus majorem prudentiam et religionis fervorem cognoscitis, earum rerum in quibus vires vestræ deficiunt, præcipiendo, rogando, exhortando curam injungite. Nam si 408 etiam contingeret ut tales personas in quibus secundum desiderium vestrum possitis 404 confidere, non haberetis, unod in Ecclesia vestra esse mon spero, yestra tamen reverentiz, si illas eligeret quas ad boc meliores et aptiores cognosceret, excusabilis agud Deum, quoniam molius non posset, sicut credor existeret.

EPISTOLA LXXXV ***

. ANGELMS AD GOMPULFUM REISCOPUL ROVENSEN. -

Euns de Cantuariensis Ecclesia negotiis sollicitum laudat. Episcopum Eboracensem non vult inaudilum et absentem damnare.

Anselnus archiepiscopus reverendo et diligendo episcopo Rofensi Gondulro, semper el omnibus in Deo placita velle et operari.

Primum gratias ago Deo quia, sicut mandastis, omnia nostra et vestra ubique prospere subsistunt; 398 deinde vobis, cujus prudentia et cura reguntur. Dei gratia postquam de Anglia exivi, omnia erga me et ea qué ad me pertinent ad votum meum disponuntur. De debitis quæ solvistis, si et debita de Romascot in his sunt, gaudeo; et promissionem vestram de redditibus nostris cum actione gratiarum exspecto. Bene fecistis, quia verba quæ inter regen et vos fuerunt de me et itinere meo, et de epistolis quas sibi et mihi a papa missas dixi, et de legatis ad : imperatorem mihi mandastis. Sed scitote quia ego nec listeras, nec ullam legationem ab apostolico habui, postquam a vobis discessi, nisi quod per Tiberium mihi mandavit verbis et litteris (20) ut eum de Romascot adjuvarem. De litteris autem papæ ad regem nihil scio, nisi quod vos mihi mandastis. Si autem alicubi mansurus sum et per legatum meum sim facturus quod incoepi, nondum sum cer-

VARIÆ LECTIONES.

*** Vj-³⁰⁵ Anima, omnino ms anima vestra, omnino, ³⁰⁷ Ante tam æternam et satietatem ms igloriam æternam et societatem ** Ante judicii ms ante diem judicii me In tall differre ms in tali re differre 445 Quoniam petitis ms quoniam hoc m vestrum possitis 445 Cum codem etitis et allem viveret ms uxor eadem viveret petitis et allem sic ms nam si et b 61 Cum codem me collata *** Desiderium possitis ms desiderium vestrum possitis ms collata.

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

Romischeot (Gallice, la taille de Rome, Cujacio ad C. Auditis, De præscript. lib. 11). Romscot vel Romescot Anglica est dictio, ut apparet in legibus Guillelmi Nothi Anglorem regis apud Roger. Honed. descriptis in Annal. posteriori parte, pag. 344. Quarum una hunc titulum habet et statutum. « De denario S. Petri, qui Anglice dicitur Ramescot. Omnis qui habuerit xxx denariatas vivæ pecuniæ in domo sua de proprio Anglorum lege dabit denarium S. Petri, et lege Danorum dimidiam marcam. Ille vero denarius debet submoneri in solemnitate S. Petri et Paull ante festivitatem, quæ dicitur, Ad

(20) Ut eum de Romascot adjuvarem. Romascot, D vincula S. Petri, ita ut ultra alium diem non delineatur. Si quisquam detinuerit, ad custodiam regis clamor deferatur, quoniam denarius hic eleemosyna regis est; justitia faciat reddi denarium, et forisfaclionem episcopi et regis. Et si quis plures domos habuerit, de illa ubi residens fuerit, in festo aposto-lorum Petri et Pauli reddat. , Sic Guillelmus dictus Conquestor imperavit reddendum Deo quod Dei est, quodque a se imperatum fuerat ad unguem servavit, testibus litteris quas ad Gregorium VII transmisit in hanc sententiam : « Excellentissimo S. Ecclesiæ pastori Gregorio, gratia Dei Anglorum rez et dux Northmanniæ Guillelmus, salutem cum amicitia

LIB. III, EPIST. LXXXV.

in tali re aliquid absens de absente et inaudito definire, præsertist cum ipse crimen illatum negel; et ideo non audeo dare consilium, no consilium meum ab aliquo pro definitione accipiatur. Quapropter si vobis videtur, de boc apud regem, omnino ex mea parte, nisi ipso a vobis requisiverit, quod vobis mando, si melius non petestis, respondete. De lite que est inter nostros et homines Roberti de Monteforti, presor ut faciatis per regem, ut aut pax integra, aut trevize 488 inter cos, donec redeam, ponantur. De omnibus nostris rebus intus et foris, curam, sicut hacterius fecistis; habeatis, et sicut scitis me in vobis confidere, precor. De rebus ac familia Roberti nutritii vestri, qui mecum est, gratias ago, quoniam ea

sus. De Cerardo archiepiscope Eboracensi non debeo A contra adversarios ejus sicut illi mandatum est, defenditis; et instantissime precor at omnia quæ ad illum pertinent quieta manere omnino faciatis, et hoc ipsum Guillelmo de Metestante cx mea et vestra parte præcipiatis. Dico enim vobis quia malo in meis propriis quam in ejus rebus aliquam pati injuriam. Deo annuente, ante Assumptionem sanctæ Mariæ de Becco proficisci volo, et in festivitate apud Carnotum esse; et deinde, sicut Deus disponet, vestris orationibus prosequentibus, iter nostrum peragere. Quod nonnulli me reprehendant de familiaritate quam habeo ad illos quos rex non diligit, scitote quia nihil facio contra honorem ejus aut unde juste reprehendi debeam. Propter rixas quæ flunt de ecclesia de Hergas, jubete Rodulfo *** præposito ut

VARLÆ LECTIONES.

*** Aut tremæ me ant treviæ - *** Rudolpho me Rodulpho

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

Hubertns legatus tuus, religiose Pater, ad me B veniens ex tua parte me almonuit quatenus tibi et successoribus fidelitatem facerem, et de pecunia quam antecessores mei ad Rom. Eccles. mittere solebant, melius cogitarem. Unum admisi, alterum non admisi. Fidelitatem facere nolui, nec volo, quia nec ego promisi, nec antecessores meos autecessoribus tuis id fecisse comperio. Pecunia tribus ferme annis, in Galliis me agente, negligenter collecta est. Nunc vero divina misericordia me in reguum meum reverso, quod collectum est per præfatum legatum mittitur; et quod reliquum est, per legatos Lanfranci archiepiscopi Adelis nostri, cum opportuaum fuerit, transmittetur. Orate pro nobis, et pro statu regni nostri, quia antecessores vestros dileximus, et vos præ omnibus sincere diligere et obedienter audire desideramus. > Hucusque Guilleimi litteræ, guas inter Lanfranci epistolas nactus sum.

Sed Guillelmum scripsisse Gregorii litteris ad C parentem in quibus sic eum monuerat anno 1073 x1 Nonas Aprilis, indictione x11: (Rebus vero S. Petri, quæ in Anglia colliguntur, sic to ut tuis invigilare admonemus, sic liberalitati tuze ut tuze committimus, ut pium et propitium debitorem Pe-trum reperias, et eum tibi ex debito subvenire admonens, quem sibi multa te tribuisse non latebit.»

Huberti vero spostolici in Angliam legati ad col-ligendum divi Petri vectigal, fit mentio epist. 32 lib. 11, et 42 lib. 111. Quod autem Guillelmus Danorum lege pendi marcam dimiditatam jubet, videtur intelligendum de regibus Danis, qui per aliquot annos regui Anglici habenas tenuerunt. Ouorum unus, nempe Kanutus primus rex Daciæ, Norvegiæ et Angliæ, revertens Roma, quam petie-rat voli causa, anno 1030 litteras ad Anglos dedit, præcipiens universum æs alienum solvi ante redi tum sum : et inquit, denarios, quos Romam ad nedenus appellant manculas; et Malmesberiensis sanctum Petrum debetis, sive ex urbibus, sive ex D proxime marcas. At Guillelmus Lamberdus scholiis villis. Has autem litteras anno 1032 scriptas esse ad veteres Saxonum leges asserit manculam et marmemoriæ dedit Ingulphus abbas Croilendensis in sua Historia, obi integrum earum apographum exscripsit, religiosam quoque Banuti peregrinatiomem denarravit; nec non Malmesber. lib. n De regibus Anglor., cap. 11; Honed. Annalium priori parte, anno 1031; Polyd. lib. vn Angl. Histor.; Lilius in Chronic.; Henric. Huntid. lib. vn : Rez vero Cunt, inquit, Roman splendide perrexit : et eleemosynam quæ vocatur Romscot, quam antecessotes sui dederant Ecclesiæ Romanæ, perenniter assignarit.

..

Ramoscot igitur, seu Romscot, est annuum vecligal quod reges Angliæ pensitahant annuatim summis pontificious Romanis; camque ob rem Angli vernacule appellabant Pitropens vel Petropence, quasi pensum seu denarium Petri, ut epistol. 32 lib. 11, et 42 supra. Petri Blesensis 136, edit. Parisiens. 1515 (nam edit. Mogunt. separavit ab epistolis, separatamque inscripsit invectivani), et capit. Auditis, De Prescription. lib. 11, of capit. Ea qua, De consibus lib. 111.

Et hunc quidem denarium etiam cum Anglie regnum loneretur eptarchia, reges pependerunt Ac imprimis Inas, Occidentalium Anglorum rex, annum salutis circiter 740; Atu Ivufus vel Adulf (ut scribitur lib. m Chronic. Etheluverdi, cap. 4 (iti-dem Westsaxonum seu Occidentalium Anglorum auno 855, ut Asserus Syrchurnensis (nunc Saresberiensem dicunt) episcopus, in Historia Elfredi An-glosaxonum regis, tradidit hisce litteris. « Romæ quoque omni anno magnam pro anima sua pecuniam, id est ccc mancussas portare præcepit ; quæ taliter ibi dividerentur : scilicet, c mancussas in honorem sancti Petri specialiter ad emendum oleum, quo impleantur omnia luminaria illius ecclesize in vespera Paschæ; et c mancussas in honooleum in ecclesia Sancti Pauli apostoli, ad paraudum oleum in ecclesia Sancti Pauli apostoli, ad im-pleuda lumiuaria in vespera Paschez, et in galli cantu ; c quoque mancussas venerabili papæ aposto-lico. > Pene singula Assiri verba Florentii Wigornensis perscripsit Chronic., pagina 300 Guillel. Mulmesberiensis lib. 11 De Reg. Anglis, cap. 2, rem. totam brevius et specialius absolvit : Romam, in-quit, composito regno ivit, ibique tributum, quod Anglia hodieque pensitat, sancto Petro obtulit coram Leone pupa quarto.

Mancussas autem nunc memoratas Rogerius Hocam eadem esse, nompe numinum valentem xxx denariis. Sed de his nimis, cum Anglicanze historize studiosis sint notiora quam luculentius explanarem. Necessario tamen explanatius hae observavi propter quosdam, me audiente referentes hanc denari Rumanj pensitationem ad Joannis vulgariter appellati sine terra, regis Augliæ, tempors, quanquam utraque sit ex diametro opposita : hæc enim coacta, illa spontanea fuit, ut prolixe narrat Matth. Paris in Hist. majere.

inveniat qui in ea serviat. Omnipotens Dominus vos et vestra sub sua gratia custodiat, et vos semper bes in viam salutis dirigat. Amen. 409.

EPISTOLA LXXXVI *1*. ANSELMI AD HENRICUN REGEM ANGLORUM.

Gratulatur regi de se sollicito.

Suo charissimo domino HENRICO, glorioso regi Anglorum, Anselmus, archiepiscopus Cantuariæ, fldele servitium cum orationibus.

Gratias magnas ago celsitudini vestræ pro amore magno quem erga me vos habere ostendistis, et propria sollicitudine quam de me sicut de sideli vestro habetis, scilicet ne in itinere inccepto propter imbecillitatem et infirmitatem corporis mei nimio laboris gravamine deficiam. Sed jam usque in vallem B Moriannæ *11 progressus eram, quando vestram suscepi epistolam, unde timui ne domino papæ displiceret si, tanta parte itineris perfecta, remanerem, et nullum mibi responsum per legatos faceret, nisi ad eum, sicut incœpi, ipse pervenirem 419. Didici enim per litteras, quas mihi per Tiberium misit, quia si possibile esset libenter mecum loqueretur 418. Sperans itaque in Deo, secundum quod in me sentiebam et de itinere jam peracto expertus eram, quia laborem itineris possem subsistere; quod quia me non posse timebatis, me remanere volebatis, existimavi bonum esse per meipsum hoc pro quo Anglia exivi, sicut proposui, perficere, nisi forte aliquid obviaverit cui rationabiliter nequeam resistere. Omnipotens Deus sie vestrum regnum terrenum in gaudio vestro diu regat et corroboret super Anglos, ut post "" hanc vitam vos regnare faciat inter angelos. Amen.

EPISTOLA LXXXVII 414.

ANSELMI AD GERONTONEN ABBATEM

Clericus in duabus Ecclesiis obstrictus sacramento religionis, in qua devent manere? Expedit propter plures causas eum Carnoli remanere auam ad Gerontonem remeure.

ANSELMUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis', reverendo abbati et amico suo GERONTONI 416 salutem.

Quidam monachus, sicut ab illo didici, alligatus Ecclesiæ vestræ per quandam professionem quam in habitu clericali vobis fecit, et similiter monasterio Sancti Petri, quod Carnoti situm est, ubi habitum D monachi assumpsit per aliam professionem, dicit se nullatenus posse habere solutionem a vobis neque ab abbate Carnotensi, ut vel in Carnotensi monasterio vel in vestro animam suam salvet; quodi fa-

cam teneat in manu mea donec redeam, et interim A cere nequit nisi aut a vobis aut ab abbate Carnotensi absolutus luerit. Consideret igitur prudentia vestra quia non expedit nec decet vos abbates ut animam ejus quisque sibi trabendo scindatis, sed in vobis esse maternam pietatem, et plus vos diligere animam proximi quam propriam voluntatem ostendatis. Ille enim se magis ostendit esse matrem, qui dicet alteri : Habeto tu solus infantem vivum, nec ambo eum occidamus, ut cum venerit verus Salomon, dicat : Date huic infantem vivum, hæc est enim mater ejus. Nam vera mater mavult filium suum in alieno sinu vivere, quam in suo mortuus fovere. Notum autem sit sanctitati vestræ quia sicut cognoscere potui, magis expedit propter plures causas eum Carnoli remanere quam ad vos remeare. Unde, si auderem, religioni vestræ consulendo suggererem quatenus vos non falsam, sed veram matrem esse probarctis. Valete.

EPISTOLA LXXXVIII *17.

ANSELNI AD HENRICUM REGEN ANGLOBUM. Quid responderit papa ad consultum de sacerdotiorum collatione; quodque Anselmus vapæ sit pariturus.

Suo reverendo domino Henarco regi Angiorum Anselnus Cantuariensis archiepiscopus, fidele servitium cum orationibus.

Quamvis per Willelmum de Warelwast 418 cognoscatis quid Romæ fecerinnus, tamen quod ad me pertinet, breviter ostendam. Romam veni, causam pro qua veneram domino papæ exposui, Respondit se nequaquam velle dissentire a statutis antecessorum suorum, et insuper præcepit mihi ut nullam 399 haberem communionem cum illis qui de manu vestra 419 investituras acceperunt Ecclesiarum, post hujus prohibitionis notitiam, nisi penitentiam agerent, et sine spe recuperationis quod acceperant deserereut, neque cum episcopis qui tales consecrarunt, nisi ad apostolicæ sedis judicium se præsentarent 498. Horum omnium testis potest esse prædictus Willelmus, si vult. Qui Willelmus, quando ab invicem discessimus, ex vestra parte commemorans amorem et benignitatem quam semper erga me habuistis, submovit me sicut archiepiscopum vestrum ut talem me facerem quatenus sic intrarem in Angliam, ut sic esse possem vobiscum sicut fuit antecessor meus cum patre vestro, et vos me eodem bonore et libertate tractaretis, qua pater vester an tecessorem meam tractavit. In quibus verbis intellexi quia nisi me talem sacerem, reditum meum in Angliam non velletis. De amore quidem et benignitate gratias ago. (21) Ut autem ita sim vobiscum sicut VARIÆ LECTIONES.

408 Vos nunc et semper ms vos semper 409 Amen ms omittit 410 Cum eodem ms. collata 411 Murianæ ms. Moriannæ *** Incospi, pervenirem ms incœpi ipse pervenirem *** Mibi loquerer ms mecuni loqueretur *** Et. post ms ut post *** Cum codem ms collata *** Anselmus archiepiscopus Cast... Gerontino ms Anselmus servus Ecclesiæ Cantuariensis,... Gerontani 417 Collata cum eodem ms et cum Edmeri Historia Novorum edita. 418 De Wareliniast ms et Edm. de Warelwast 419 Manu vestra Edm. manu tua 410 Repræsentarent Edm. Dræsenlarent

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(21) Ut autem vobiscum sim sicut antecessor meus fuit cum patre vestro, sacere non possum. Girgillus foret hisce verbis extric adis necessarius. Cum enim sub finem illius sæculia millesimi vocaretur Simonia, sacerdotii, virgæ, aut annuli pontificii data potestas a laico principe, sed et homagium (at vulgo loquar) eidem factum, vel quodpiam obsequium ejusdem rei gratia, videbitur Lanfrancus hac purus macula, inno antecessor meus fuit cum patre vestro, facere non A hoc quod mens humana, quamvis 488 suo sensu inpossum, quia nec vobis homagium facere, nec accipientibus de manu vestra investituras Ecclesiarum propter prædictam prohibitionem me audiente factam audeo communicare. Unde precor ut mihi vestram, si placet, mandetis voluntatem; utrum sic, quemadmodum dixi, possim in pace vestra et officii mei potestate redire in Angliam. Paratus enim sum et vobis et populo divina mihi dispositione commisso officii mei servitium pro viribus et scientia mea, servata 481 regulari obedientia, fideliter exhibere. Quod si vobis 499 non placuerit, puto quia si quod animarum detrimentum inde contigerit, mea culpa non erit. Omnipotens Deus sic regnet in corde vestro ut vos per omnia regnetis in gratia cjus. Amen 433.

EPISTOLA LXXXIX ***.

ANSELMI AD FRAYRES CANTUARIENSES. De suo reditu in Angliam a Cantuariensibus monachis peroplato.

AREELMUS, archiepiscopus Cantuarize, dominis 495 fratribus et filis charissimis in Christi Ecclesia Cantuarize conversantibus solutem et benedictionem 416 Dei, et suam, quantum potest

De redita nostro dulce desiderium vestrum, quia de dulcedine dilectionis procedit 437, gratauter accipio, amo et approbo, etiamsi aliter Deus disponere voluerit quam sicut ego vobiscum desidero. Sæpe esim Dens. servorum suorum, vitam ordinat contra

tentione bona, desiderat. Sicut enim aurum in fornace probatur, its mentes electorum suorum igne tribulationis examinat. Quod si vobis ejus paterna correctione aut probatione contigerit, nolite deficere, sed ex ipsa tribulatione, sicut filii, studete proficere. Non est enim inusitatum servis Dei in hac peregrinatione adversitatibus multimodis concuti, quoniam non sunt de boc mundo ; et quanto magis hic vexantur, tanto magis mundum cognoscunt, et ad requiem transire desiderant de hoc mundo. Quapropter moneo et precor vos ut filios charissimos. quatenus, si res exegerit, quanto attentius vos hostis hominum a statu religionis vestræ dissipare tentaverit, tanto vos ad servitium Dei colligere strictus studeatis. Sic namque contra hostem fortius pugnabitis et Dei auxilium efficacius impetrabitis. De his non est necesse me vobis multure scribere, quia Dei gratia vos 429 hæc scitis, et testimonia Scripturarum vohis sunt præsentia; et domni prioris, si illi credere volueritis, vobis consulere et vos confortare poterit sapientia. Quod petitis ut demno priori committam totam curam animarum vestrarum, secrete et publice, doneç ego ad vos redeam, hoc utique feci et facio, sicut mihi ipsi, ut ipse secundum sapientiam quam Deus sibi dedit, ct secundum zelum domus Dei quem in corde gerit, judicet et disponat, publiat et parcat, quatenus animæ in innocentia nutriantur, et vitia quautum

VARIÆ LECTIONES.

⁴³¹ Servati ms et Edm. servata ⁴³² Vobis Edm. votis ⁴³³ Amen ms et Edm. omiti. ⁴³⁵ Cum eodem ms collata ⁴³⁶ Anselmus vocatus archiepiscopus Cantuar. Dominis ms Anselmus archiepiscopus Dominis ⁴³⁶ Couversan ibus et benedictionem ms conversantibus salutem et benedictionem ⁴¹⁷ Dilectio-Dominis 428 Mens quamvis ms mens humana quamvis 439 Grata et vos nis vestræ procedit ms dilectionis procedit ms Dei gratia et vos

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

landatum, ob exstinctam a se pestem Simonize. Malmesberiensis vero, si credamus aienti, lib. 11 De reg. Anglis, Gregorium VII inventorem fuisse et primum fulminatorem anathematis in laicos investitores et investitos ; nibil in bis verbis animadverto quod Lapfrancum attingat. Et quidem ejus inauguratio plus regia importunitate, et summi pontificis jossu perfecta fuit quam hujusmodi suspectis favoribus, ut ipsemet testatus est litteris ad cumdem pontificem datis relatisque ad epistolam 23 lib. 1. Præteren, codom Alexandro præcipiente Thomam Eboraci archiepiscopum et Remigium Lincolniæ præsnlem snis indignos sodibus (hic quod Guilielmo Notho Angliam venienti tulisset suppetias, episcopium acquisierat, ille, quod presbyteri filius esset) restituit. Verum quia auctore Malmesberiensi lib. 1 De pontificibus Anglis : « Papa pondus facti a se D re, iciens, in Lanfraucum considerationem transfudit, bene an secus fieret, redderet investituras si vellet, si minus, faceret quod commodum sciret. Ita illi, de manu Lanfranci baculos et annulos recipientes, læum ad patriam cum codem moliti sunt reditum. Nec minori cum amoris diligentia palpandum curavit Gregorius Alexandri successor, multa illius consilio transigens, nutta etiam domesticis suis ignota, illius conscientive communicans. > Quibus Malmesberjensis verbis apparet, hos duos pontifices habuisse Lanfrancum in Anglia vice sacerrimi cujusdam advii,

et ipse Guillelmus Nothus, hujus Henrici (ad quem C ex quo in vulgus ederentur necessario cognoscenda, sunt præsentes Anselmi litteræ) genitor. Vidimus enim apud Baronium eum Alexandri papæ testimonio pro locorum, personarum, et temporum ratione; alia fienda, ut videret Lanfranci prudentia, cui fides erat dictorum paparum.

Quamobrem, si quid præstitit Lanfrancus, quod detrectet Anselmus, nemo temerarie vitio dederit probissimo antistiti, cum discipulus præceptoris non carpat, sed affirmet se non audere quod præceptori licuit (si res exigeret aliguando) ob interdictum Urbani II et Paschalis II se andiente promulgatum. Cæterum hic animo succeilit, Malmesheriensein sut immemorem fuisse libro 111 De reg. Anglis, ubi de Gregorio VII papa sic scribit : Hic, quod alii inusi-taverant, palam extulit, excommunicans electos, qui investituras de manu laici per annulum et baculum acciperent. Graviter, inquam, memoria lapsus est Malmesbita ita scribens : « Cum Nicolaum I papani ducentis ferme annis ante Gregorium et Leonem IV, ante Nicolaum constet idem cavisse sub anathematis pœna, quam legere est tomo il conciliorum, his verbis : Ut per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbyter obtineat ecclesiam, ncc gratis, nec pretio. » Quin et Alexander II Gregorii VII prædecessor probavit, servandamque præcepit hane cæterasque Nicolai constitutiones. Etenim hanc Gratianus retulit Alexandri nomine, cap. 6, quæst. 7, can. Per laicos. Ubinam vero loci hæc statuta renovarit, exprimit ipsemet, scribens in hunc modum : (ALE-XANDER episcopus, servus servorum Dei, omnibus episcopis catholicis, cunctoque clero et populo,

possibile est, Deo adjuvante, radicitus de domo Dei ^A sic me alia bona officii mei faciens a communione exstirpentur et excludantur. Scio quia ⁴³⁰ singuli nostram desideratis absolutionem; sed quoniam singulis hoc facere mihi nunc possibile non est, omnibus vobis Dei et nostram, quantum in me est, opto, oro. mando. absolutionem et benedictionem. Disciplinam ordinis vestri semper amate : pacem inter vos et obedientiam ad priorem inviolabiliter servate. Dominus sit semper vobiscum. Amen.

EPISTOLA XC ***.

ANSBLUI AD EBNULFUE. . Ejusdem argumenti.

ANSELNOS archiepiscopus reverendo et charissimo fratri, domno priori Envulro, salutem et gratlam Dei.

Quod vos et amici nostri doletis quía rediens Roma in Angliam non veni, hoc facit dilectio; sed quod pastoralem curam sine ulla ratione relinquere videor, non hoc æstimant sapientes religiosi quibus rem ostendo, neque ego intelligo. Non enim ego cam, quantum in mé est, relinguo, sed ibi ubi eam me exercere oporteret, conversari sicut vos, si dillgenter intenditis, cognoscere potestis, nequeo. Audistis enim quibus ex præcepto Apostoli communiĉare non possim sinc animæ meæ periculo; quorum communionem regi communicans, dum ipse eis communicat, vitare non valeo. Hic consideret aliquis quid facere possim "", cum veniam ad regem coronandum, et missam celebrabo, et ipsi circa me erunt. Certe illos expellere nequeo, cum illis orare non sudeo, regi subtrahere solitum officium non debdo, quoniam dominus papa et illi concedit, et miki, ut faciam si præsens sum, præcipit. Si miki dixit 438 ut domi maneam, ad curiam non eam, et

malorum abstineam, conquerctor rex cum omnibusepiscopis et principibus suis, (22) quia cum illum coronare nolo, aufero ei coronæ suæ honorem, quem ei primas regui sui debet per consuetudinem. Unde justum illis videbitur, et opere complebunt, at degnitas Ecclesiæ nostræ ad aliam Ecclesiam transferatur. Quod cum flat, me vivente, in regno, neque per me aut per alium probibere potero, confirmabitur Ecclesiæ nostræ intolerabilis imminutio. Quod autem dicunt quod non oportuerit eum pro uno verbo fugere, qui suum sanguinem pro ovibus suiset pro Ecclesia Dei debuerit effundere, dico quik. non est parvipendendum illud verbum, in quo tamgravia mala continentur quæ jam dixi ***, in quæ sine periculo anima meze et sine detrimento Ecclesize mihi commissae nullatenus me possum ingerere. Denique non timeo sanguinis effusionem, aut quamlibet corporis mei destructionem, aut rerum amissionem. Que si persone mez evenirent, libenter paterer propter veritatis assertionem. At pibil horum super me cadet; sed Ecclesiam nostram et homines ad eam pertinentes, si in Anglia 438 cum rege contenderem, gravis oppressio frustra contereret, et multitudo vexatorum ad culpam means ærumnas suas, me exsectando, converteret. Melius itaque mihi videtur ut me absente quælibet tribulatio, si vitari nequit, in Anglia dehacchetur, quam per meam præsentiam 400 et tolerantiam guælibet praya consuetado in Auturum confirmetur; aut muititudo hominum, me aspiciente, propter me tribu-Intionem se pati lamentetur. Si objicitur quod majus est damnum animarum quod continget *** propter. meam absentiam, quam malum temporale qued con«

VARIÆ LECTIONES.

⁴⁵⁰ Sico quia ms scio quia ⁴³¹ Cum eodem ms collata ⁴³⁰ Possum, eum, ms possim, cum ⁴³³ Præcepit, si mihi præcipit ms præcipit, si mihi dixit ⁴³⁴ Quia jam dixi ms quæ jam dixi ⁴³⁵ in Angliam ms in Anglia ⁴³⁸ Quod cognoscitur ms quod continget

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

salutem charissimam, et benedictionem apostolicam. Vigilantia universalis regiminis assiduam sollicitudinem omnibus debentes, quæ in Constantiniana synodo nuper celebrata coram centum et amplius episcopis, licet nobis immeritis præsentibus, sunt canonice instituta, vobis notificare curavinus; quia ad salutem nostram eorum exsecutores vos optamus, et apostolica auctoritate jubendo mandamus. Prime namque, inspectore Deo, ut a beato papa Leone et beatæ memoriæ Nicolao prius statutum est erga Simoniacos nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus. > Et paulo post D sancta synodus hoc capite sub excommunicatione statuit, dicens : c Quicunque sacerdos vel diaconus vel subdiaconus post constitutum beatæ memoriæ prædecessoris nostri, sauctissini papæ Leonis aut Nicolai de castitate clericorum concubinam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, et auctoritate apostolorum Petri et Pauli præcipimus, et omnimodo interdicimus ut missam non cantet, neque Evangelium, neque Epistolam ad missam legat. > Hæc carptim ex synodo Lateraneusi.

Porro has Anselmi litteras Lugduno fuisse datas anno 1405 inde constat quod observaverimus in epist. 76 Anselmum Romam profecturum excessisse Auglia anno 1404, et in Galilis supra trea menses esse commoratum, propter nimios setus similisque corpusculi imbecillitatem, ita ut se dederit in viam Nonas circiter Augustas; hunc enim diem produnt epistolæ 81 et 85. Præterquam, quod a vero abhorreat, virum multo confectum senio iisse et rediisse tam brevi ut codem reverteretur anno quo discessiaset, maximeque hiberno tempore.

Hanc vero separationom Anselmi regiquo legati Guillelmi Guarlenastii contigisse haud procul a Lugduno, Eadmerus, Malmesberiensis, et alii sunt auctores. Diversus igitur Lugdunum Anselmus multas insequentium epistolarum scripsit ad regem, reginam, antistites, cœnoblarebas et cœnobitas, aliique ad eum.

(22) Quia cum illum coronare nolo. Quo sensu id dicat Anselmus, non video, quia antequam Henricus eum primo revocasset in Angliam, jam insignia regis sumpserat ipsomet teste, epist. 40 supra. Præterea ut monstravimus ad epistol. 88, hæ litteræ fueræ scriptæ Lugduni intra annum 4105; Henricum autem fuisse in regem Angliæ unctum anno 1100, postrid. Kalend. August. uno testantur ore Honsidon. lib. vn Malmesbur. lib. v De reg. Angl., Florent. Wigorn. in. Chronic., Honed. in Annal. 1 part., Neubrig. lib. 1, cap. 3.

illud esset contemnendum, jam dixi quia, si super me venerit, inconcussam servarem patientiam. Verum quoniam non debemus facere mala ut veniant hona, non debeo attrahere super quoslibet 437 innocooles qualibet mala ut animabus aliorum eveniant bona. Dixi utique in præterito anno, cum me minarestur expellere, quia nollem exire propter injunclam mihi curam et obedientiam ; sed et hoc diceham propter illos qui hoc minabantur, ne pro solis verbis illorum exirem, non propter aliquam utiliter remanendi fiduciam. Moz enim ut discordia et contentio inter regem et me appareret, pariser et mala corporalia fervorent, et bona spiritualia penitus frigerent. Quod imponitur milii, quia quasi astute iufamayerim regem et regnum ejus, et episcopum Lincolniensem, non per me manifeste, sed latenter per monachos nostros, certe falsum est, quia nullus hemo a me ad hoc monitus est. Sed nec ipsi fratres nostri Eadmerus (23) et Las Alexander, qui maxime de hoc. accusantur, ita sicut de eis dicitur, coguoscuat esse; et vos scitis quia delatores, parvis magna addentes, mendaces solent esse : denique antequam nos veniremus Romam, muka dicebautur de Anglia intra Romam et extra Romam. In his omnibus neque per me, neque per sapientiores me, meliori possum uti consilio quam dispositionem Dei exspectare et rem ejus committere judicio. Hoc autem scitote quia voluntas mea est ut, adjuyante Deo, nullius mortalis homo fiam, nec per sacramentum fidem alicui promittam. Consilium nostrum petitis quid agere dobeatis inter cos et cum eis quorum communionem mihi dominus papa interdixit. Que res ita dubia est, ut minus difficile sit non communicare eis quibus rex communicat, præsertim cum mihi soli Romæ a papa ista interdicta sit communio ; nec audeo præcipere ut illis communicetis, quibus ego non communico; sed si ita permanseritis sicut vos dimisi, nequaquam vos reprehendo. Non enim potestis a toto regno discordare, nec participes estis corum malitize si quis a vobis petierit quod honestatem et religionem vestram non 400 deceat ; præmeditati cstote ne aut minæ, aut blanditiæ, aut aliqua astutia persuadeant vobis aliquid unde vos postea poeniteat. Consilium et curam fratrum, quidquid contingat, D propter Deum et charitatem proximi nolite deserere, nisi vos violentia de Ecclesia expulerit. Si ingruerint adversitates et tribulationes, tunc forliores estote, et in tentatione fratribus vestris nolite deficere. Si quis exegerit ab aliquo monacho Ecclesiæ

tiugeret per meam præsentiam, et ideo istud propter A nøstræ 446 sacramentum, aut fidei alligationem, aut illud esset contemnendum, jam dixi quia, si super me venerit, inconcussam servarem patientiam. Vorum quoniam non debemus facere mala ut veniant bona, non debeo attrahere super quoslibet 457 innoceales quælibet mala ut animabus aliorum eveniant bona. Dixi utique in præterito anno, cum me minarentur expeliere, quia nollem exire propter inlun-

EPISTOLA XCI ***.

ANSELNI AD ANTONIUM SUBPRIOREM. Eum laudat et admonet.

ANSELMUS archiepiscopus fratri et filio charissimo ANTONIO subpriori, salutem et benedictioneur.

Gaudeo et gratias ago Deo et vobis pro bono zelo quem habetis, et quia ordinem vestrum libenter custoditis, et ut alii illum servent, strenue studefis. Precer autem, sicul sape precatus sum. ut in hoc bono proposito perseveretis, quia Deo gratum est. et ab eo præmium bonum reportabilis. Est guiddam unde olim quosdam audivi conqueri. Dicunt enim quia aliquando cum út ante vos proclamatio de quibusdam negligentiis, quæ sine mala intentione possunt intelligi, et solius levitatis culpæ imputari 448. dilectio vestra in pravam suspicionem in audientia eas interpretatur; veluti sont signa, aspectus et similia, in quibus nulla malitiæ certitudo deprehendi potest. Moneo ergo vos ut dilectum dilectorem meum, et consulo, ut filio charissimo, ne hoc faciatis, nisi cum res ita aperta fuerit ut a malitia excusari non possit. Nocet enim multum. Potestis enim cutpam pro sola violatione ordinis acriter punire, et omnem pravam suspicionem, quando probari nequit, avertere. Sic autem et vos diligent, et se sine verecundia corrigent. Vale.

EPISTOLA XCII ***.

ANSELMI AD GONDULFUM.

Grates persolvit episcopo de se bene merito.

ANSELLUS, Dei dispositione archiepiscopus, reverendo et charissimo coepiscopo Gondulro, salutem et quod melius sit et potest.

Gratias ago vobis pro bene factis magnas, sed multo majores pro vestra bona voluntate, quæ semper plus facere vult quam possit. Bonum desideriam vestrum de reditu nostro, et consilium de vera dilectuone procedens amo et laudo; sed de effectu 449 ejnsdem voluntatis certum quid promittere non audeo; sed Dei ordinationi, cui subjacent omnia, me et quæcunque de me sunt, commendo. Ipsum oro, et omnes amicos meos rogo, ut orent quatenus ipse me in beneplacito suo disponat, nec unquam

VARIÆ LECTIONES.

⁴³⁷ Super me quaslibet ms super quoslibet ⁴³⁹ Dinerus ms Edmerus ⁴³⁹ Religionem non ms religionem vestram non ⁴⁴⁹ Ecclesize vestræ ms Ecclesize nostræ ⁴⁴¹ Avertere malitiam ms avertite malitiam ⁴⁴⁹ Cum zodem ms collata ⁴⁴⁰ Culpæ possunt imputari ms [culpæ imputari ⁴⁴⁴ Cum codem ms collata ⁴⁴⁰ Dé affectu ms de effectu

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(25) Et Alexander, qui maxime, etc. Hic Alexander (cujus etiam Willelmus Malmesher. in Cantuariensibus archiepiscopis subinde meminit, ubi maxime de Anselmo scribit) (uit Cantuariensis monachus, et ad Anselmum, Anselmi nostri nepotem destinavit lib. t ex Anselini archiepiscopi dicus concinnatum, et 19, capit. distinctum, ex centur. 10 catalog. scriptorum Britanniz.

voluntatem meam ambire de sua voluntate permit- A igitur, Pater, est, quod doctor ille gentum, vas tat. Hoc autem scitote quia spero in Deo, et hæc est voluntas mea, ut nunquam pro reditu in Angliam aliquid contra honestatem episcopalem scienter faciam. Malo autem hominibus non concordare, quam, illis concordando, a Deo discordare. Consilium quod petitis quid vobis faciendum sit, si dominus meus rex et ego non concordamus, in litteris prioris breviter mandavi. Hoc tantum ad præsens dico, nullæ minæ, nulla promissio, nulla astutia a religione vestra extorqueat aut homagium, aut jusjurandum, aut üdei alligationem. Si quid horum aliquis exegerit, hæc sit vestra responsio : Christianus sum, monachus sum, episcopus sum; et ideo omnibus volo fidem servare secundum quod unicuique debeo. Quidquid aliud vobis dicatur, his verbis nec addatis quidquam, nec minuatis, quod ab hac sententia discedat. Hoc ipsum 401 de me dico, nec super hæc aliquid addere, vel de his minuere, adjuvante Deo, volo. Filios vestros et nostros, et filias. sicut scitis, salutate, et ut nostri memores sint orate.

EPISTOLA XCIII ***.

MATHILDIS REGINÆ ANGLOBUM AD ANSELMUM. Regio digna pectore et sanctis affectibus plena.

Domino vere summo et Patri Anselno, Dei gratia Cantuariensi archiepiscopo, MATHILDIS, regina Anglorum, humilis ancilla ejus, summæ devotionis et servitutis obsequium.

Converte, domine sancte, Pater misericors, c planctum meum in gaudium mihi, et circumda me lætitia. Ecce, domine, humilis ancilla tua mis ricordiæ tuæ genibus devoluta, supplices ad te manus tendens, consuetæ postulat benignitatis affectum. Veni, domine, veni, et visita servam tuam veni, inquam, Pater, et gemitus meos leni 417, lacrymas absterge, dolores mitiga, luctus tolle; imple desiderium meum, vota secunda. At, inquies, lege prohibeor, et quarumdam necessitatum vinculis tentus seniorum *** decreta transgredi non præsumo. Quid

electionis, cum totus in legis evacuatione sudaret. nunquid non in templo, ne scandalum esset his qui. ex circumcisione crediderant, hostias immolavit? Nunquid, qui circumcisionem damnabat, Timotheum ipse, ut omnibus omnia fieret, non circumcidit ""? Quid ergo faciet misericordiæ filius, discipulus ejus, qui ut servos redimeret, ipse in mortem se obtulit. Vides, ecce vides fratres tuos, conservos tuos, popalum Domini tui jam naufragia sustinentem, jam labantem in 450 ultimis, nec succurris, nec porrigis dexteram, nec objectas te discrimini. Nonne optabat Apostolus anathema esse a Christo pro fratribus suis? Flecte itaque, bone domine, pie Pater, severitatem hanc; et ferreum, pace tua dixerim, pectus emolli; veni et visita plebem tuam; et inter eos, ancillam tuam, totis ad te visceribus anhelantem. Inveni viam qua nec tu pastor, qui præcedis, offendas, nec regiæ majestatis jura solvantur. Quod si hæc simul constare non valeant, veniat saltem. veniat ad filiam Pater, ad ancillam dominus, et doceat eam quid agere deheat. Ingrediatur ad eam antcquam egrediatur de mundo. Si enim antequa:n moriar mihi te non videre contigerit, improbe loquar, timeo ne mihi etiam in illa terra viventium et lætantium omnis exsultandi præcidatur occasio. Tu siquidem es gaudium meum, spes mea, refugium meum. Anima mea sicut terra sine aqua tibi; unde et expandi ad te manus meas, ut ariditatem ejus exsultationis oleo perfundas, et dulcedinis ingenitæ rore riges w. Si autem nec te fletus mei, nec publica vota sollicitant, postposita regia dignitate, relictis insignibus, deponam fasces, diadema contemnam, purpuram byssumque calcabo, et vadam ad te mærore confecta. (24) Amplectar vestigia tua, pedes exosculabor, nec amovebit mc, si veniet Giezi, nisi cum desiderii mei summa complebitur. Pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat cor tuum et intelligentiam tuam, et faciat misericordiæ visceribus abundare.

VARIÆ LECTIONES.

446 Cum eodem ms collata 447 Gemitus leni ms gemitus meos leni 440 Vinculis tentus servorum ms nexibus tentus seniorum 440 Circuncidit ms non circuncidit 450 Labentem in 458 labantem in 451 Rigeas ms riges

JUANNIS PICARDI NOTÆ.

pellicetur Anseluio, codem prorsus anno et cæteris, ut credibile est, præstitit. Testem habeo Matthæum Paridem anno 1105 majoris Historiæ id referentem. · Eodem, inquit, tempore David frater reginæ Anglorum Mathildis, venit in Angliam, ut sororem suam visitaret. Qui cum nocte quadam in thalamum cjus ab ipsa vocatus venisset domum, invenit leprosis plenam, et regina, in medio stans, deposito pallio, linteo se utrisque manibus præcinxit, et aqua imposita, cœpit lavare pedes eorum, et extergere linico, et utrisque manibus constrictos cœpit devotissime osculari. Cui frater : Quid est quod agis, o

(24) Amplectar vestigia tua, pedes exosculabor. D domina mea? Certe si rex sciret ista, nunquam Lectorem hic velim oratum, ne putet isthæc esse verba et voces; quod enim regina illa modestissima Regis æterni quis nescit labiis regis morituri esse præferendos? Ecce, ego ideirco te vocavi, frater charissime, ut exemplo meo talia discas operari; fac, rogo, quod me facere intueris. > Hucusque Matthæus Paris, cui nonnulla adjecissemus, si venisset in manus nostras liber de ejus Vita scriptus, cujus mentionem facit Guillelmus Gemmeticensis, lib. viii Historiæ ducum Northinannorum, cap. 10. Ms. Victor. habet 8, in hunc modum. « Quantæ au-tem sanctitatis et scientiæ tam sæcularis quam spiritualis utraque regina, Margareta scilicet et Ma-thildis fuerint, liber, qui de Vita ipsarum scriptus

EPISTOLA XCIV.

HENRICI REGIS ANGLORUM AD ANSELMUM.

Dolet Anselmum sibi pertinaciter reluctari. Misisse se ad apostolicum significat, et se interim consentire ut de beneficio Cantwariensis Ecclesiæ convenienter habeat.

HENRICUS, rex Anglorum, ANSELMO, Cantuariensi archiepiscopo, salutem et amicitiam.

Mandasti mihi quod ad me venire non poteras, nec mecum esse, sicut Lanfrancus antecessor tuus cum patre meo multis annis fuit; unde valde doleo quod facere non vis, quia si facere voluisses, libenter te susciperem, et omnes illos honores, et dignitates, et amicilias, guas pater meus antecessori tuo fecit, tibi fecissem. Dominus vero apostolicus mandavit mihi litteris suis preces et admonitiones super quibusdam rebus. Quapropter volo legatos meos Romam mittere, et consilio Dei et baronum meorum domino papæ inde respondere, et hoc requirere quod mihi requirendum est. Et accepto responso a papa, mandabo tibi hoc quod mihi Deus annuerit. Interim autem consentiam quod tu de beneficio Cantuariensis Ecclesiæ convenienter habeas; quamvis hoc invitus facio, quoniam nullum mortalem bominem in regno meo libentius mecum quam te habere voluissem, nisi in te remansisset, teste Roberto episcopo Lincolniensi et Willelmo.

EPIŞTOLA XCV 433.

ANSELMI AD HENRICUM.

Est ad præcedentem rescriptum.

HENRICO, Dei gratia regi Anglorum, et domino suo, L vos in gloriam suam. ANSELMUS, archiepiscopus Cautuariensis, fidelo servitium et orationes.

In litteris vestræ celsitudinis quas nuper accepi mandavit mibi vestra dignatio amicitiam, et quia nullum mortalem hominem in regno vestro libentius habere quam me velietis, si ego vellem ita vobiscum esse sicut Lanfrancus archiepiscopus fuit cum patre vestro. De amicitia et de bona voluntate gratias ago. Ad hoc quod dicitis de patre vestro et archiepiscopo Lanfranco respondeo quia neque in baptismo, neque in aliqua ordinatione mea promisi me servaturum legen vel consuetudinem patris vestri, aut Lanfranci archiepiscopi, sed legem Dei et omnium ordinum quos suscepi. Quapropter si vultis me sic esse vobiscum ut possim vivere secundum legem Dei et or- D dinem meum, et si me revestitis secundum eamdem legem Dei de omnibus rebus quas de archiepiscopatu meo accepistis, postquam a vobis discessi, quas 488 si præsens essem non deberetis me nolente accipere,

A et hoc mibi promittitis, paratus sum redire ad vos in Angliam, et servire Deo, et vobis, et omnibus mihi commissis, secundum officium mihi a Deo injunctum, ipso adjuvante. Siquidem cum nullo alio rege aut principe mortali, volo tam libenter esse aut el servire. Si autem loc nequaquam suscipilis, vos facictis quod vobis placebit; ego vero, Deo annuente, non abnegado legem ejus. Et non audeo, quoniam non debeo tacere vobis quia non solum 402 requiret Deus a vobis quod debet illi regia potestas, sed quidquid pertinet ad primatis Anglize ministerium. Quod onus nimis est *** vobis importabile, nec vobis debet displicere quod dicam. Nulli homini magis expedit quam regi se subdere legi Dei, et nullus periculosius se subtrahit 455 a lege ejus. Dicit enim sacra Scriptura, non ego : Potentes potenter tormenta patientur; et fortioribus fortior instat cruciatus (Sap. vi, 7); quod Deus a vobis avertat ! In responso vestro quod mihi jam bis fecistis, nibil intelligo nisi quamdam, si audeo dicere, quæ nec animæ vestræ nec Ecclesiæ Dei expedit, dilationem. Si ergo ad hæc respondere vestræ voluntatis certitudinem diutius differtis, ego, quia causa non est mea, sed Dei mihi ab ipso commendata, timeo diu differre clamorem ad Deum facere. Quapropter precor, obsecro, ne me cogatis dolentem et invitum clamare : Exsurge, Deus, judica causam tuam (Psal. LXXIII, 22). Omnipotens Deus cito convertat cor vestrum ad voluntatem suam, ut post 456 hanc vitam introducat

EPISTOLA XCVI.

MATHILDIS REGINE ANGLORUM AD ANSELNUM.

Quantum se Anselmi litteræ exhilararint exponit.

Pic recolendo Patri, et digne reverendo domino suo, ANSELNO archiepiscopo, MATHILDIS, Dei gratia regina Anglorum, minima sanctitatis ejus ancilla, perpetuam in Christo salutem.

Indesinenti vestræ bonitati, quæ, mei non immemor⁴⁸⁷, litteris præsentatis, absentis vestri præsentiam exhlbere dignata est, gratias innumeras refero. Tristitiæ quippe nebulis quibus obvolvebar expulsis⁴³⁸, verborum vestrorum me rivulus, tanquam novæ lucis radius, perlustravit. Chartulam quidem a vobis missam loco Patris amplector, sinu foveo, cordi quoad po-sum, propius admoveo, verba de dulci bonitatis vestræ fonte manantia ore relego, mente retracto, corde recogito, recogitata in ipso cordis arcano repono. Uhi digne laudatis omnibus, hoe solum miror quod de nepote vestro excellentia

VARIÆ LECTIONES.

⁴³⁵ Cum sodem ms collata ⁴³⁵ A vobis quas ms a vobis discessi, quas ⁴³⁶ Minus est ms nimis est ⁴³⁸ Subtrahet'ms subtrahit ⁴³⁸ Et post ms ut post ⁴⁵⁷ Mei vero immemor. ms mei non immemor ⁴³⁸ Expulsus ms expulsis

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

est, pleno sermone describit. > Hic autem Gemmeticensis locus ansam præbet monendi lectoris de rerum divinarum humanarumque cognitione, qua excelluit Mathildis, quamque testantur satis hæc et aliæ ejusdem ad Anselmum epistolæ, ne quis existimet suo tantum scriptas nomine. Gemmeticensi calculum adjicit Willelmus Malmesberiensis, lib 1 De gestis reg. Anglorum in hanc sententiam: litteris quoque femineum pectus exercuit. quidquam facere aliter vestris, aliter meis, aliter scilicet meis quam meis; vestri quippe genere sunt, mei adoptione et dilectione; vestra vero scriptura consolatio patientiam mihi corroborat, spem facit et servat, que relevat me cadentem, sustinet labentom, lætificat dolentem, mitigat irascentem pacalque flentom. Es mihi namque frequenter secretoque consulens spondet filiæ reditum Patris, aucillæ domini, ovi pastoris. Spondet autem itidem confidentia quam in orationibus bonoram hominum habeo, et benevolentia quam ex corde domini mei solerter investigans *** perpendo. Est enim illi erga vos animgs compositior quam plerique homines æstiment, qui [f. add. Deo] annuente, ct me qua potero suggerente, vobis flet commodior atque concordior. Quod vobis in præsenti de redditibus vestris fieri permittit, idem et melius ampliusque in futurum, cum ex re of tempore postulaveritis, fieri permittet. Ubi quamvis amplius quam æquum judicem [f. ad. decei] sibi tenest, oro tamen vestræ pietatis affluentiam ut, excluso amarifudinis humanæ rancore, qui vobis inesse non assolet, dilectionis vestræ dulcedinem ab

vestræ discretionis inservit. Non enim mili judice A illo non avertatis, imo vero (25) apud Deum pro ipso et me, et communi sobole, et regni nostri statupium vos intercessorem *** exhibeatis. Valeat vestra semper Sanclitas.

EPISTOLA XCVII 441.

ANAELMI AD MATHILDEM REGINAM. Proximis respondet litteris.

Dominæ reverendæ, filiæ charissimæ, MATHILDI, gratia Dei reginæ Anglorum, Ansaraus, archiepiscopus Cantuarieusis, fidele servitium, et orationes, et benedictionem Dei, et suam, si quid valet.

Gratias ago immensas celsitudini vestræ, amando cam et orando pro ca, pro immensitate sanctæ dilectionis vestræ erga parvitatent meam, quam intellexi in litteris vestris. In quibus satis ostenditis quanto me affectu ditigatis, cum chartulam meam taliter, sicut scripsistis 443, suscipilis et tractatis : ubi etiam adeo me dignatio vestra sublimat, ut quod natura mibi negal, grafia vestra tribuat, com cos qui mei sunt genere, vestros esse adoptione et dilectione pronuntiat. Quod desiderio reditus mei nitimini cor domini mei regis erga me mitigare, facitis quod vos decet "" et quod illi expedire intelligo. Si

VARIÆ LECTIONES.

see Statu vos intercessorem me statu pium vos intercessorem scripsistis me taliter, sicut scripsistis see Quod decet me quod *** Investigavit ms investigans 444 Cum eodem ms collate 446 Taliter scripsistis ms taliter, sicut scripsistis vos decet

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

etc. Communis illa soboles fuit Mathildis Alia cognominis hujus Mathildis Anglorum reginæ, suscepta ex legitimo et pudico Henrici I toro, non incesto concubitu, et Matthæus Paris, Polydorus, et Arnoldus Vuion. lib. 1v Ligni Vice, capite 19 cos secutus imprudentissime, asserunt ex incerto vulgarique rumusculo ; nullum enim habent testimonium certius quam verba : Aiunt nonnulli, perhibent, etc., sicque aiunt e Mathildem inter monaches Wiltonienses et Rumesienses nutritam, virginitate jam dedicata, coactam et agnatorum precibus, et novi regis importuno amore, nupsisso, tunque diris prolem devo-visse, si quam ederet; accidisseque ex gentuicis voto quod Willelmum tilium in Angliam trausfret ntem mare absorbuerit, et sinistri bellorum even-tus cripuerint Angliæ regnum Mathildi filiæ ab Hen-Vuionis judicio integerrimum, tam nefandas conciliasse nuptias? Quare i los ne pili quidem bac in re facio, tum quod, ut diximus, ex plebeia fama, (quæ crebro mendax est) loquantur, tum quod hic quadragintos post Anselmunt, ille centum et viginti annos llenrico III rege scripserit. Præstat igitur audire scriptores rerun gestarum synchronos, et primo Malmeshuriensem bibliothecarium ita lib. v De regibus Anglorum loquentem : « Nec multo post suadentilus amicis, ac maxime pontificibus, ut remota voluptate pellicum, legitimum amplecteretur connubium, die sancti Martini accepit Mathildem, filiam Malcolini regis Scotorum, cujus amori jampridem animum impulerat, parvipendens dotales divitias, dummodo diu cupitis poliretur amplexibus. » Et rursus pag. 92, fac. 2 et 93 : « Ut ignobiles nuptias respuerct (videlicet Mathildis) plusquain semel a patre oblatas, peplum sanctæ professionis index gestavit. Quapropter cum rex susciperet ean thala-

(25) Apud Deum pro ipso, et me, et communi sobole, C mo, res in disceptationem venit, nec, nist legitimis testibus productis qui cam jurarent sine professione. causa procerum velum gessisse, archiepiscopus adduct potuit ad consentiendum. > Sic ille qui ne verbulum quidem habet voti a Mathilde violati, sed ne præstili quidem, ant exsocratæ sobolis, imo legitimum appellavit connubium, et pepli virginei aliquandiu gestati causam reddens graveni non fa-mam popularem. Florent. Wigorniens., Guillelnus Gemmeticens., Henricus Huntidon, zquales Mal-mesberiensi ne de sonnio quidem hujus fabulæ meminere, qui alias de Mathilde breviter et præclare locati sunt. Ipsius quoque Mathildis testimonium, ut suam perseguatur injuriam, præterire religio mihi est; poterit enim audiri non ut accusatrix, sed ut testis. Ait ergo epistol. 55 supra : « Cujus (nempe Amelmi) sum benedictione in legitimum matrimorice relictum. » Egregie profecto divinationes, aut potius iugenia recti devia. Sed ad rem. Quis credat D. Anselmum, virum Matthei Paridis, Polydori et D mor Anselmus ad eamdem rescribens, inquit : « Memor est benigna vestra dignatio in epistola sua quod per mosit vestra celsitudo in conjugium legitimum desponsata, et ad regni sublimitatem me sacranto coronata, » Sic Auselmus cujus verbis si non accredat quis, impudentiam ipsam illum jure vo**citaris**

Sed nec in animum inducere possum virginem sanctissimam et singularis pudicitize, si voto fuisset obstricta, tam nefando consensuram matrimonio. Jam vero quis credat cam male imprecatum soboli, cum Anselini preces his litteris efflagitent pro salute ipsius?

Quod tandem Paris et Polydorus opinantur, ad rem suam facere Willelmi Mathildis filti exitum infelicom, et Angliam Mathildi filiæ ereptam nihil moror, cum ea, quibus maxime incumberent, everterim, contentus Mathildis innocentiam in transitu propugnasse.

nescio me unquam hoc aliquo modo, quantum in me est, mergisse. Et si aliquando illi servivi, ipse scit, et puto quia non tradet oblivioni. Si ergo me aliquatenus odit sine cause, expedit illi ut hunc a se rancorem expellat, ne peccet coram Deo. Promittis mihi quod de redditibus nostris, de quibus aliquantum mihi permittit habere, melius et amplius in futurum permittet; unde benevolentise vestræ non debeo esse ingratus, quia, quantum in vobis est, bona voluntate hoc facitis. Sed non deberet esse opus ut hæc mihi fieret promissio, quia contra voluntatem meam nulla debet mihi de illis fieri prohibitio aut diminutio. Et qui illi consulit ut aliquid inde sibi assumat, non leve peccatum, neque tale quod unquam tolerari debeat, illi consulit. Qui enim episco- B pum suis rebus ita spoliat, nullo modo reconciliari Deo poterit, nisi illi integre omnia sua restituat. Et scitote quia tantumdem est mihi de qualibet parva parte quantum si de toto spoliatus fuero. Non enim hoe dico amore pecunize, sed amore Dei justitize. Orat vestra benignitas ut dilectionem meam a rege non aversam, sed pro illo, et pro vobis, et prole vestra, et regni vestri statu intercedani. Quod ntique hactenus feci; de futuro auteni, Dei me committo dispositioni, apud quem filius non portat iniquitatem patris, nec uxor viri. Et spero in Deo, quia nullum cordis rancorem habeo adversus aliquem unde mecum non habeam Deum. Omnipotens Deus vos el prolem vestram semper in sua gratia custodíat.

403 EPISTOLA XCVIII ***.

ANSELMI AD GUILLELMUM EPISCOPUM WENTONIENSEM. Quod non possit nocere adversario comiti ob injurias sibi ab eodem illatas.

Anselarus, archiepiscopus Cantuariæ, Guillelmo dilecto dilectori suo, electo episcopo Wentoniæ, salutem et benedictionem Del ***, et suam, quantum valet, atque divino semper regi consilio et protegi auxilio.

Nuntius vester causam vestram, pro qua ad nos missus est, reverendo domino et Patri nostro Hugoni Lugdumensi archiepiscopo, et mihi simul, sicut præcepistis, retulit; et ego eidem Patri nostro litteras quas mihi misistis, ostendi. Ipso itaque jubente, n pro illo et pro me in istis litteris respondeo. Utique gaudemus et "gratias agimus Deo pro vestra in veritate constantia, et quia non quærivis consilium, nisi quod Deo placeat *** et honestatem vestram et ordinem, ad quem electi estis, deceat. Rem totam, sicut idem nuntius vobis narravit, quanto diligentius potuimus, adhibitis aliis prudentibus et religiosis 447 viris, pertractavimus, et consilium quod petitis, Deum invocantes ut nos dirigeret, concordi sensu consideravimus. Cujus consilii, in quantum intelleximus, bac

enim ergo me aliquam cordis amaritudinem habet, A est summa, videlicet, utrum de castello quod de comite Roberto tenetis, possitis fratri ejus regi Henrico contra eumdem comitem deservire, propter injustitias quas idem comes vobis facit, sicut man+ dastis. Quod neguagnam coram Deo et coram justis hominibus licite fieri posse intelligimus. Nam, etiamsi vos de hoc absolvit, quod illi debeatis per hominium, aut per fidem 448 promissam, sive per alignam communem conventionem, non vos potuit absolvere de hoc quod Deo et proximo propter Deum debetis per Christianam religionem. Quapropter intelligimus quia non debetis præfatum comitem de hoc quod de illo habetis exhæredare et hæreditatem ejus inimico suo tradere. In hoc quoque vos multum oportet intendere quod nondum vestra dilectio suscepit episcopi consecrationem, et si hoc faceretis quod a vobia rex exigit, nullus posset exstinguere exsecrabilem famam, guia hoc factum esset propter episcopatus; quem perdere timeretis, redemptionem. Quamobrem quoniam providemus bona non tantum coram Deo; sed etiam coram hominibus, avertat Deus lioc a vobis, neque unquam permittat tam pravum exemplum ulla opinione exire de vobis. Quod autem a rege prædictum castellum, sicut homo ejus eratis, accepistis, nullo modo cognoscimus vos ad hoc astringi ut cum codem castello contra comitem uti permittatis, si ei hominium non nisi salvo ordine fecistis. Denique, sicut nullus homo aliquid contra Deum debet promittere, ita promissum auflatenus debet perficere, nec aliquis hoc recte potest exigere. Quedam alia per istum nuntium viva vobis voce refe-

renda mandamus. Salutat vos prædietus dominus et Pater noster, sicut amicus amicum. Vale.

EPISTOLA XCIX.

MATHILDIS REGINE ANGLORUM AD PASCHALLN II PAPME. Gratias agit pro litteris hortatoriis ad conjugem datis:

Summo pontifici et universali papæ PASCHALI, MATHILDIS, Dei gratia Anglosom regina, ita dignitatis apostolicz jura dispensare tomporaliter, ut cum justitiæ manipulis in perpetuæ pacis gaudiis apostolico senatui mercatur ascribi perenniter.

Sanctitatis vestre sublimitati, o vir apostolice, etc. Vide in Paschali II, ad an, 1118.

404 EPISTOLA C +**-+**

ANSELMI AD ORDUVINUM.

Gratulatur monacho sua fama siudioso, quidque obtrectatoribus suis respondent, suggerit.

Ansalmus, archiepiscopus Cantuariensis, fratri et flio charissimo Orbuvne, salutem, et benedictionem.

Gratias ago dilectioni tuze quia sollicitus es de mea fama, et quæris quid respondess faisis calumniatoribus meis quærentibus occasiones adversum me. Dicunt, ut scripsisti mihi, quia prohibeo regem dare investituras; et quod pejus est, permitto ut

VARIÆ LECTIONES.

W Cum codem ms collata 466 Placebit ms placeat. 107 Religiosis me 448 Guentoniæ ms Wenteniæ religiosis viris 468 Aut fidem ms aut per fidem ses_175 Gum eodem ma collata

PATROL. CLIX.

scilicet mali et perversi clerici invadant et vastent A totani congregationem. Sæne enim hoc faciunt divina ceclesias, nec ascendo ex adverso. Dicunt quoque quia ego do ecclesias laicis. Dic eis quia mentiuntur. Non enim ego 478 prohibeo per me a rege dari investituras ecclesiarum, sed quia audiví apostolicum in magno concilio excommunicare laicos dantes illas investituras et accipientes, et qui accipientes sacrabunt, nolo communicare excommunicatis nec fieri excommunicatus. Clericos vero nec volens, sed dolens tolero ecclesias opprimere, et in tantum ex adverso ascendo, ut pro hoc sim in exsilio et rebus episcopatus exspoliatus. Non enim quod objiciunt de clericis fieret, si investituræ, quibus ex adverso ascendo, non fierent. Ecclesias vero non do laicis, cum do eis mea maneria ad firmam; sed commendo ut eas custodiant, non ut clericum in eis ponant aut B inferant, nisi per me, aut archidiaconum nostrum, aut per priorem in maneriis Ecclesiæ nostræ. Nequissime itaque improperant mihi, quia aliena curo, mea negligo, quoniam non hoc dicunt amore veritatis, sed obstruunt os meum loquens pro veritate. Vale.

EPISTOLA CI 476.

۰. ANSELMI AD FRATRES CANTUARIENSES. Quo debeant esse animo Cantuarienses monachi in calamitatibus quas se absente tolerant.

. Anselnus archiepiscopus, fratribus et filiis charissimis in Christi Ecclesia Cantuariæ Deo servientibus, salutem et benedictionem Dei, et suam, quantum polesl.

- Scio desiderium vestrum et tribulationem quam C in præsenti sustinelis, et quia majorem in futuro timetis. De qua re nullum vobis melius potest dari consilium quam ut penitus intendatis in Dei servitium. Sive enim vos probet Deus per tribulationem, sive corripiat, sive exerceat, semper ad hæc debet respondere vestra ad bene vivendum instantia. Per hanc enim quam fortes sitis, et quam vere illum diligatis, monstratis; per hanc illum pacatis, per hanc exercitari ad majora proficitis, ut altiora dona mereamini sicut purçati. Cessent igitar in vobis vaniloquia, exstirpetur omnis detractio, suffocetur murmuratio, exstinguatur impatientia, evanescat inutilium curiositas, expellatur otiositas, annihiletur mussitatio, evacuetur indignatio, et pro qualibet p offensione mentis quiescat commotio, eliminetur negligentia, exterminetur invidentia. Exsecrabile sit quidquid a vestris discordat, amabile sit quidquid monachicis institutionibus concordat; ferveat obedientia, et omnium virtutum, quæ supradictis et aliis repugnant vitiis, studium et diligentia. Scrutetur unusquisque diligenter vitam Isuam secretam et publicam, et pi invenit unde, festinet ad condignam satisfactionem, ne forte pro ejus culpa flagellet Deus

judicia ut magna multitudo perturbetur unius culpa, Unde si nimis longum non esset, exempla plura proferri possent. Finem faciani hujus nostræ allocutionis, quia et plures ex vobis Scripturas intelligitis, et habetis dilectissimum fratrem nostrum dominum priorem Ernulfum 477, qui hæc et alia scit, et potest dicere vobis. Omnipotens Deus dignetur vos ab omnibus malis emendare, et faciat bonis omnibus abundare, et post hanc vitam in suo regno exsultare. Sit super vos Dei benedictio, et tribuat vobis omnium vestrorum peccatorum remissionem. Amen. Reditum nostrum ad vos quando futurus sit ad præsens nescio, sed spero in Deo quia non erit in vanum oratio vestra

EPISTOLA CII 478.

ANSELMI AD QUOSDAM MONACHOS APOSTATAS.

Apostatas monachos in claustrum reversos monet ut non verecundia pænitentiam abjiciant.

Anselnus archiepiscopus, fratribus et filiis charissimis WLFRICO, PHILIPPO, WILLELWO, salutem et benedictionem Dei et suam.

Audivi quia persuasione serpentis antiqui, cujus astutia primos parentes nostros de paradiso ejecit, claustralem paradisum et religiosam conversationem, quantum ad vos, deseruistis, et valde dolui; sed consolatus sum et lætificatus, quia non clausit Deus vohis ostium paradisi, ne ultra in illud intraretis, sed potius vos misericorditer coegit, ut ad requiem relictam rediretis. Si autem pro bac misericordia quam vobis invitis fecit, gratias illi agitis, et non tantum coram omnibus ore, sed etiam coram Deo corde correctionem 479 promittitis, agam vobiscum gratias Deo, et omnem rancorem quem de culpa vestra concepi, expellam de corde meo. Moneo igitur vos, ut 40 filios meos, quatenus illam pravam et diabolicam voluntatem quam habuistis, pœnitenc'o coram Deo de corde vestro penitus expellatis; ne jue occasione alicujus verecundiæ postquam vos Deus ad se revocavit, mentem vestram indiscrete confunda. tis; sed sperantes in hoc quia Deus pœnitentes ber nigne suscipit, in bona voluntate et amore vestri ordinis quiescatis. Solet enim contingere ut, quoniam diabolus, Deo miserante et servum suum defendente, non potest de en quod incæpit perficere, ad aliam se convertat astutiam; et quem, sicut incæpit, dejicere nequit, dejiciat per immoderatæ verecundiæ impatientiam. Coram Deo tantum admiramini quomodo hoc velle potuistis, et erubescite, et coram hominibus ex bona conscientia confortamini, et confidite. Per bonam conversationem ostendite omnem pravam voluntatem alienam esse a vobis; et sic facietis ut nulla memoria sit aliis de hoc quod fecistis, et nulla prava suspicio de vobis.

VARIÆ LECTIONES.

⁴⁷⁵ Non en m quod ego ms non euim ego ⁴⁷⁶ Cum eodem ms collata ⁴⁷⁷ Domnum Ernulphum ms. Domnum riorem Ernulphum ⁴⁷⁶ Collata cum eodem ms ⁴⁷⁹ Deo correctionem ms Deo corde correctionem ⁴⁸⁹ Igit.7 Priorem Ernulphum ut ms igitur vos ut

Omnipotens Deus vos et a præteritis culpis absolvat, A sapienter veritatem vanitati præponenti, fortiter et in futuro sine fine ab omni peccato custodiat. Amen.

405 EPISTOLA CIII **1.

ANSELMI AD WARNERCH.

Ut sanctum propositum non despiciat quod timore mortis incæpit, sed sancto amore in illo proficial; eum curæ ac consiliis Ernulphi prioris committit, consulitque ut legat suam ad Lauzonem epistolam. ANSELNUS archiepiscopus WARNERO salutem et be-

nedictionem Dei, et suam, et bono incoepto optimain subsequi consummationem.

Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in omnibus operibus snis, qui te, fili charissime, in periculo mortis animæ et corporis sua gratia visitavit, et ad utriusque vitam misericorditer revocavit. Cogita et B considera quantum signum suæ dilectionis Deus tibi fecit, cum te non solum fagientem, sed et contennentem se, et sibi ad mortem tham adversantem. ad se redire et sibi velle servire paterna cura coegit. Ne æstimes unquant quod tibi minus valeat quod incæpisti, ideo quia timore mortis coactus, et non spontanea voluntate es attractus. Non enim pensat Deus tantum quo initio vel qua occasione homo bonum inchoat, quantum qua voluntate, qua devotione 400 gratiam Dei impensam sibi servat. Nam Paulus apostolus coactus conversus est ad fidem Christianam; sed quoniam toto corde fidem servavit, et in ea cursum consummavit, repositam sibi coronam justitiæ gaudendo in dictis suis nobis indicavit. Habes tecum charissimum fratrem meun dominum C luum, languam meridiem (Psal. xxxvi, 6). Quia nepriorem Ernulfum præsentem, qui non minus quain ego tibi et scientia et voluntate potest consulere, et te mea auctoritate absolvere. Deo et illi te committo; illi post Deum tu ipse te nostro consilio et nostra jussione committe. Gratia Dei litteratus es; scientiam quam Deus in amore sæculi te permisit acquirere, ad amorem Dei, a quo 483 habes si quid habes, converte, ut pro gloria terrena, ad quam per litteras tuas anhelabas, gloriam æternam adipiscaris, quam aut contemnebas, aut tepide desiderabas. Consuetudines nostri ordinis quem es ingressus, quasi a Deo constitutas studiose serva, quia nulla inutilis est, nulla supervacua. Consulo tibi ut quæras epistolam quam ego feci domino Lanzoni, quando novitius erat (lib. 1, ep. [29). Ibi enim inve- D omnibus gratia Dei custodiri. nies qualiter te in principio conversionis debeas habere, et tentationibus novitium impugnantibus respondere. Absolutionem et remissionem onmium peccatorum tuorum, quantum possum, oro ut Deus tibi tribuat; et sic te in proposito incæpto nutriat, ut te ad gloriam æternam perducat. Amen.

EPISTOLA CIV 444.

ANSELNI AD RAYNALDUM.

Solatur pium vexatum, qui episcopatum, in quem invitus intrusus fueral, pro veritate rejecit.

ANSELMUS, archiepiscopus Cantuariæ, RAYNALDO 488,

gloriam transitoriam pro honestate contemnenti, viriliter paupertatem superanti, salute et gratia Dei semper protegi et 486 confortari.

149

Petit dilectio tua ut aliquam tibi mandem consolationem : quod ego libenter facio, quemadmodum te magis decere et 487 tibi coram Deo prodesse intelligo. Conscientia tua, virlus tua, perseverantia tua sit in conspectu Dei consolatio cordis tui. Fortiter egisti. quando episcopatum, in quem non secundum Deum invitus intrusus es, pro veritate rejecisti. Non intendat cor tuum ut hoc Deus tibi præmium virtutis retribuat quod pro veritate contempsisti. Pretiosior est valde virtus quam servasti quam quod pro illa respuisti. Valde igitur decoloras pulchritudinem tuam coram Deo, si quod vile et transitorium est. in præmium et consolationem exspectas ab eo. Non dico quod episcopatum habere non debeas, aut illum non merueris, sed moneo ut in conscientia tua de gratia in qua te Deus stare fecit, gaudeas, et tribulationem et consolationem tuam solius Dei dispositioni committas. Memento quod Spiritus sanctus dicit : Exspecta Dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine Dominum (Psal. xxvi, 14). Cum sentis necessitates et paupertates circa te fervere, tunc certus esto Deum gratiam suam tibi multipliciter augere. Hanc desidero esse consulationem tuam. in hoc desidero ut confirmes spem tuam. Tunc educet Dominus quasi lumen justitiam tuam, et judicium scio quid Deus de me dispositurus sit, nihil ex me in consolationem audeo promittere, sed voluntatem meam quam mihi Deus dedit et tu meruisti, possum ostendere. Certe si, Deo dante, aliquando opportunitatem habuero, et secundum corpus et secundum animam tibi prodesse desidero. Omnipotens Deus continua sua le protectione et consolatione gaudere faciat, frater mi charissime. Amen.

EPISTOLA CV.

AD GUILLELMUN WINTONIENSEM EPISCOPCN.

Hortatur eum ut qua cœperat animi firmitate in ecclesiasticarum sanctionum observations perseveret.

ANSELNUS archiepiscopus dilecto dilectori suo GUILLELMO, Wintoniensi episcopo, salutem et in

Quamvis per gratiam Dei de vestra confidam constantia, tamen quia indesinenter desidero ut nunquam a rectitudine flectamini, sed semper ad me-. liora proficiatis, ex abundantia cordis delectat me dilectionem vestram exhortari. Omnes qui contra sinceritatem honestatis et justitiæ suggerunt, venenosi serpentes sunt, filii serpentis antiqui. Rogo igitur vos, ut dilectum amicum, et consulo, ut filio charissimo, ut si quis hujusmodi vobis aliquid contra consilium Dei consulere voluerit, nunquam tantum insibilet auribus vestris promittendo, minando,

VARIÆ LECTIONES.

*** Collata cum eodem ms •es Qua dilectione ms qua devotione 483 amorem a quo ms amorem Dei a quo *** Cum eodem ms collata *** Kaynalmo Edit. Pic. Reinaldo 486 Protegi et ma semper protegi 487 Dicere et ms decere et cL

persuadendo. Vos seitis quia Dominus reprobat consilia principum, consilium autem Domini manet in æternum. Hoc ideo dico quia non dubito antiquum hostem quem fortiter in rectitudine perseverando confudistis, multimodis' astutiis inquirere quomodo statum et famam vestro: honestatis possit subvertern, et laudem quam, Deo adjuvante, adepti estis, in derisum, quod Deus avertat, convertere. Nihil nominatim vobis unde caveatis, significo, quia nihil quod aliquatenus honestatem decoloret, coram Deo parvipendendum existimo. Omnipotens Deus sic vitam vestram semper et ubique in omnibus protegat et muniat, ut nullo modo aliquis hostis vester de aliquo nævo pulchritudinis vestræ rideat. Amen.

406 ÉPISTOLA CVI 488.

ANSELMI AD GUNTERIUM CANONICUM S. QUINTINI.

Eum licet quietis amantissimum, tamen, si electus est. debere fratribus ver obedientiam servire et abbatis onus subire.

ANSELNUS servus Ecclesiæ Cantuariensis, dilecto fratrilet amico 460 GUNTERIO canonico Sancti Quintini, solutem et Dei semper regi consilio.

Sicut audio, cum fratres vestri Bellovacenses canonici Ecclesiæ Sancti Quintini non temere, sed ob multas rationes dominum Odonem ***, qui modo vester abbas dicitur, volunt ab hac prælatione removere, et vestram fraternitatem loco ejus substituere; sed timent 491 ne vestra religio propter amorem quietis quam nunc habetis, non velit intentioni corum facile consentire. Quoniam ergo sciunt vos C meam humilitatem diligere, et sperant vos plus meo quam quorumdam consilio credere, rogant me quid inde sentiam vestræ charitati ostendere. Utique, si in corpore Christi invicem sumus alter alterius membra, et maxime in una religiosarum personarum Ecclesia, qui non permittit nec vult ut alia membra et totum corpus se utantur ut suo membro, non video quomodo possit se probare membrum illius corporis; et si corpus illud est corpus Christi, quomodo se ostendat esse membrum Christi. Est et aliud, quia nemo, si recte se tractat, sibi seli vult vivere; sed sicut desiderat et credit, si membrum Dei est, omnia commoda aliorum membrorum sua erunt in futura vita; ita debot velle ut si quid boni D Cur eis non possit concedere ni ad ipsum veniant. est in se, aliorum sit in præsenti vita. Consulo igitur, quantum in me est, et precor, frater et amice charissime, ut si tota vestra congregatio, vel melior pars, consilio reverendorum episcoporum Ivonis Carnotensis et Galonis Parisiensis ***, qui Patres vestri fucrunt et vos nutriverunt, vos instanter elegerit ad hoc quod supra dixi, ne omnino refugiasis neque impersuasibilis existatis. Utilius enim vobis esse existimo, si quietem contemplationis per amorem

Llandiendo, rogando, ut mentem vestram invenenet A servatis io mente, et obedientiam fraternæ charitatis in opere; quam si solam contemplationem, aliorum contemnendo preces et utilitatem, velitis eligere. Vale.

EPISTOLA CVII.

ANSELNI AD WATHILDEN REGINAN ANGLORUN. De benevolo reginæ erga se animo.

Dominæ et filiæ in Deo dilectæ Mathildi, reginæ Anglorum, ANSELMUS, archiepiscopus Cantuariæ, salutem et benedictionem Dei, et suam, quantum potest, et fideles orationes cum servitio.

In litteris suis celsitudo vestra tantum me lætificavit quantum de se bonam spem dedit. Solet enim esse certa spes correctionis humilis susceptio correctionis et monitionis. Gratias igitur ago Deo qui dat B bonam voluntatem vobis quam in responsione vestra mihi significastis; et gratias ago vobis quia cam dulci affectu servatis. Unde oro Deum ut quod ipse vobis misericorditer inspirat, conservet et augeat, quatenus cum anima vestra de corpore cxiens ante conspectum ejus præsentabitur, felicitatis æternæ præmium ab eo suscipiat. Si vestra pradentia egeret doceri qualiter ut Deo placeretis deberetis vivere, studerem secundum posse meum hoc ostendere. Sed quoniam, Dei gratia, vos mentis intellectu inter bonum et malum non ignoro discernere, hoc rogo, hoc precor, hoc moneo, ut hoc sit vestri cordis indeficiens propositum, quatenus in omnibus actibus vestris, magnis et parvis, hoc potius eligatis quol magis Deo placere probatis. Satis pio et dulci affectu in eisdem litteris significastis vos meum in Angliam reditum desiderare; verum neque video illum in cujus potestate maxime est reditus meus quantum ad hominem pertinet, in hoc voluntati Dei concordare, neque animæ meæ expedit ab ea discordare. Et times ne tarde intelligat se a recta via deviasse, consilium Dei spernendo, et consilia principum, quæ Dominus reprobat, sequendo. Certus tamen sum quia aliquando intelliget. Omnipotens Deus vestram excellentiam et meam parvitatem aliquando de mutua visione secundum suam voluntatem lætificct, et in vobis gratiæ suæ dona multiplicet.

EPISTOLA CVIII ***.

ANSELMI AD FARMANNUM, ORDUVINUM ET BENJAMIM.

Singulis autem eorum difficultatibus respondet.

Ansalaus archiepiscopus charissimis filis FAR-NANNO, ORDUVINO EL BENJAMIN, salutem et beuedictionem Dei, et suain.

Scio, filii charissimi, quia dilectionis abundantia facit vos desiderare meam præsentiam, ut et quod corde geritis, sicut filii patri, aperiatis, et consilium singulis angustiis vestris accipiatis. Sed, quamvis houum sit habere bonum zelum et laudabilem, ta-

VARIÆ LECTIONES

••• Cum eodem ms collata 489 Amico G. ms amico Gunterio *** Dominum O. ms dominum Odancun ** Sed tamen ms sed timent 499 Episcoporum Carnotensis et Parisiensis me Episcop. Yvonis Carnotensis et Galonis Parisiensis. 493 Cum eodem ms collata

acceptabile. Vultis habere a me licentiam ut ad me veniatis, sed pro certo verum est quia difficilius, imo impossibilius boc est, quam vos 404 cognoscatis; via nimis longa, gens extranea, iter periculosum; monachi de eadem terra capiuntur, male tractantur, equi, et si quid habent, auferuntur. Pecunia magna necessaria, labor gravis, exordinationes multæ; uti-L'tas non adeo magna, ut alii me non judicent reprebonsibilem, si ad hunc assensum exhibeo me facilem. Si mala quæ flunt in Anglia et in Ecclesia, quæ videtis et auditis, mihi vultis notificare, satis scio, nequeo corrigere; Deo dicite, et ut ipse corrigat exspectando orate. Si consilium de animabus vestris vultis quærere, habetis vobiscum venerabilem fratrem et filium nostrum dominum priorem Ernulfum, virum spiritualem, in quo et bona voluntas, gratia Dei, abundat, et sapientia; quem vobis pro me, quasi alterum me, dimisi. Ad illum quasi ad me recurrite, illi velut mihi vos credite 498; illum, sicut me, suscipite. Hoc etiam concedo de 496 domino ep'scopo Gondulfo, si quis voluerit. Tibi dico, fili Farmanne, qui ideo petis licentiam alibi conversandi, quia in tot perturbationibus animam tuam salvare nequis, ut dicis, non decet ut quandiu vos non possum regere nec colligere, incipiam vos dispergere. Non ergo est consilium nt aut tu boc petas, aut ego faciam. Denique si uni aut duobus concedo, aut exire de Ecclesia, ut alibi conversetur; aut exire de reguo, ut adme veniat, tot sunt qui similent o habent causam, ut non sine magno s. audalo, aut sine magna dissolutione fleri possit. Habeat igitur, qui hoc vult, cam discretionem, et patientiam quam habent alii, ut paziter in patientia vestra possideatis 407 animas vestras. Tibi quoque fili Benjamin, qui sine me 497 adjuras terribiliter, et obtendis perditionem animæ tuæ, ostendo ut illi cujus auimze debeo et volo consulere, quia tam indiscretam rem non debuisti facere, veque animæ meæ et animæ tuæ tam grave periculum opponere. Cum enim animam impellis, quantum in te est, in tantum periculum, certus esto quia non est hoc animæ tue salubre consilium. Quod petis nulla ratione fieri potest. Indiscrets et inordinata temeritate forsitan fieri posset. Non enim est rationabile sequi quocun- D que nos impetus animi, etiam bona intentione,

men si non est secundum scientiam, non est Deo A impellit sine discretione. Nequeo intelligere animam tuam in periculo esse perditionis si mecum loqui non potes. Nam si essem ubi nullatenus accodere posses in hoc mundo, aut in altera vita, non tamen de salute animæ tuæ tibi desperandum esset. Precor igitur et consulo, fili charissime, ut sustineas sine scandalo animæ tuæ Dei dispositionem; et secundum quod vides eum nos et quæ ad nos pertinent, ordinare, stude te ipsum, sicut discretus et qui spem habet in Deo, salvare. De hoc quod tu, frater et fili Orduvine 400, obtendis mihi quia non redeo in Angliam, scito quia non fugio mortem, non abscisiones membrorum, non quælibet tormenta, sed peccatum et ignominiam Ecclesiæ Dei, et maxime Cantuariensis. Si enim ita rediero ut apertum non sit quia rex me spoliare, et res Ecclesiæ milij commissas invadere, sicut fecit, non debuit, con-Armabo pravam, imo servilem et pessimam consuetudinem mihi et posteris meis, meo exemplo, quod Deus avertat a me. Nisi erge peccatum suum cognoscere, et Deo satisfacere de hoc quod in me peccavit et peccat, voluerit 499; ut nec ipse, nec successor ejus mihi aut successoribus meis, meo exemplo, dicere possit se hoc facere per consuetudinem nullatenus intelligo, neque aliquis rationabilis intellectus, guomodo ei concordare, aut ad eum redire possim ad honorem Dei, et Ecclesiæ nostræ, et salutem animæ meæ. Si fit mihi quod fieri debet, faciam quod debeo ad honorem Dei. Pax Domini qua exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelliaentias vestras (Philip. 17, 7).

EPISTOLA CIX.

ANSELMI AD BENRICUM BEGRM ANGLORUM.

Corripit regem quod pecuniam inique exigeret a presbyteris Angliæ violatoribus concilii Londinensis ab Anselmo habiti, cum hanc culpam vindicare non pertineat nisi ad episcopos.

HENRICO, suo charissimo domino, gratia Dei regi Anglorum, Ansalaus, archiepiscopus Cantuariæ, Adeles orationes cum Adeli servitio.

Ad me pertinet, si sudio quod faciatis aliquid quod animæ vestræ non expediat, ut hoc vobis non taceam, ne, quod Deus avertat, Deus irascatur et vobis, si facitis quod illi non placeat, et mihi pro taciturnitate mea. Audio quod vestra excellentia vindictam excreet super presbyteros Angliæ, et forisfacturam (26) exigit ab eis, gula non servaverunt

VARIÆ LECTIONES.

Qui me ms qui sic me ⁴⁹⁸ Frater Orduine ms frater et fili O duine ⁴⁹⁹ Etiam de ms etiam concello de ⁴⁹⁹ Peccavit, voluerit ms peccavit 197 Qui me ms qui sic me el peecal, voluerit

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(26) Forisfacturam exigit. Forisfactura, forisfactio et forisfactum vulgo synonyma sunt. Hic autem forisfactura significat multain pecuniariam a principe vel judice delinquenti impositam, Amende en punition du forfait. Et sic quidam hic accipi suadent Anselmi verba hæc : c Dico enim vobis quod valde timere debetis quia pecunia taliter accepta (ut taceam quantum noceat animæ) non tantum, cum expendetur, a ljuvabit terrena negotia, quantom perturbabit.

Sic rursus usurpatur in legibus Willelmi Nothi, apud Roger. Honed., pag. 542, fac. 2 : « Quod si, inquit, aliter fecerit, solvat satisfacturam. . Et pag. sequenti : « Reddatur de rebus hominis illius, qui calumniatus est, quod dicitur acapus, et insuper regi forisfactura. » Et folio 345, pag. 2 : « Sacea est, quod si quislibet nominatim aliquem de aliquo calumniatus fuerit, et ille negaverit, forisfactura probationis vel negationis si evenerit, sua erit. »

præceptum concilii quod ego cum vestro favore A tenui apud Londoniam cum aliis episcopis et religiosis personis. Quod hactenus inauditum et inusitatum est in Ecclesia Dei de ullo rege et de aliquo principe. Non enim pertinet secundum legem Dei hujusmodi culpam vindicare, nisi ad singulos episcopos per suas parochias; aut si et ipsi episcopi in hoc negligentes fuerint, ad archiepiscopum et primatem. Precor igitur vos, sicut charissimum dominum, cujus animam diligo plusquam præsentem vitam corporis mei, et consulo sicut vere fidelis corpori et animæ vestræ, ne vos, contra ecclesias'icam consuctudinem, tam grave peccatum committatis; et si jam incepistis, ut omnino desistatis. Dico enim vobis quod valde timere debetis quia pe- R cunia faliter accepta, ut taceam quantum noceat animæ, non tantum cum expendetur adjuvabit terrena negotia quantum postea perturbabit. Denique vos scitis quia me in Northmannia in pacem vestram suscepistis, et de archiepiscopatu meo me resarcivisils; et quia cura et vindicta talis offensæ maxime pertinet ad archiepiscopatum, quoniam plus sum episcopus pro spirituali cura quam pro terrena possessione. Omnipotens Deus sic et in hoc et in aliis actibus vestris dirigat cor vestrum secundum voluntatem suam, ut post hanc vitam perducat vos ad gloriam suam.

EPISTOLA CX ***.

ANSELNI AD ERNULFUN PRIOREM ET FRATRES CANTUARIENSES-

Excusat se quod tardius eos certiores fecerit de conventu inter se et regem, in quo rex revestivit eum de archiepiscopatu, rebus Ecclesia Cantuariensis omnibus restitutis. Nec tamen Anselmus in Angliam intrare vult donec legatus regis Roma redierit. Interim reddita usus polestate privat omni beneficio ecclesiastico omnes sacerdotes qui feminas tenebant.

VARIÆ LECTIONES.

⁵⁰⁰ Cum codem ms collata ⁵⁰¹ Negligentize, sed opportunitatis quam monstras, opus non est absentia. ms negligentia, sed opportunitatis, quam monstrare opus non est, absentia. ⁵⁰⁹ Ad ambiguitatem ms in ambiguitatem

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

Et in titulo De iis qui pacem per breve regis habent, et proxime apposito titulo : « De istis octo libris rex habeat centum solidos, et consul comitatus, qui tertium habet denarium forisfacturæ, quinquaginta solidos. » Iterumque titulo De latronibus pro latrocinio interfectis : Ab ipso vero die in quindecim dies reddat interfector episcopo tres forisfacturas. » In eamdem acceptionem videtur quadrare locus cap. 18, distinct. 2, Cursus Northmanniæ ms. in nostra bibilotheca sic : Ad ducem pertinent omnes forisfacturæ mobiles. Forisfacturæ autem mobiles sunt catallia, seu mobilia eorum qui per judicium damnati sunt. Sic Northmanni nuo cursu.

Præterea aliquando forisfactura usurpatur pro ipso scelere, seu peccato aut vi facta alteri, ut titulo De temporibus et diebus pacis domini regis earumdem legum Willelmi : Rex constringet malefactorem, ut emendet, cui forisfacturam fecit.

Ibidem etiam forisfactum synonymus positum est juxta posterius forisfacturæ significatum, his verbis : Si quis forisfactus regis misericordiam pro forisfacto poposcerit.

Joannes Gerson tractatu contra obscenissimum

Et comiti de Mellento, qui Ecclesiæ sunm favorens promiserat, ecclesiæ introitum permittit.

ANSELNUS archiepiscopus, fratribus et filiis charissimis, domno priori ERNULFO, et aliis sub illo Deo famulantibus in Christi Ecclesia Cantuariæ, salutem et benedictionem Dei, et suam, quantum potest.

Quod tam diu distuli scribere vobis, de hoc quod convenit inter regem et me in vigilia sestivitatis sanctæ Mariæ Magdalenæ, non fuit negligentia, sed opportunitatis, quam monstrare opus non est, absentia 501. Scitote quia rex me revestivit de archiepi-copatu nostro, et promittit se redditurum quod de nostris redditibus hactenus accipit. Quod ipse cum magna lætitia et bona voluntate se ostendit facere; et omnes qui cum eo sunt, se clamant in le gaudere. Sperat enim rex inter dominum papam es se tantam concordiam ante diem Nativitatis Domini futuram, ut ego utrique possim in Anglia concordare sine offensione. Qua de re ipse legatum suum Romam mittere disponit, ut ante nominatum terminum rei certitudinem accipere possit. Sed quoniam res nondum est in ea pacis et concordiæ inter eos certitudine solidata, ut sine dubietate, si modo in Angliam'intravero, confidam me in pace ibi remansurum, elegi potius ad tempus extra Angliam manere, donec legatus præfatus redeat Roma (ita ut interim et res archicpiscopatus in mea sint potestate, et homines nostri sint in quiete), quam ad præsens me in amhiguitatem ses ingerere, ne forte iterum per discordiam implacabilem necesse sit me de Anglia exire. Equidem existimo banc mei reditus dilationem nullatenus nocituram ad perfectam concordiam quam speramus futuram. De preshyteris, et quibus rex præcipit ut et ecclesias et feminas habcant, sicut tempore patris sui et Lanfranci

Joannis Magdunensis carmen, quod vulgo Roman-tianum de rosa dicitur, et hoc vocabulo utitur, inducens pudicitiam ita supplicantem, ut, inquit, remedium ponatur, et brevis provisio de innumerabilibus forisfactis quæ mihi intulit, necdum inferre cessat. Eo quoque accedunt verbum forisfacere, et forisfactus participium, educta ex vernacula nostra lingua forfaict, forfaire, forfaicture, peccalum, peccare. Videtur enim ab adverbio foris deduci, ita ut forisfacere sit quasi extra facere, quod peccatum homines foris vel extra jus et æquum faciat seu ejiciat. Possemus et hujus compositionem referre ad voculam monosyllabam for, quæ crebro significat male, et forisfacere, malefacere. Harum autem litterarum et mulctæ pecuniariæ ab Henrico dictæ clericis violatotoribus concilii Londinensis, meminit Malmesbu-riens in Anselmo. Porro ex Northmannia hanc epi-stolam fuisse datam anno 1107 colligitur ex Florentio Wigorniensi, et Matthæo Paride, qui colloquium in Castro Aquilensi (ut Anselmus designat epistolam 112 sequenti) habitum inter regem et archiepiscopum, hoc anno recensent. Confer epistol. 111, 112. 115.

archiepiscopi habuerunt, et quia rex me resarcivit A mendavit, et regno vestro, in pace vestra celerius de toto archiepiscopatu, et quia tempore patris ejus et ejusdem archiepiscopi in concilio prohibitum est tam exsecrabile conjugium, fiducialiter ea, quam ex archiepiscopatu habeo, auctoritate præcipio non solum in archiepiscopatu, sed etiam per totam Angliam, ut omnes sacerdotes qui 408 feminas tenuerint, ecclesiis et omni ecclesiastico beneficio priventur. Dominus papa nuper mandavit comiti de Mellento salutem et benedictionem suam, hac videlicet conditione si libertati Ecclesiæ voluerit favere, cui hactenus visus est resistere. Sin autem ab introitu ecclesiæ tantum illum arcebat, sicut fecerat prius de illo et de aliis complicibus ejus consiliariis regis, in litteris quarom exemplar misi vobis. Sed quoniam idem comes promisit mihi se conaturum B ul rex papæ præceptis odediat, permisi ei introitum occlesiæ, a quo detinebatur. De aliis vero nec aliquis nominatur in præfatis litteris, nec ego ullum certe possum nominare; et omnes, sicut audio, ad concordiam inter papam et regem nituntur. De bis qui investituras acceperunt, et de consecrantibus cos, nulla est mutata sententia. Gratias agimus Deo quia vos, domine prior, siout mandastis, de ægritudine vestra convalescitis, et oramus Deum ut vos in integram sanitatem restituat. Omnipotens Deus vos semper sua gratia protegat, semper ad meliora crescere faciat, fratres et filii charissimi.

EPISTOLA CXI "".

ANSELMI AD HENRICUM REGEM ANGLORUM.

C Nez displicere sibi longiorem regii legali moram altra datum tempus Romæ faciam, sed snam a grege diuturniorem absentiam : maxime cum rex nullum præstitnat lerminum,

Suo charissimo domino llansico, glorioso regi Angiorum, Ansaluus, archiepiscopus Cantuariæ, fidele servitium cum orationibus.

Quia vestra magnitudo me in suls litteris tam honorifice, tanto bonze voluntatis affectu salutat. gratias magnas ago, sicut debeo. Quod autem tam suppliciter me rogatis ut non mihi displiceat quod legatus vester Romam mittendus tantum moratur. vique vestram precem, quantum in me est, contemnere non debeo, sed causa magis est Dei quam mea; unde corde fideli et benigno animo vobis dico quod tacere non debeo. Mihi quidem aliquid displi. D convocatis secum pluribus religiosis et obedientibus cere 504, nisi cum propter Deum displicet, non est magnum; sed displicere Deo aliquid nullatenus est contemnendum : utique non parum displicet Deo episcopum spoliari rebus suis, quod jam Deo vobis inspirante correxistis. Sed episcopum segregari a suo officio, et Ecclesiam a suo episcopo sine causa quam Deus approbet, nimis grave judical. Expedit itaque animæ vestræ quatenns satagatis "" ut ego. qualiscunque sim episcopus Ecclesia, quam Deus 507 vestræ regiæ potestati custodiendam com-

restituar, et mihi opportunitas utendi secundum possibilitatem meam officio pro quo ibi positus sum," diutius non impediatur. Valde quoque mihi timendum est ne Deo displiceat, et me dominus papa juste reprehendat, quia, postquam vos et ego simuit convenimus apud castrum quod vocatur Aquila, in tam longo tempore non illi misi legatum nostrum, per quem quid de tanta re inter nos factum et quid peragendum sit cognosceret, et ego ejus consilium et jussionem acciperem. Quapropter periculosum est mihi diu exspectare vestrum, legatum, quem ante proximam Nativitatem Domini, sicut in verbis vestris intellexi, Roma scilicet rediturum speravi, præsertim cum, nescio quo consilio quave ratione, nullum terminum modo constituatis. Quoniam igitar plus debet mihi esse de hoc quod ego Ecclesiæ mihi commissæ præsens esse nequeo, quam de ulla terrena possessione, precor ut mihi aliquem proxinum terminum nominetis per litteras vestras, quando possim legatum vestrum Romani iturum exspectare, quia ego non audeo differre, ut multum dicam, ultra proximam Nativitatem Domini, quin meum legatum mittam. Vale.

EPISTOLA CXII.

ANSELMI AD- GUNDULFUM EPISCOPUN, ERNULFUM PRIOREN, ETC.

Confirmat anathema in presbyteros feminas habentes juste a suo archidiacono pronuntiatum.

Anselmus archiepiscopus, reverendo Gundulfo episcopo, et Ennulro priori, et archidiacono Cantuariensi WILLELMO, et omnibus in sua parochia religionem sui ordinis amore Dei servantibus, salutem.

Nuper relata est mihi Deo exsecrabilis et omnibus Christianis odibilis superba quorumdam (qui se sacerdotes nominant) præsumptio. Scripsit namque. mihi archidiaconus noster Willelmus quia nonnulli preshyteri, qui sub ejus sunt custodia, iterum repetentes prohibitas feminas in immunditiam, a qua salubri consilio et jussione abstracti fuerunt, se revolverunt. Quod cum idem archidiaconus vellet corrigere, omnino ejus monitionem et susceptibilem jussionem nefanda superbia contempserunt. Qui sacerdotibus, superbos et inobedientes gladio dignæ excommunicationis percussit. Quam excommunicationem bestiali insania contemnentes, ministerium sanctum polluere, quantum in ipsis est, non formidant. Quapropter ego Anselmus, quamvis peccator, archiepiscopus, ea auctoritate quam mihi dedit per archiepiscopatum Deus Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, confirmo eamdem excommunicationem, quam feeit idem archidiaconus, usque ad satisfactionem ejus judicio suscipiendam.

VARIÆ LECTIONES.

sos Cum codem nes collata *** Aliud displicere ms aliquid displicere ses Satagitis ms satagatis see Qua. sor Quod Deus ins quam Deus icunque ms qualiscunque

EPISTOLA CXIII ***.

ANSELNI AD GUARNERIUM.

Eum loudat ob sanctum paterni reditus desiderium, simulque monet esse ordinis observantissimum.

ANSELHUS archicpiscopus, GUARNERIO, fratri et filio nharissimo, salutem et benedictionem Dei, et suam

Pro dilectione quam in litteris tuis erga me intellexi, et pro desiderio reditus mei gratias ago tibi, sicut fratri et filio dilecto. Reditum quidem, Deo annuente, non differam, quando ipso disponente intelligam me illum posse rationabiliter facere. Te autem, et illum cujus animæ curam Deus mihi commendavit, studiose monco, ut non sis negligens ordinem quem accepisti *** discere et custodire, sed sis intentus todo corde ad ea quæ pertinent ad per-B fectionem monachi proficere. Verum enim est quia sì monachus novitius in suo proposito fuerit tepidus, aut vix, aut nunquam in religione monachica erit fervidus. Qualem igitur te desideras inveniri in diebus obitus tui, talem te quotidie stude exhibere; et semper quasi eras moriturus, hodie te præpara ad reddendam rationem vitæ tuæ, et sic de virtute in virtutem proficies. Dominus te dirigat et custodiat.

409 EPISTOLA CXIV ^{\$10}.

ANSELMI AD HENRICUM REGEN ANGLORUM.

Ad regemmittit Gislebertum Beccensem, cui tuto possit credere sibi renuntianda. Paschalem pronuntiat canonice electum, et allerum esse sedis apostolicæ invasorem.

HENRICO, charissimo domino⁸¹¹ suo, gratia Dei regi Anglorum, ANSELMUS archiepiscopus Canturiæ, C tidele servitium cum orationibus.

Præcepit mihi celsitudo vestra in litteris suis quatenus sibi aliquem de familiaribus nostris mitterem, cui familiariter credere posset ea quæ mihi mandare vellet. Mitto igitur fratrem nomine Gislebertum, monachum Beccensem, familiarem meum, cui sicut #19 mihi credere potestis quod mihi mandare placuerit. Qui etiam notificabit vobis quomodo dominus Balduvinus 818 et Willelmus jam iter Romæ ingressi fuerant, quando vestram suscepi epistolam; et quod audivimus de apostolico Paschali, et de illo qui sedem ejus per rapinam dicitur invasisse. Iloc tantum dico quia apostolicus Paschalis secundum Deum ecclesiastice est electus, et per totam Ecclesiam catholicam jam susceptus et confirmatus. Ille vero invasor, de quo fama est, nullam habet electionem aut susceptionem, nisi a filiis diaboli inimicis Ecclesiæ Dei. Quapropter exspectamus ut super eum cadat, si nondum cecidit 814, quod dixit Dominus : Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur (Matth. xv, 13). Nec moveri debet aliquis Christianus, si persecutionem

A patitur Ecclesia Christi, quod idem ipse passus est, et eamdem Ecclesiam passuram prædixit: In mundo, inquiens, pressuram habebitis (Joan. xvi, 33); quam confortat subjungens : Sed confidite, ego vici mundum ³¹³ (Ibid.). Omnipotens Deus sic vos faciat in hac vita regnare super Anglos ut in futura regnetis inter angelos.

EPISTOLA CXV ⁸¹⁶.

ANSELMI AD G ... ABBATEN.

Electo in episcopum consulit ut servata obedientia animus ejus tantum onus fugiat. Iis vero qui hunc elegerunt, consulit ut ipsum quia dignior est, cogant ad onus suscipiendum.

Domino et Patri charissimo, reverendo abbati G. frater ANSELNUS, semper quæ Deo placita sunt velle et facere.

Dignatur vestra prudentia meze parvitatis scire consilium de re de qua agitur; unde primo oro omnipotentis Dei benignam clementiam ut ipse totam rem in beneplacito suo disponat. Nostrum autem consilium, quod utinam de vultu Dei prodeat, hoc est quod melius possum intelligere. Illi quidem consulo ut, quantum potest, servata tamen obedientia et pia mansuetudine, animus ejus tantum onus fugiat. Vobis autem et aliis, ad quos hoc pertinet, consulo quia non video de quo melius possit esse, ut illum rogando, præcipiendo cogatis, quatenus et ejus conscientia securior sit in conspectu Dei, cum non nisi solo timore Dei et obedientia sancta se provectum conspiciet, et Deus quasi ex debito ad bonum anem perducat quod propter se solum incoeptum intelliget; et vobis a ^{\$17} supernorum Judice retribuatur, quia pia sollicitudine Ecelesiam Dei per membra ejus sustentare satagitis. Vale.

EPISTOLA CXVI ⁵¹⁸. ANSELMI AD ODONEM.

Ipsum ad purioris vitæ genus sectandum, jam accensum magis accendit. Vota eundi Roman vel Hierosolymam complentur in professione monastica.

Domino et fratri in Christo dilecto, Odoni, frater Anselnus salutein.

Si vestra dilectio, adhuc amore mundi gravata, spinosis sollicitudinibus divitiarum ejus laboraret, oporteret ad mentem ei reducere verba Domini dicentis : Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati D estis, et ego vos requiescere faciam. Quoniam vero jam prospiciens quia mundus transibit et concupiscentia ejus, jam non diligit mundum neque ea quæ in mundo sunt, sed quæ sursum sunt quærit, non quæ super terram, nihil convenientius illi dicendum video quam quod scriptum est : Fili, ne differas converti de die in diem; et : Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare. Ad quam rem fraternum nostrum esse paratum obsequium, certum sit vobis

VARIÆ LECTIONES.

⁸⁰⁸ Cum eodem ms collata ⁸⁰⁹ Quæ accepistis ms ordinem quem accepisti ⁸¹⁰ Cum eodem ms collata ⁸¹¹ Domino Regi ms Domino suo, Gratia Dei Regi ⁸¹³ Cui sie ms cui sient ⁸¹⁹ Baldeninus ms Balduvinus ⁸¹⁴ Non cecidit ms nondum cecidit ⁸¹⁵ Vicinandum ms vici mundum ⁸¹⁴ Cum eodem ms collata ⁸¹⁷ A vobis ms vobis a ⁸¹⁸ Cum eodem ms collata

signum hæc nostra brevis cpistola. Qui voverunt se A ituros Romam vel Hierusalem in sæculo, si ad ordinem nostrum venerint, et devote et obedienter se habuerint, omnia vota sua quascunque voverant. compleverunt. Quippe qui se in partem Dei per vota tradiderant, postquam se Deo totos tradiderint, totum in partem postmodum non habent redigere; nisi qui quod Deo obtulerunt, sibi velint in proprietatem subripere, et ita non solum indevoti, imo rei fiant tam suæ ⁸¹⁰ abrenuntiationis, quam professionis, et suæ ipsorum damnationis.

EPISTOLA CXVII ***.

ANSELMI AD ERNULPUN PRIOREM ET WILLELMUN ARCHI-DIACONUM.

Ul Robertum, relicio Judaismo, amplectentem Christianismum perbenigne excipiant et juvent.

ANSELNUS archiepiscopus, domno priori ERNUL-FO (27), et archidiacono WILLELMO, salutem et #21 benedictionem Dei.

intimo cordis affectu mando vobis et precor religionem vestram ut ea hilari pietate et pia hilaritate qua omnes Christiani debent occurrere et aubvenire de Judaismo ad Christianitatem fugienti, curam see habeatis hujus Roberti, ne ulla indigentia vel occasioue, quam avertere possimus "", cogatur pœnitere, qui propter Christum parentes suos et legem eorum reliquerit. Valde enim ignominiosum est Christianis, et maxime religiosis personis, ut hoc negligentia et durilia sua fleri patiantur in præsentia sua. Ordinate itaque vos, domne prior, de elecmosyna, non per servientes (qui plus quærnnt quæ sua sunt quam quæ Dei sunt), sed per monachum eleemesynarium; et vos, domine Willelme, cx his quæ mihi cx archidiaconatu servaro debetis, quatenus ille cum fami-B liola sua nullam duram patiatur indigentiam, sed

gaudeat se de perfidia transiisse ad veram fidem; et probet ex ipsa nostra pictate quia fides nostra propinquior est Deo cuam Judaica. Malo enim, si ne-

VARIÆ LECTIONES.

*** Tuam suze we tam suze HI Et gratiani mis et benedictionem . 515 Fu-*** Cum eodem ms collata gientis curam ms fugienti, curam *** Avertere possumus me avertere possimus,

WANNIS PICARDI NOTÆ

(27) Domino priori Ernulfo, priori scilicet Ecclesiæ Cantuariensis, post Henricum Beccensem monachum, ad quem sunt epistol. 49, 54, 58, 64, lib 1, nec non aliquot lib. 11 et 111. Ernulfus autem, licct sic scribatur epistol. 80, 82, 90, 101, 110 hujuslibri, et lib. 11 De gestis Anglorum pontif. auctore Guillelno Maimesberiensi. Attamen in ms. tabulis nontris, Roger. Honed. Annal., Florentii Wigorn. Chronic., et epistol. 31 Ivonis Carnoteusis scribitur Arnulfus C in hanc sententiam : Arnulfus Belvacensis, monasterii Sancti Symphoriani monachus, vir prudens et religiosus, simili de causa, relicto monasterio (sic enim ilic legendum est, non Canturiense, ut constat ex locis superioribus) monasterium regit. D. autem Symphoriani monasterium a Drogone 43, Bellovacorum pontifice conditum fuit ad austrum in colle, ex ad-verso portæ urbanæ, cui D. Joannis nomen est. Porro locus Ivonis patria quidem Bellovaci (sed agnominati Carnotensis ob pontificatum a se Carnuti gestum) et Arnulli coætanei expungit quædam in duobus scriptoribus Anglis, et cumprimis Malmesberiense bibliothecario supra di ente Arnulfum prius egisse monachum in cœnobio S. Luciani a Bellovaco passus circiter triginta distanti contra septentrionem in conspectu præterfluentis Tarm amnis. Sed id perfacile dabitur bibliothecario, qui forte, cum accepisset Arnulfum prius exstitisse monachum Bellovaci, potius in Lucianico, utpote longe autiquiori et cele- D ribus Anglis, testes deprehensi, æstuantes et de briori quam Symphorianico suspicatus est, Balæus cent. 11, ut suam Angliam furtivis decoret pennis, archiepiscopatu Lugdunensi tributo a Jacobo Berpræcise negat eum fulsse Bellovacum, refragantibus Ivone et Guillelmo Malmesberiensi, Arnulli contemporaneis, nec non Anselmo nostro sic finicule epist. 65, lib. 1: Saluta Dn. Arnulphum Belvacensem. Hic igitur prioratu seu decanatu Cantuariensi laute honorificeque administrato, emicuit dignus qui prefi-ceretur cœnobio S. Petri Burgensis in Anglia, tandemque post Gondulli (de cujus pontificatu est scholion nostrum ad epistol. lib. 1) mortem, Rofensi Ecclesiæ; ubi quam elegantissime sit functus partibus egregii antistitis enarrat Malmesberiensis in Rofens. iscopis, ubi sub finem computans annos sui pontificatus, ait : Vixit in episcopatu dies aliquot super novennium; decessitque quatuor et octoginta annos natus, multa probitatis suæ monumenta relinquens. Malmesber. astipulatur, Continuator Florentii Wi-

gorn., Matth. Paris. in majore Histor., Rogerus Honed. in Annal. Fato tandem cessit anno 1124, et quidem Romæ (si Balæus frequenter infallaan fidem mereatur), licet allegati scriptores Angli, Balzoque seniores annis, ne verbulum quidem fecerint. Sed et tam varia versicolorque, ut ita dicam, de Arnulfo Balæi apud historicos narratio texta est, ut cunctis perlectis quid sis lecturus, nescias. Martinus Polon. lib. 1v De pontif. Roman. în Paschali II loquitur de quopiam hæresiarcha Arnulpho (sic enim legi in nostro ms. cum edit. Antuerp. 1574 legat Arnu/pham), sed nullius eum dignitatis aut conditionis fecit. Scedelins in registro Chronic. dicit eum ex abbate S. Medardi Suessionensis creatum Lugdunensem archiepiscopum. Supplem. Chronic. lib. x11, fuisse abbatem (sed anonymi apud eum cœnobii) posteaque Lugdunensem archiepiscopum, canonicorum regularium magnificum propagatorem, et insignem verbi divini præconem, adeo ut, cum Romæ gravius insectaretur clericorum petulantiam, ab iis fuerit per-emptus. Platina in Honorio II postrema hec cecinit, at num is fuerit monachus, eremita vel presbyter, non pronuntiat. Balæum sola reddidit synonymia audacem et mendacem (quem etenim vidimus impostorem pro assignanda patria, fideliorem in ejus. morte dicenda non habebimus), ne vero securum et, ut spero, veracem stabilemque cum probatis scriptogon. el Scedelio, quoniam in duabus archiepiscoporum Lugdunensium nomenclaturis apud Democharem descriptis, ne unum quidem deprehendes hujus nominis pontificem; quod et Balæus minime ambit. Solum odium, et quiden plus quam Vatinianum, que Romanam insectabatur Ecclesiam, hocce atramento cjus tinxit pénnam. At ne quis putet religionem in Arnulfo solam viguisse, suæ doctrinæ habebit hæc monimenta. Nempe : Solutiones quæstionum a Lamberto comobiarcha Bertiniano propositarum vene-rabili ac in gremio charitatis. De corpore et sanguine Domini lib. 1: Faciem tuam non relabis. De sex verbis Domini : Ultima Christi in cruce verba. De operibus sex dierum lib. 1. Homelias et sermones lib. I.

cesse esset, totum in hoc expendi quidquid de archi- A diaconatus redditibus me contingit, et multo etiam majora, quam ut iste qui ad nos quasi ad servos Dei et veros Christianos de manibus diaboli fugit, misere vivat inter nos. Iterum precor et obsecro ut ostendatis in eos vos habere Christianam pietatem et Christianitatis amorem, valde enim lædit cor meum indigentia illius, sive in victu, **410** sive in vestitu. Facite igitur ut cor meum ab hac læsione quiescat. si illam 524 non amatis. Valete.

EPISTOLA CXVIII ***.

ANSELMI AD ALFEBUM PRIOREM ET MONACHOS SANCTI EADNUNDI.

Invictum in adversis animum laudat. Et ut priori sua peccata confileantur, el omni custodia servent cor n suum, adhortatur.

Anselmus archiepiscopus, dilectis filiis et fratribus domno Alfero priori, et aliis servis Dei in cœnobio Sancti Eadmundi sub illo conversantibus, salutem et benedictionem Dei, et suam *** quantum valet.

Gratias ago Deo et vobis pro constantia et patientia vestra, quam habetis in tribulationibus 527, hortaus et obsecrans ut filios charissimos, ne deficiatis, sed longanimiter, ut coepistis, Dei consolationem exspectetis. Nulla vos adversitas a servitio Dei retardet, nihil ab exsequenda voluntate ejus removeat. Mementote quod omnes qui volunt pie vivere in Christo, necesse est ut tribulationes patiantur. Quanto igitur magis tribulationes insurgunt, tanto magis unusquisque vestrum se per sanctæ conver- C sationis opus exerceat, et in sui ordinis custodia arctius stringat. Quæ si feceritis, sciatis quod Dei consolationem, prius forsitan quam pu'ctis, obtinebitis. Nullus vestrum amet aut velit celare peccata sua, sed ea puro et simplici corde domno priori, aut cui ipse concesserit, confiteatur, et secundum judicium ejus emendet, et de cætero ut sese custodiat modis omnibus enitatur. Eos autem sas qui hoc modo et hac voluntate sua peccata confessi sunt vel confitebuntur, quantum possum, ea auctoritate quam n ihi Deus concessit, vice beati Petri aposto-Dens indulgeat suppliciter oro. Valete et orate D ad eum cum litterie per leaster moluit, quia scyphum. pro me.

EPISTOLA CXIX ***

MATHILDIS REGINE ANGLORUM AD ANSELNUM.

Quanti faciat Anselmi litteras. Quodque Edulpho abbatiam Malmesberiæ (28) concesseril, salvis omnibus archiepiscopi juribus.

Domino suo et Patri reverendo pariter et colendo, Anselmo, Cantuariensi archiepiscopo, MATHILDIS regina, devota sanctitatis ejus ancilla, cum Christo suo salutem.

Ouotics epistolari beneficio vestræ mihi sanctitatis municipium impertitis, toties innovatæ lætitiæ luce nebulosam animæ meæ caliginem serenatis. Est ctenim vestri quædam et absentis qualiscunque revisio, et chartulæ contrectatus, et litteræ perjucunda sæpiusque recitata relectio. Quid namque vestris, domine, scriptis aut stylo ornatius aut sensu refertius ? Non his desunt Frontonica gravitas Cice ronis, Fabii, aut Quintiliani 381 acumina. In his sane doctrina quidem redundat Pauli, diligentia Hieronymi, elucubratio 389 Gregorii, explanatio Augustini, et quod his majus est, hinc dulcor evangelici stillat eloquii. Hac igitur mihi gratia diffusa a labiis vestris cor meum et caro mea exsultaverunt in affectum vestræ dilectionis, in] effectunique paternæ vestræ monitionis. Frequentissimo quippe recursu exhortationis vestræ benignissimæque obsecrationis memoria, cordis mei januam reverberat, obsecutionisque ohedientiæ adjudicat ***. Vestræ igitur sanctitatis favore freta domno Edulfo *** Wintoniensi monacho, olimque sacristæ, vobis, credo, noto, abbatiam Malmesberiæ in his quæ mei juris erant commisi, ves:ræ quidem donationi et dispositioni quæcunque illius sunt ex integro reservatis, ut scilicet tam virgze quam curæ pastoralis commissio vestræ discretionis contradatur arbitrio. Ei autem vestræ bonæ voluntatis gratiæ, quæ erga me non tepescit, dignum munus recompenset numen gratiæ cælestis. De cætero vestram Christus dignitatem salvificet, quique vos in terra beatificat, de vestro me reditu cito lætificet. Amen.

EPISTOLA CXX ***.

ANSELMI AD MATHILDEM.

Dominæ, filiæ charissimæ, gloriosæ reginæ, MA-

VARIÆ LECTIONES.

⁸⁹⁵ Illum non ms illam non ⁸⁵⁸ Cum eodem ms collata ⁸³⁶ Et su Im valet ⁸³⁷ Tribulationibus vestris; hortans ms tributionibus : hortans sas Et suam, etc. ms et suam, quan-: hortans ses Ego autem ms Eos autem tum valet **1 Ciceronis, Demosthenis aut ⁸¹⁹ Et ut omnipotens ms et ut eis omnipotens ⁸¹⁰ Cum eodem ms collata Quintilliani. ms Ciccronis Fabil ant Quintilliani acumina ⁵⁵⁸ Elubratio ms dicat ms obedientiz adjudicat ⁵⁵⁴ Donmo Ernulpho ms Domno Edulpho ⁵³⁵ Elubratio ms elucubratio 🚧 Obedientia ju-⁸³⁸ Cum eodem ms collata

JOANNIS PICARDI NOT Æ.

(28) Abbatiam Malmesberiæ. Lingua Westsaxonica dicitur Maildulfesburch, vulgo Malmesberia, vel Malmesburia, sita in Witensi pago, diœcesi Saresberiensi in Anglia; primo inchoata a Meidulpho Scoto monacho, sed anno 657 maxime aucta ditataque a Leutherio Westsaxonum episcopo, Agilberti Parisiensis antistitis nepote. Sed multo ditior fuit viris cruditis, inter quos non tenet postremas Guil-

helmus, a sui coenobii nomine cognominatus Malmesberiensis, proprie tamen Homerset, homo impense doctus diligensque historicus; quem non semel produxi, quique obiit anno 1142. Porro ex quo Calviniani Angli diruerunt boc monasterium, suisque ministellis tradiderunt, ut in eo juventutem docerent, nullus illic potuit habitare; aut si quis, vel insanus, vet impius invasit.

THILDI, ANSELNUS, archiepiscopus Cantuarix, fidele A servitium cum orationibus.

Noverit excellentia vestra, dilectissima domina, quia de abbatia ³³⁶ Malmesberiensi, et de fratre illo de quo mihi mandastis, libenter confirmarem voluntatem vestram, si possem. Vos enim, quantum ad vos spectat, bene et secundum Denm fecistis quod inde fecistis, sed fecit ipse in hoc quiddam valde insipienter quod facere non debuit. Nam per eosdem legatos qui mihi litteras vestras et aliorum de sno negotio attulerunt, misit mihi scyphum unum. Quem quidem scyphum nullatenus relinere volui, sed inde dolui, quia non video quomodo in hoc possit a culpa excusari. Omnipotens Deus dirigat omnes actus vestros in beneplacito suo, et desendat vos ab omni malo. Amen.

EPISTOLA CXXI 437.

GERARDI EBORACENSIS ARCHIEPISCOPI, ROBERTI CESTREN-SIS, HEREBERTI NORWICENSIS, RADULFI CICESTRENSIS, SAMSONIS WIGORNIENSIS ET WILELLMI WINTONIENSIS ELECTI AD ANSELMUM.

Anselmum in Angliam invitunt, pollicentes open suam.

Patri dilectissimo AxsELNO, Cantuariensi archiepiscopo (29), GERARDUS, Eboracensis archiepiscopus, et Robertus Cestrensis, et Herebertus Norwicensis, et RADULFUS Cicestrensis, et SAMSON Wigorniensis, et WILLELEUS Wintoniensis electus, salutem.

Sustinuinus pacem, ot ipsa longius recessit; quasivimus hona, et invaluit turbatio. Viæ Sion lugent. quia cas conculcant incircumcisi. Templum mœret, guia intra sancta sanctorum et ad ipsam aram irruperunt laici. Exsurge, ut olim senex ille Mathatias, habe in see filies tuis virtutem; vide strenuitatem Jonathæ, prudentiam Simonis. Hi tecum præliabuntur prælium Domini; et si ante nos appositus fueris ad patres tuos, de manu tua suscipiemus hæreditatem laboris tui. Sed jam non est tibi pigritandum ; ut quid enim peregrinaris, et oves tuæ sine pastore percunt ? Jam apud Deum nulla tibi remanet excusatio. Te enim non solum subsequi, sed et perire, si jusseris, parati sumus. Veni ergo ad nos, veni cito, vel⁵³⁹ nos, aut ex nobis aliquos ad te B venire jube; ne cum sejuncti a te sumus, in sinistram te partein inclinent eorum consilia qui sua quærunt. Nos enim jam in hac causa non quæ nostra sunt, sod *** quæ Dei sunt, quærimus.

411 EPISTOLA CXXII.

ANBELMI AD EPISCOPOS SUOS.

De Ecclesiæ Anglicanæ et episcoporum miseria dolet lætaturque de ope ab eisdem sibi promissa.

ANSELNUS, archiepiscopus Cantuariensis, amicis suis et coepiscopis, quorum litteras per latorem præsentium suscepit, salutem.

VARIÆ LECTIONES.

ses De Abbatia me quia de Abbatia sar Cum codem me collata : sas llabe in me habes in sas Ad nos, vel *** Nostra, sed ms nostra sunt, sed ms ad nos, veni cito, vel

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(29) Gerardus Eboracensis archiepiscopus, etc. Ad C Gerardum sunt epistolæ 53 et 60, supra qui ex Herefordensi episcopo post Thomam Bajocensem archiepiscopii Eboracensis infulas adeptus est. Eboracum vero, Anglice Iortz, Gallice York, est urbs celeberrima, insulæ Anglicanæ ad aquilonem inter Uscam et Foffam flumina, quæ ipsam præterlabuntur civitatem, ac inde simul juncta Humbrum inflount. Licet autem post annum salutis redditæ 182 fuerit sedes archiepizcopalis, tamen a quibusdam translata fuit ad Hangustaldum, ejusdem archiepiscopalus villam, ul scrupulose observavit Mal-mesberiensis in archiepiseopis Eboracensibus.

Roberto Cestreusi fuit cognomento de Limmesia, seditque annos supra triginta, ut legi in Tabulis mss. Cestrensium episcoporum nostræ bibliothecæ.

llerebertus inter Orientalium Auglorum episcopos primus, dictus est Norwicensis a vico Norwic, commercio populique frequentia celeberrimo, quo He- D litteras mittunt Anselano, quia, etsi ab Henrico rege rebertus cathedram transvexit. Priores enim antistites Domucenses et Helmonenses, tandemque ex duobus sacerdotiis unum effectum est apud Helmacham villam; ex qua Agelmarus, seu Ethelmerus Thedfordum recessit, ut Helmanonsium episcoporum tabulæ mss. in nostra bibliotheca testantur, quod tamen a Malmesber. lib. n De pontif. Ang. video tribui Herfasto, qui in nostro mss. præponitor Agelmaro. «Herebertus denique, vir magnanimus et adunodum litteratus, pius monachus et prior Fiscannensis, deinde abbas Ramesiensis, et ex abbate Ramesiæ empto prasulatu Thedfordensis Ecclesiæ factus est episcopus; pœnitens vero Romam profectus est, indulgentiaque accepta reversus, sedem transportavit ad Norwic, ibique monachorum conregationem condita ecclesia sancte instituit. Hacusque de Hereberto noster ms. codex.

Radulfus Cicestrensis. Ita restitumus ex mss. tabulis Cicestrensium præsulum, impressis Florentii Wigor. cæterisque historiis Britanniæ excusis. Nam exemplar harum epistolarum calamo exafatum legehat Robertus, forsan ex librarii incogitantia, alterius Roberti nomen ruminantis.

Samson Guigorniensis, non Satiso, quemadmodum legitur Ivon. Carnot. epist. 76. Cujus tamen scholion monet in aliis codicibus haberi Sanson, et nos ita legimus ex plurimis scriptoribus Angl. et ms. tabulis Guigor. episcop. in hunc wodum : Anno 1096 Sanson Bajocensis consecratus est ab Anselmo archiepiscop. in ecclesia S. Pauli Londoniensis, XXVII Kalend. Julii. Ilic fuit frater Thomæ Eborac. quem promovit Odo Bajocens. episc.

Guillelmi Wintonensis meminit Anselmus epist. 70, 95 et 105. Has autem Britanni antistites idcirco universa sui archiepiscopii prædia et jura recepisset in conventu Aquilensi, ut apparet ex epist. 110, 111, supra distulit tamen reditum in Angliam, quia nolebat cum pontificibus a rege investitis versari. Eanı ob rem denuo postremoque Guillelmus Warlevast regis, et Baldninus Anselmi legati Romam contendere ; unde tandem litis diutissime contestata. tamque inique, hoe retulere judicium ab ore Paschalis, scilicet electos præsules ab Anselmo recepturos annulum et virgam, pontificiam, regi vero facturos fidelitatem. Interea dum Romam iretur, crebræ ex Anglia querimoniæ et litteræ perferebantur ut quam citissime rediret. Videbant enim universi episcopi omnia in pejus ruere et retro sublapsa referri, volebantque mederi, sed non valebant nisi Auselmo præsente.

157

Condoles et mente compatior tribulationibus quas A solidatam in veritate, vellem sententiam vestram esse vos et Ecclosiæ Angliæ sustinetis; sed ad præsens secondum means et vestram voluntatem subvenire nequeo, quia nondum quid et quantum possum sum certus, donec per legatos nostros, quos in proximo Roma redituros exspecto, quid apud dominum papam effecerint, cognoscam. Bonum tamen et gratum mihl quia tandem cognoscitis ad quid vos perduxit, nL mitius dicam, vestra patientia; et quia promittitis mihi auxilium vestrum non in mea, sed in Dei causa, et invitatia me ne pigriter venirem ad vos. Quamvis enim hoc mode facere non possim, quia rex non vult me esse in Anglia adhuc, nisi discordem a jussione papæ et ejus concordem voluntati; et ego uondum certus sum quid possim, sicut dixi, tamen gaudeo pro vestra bona et episcopali voluntate et B constantia quam promittitis, et exhortatione quam mihi facitis. Ut autem aliquos ex vobis ad me venire faciam, sicut poscitis, ne, dum sejuncti sumus ab invicem, pervertant consilium meum qui sua quærunt ad præsens uon opinor oportere. Spero cnim in Deo quia nullus cor meum a veritate, in quantum cognosco, poterit avertere; et quia in proximo Deus mihi quid facere queam, ostendet, et ego quam citius potero vobis notificabo. Quid autem interim vobis faciendum sit, prudentia vestra satis intelligit; sed tamen dico quia ego, in quantum sperando in Deo conscientiam meam sentio, pro redimenda vita mea non præberem assensum, neque ministrum aut exsecutorem mali me facerem : quod audio noviter super Ecclesias An-C glize promulgari. Valete.

EPISTOLA CXXIII ***.

AD HUGONEM ABCHIEPISCOPUM LUGDUNENSEN. Rogat firmari se prudentibus archiepiscopi responsus.

Suo domino et Patri Hugoni, reverendo archiepiscopo Lugdunensi, matri Ecclesiæ sincere diligendo, AnsELMUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis, quod allius et quod melius valet intelligere.

Quid fecerim postquam a paternitatis vestræ amabili præsentia discessi, quidve sit inter regem Anglize et me, non est opus longa epistolze narratione significare, quia latores præsentium #49 plenius et melius possunt viva voce referre. Quoniam autem in omnibus action.ibus meis vestro vellem, si fieri D posset, super omnes homines quos novi, uti consilio, maxime in hoc negotio pro quo eosdem legatos Romam mitto, supplex ut ipsi instruantur et muniantur vestra prudentia rogo. Audeo etiam rogare ut si sanctitati vestræ videtur convenire, aliquid domino papæ suggerat, prout ipsi negotio intelliget expedire. Scitis enim quia ubi rei alicujus dispositio de diversorum pendet consilio, sicut non omnes eumdem habent sensum, ita non eumdem præbent assensum. Quoniam ergo mentem vestram certus sum

præsentem, ubicunque tractatur de Ecclesiæ Dei libertate et vera utilitate. Tota difficultas causæ inter regen et me jam in hoc maxime videtur consistere, quia rex, quamvis de investituris ecclesiarum apostolicis decretis se vinci ut spero permittat, hominia tamen prælatorum nondum vult ***, ait, dimittere. Qua de re sua legatione sedem requirit apostolicam, quatenus in hoc suz voluntatis impetret ab ea licentiam. Quam si adeptus fuerit, dubito quid me facere oporteat, si aliquis religiosus electus homo regis pro episcopatu vel abbatia fieri respuat. Durum enim mihi videtur ut hoc illi præcipiam per obedientiam; et si non fecero, videbor irreligiosis hoc facere volentibus, laxare accedendi indigne ad dignitates audaciam. De illis quoque qui jam investituras prohibitas acceperunt, et de his qui cos sacraverunt, puto quia rex postulabit ut in hoe permaneant quod illicite præsumpserunt. Quapropter de his, et de quibus per nostros legatos vestram requiro sapientiam, vestram mihi posco insinuari sententiam. Omnipotens Deus diu vestram sanctitatem cum omni prosperitate servet incolumem. Amen.

EPISTOLA CXXIV ***.

AUGONIS LUGDUNENSIS ARCHIEPISCOPI AD ANSELMUM. Respondet ad præcedentem.

Optabili et totis visceribus amabili Patri suo et domino Anselwo, venerabili Anglorum episcopo, Hugo, Lugdunensis Ecclesiæ servus, divinæ protectionis continuam consolationem.

Meminit sanctitas vestra, reverende Pater, nos semper desiderasse, et si secundum Deum fieri posset, vobis consuluisse ut commissam vobis Anglicæ Ecclesiæ curam reciperetis, et tam gravis oneris jugo, pro communi commissi vobis gregis salute, obedientize collum subdere non recusaretis. Nunc igitur ex domini Balduvini *** relatione comperio quod illud propter quod assequendum tantopere haotenus laborastis, et non solum vestra, sed et vos ipsum exposuistis, per Dei gratiam jam tandem ex magna parte assecuti estis. Ut ad illud quod restat sperandum animari possitis, consulendo precamur, et precando sanctitati vestræ consulimus ut apostolico præcepto obedire non dissimuletis, ne sententiam vestram pluris faciendo quain apostolicam auctoritatem, non solum sæculo et regno, verum etiam Ecclesiæ et sacerdotio resistere judicemini. Licet enim in Anglicæ Ecclesiæ agro aliud semen supra petram, aliud secus viam, aliud vero cadat inter spinas, sed et bona terra invenitur in eo quæ suscepto prædicationis vestræ semine fructum afferet in patientia. Sed, me miserum ! quoniam ipse auetor et incensor flo desolationis meæ, qui unicum solamen et gaudium meum , et animæ meæ post Deum vitam removere contendo a conspectu oculo-

VARIÆ LECTIONES.

343 Non vult ms nondum ^{\$49} Quia præsentium ms quia latores præsentium ⁸¹¹ Cum eodem ms collata *** Baldivini ms Balduvini *** Cum eodem ms collata vult

rum istorum, quos jam inaniter 344 gestare videor, A autem vivitis, si ordinem et propositum vestrum d}dum id quo gratius frui solebant, videlicet dulcissimi Patris mei præsentiam, non solum eis videre ser, sed etiam ulterius se visuros sperare non re-Hnquitur. Sed absit at pro temporali commodo meo generali tot tantorumque 348 saluti invideam, imo non quæ mea sunt, sed quæ Jesu Christi quæram ***. Habe me igitur, [beatissime Pater, in sinu memoriæ tuæ, quandoquidem mihi non conceditur inspicere vultum præsentiæ tuæ. Optamus semper bene valere, et salutis nostræ curam gerere.

412 EPISTOLA CXXV ***.

ANSELMI AD EULALIAM ABBATISSAM.

Gru'issimas habet antistæ filiarumque preces. Et ut obedientes et in minimis fideles sint, adhortatur.

ANSELMUS archiepiscopus, reverendæ abbatissæ, EULALIÆ et filiabus ejus, salutem.

Gratias ago religiosæ dilectioni vestræ quia pro me orastis quandiu extra Angliam fui in exsilio, desiderantes reditum meum; nunc autem desiderantius rogo ut oretis quatenus fructuosus sit reditus meus. Hoc volo ut sciatis, quia dilectio mea erga vos, ex quo vos cognovi et vivil, et perseverat, et quandiu vivam, Deo dante, perseverabit. Quapropter ipsa eadem dilectione manente, quamvis non egeatis, aliquid tamen vobis scribam unde me vos diligere et curam vestri habere cognoscatis. Vos, sorores dilectæ, et filiæ meæ, hortor et moneo quatouus matri vestræ subjectæ et obedientes sitis, non tantum ad humanum oculum, sed etiam ad oculum C Dei, cui nibil est secretum. Tunc autem est vera obedientia, quando voluntas subjecti obedit voluntati prælati ut ubicunque sit subjectus, hoc velit quod intelligit velle prælatum, quod non sit contra voluntatem Dei. Congregatio vestra templum Dei debet esse ; et templum Dei sanctum est. Si ergo sancte vivitis, ut sporo, templum Dei estis. Sancte

VARIÆ LECTIONES.

Quos humaniter ms quos jam inaniter *** Tantorum ms tantorum-818 Utile ms videre vs Cum codem ms collata **1 Decidit. Proinde que ms decidit, non proficit. Proiude ⁸³³ Deficit : ita ms decidit : ita in ⁵³⁴ Illi scandalum ms illis scandalum ⁸⁵⁵ Cum eodem ms collata *** Vestra in ms Vestra sicut sss Cum eodem ms collata

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(30) Hervæus. Polydoro lib. x1 Histor. Augl. Henricus. Sed Malmesber., Honed., Matthaus Paris, mss. schodæ episcoporum Helyensium certiorem D a rege sibi dari Lexoviensem ecclesium; sic enim faciunt fidem, quæ eum Hervæum vocant. Primum fuit Bancoriensis antistes, successor Davidis, illius scilicet egregii hyperaspistæ Henrici Quinti imperatoris, ob iniquam probrosanque Paschalis secundi papæ captivitatem. Erat autem Bancor (unde et Bancoriensis, Bangoriensis et Bancorensis formantur) tempore Britonis civitas, et Arturo rege sedes pontificia in Wallia, tertia parte insulæ Britannicæ ad umbilicum Galliæ (qui quidem locus in Arnonia Venedotarum terra), lisud procul a trajectu in Monam insulam Britannico vocabulo fuit appellatus Banchor, nunc vero Bangora seu Bancora. Illic autem testimonio Bedæ lib. 11 Histor. eccles. Anglic., cap. 2, Soruit cœnobium duorum millinm monachorum, qui eptarchia regebantur. Divus Bernardus in Vita S. Malachiæ copiosiorem fuisse gregem insinual, addens ob majorum primorumque incolarum sanetitatem fuisse illic conditum oratorium ab codem Malachia, et inhabitatum. Henrico autem primo

ligenter custoditis; diligenter vero hoc facitis, si minima non contemnitis. Vestrum en'm propositum semper debet niti ad perfectum, et toto corde horrere defectum. Scriptum est enim : Qui modica despicit, paulatim decidet (Eccli. xix, 1.) Qui autem decidit, non proficit. Proinde ssi si vultis proficere , et horretis deficere, nolite modica despicere : utique sicut verum est, qui modica despicit, paulatim decidet, ita *** verum est quia qui modica non despicit, paulatim proficit. Nolite putare aliqued peccatum esse parvum; quamvis aliud alio sit majus. Nihil enim quod fit per inobedientiam, quæ sola ejecit hominem de paradiso, parvum dici debet. Quod enim peccatum parvum erit, si testante Veritate, qui irascitur fratri suo reus erit judicio, et qui dixerit, raca, reus erit conoilio; et qui dixerit, fatue, rcus erit gehennæ ignis. Rogo igitur, filiæ charissimæ, ut nihil negligatis, sed opera vestra et corda vestra sicut in 603 conspectu Dei custodire semper studeatis. Pacem inter vos habete, quia in pace factus est locus Dei, et pax multa diligentibus legem Dei, et non est illis scandalum 334. Corde et are vohis benedictionem et absolutionem Dei oro; et meam, si quid valet, quantum possum, do et mando. Valete.

EPISTOLA CXXVI ***.

ANSELMI AD HENRIGUE ANGLORUM REGEN.

Quod translatio episcopi non debeat fieri sine consensu archiepiscopi et episcoporum provinciar, et cum magna consideratione et auctoritate apostolica.

Suo charissimo domino Hennico, Dei gratia Anglorum regi et duci Northmanorum, Axselmus archiepiscopus, fidele servitium cum crationibus.

Mandavit mihi dignatio vestra per electum episcopum Wintoniensem ut sibi scriberem utrum dominus (30) Hervæus episcopus Bancorensis possit

rego cum solo æquatum fuisset locus episcopatus, ut nec esset in quo episcopus pedem figeret, petiit scribo, non Luxoviensem, ut epistol. 174, 178, 179, 181, Ivon, Carnotens. Alioquin nibil videas discriminis inter ecclesiam Lexoviensem pontificiant Lugdunensis secundæ in Neustria et Luxoviense cænobium, Columbano protocœnobiarcha illustre conditum in Burgundia, non in Germania, ut sensit Robertus Cænalis Abrincatum episcopus, lib. и De re Gallica, perioche nona. Burgundiam enim semper Gallici fuisse juris Guillel. Paradius ostendit cap. 10 sui libri De antiquo statu Burgundiæ : c Cum igitur ob causas ab Anselmo redditas (sic enim lego factitatum ab lyone Carnotensi in transferendo Gualone ab Ecclesia Bellovaca, cui sacratus fuerat, ad Parisiensem, epist. 169, juxta finem et 171), llervæus Lexoviensem nequiret obtinere sedem, Lincolniensisque diæcesis longius protenderetur, ad minuendam episcopi enram et laborem, concilio habito, novus episcopus positus est in Helyensi comobio, anno Christi 1109, Anselmi postremo,

constitui episcopus in Ecclesia Luxoviensi 538. Iloc A sacali, inimicus Dei constituitur (lac. 17, 4). Nol. ntique facile fieri non intelligo. Sicut enim nullus episcopus sacrari debet alicui Ecclesiæ sine assensu et consilio archiepiscopi et aliorum episcoporum totius provinciæ, ita qui sacratus est opiscopus non potest constitui in alia provincia episcopus canonice sine consilio et assensu archiepiscopi et episcoporum ejusdem provinciæ cum auctoritate apostolica, nec sine absolutione archiepiscopi et episcoporum provinciæ in qua sacratus est. Quæ absolutio fieri neguit sine magna et communi consideratione et consilio eorum sine quibus consecrari, ut dixi, non potuit ; et quanivis episcopatus ejus ita videatur destructus, ut in eo manere non possit. Omnipotens Deus dirigat vos in hac et in aliis actionibus vestris. Amen.

EPISTOLA CXXVII ***.

ANSELMI AD MABILIAM SANCTIMONIALEM.

Ut Deo sacrata sæcularium abstineat conversatione. ANSELNUS archiepiscopus, filiæ suæ charissimæ, sanctimoniali MABILIÆ, salutem et benedictionem Dei, et suam.

Diligo te, et eo modo quo diligo animam meam, diligo etiam tuam. Meam autem diligo, ut in hac vita mercatur frui Deo et in futura vita fruatur; boc amo, et desidero de te. Quapropter hortor et moneo te, sicut filiam charissimam, ut non delecteris sæcularibus, quia nemo potest diligere simul et *** sxcularia et æterna bona. Nolo te amare sæcularium conversationem, sed claustralem. Nihil tibi et huic mundo. Si vis esse monacha et sponsa Dei, dic cum beato Paulo apostolo : Mihi mundus crucifixus est, el ego mundo (Gal. vi, 14); reputa omnia hujus mundi transitoria tanquam stercora, cum eodem Apostolo. Filia mca, in quo indiges visitare aliquos propinguos tuos ? Cum ipsi nullo modo cgeant consilio et auxilio tuo, nec tu aliquod consilium aut auxilium accipies ab illis ad propositum et professionem tuam, quod non invenias in claustro. Divisum est propositum vitæ tuæ a conversatione illorum. Nec illi flent propter te monachi, nec tu redibis propter eos ad sæcularem vitam. Quid ergo, dilecta mea, in Deo tibi et illis; si nec tu prodes illis ad vitam quam sequentur, nec illi tibi ad hoc quod maxime debes diligere ? Si ipsi volunt te videre aut p cgent aliquo modo consilio tuo aut auxilio, veniant ad te, quia illis licet vagari et discurrere per diversa, tu nolijire ad eos, quia tibi non licet exire de claustro, nisi ea necessitate quam Deus testetur. Noli, filia mea, noli amare sæculum, quia amicus hujus

amare familiaritatem sæcularium, quia quanto magis illis eris propria voluntate familiaris, tanto minus eris Deo et familiaribus ejus angelis familiaris. Non sis sollicita notificari in sæculo, quia 589 tanto magis dicet tibi Deus : Non novi te. Soli Deo desidera pl.,cere : solum Deum, et ea quæ 560 te ad hoc juvent, concupisce cognoscere. Illi te quotidie commenda. Illi te, quantum in me est, commendo. Ipse regat et d rigat et custodiat te semper. Amen.

413 EPISTOLA CXXVIII *61.

ANSELMI AD WATHILDAM REGINAM ANGLORUM. De homine sibi ignoto testimonium perhibere recusat.

licet a regina rogatus.

Dominæ et filiæ charissimæ MATHILDÆ, gratia Dei R gloriosæ reginæ Anglorum, Anseluus archiepiscopus cum fideli servitio, fideles orationes; et gratia Dei in hac vita et in futura semper gaudere.

Lator præsentium detulit mibi sigillum vestrum cum litteris ex vestra parte, quæ mihi significabant vos velle ut ejus infamia mearum litterarum testimonio propelleretur, propter quamdam purgationem quam fecerat, et ut mea intercessione a domino meo rege recuperaret quod ejus jussione perdiderat. Voluntatem quidem vestram nec debeo nec volo contemnere; sed certus sum de beulgnitate celsitudinis vestræ, quia vos non vultis me aliter quidquam quam oporteret facere. Scit utique prudentia vestra quia non pertinet ad me testimonium perhibere de his quæ nec vidi nec audivi; sed ad eos qui viderunt : nec meum est pro eo cujus vitam et mores ignoro, intercedere, ut ea quæ jussione regia perdiderat, recuperet. Precor itaque ut benignæ celsitudini vestræ non displicent quia dubito facere quod intelligo ad me non pertinere ⁸⁶⁹. Omnipotens Deus sua vos benedictione assidue protegat et dirigat. Amen.

EPISTOLA CXXIX.

ANSELMI AD UELGOTUM ABBATEM S. AUDOENI.

Quo pacto res sibi in Angliam reverso habeant exponit amico id sciendi cupidissimo.

ANSELMUS, Servus Ecclesiæ Cantuariensis, vere dilecto dilectori suo, venerando abbati cœnobii Sancti Audoeni, HELGOTO, quidquid melius amico desiderari potest.

Verus amicus semper sollicitus est de vero amico, sicut de se altero, ut sciat quæ erga illum sunt, quatenus aut congaudeat, aut compatiatur, secundum quod sunt. Et cum nullus amet dolorem, miro tamen modo si est unde condolendum sit, magis tamen desiderat hoc scire, ut condoleat, quam

VARIÆ LECTIONES.

ta cum eodem ms ⁵⁵⁸ Diligere et ms diligere simul et ⁵⁵⁹ Noti-⁵⁶⁶ Ei quæ ms ea quæ ⁵⁶¹ Collata cum eodem ms ⁵⁵⁸ Ad me 887 Collata cum eodem ms 556 Lexoviensi ms Luxoviensi ficari, quia ms notificari in seculo, quia pertinere ms ad me non pertinere

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

Henrici regis IX. Est vero Helys (unde et Helyensi monasterio nomen) insula ad austrum Angliæ, dulcibus aquis circumfusa intra limites Cantabrigiensis comitatus, quem Hervæus impetravit ut silvi posterisque esset abunde quo viverent houeste pro dignitate.)

ignorare, ut nihil dolcat. Desiderat dilecta et dulcis A mihi vestra dilectio scire statum meum, et quidquid mihi sit, ut quemadmodum cor meum sese in me habet, ita et cor vestrum pro me sese habeat. Gratia Dei disponente, et vestris et aliorum servorum Dei amicorum nostrorum orationibus suffragantibus, in Angliam nuper reversus sum : cum magno gaudio et honore, quantum in hominibus fuit, susceptus sum a majoribus et minoribus, a prælatis et subditis. Quod audistis quia dominus meus rex mihi commendavit regnum suum, et omnia sua, ut voluntas mea in omnibus quæ sua sunt, fleret, verum est. In quo benignitatem voluntatis suæ et magnam dilectionem suam erga me monstravit. Sed quoniam scriptum est : Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt (I Cor. vi, 12); et alibi : Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant 🍽 Cor. x, 25), non puto esse mihi consilium ut aliquid magnum adhuc per me tentare incipiam, sed cum Deus sua gratia regem nobis cum ea bona voluntate quam intelligo, reduzerit, spero quia Deus sua gratia per illum in nobis operabitur multa ad honorem suum, unde gaudeamus. Secundum quod varietates hujus sæculi permittunt, omnia mihi et in corpore et in aliis rebus, Deo dante, prospera sunt, præter corporis imbecillitatem quam quotidie mihi crescere sentio. Onnes illæ benedictiones, quas mihi oratis in litteris vestris, veniant eliam super caput vestrum. Saluto fratres nostros, dilectissimos filios vestros. ct ut memores mei sint, oro.

EPISTOLA CXXX ***.

ANSELMI AD P ..., MONACHUM S. MARTINI SAGII.

Nonachi Uierosolymam ire cogitantis desiderium improbat, juxta apostolici sententiam, quam ab eo ipse andierat.

Anselnus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, dilecto fratri P., mouacho cœnobii Sancti Martini Sagii, salutem, et gratia Dei semper dirigi et cousolari.

Audio, amice ⁵⁶⁶ mi charissime, quia desideras ire Hierosolymam. Unde in primis dico tibi quia non est boc desiderium tuum ex bona parte, neque ad salutem animæ tuæ. Est enim contra professionem tuan, qua promisisti stabilitatem coram Deo in monasterio, in quo habitum monachi accepisti; D el est contra apostolici obedientiam, qui præcepit magna auctoritate sua ne monachi hanc viam arripere præsumerent, nisi aliqua persona religiosa, quæ utilis esset ad regendam Ecclesiam Dei et docendum populum, et hoc non nisi consilio et obedientia prælati. Ego præsens adfui quando istam sententiau apostolicus promulgavit. Est etiam contra obedientram abbatis tui, cujus voluntas hoc odit et exsecratur, sicut periculum animæ tuæ.

EPISTOLA CXXXI.

PASCHALIS II PAPE AD CEPARDUM EBORACENSEN EPI-BCOPUN.

Ut fidelitatem pro antiqua consnetaduse Anselmo faciat.

PASCHALIS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri GERARDO, Eboracensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanquam prave adversum nos, etc. Vide in Puschalt II, ad an. 1118.

414 EPISTOLA CXXXII ***.

ANSELMI AD ALEXANDBUN SCOTORUM REGEN.

, Gratulatur regi in paternum so'ium evecto.

^c ALEXANDRO, gratia Dei Scotorum regi, ANSELMUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis, salutem, et fideles B orationes, et benedictionem Dei, et suam, quantum valet.

Gratias agimus Deo ⁵⁶⁵, et gaudemus ego et tota congregatio Ecclesiæ Christi Cantuariensis, quia Deus vos in regnum paternum hæreditario jure post fratrem vestrum sublimavit, et quia vos moribus dignis regno decoravit. Pro fratre vestro, qui sancte vivendo meruit ut de hac vita bono fine misericordia Dei transiret, sicut pro dilecto dilectore nostro, secundum petitionem vestram, oramus et orabimus ut Deus animæ illius gloriæ suæ cum electis suis gaudium æternum tribuat, et æternam beatitudinem concedat. Scio quia celsitudo vestra meum amat et desiderat consilium. In primis igitur oro Deum ut ipse vos sancti sui Spiritus gratia sic dirigat, et in

C omnibus actibus vestris consilium attribuat, ut ad regnum cœleste post hanc vitam vos perducat ^{sev}. Nostrum autem consilium est ut timorem Dei et bonos ac religiosos mores, quos in adolescentia et ab infantia cœpistis habere ***, ipso adjuvante, a quo accepistis, studeatis tenere. Tunc enim bene reges regnant cum secundum voluntatem Dei vivunt, et serviunt ei in timore; et cum super seipsos regnant, nec se vitiis subjiciunt, sed illorum importunitatem constanti fortitudine superant. Non enim repugnant in rege virtutum constantia et fortitudo regia. Quidam enim reges, sicut David, et sancte vixerunt, et populum sibi commissum cum rigore justitiæ et pietatis mansuetudine, secundum quod res exigit, rexerunt. Sic vos exhibete ut mali vos timeant et boni vos diligant, et ut vita vestra semper Deo placeat, semper mens vestra vindictam malorum et præmium bonorum post hanc vitam memoria retineat. Omnipotens Deus vos et omnes actiones vestras nulli alii quam suæ piæ dispositioni committat. De fratribus nostris quos in Scotiam secundum voluntatem fratris vestri, qui de labore hujus vitæ, sicut credinus, ad requiem transivit, misimus, benignitatem vestram rogare necesse non putavimus, quia bonam voluntatem vestram non ignoramus.

VARIÆ LECTIONES.

⁵⁴⁵ Collata cum zodem ms ⁵⁴⁵ Audivi, amice ms audio, amice ⁵⁶⁵ Collata cum zodem ms ⁵⁴⁶ Ago Deo ms agimus Deo ⁵⁴⁷ Vitam perducat ms vitam vos perducat ⁵⁴⁶ Cœpisti habere ms cœpistis habere

EPISTOLA CXXXIII 859.

ANSELMI AD ROBENTUM ET SORORES ET FILIAS SUAS. Petitam mittil exhortationem, quæ ens ad bene v vendum accendat. Ut bonam in omnibus voluntatem habeant : ut importunas cogitationes et motus involuntarios contemnendo vincere studeant, ne illis perturbentur.

ANSELNUS, archiepiscopus, amico et filio charissimo Roberto, el sororibus el filiabus suis dilectissimis SEIT, EDIT et HYDIT, LUVERIM ⁵⁷⁰, VIRGIT, GODIT, saluteni, el benedictionem Dei et suam, si quid valet.

Gaudeo et grațias ago Deo de sancto proposito et sancta conversatione quam invicem babetis in dilec ione Dei et vitæ sanctitate, sicut didici per fratrem et fillum nostrum Guillelmum. Poscit vestra chara mihi dilectio, filiæ charissimæ, ut aliquam vobis scribam admonitionem quæ vos doceat et accendat ad bene vivendum ; quamvis vobiscum habeatis dilectum filium nostrum Robertum, cui Deus inspiravit ut vestri curam secundum Deum habeat, et vos quotidie, qualiter vivere debeatis, verbo et exemplo edoceat. Quoniam tamen sanctæ petitioni vestræ, si quid possum, favere debeo, pauca vobis vestro competentia desiderio scribere tentabo. Filiæ charissimæ, omnis actio laudabilis, sive reprehensibilis, ex voluntate habet laudem vel reprehensionem. Ex voluntate namque est radix et principium actionum quæ sunt in nostra potestate; et si non possumus quod volumus, judicatur tamen coram Deo unusquisque de propria voluntate. Nolite igitur considerare tantum quid facitis, sed quid velitis; non tantum quæ sunt opera vestra quantum quæ sit voluntas vestra. Omnis enim actio quæ fit recta, id est justa voluntate, recta est; et quæ "71 fit non recta voluntate, non recta est; justa voluntate dicitur homo justus, et injusta voluntate dicitur injustus. Si ergo bene vultis vivere, voluntatem vestram indesinenter custodite *7* in magnis et in minimis. In his quæ potestati vestræ subjacent, et in his quæ non potestis, ne aliquatenus a rectitudine declinet. Si autem vultis cognoscere quæ vestra voluntas sit recta, illa pro certo est recta quæ subjacet voluntati Del. Cum ergo aliquid magnum facere vel disponitis vel cogitatis, ita dicite in cordibus vestris : Vult Deus hoc velim, an non? Si vobis respondet con- D scientia vestra, Vere vult Deus ut hoc velim, et placet illi talis voluntas "", tunc sive possitis sive non possitis quod vultis, voluntatem tamen amate. Si autem conscientia vestra vobis testatur quod Deus non vult vos illam habere voluntatem, tuno toto conatu ⁸⁷⁶ avertite ab illa cor vestrum; et si bene illam a vobis vultis expellere, in quantum potestis, ejus cogitationem et memoriam a corde excludite. Quomodo autem pravam voluntatem aut cogitationem a vobis excludatis, hoc parvum consi-

A lium quoi vobis do intelligite et tenete. Nolite litigare cum perversis cogitationibus vel perversa voluntate, sed cum vobis infestre sunt, aliqua ut'li cogitatione et voluntate meutem vestram, donce evanescant, fortiter occupate. Nunquam enim expellitur de corde cogitatio vel voluntas, nisi alja cogitatione et alia voluntate quæ illis non concordat Sic igitur vos habete ad inutiles cogitationes et voluntates, ut toto nisu intendendo ad utiles, mens vestra dedignetur cas saltem recordari vel aspic r -. Cum autem vultis orare, aut aliquam bonam meditationem intendere, si vobis tunc importunze sui t cognationes quas non debetis suscipere, nunquam propter illarum importunitatem bonum quod incœpistis, velitis dimittere, ne instigator illarum diabo-B lus gaudeat quia vos a bono incoepto facit deficere; sed eo quemalixi modo illas contemnendo superate. Neque doleatis, neque contristemini de illarum infestatione, quandiu illas, sicut dixi contemnendo, nullum eis assensum præbetis, ne occasione tristitiæ iterum redeant ad memoriam, et suam importunitatem resuscitent. Hanc enim mens hominis habet consuetudinem, ut hoc unde delectatur aut contristatur, sepius ad memoriam redeat, quam hoc quod negligendum sentit aut cogitat. Similiter se debet habere persona in sancto proposito studiosa, in quolibet motu indecente, in corpore, vel anima, sicuti est stimulus carnis, aut iræ, aut invidiæ, aut inanis gloriæ. Tunc enim facillime exstinguuntur, cum et illos velle sentire, aut de illis cogitare, aut aliquid illorum suasione facere dedignamur. Neque timetis quod hujusmodi motus vel cogitationes vobis ad peccatum imputentur, si nullatenus voluntas vestra illis se associat, quoniam nihil domnationis est in his qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulabunt. Secundum 415 carnem enim ambulare, est carni voluntate concordare. Carnem autem vocat Apostolus omnem vitiosum motum in anima, vel corpore, cum dicit: Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem. Facile quidem hujusmodi suggestiones exstinguimus, si principium earum, secundum prædictum consilium, conterimus; difficile vero, postquam caput earum intra mentem admittimus. Tibi, amice et fili charissime Roberte, gratias, quantum possuan, ago, pro cura et dilectione quas erga easdem ancillas Dei, propter Deum, habes; et precor toto affectu ut in hac sancta et pia voluntate perseveres. Certus enim potes esse quia magna te pro hoc sancto studio apud Deum retributio exspectat. Omnipotens Deus sit semper custos totius vitæ vestræ. Amen. Absolutionem et remissionem omnium peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens et miscricors Dominus, et semper ad meliora cum humilitate faciat vos proficere, et nunquam deficere. Amen """.

VARIÆ LECTIONES.

4

⁵⁴⁹ Collata cum eodem ms ⁵⁷⁹ Lunerim ms Luverim ⁵⁷¹ Recta, et quæ ms recta est, et quæ ⁵⁷² Custodire ms custodite ⁵⁷³ Tali voluntas ms talis voluntas ⁵⁷⁴ In toto nisu ms ut toto nisu ⁵⁷³ Amen. . . Amen. ms omit.

EPISTOLA CXXXIV.

ANSELNI AD VALERANNUM.

Habetur supra parte 1, Patrol. 1.CLVIII, col. 511. EPISTOLA CXXXV.

VALEBANNI AD ANSELHUN, col. 547 EPISTOLA CXXXVI. ANSELNI AD VALEBANNUM. Hubeiur eadem parte 1, col. 551

EPISTOLA CXXXVII "".

ANSELMI AD TUBOLDUM BECCENSEM MONACHUM. Quod mundo vale dixerit, vehementer gaudel.

ARSELNUS, SERVUS Ecclesia Cantuariensis, fratri et amico charissimo Turoldo ²¹⁷ (31), Dei gratia monache Beccensi, salutem et boni propositi perserverantiam usque in finem, B

Benedictus Deus in donis suis et sanctus in omnibus operibus suis, qui cor vestrum convertit a yanitate ad veritatem. Vanitatem enim sequentur emnes qui altitudines et honores atque divitias hnjus sæculi concupiscunt 576, quia nullatenus possunt satiare mentem, sicut promittunt ; sed quanto plus abundant, tanto magis animam esurientem faciunt, nec ad ullum bonum finem perducunt. Veritatem autem ionent, qui terrena et transitoria toto. corde contemnunt, et ad veram humilitatem .oto conatu ascendunt. Namque neguaquam videntur spiritualibus oculis, qui se bumiliant, descendere; sed ad montem altissimum, de quo ad regnum colorum ascenditur, couscendere. In viam paradisi vos direxit divina clementia, imo in quemdam pa- C radisum hujus vitæ vos introduxit, cum vos in claustralem conversationem monachici propositi intro-

A duxit. Caveat igitur vestra prucentia ne cor vestrum retro respiciat. Retro autem monachus respicit cum ea sape recolit quæ deseruit. Quod cum sape facit, refrigescit in eo amor cælestus, et reviviscit amor mundi, et fastidium tædiumque propositi sui. Sicut igitur corpus vestrum est segregatum a sæcularium conversatione, sic vestru n cor sit separatum a mundana cogitatione, et sit semper occupatum aliqua utili et spirituali meditatione. Spiritus sauetus semper faciat vos gaudere et gratias agore Deo de bono incoepto. Amen.

EPISTOLA CXXXVIII ***,

ANSELMI AD BASILIAM.

Mulieri huic pilssimie epistolan scribit admodumpiam.

Quod homo semper out in colum ascendat, but in infernum descendat. Et quod hoc maxime attenders debeat.

ANSELHUS archiepiscopus BASILIE amicæ, filiæ in Domino charissinæ, salutem, et benedictionem Dei, ac suam, si quid valet.

Didici per legatos vestros quia vehementer desideratis litteras nostras; in quo recognosco vestram bonam voluntatem et Christianam intentionem. Nihil enim video cur illas desideretis, nisi ex illis aliquod consilium animæ vestræ salabre inde accipiatis. Quamvis ergo tota sacra Scriptura vos doceat qualiter vivere debeatis, si eam vobis exponi facitis, non tamen debeo esse avarus neque inexorabilis religiosæ petitioni vestræ. Dicam igitur vobis, filia charissima, aliquid quod si frequenter tota intentione mente pertractaveritis, multum cor vestrum ad timorem Dei et ad amorem bene viveudi accendere poteritis. Semper sit ante oculos mentis vestræ

VARIÆ LECTIONES.

²⁷⁶ Collata cum écaem ms ²⁷⁷ Amico Turoldo ms amico charissimo Turoldo ²⁷³ Concupiscunt sicut ms concupiscunt, que nullatenus possunt satiare mentem, sicut ²⁷⁵ Collata cum ecdem me

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(34) Turoiao. In Chronic. Beccensi habetur prolixa mentio de eo. Quam ideirco sie perstringemus, ut nihil quod ad historiam spectet, excidat. Turoluns igitor, Hagonis Euremondensis germanns, vir non postremæ nobilitatis et potentiæ, cum ad Ecclesiæ Bajocensis, regimen fuisset evectus, paulo post divino sic exarsit amore, ut universam sæculi honestatem pro stercore habuerit, et Becci monachum induerit. Nec sine magna fruge. Nam eo tandem ascendit submissionis, modestiæ, gravitalis, prudentiæ observantiæque monasticæ, ui admirationi foret ipsis optimatibus Beccensibus. At vero, ut magis magisque splendesceret, visum est divinte sapientize eum diutius excoquere in fornace doloris D (quem rupturam dicimus) sic eum excruciantis, ut nen parva intestinorum pertie in scrolum descen-riens pene hominem examinarel, et denuo conscendens, quidquid craciatus de descensa videbatur defuisse. fenorum fenoribus repeteret. Interea Dei servus fortiter cum interno luctans hoste, samper ejus fororem celabat, sperans divino tandem reprimendum auxilio, sicque nemini (quod clam esse peroptabat) detegere cogeretur, et quidem virginei pudoris studio. Cessit tamen, cum semel intestina sic relazata el inflata sunt, nt de interiori eorum regressu desperans, abbatem Willelmum ccersierit,

PATROL. CLIX,

qui haud mora cum fratribus advolavit. Conspicatus Turoldum morbo pene enectum, cœlestis medici manum implorat. Ipse quoque ægrotus, animo sanus, plurimumque vividus, ad diva Fidis virginis open celeriter confugit. Nec frustra. Cœpit enim meliuscule esse et dormire. Inter somnum vero audivit vocem hujuscemodi : « Surge sanus, et intellige precibus beatze Fidis integras to redditum sospitati; et ad te accersito boc ipenen indicabis abbati. Orahis eliam ipsum quatenus fratrem Girardum cognomento Giffardum, Longevillam dirigat, qui salvatori tuo gratias pro salute tibi concessa referat, ac candelas super occlesize altare reverentissime offerat. > losis sima sunt Chronici Beccensis verba. Turoldus, somno excitus, pudendis admovet manum, deprehondit tactu veritatem coelestis admonitionis restitutionemque tam insperatæ sanitatis. Unde in doxologias gratiasque supremo pharmacoper nec non ejus ancillæ sanctissimæ Fidi habendas effunditur. Abbas, hoc audiens, incredibili exsultavit gaudio, Turoldumque una cum Giffardo Longevillam misit reddendi voti ergo. Porro hanc sanctani Fidem, cujus obsecrationibus convaluit Turoldus, videtur esse illa ipsa de qua Martyrolog. prid. Non. Octob.

6

quia vita præsens finem habet; et neseit homo A vos malle inobedientiæ culpam incurrere quam tau quando ultima dies, ad quam indesinenter die ae nocle propinquat, adveniat. Vita præsens via est. Nam quandiu vivit homo, non facit nisi ire. Semper enfm aut ascendit in infernum aut descendit. Cum facit aliqued bonum opus, facit unum passum ascendendo; cum vero aliquo modo peccat, facit unum passum descendendo. Iste ascensus vel descensus tune cognoscitur ab unaquaque anima quando exit de corpore. Qui sollicite studet dum hic vivit bonis moribus et bonis operibus ascendere, in cœlo collocabitur cum sauctis angelis; et qui malis moribus descendit, in inferno sepelietur cum perditis angelis. Hoc utique notandum est quia valde velocius et facilius descenditur quam ascenditur. Quapropter in singulis voluntatibus et actibus suis debet Christianus et Christiana diligenter considerare si ascendat, aut si descendat, et toto corde ea in quibus videt se ascendere amplectator alque illa in quibus cognoscit descensum fieri in see infernum, fugiat et exsecretur. Moneo itaque et consulo vobis, in Deo amica et filia dilectissima sei, ut in quantum, adjuvante Deo, potestis, ab omni peccato magno vel parvo vos retrahatis, et in sanctis actibus vos exerceatis. Oro omnipotentem Deum ut ipse vos semper et ubique protegat, dirigat et custodiat. Amen.

416 EPISTOLA CXXXIX ⁵⁴³.

AD LAMBERTUM ABBATEN S. BERTINI. Suadet oblatum regimen assumere.

ANSELMUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis, charissimo amico suo, reverendo abbatí cœnobii Sancti Bertini, LAMBERTO, salutem, et dilectionem cum orationibus.

Quia Ecclesia Remensis desiderat et petit reverentiam vestram (sicut ses scripsisti mihi) ad regimen archiepiscopatus, postulat vestra prudentia a mea parvitate consilium quid sibi faciendum sit in tam magna re, tam onerosa, tamque periculosa. In primis oro Deum ut ipse nihil permittat de vobis fieri nisi quod illi placet et vobis expedit. Consilium autem meum (32) quod petitis, in quantum intelligere possum, hoc mihi videtur salubrius ut voluntas vestra, quantum in vobis est, nullum præbeat *** assensum, 'nihil dicatis, nihil faciatis quod ad hoc possit valere "", ut ad onus ad quod vocamini aliqua D occasione pertrahamini. Nulla vos cogat necessitas, præter solam et puram obedientiam. Obedientiam vero nullam suscipiatis, nisi a domno abbate Cluniacensi, cui vos subdidistis. Quod autem dicitis .

onerosum opus et operosum onus suscipere, pen est meum consilium. Periculosior namque est inobedientia quam non sequitur pœnitentia, quam sit obedientia quæ in spe misericordiæ Dei aggreditur etlam ea quæ videntur impossibilia. Virtus enim et meritum obedientiæ, cum sola impellit hominem in pericula, aut defendit hominem a peccato, aut si forte peccat, valde veniale "" est si comitatur semper pœnitentia. Qui autem vivit in inobedientia, nullum bonum ejus facit sine macula.

EPISTOLA CXL.

PASCHAEIS PAPÆ AD ANSELMUM.

Plurimum gaudet quod Henricus ecclesiasticis obsecundurit præceptis. Anselmum absolvit ab excommunicatione quam se incurrisse timebat propter investituras regis; dat ei potestatem alios qui investiti a rege suerint et ipsum regem absoivendi excepto Eliensi abbate.

PASCHALIS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Anseluo, Cantuariensi archiepiscopo, salutem et benedictionem.

Quod Anglici regis cor ad apostolicæ sedis obedientiam etc. Exstat in Registro Paschalis II, infra, ad an. 1118.

EPISTOLA CXLI 447.

ANSELMI AD ARNULFUM ABBATEM TROARNENSEM.

Ex morbo laboranti collaborat, et petitum de abjicienda præpositura consilium præbet, ut eam dimittat si consentiant archiepiscopus et fratres,

ANSELMUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis, dilecto amico suo Arnulro, reverendo abbati Troarnensi see, salutem et gratiæ Dei continuam protectionem et consolationem.

Litteræ quas domno abbati Rodulfo see misistis de ægritudine et de angustiis vestris, graviter cor nostrum charitativa compassione percusserunt; in quibus etiam consilium petit sanctitas vestra a mea parvitate de dispositione Ecclesiæ suæ, quoniam propter nimietatem ægritudinis desperat se ita, sicut hactenus fecit, et quemadmodum oportet, illam posse 417 gubernare et disponere. De ægritudine quidem magnam debet colligere mens vestra cousolationem, quia flagellat Deus omnem filium quem recipit. Et exempla sanctorum virorum, qui multas et gravissimas passi sunt ægritudines, sicut fuit Job, et sicut legitur de quodam sancto viro (53) qui paralysi toto corpore dissolutus, a fratribus, quoniam ipsi illum tractare non poterant, feminis traditus est, multum vos confortare debent. Nus-

VARIÆ LECTIONES

582 Collaia cum eodem ms ses Reverentiam seo Sicut in ms fieri in 561 Dulcissima ms dilectissima 583 Multum præbeat ms nullum præbeat 565 Posset valere ms sicut ms reverentium vestram sicut possit valere *** Veniale ms valde veniale *** *** Domino Rodulpho ms Domino abbati Rodulpho *** Droarnensi msTroarnensi ser Collata cum eodem ms

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(52) Consilium autem meum, etc. Arnulfus Lexoviensis in epistol. ad Danielem, priorem S. Barbaræ, recte, quod quemadmodum ad prioratum non se debuit ingerere, ita vocatus non debeat recusare : · Quia, inquit, non minus delictum tumor inobedientiæ quam zelus ambitionis importat. Quod si

3

non ex tumore, sed humilitate potius, sicut putas, et timore desistis, pusillanimitatem hæc mihi sapit humilitas. Veni igitur, quoniam cum ipso onere gratia tibi divina concrescet. > Sic ille.

(33) Et sicut legitur de quodam sancto viro, etc. Is (vel allucinor) fuit Paulus abbas cromi Panephiquam chim legimus quod ægritudines sanctorum A quatenus consideret si qua sunt in regno vestro cor-, illis fuerunt ad detrimentum, sed semper legimus cos ad meliora per tribulationes "", processisse. Nam etsi bona opera aliquando impediantur in languoribus, gratia tamén Des non minuitur sed augetur, sibona voluntas in tribulatione non decrescit; nec exigit Deus a servis suis plus quam facere possint. De consilio vero quod petitis de dispositione Ecclesiæ vestræ, Deum oramus ut ipse vobis cousulat ; et vos et Ecclesiani vestram cum filiis protegat atque regat. Quod tamen mihi videtur, in quantum possum intelligere, tacere non debeo. Curam Ecclesiæ quam per obedientiam et charitatem corum ad quos hoc pertinuit, sine propria voluntate suscepistis, sola vestra voluntate non debetis rejicere, sed obedientiam usque ad mortem servare. Sed si assensu et consilio archiepiscopi, quia episcopum non babetis. et fratrum. et corum qui rei cognoscunt necessitatem, talis electa fuerit persona que onus vestrum, quod hactenus portastis, digne possit suscipere, tunc utique hos quod per obedientiam suscepistis, licite si ad salutem vos redire desperatis, potestis dimittere. Filios vestros hortor et consulo quatenus quanto magis ipsi ad præsens vestro nequeunt uti auxilio et consilio. tanto magis solliciti ipsi sint ne religio, que in vestra sanitate in illis vigebat, deficiat; sed invicem se charitative hortantes, propositum[soum inviolabiliter custodiant:

EPISTOLA CXLH #1.

ANSELMI AD MURIARDACHUM REGEN RIBERNI.E.

Hunc regem deprædicat ob pacali regni felicitatem El eun admonet ut que corrigenda sunt corrigat, maxime cognatorum conjugia et irregularium episcoporum ordinationes.

MURIARDACHO, glorioso, gratia Dei, regi Hiberniæ, Anselnus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, salutern cum prationibus, et Dei misericordia semper regi et *** protegi.

Gratias ago Deo de bonis multis quæ de vestra celsitudine audio. Inter quæ est hoc quia gentem regni vestri in tanta pace facitis vivere, ut omnes boni qui hoc audiunt, Deo gratias agant, et vitæ vestræ diuturnitatem desiderent. Ubi enim pax est. licet omnibus bonam voluntatem habentibus quod optant sine perturbatione malorum hominum effice- D re. Unde vestra celsitudo, per quam Deus ista facit, ab eo certissime magnam retributionem debet exspectare. Super hoc utique pacis fundamentum facilé est alia quæ ecclesiastica religio exigit, ædificare. Precor itaque bonæ voluntatis vestræ constantiam

rigenda, propter vitæ æternæ præmium, et ut magir. ac magis in vobis gratia Dei angeatur, sollicite, Deo adjuvante, studeatis emendare. Nihil enim est. contemnendum quod corrigi possit, quia Deus exigit. ab omnibus non solum quod male agunt, sed ctianu. quod non corrigunt mala quæ corrigere possunt. Et quanto potentiores sunt ut corrigant, tanto districtius exigit ab illis Deus, ut secundum potestatem misericorditer impensam bene velint et faciant. Quod maxime videtur ad reges pertinere, quoniam ipsi cognoscuntur majorem potestatem, et cui minus contradicitur, inter homines obtinere. Si autem nom omnia simul potestis, non debetis propter hoc quin a melioribus ad meliora studeatis proficere, quia bona proposita et bonos conatus Deus solet benigne perficere et beata plenitudine retribuere. Auditur apud nos quia conjugia in regno vestro sine ouni ratione. dissolvantar et commutantur, quia cognati sive sub nomine conjugii, sive alio modo, palam sine reprehensione contra canonicam prohibitionem commisceri non vereantur. Episcopi quoque, qui debent esse forma et exemplum aliis canonicæ religionis, inordinate, sicut audivinus, aut a solis episcopis aut in locis ubi ordinari non debent, consecrantur.. Hæc et alia quæ magnitudinis vestræ prudentig in Hibernia corrigenda cognoverit, precor, obsecro ck consulo, sicut illi quem valde diligo, et cujus profectum per omnia desidero, quatenus cousilio bonorum virorum et sapientium regni vestri corrigero. studeatis; et Deum oro, de regno terreno ad regnuna cœleste transeatis. Amen.

EPISTOLA CXLIII ***.

ANSELMI AD GISLEBERTUM LUNICENSEM EPISCOPUM. Gratiam habet præsuli gaudenti quod suis auspicits res Ecclesiæ bene verteret.

ANSELNUS, Servus Ecclesiæ Cantuariensis, GISLE-BERTO, Lunicensi *** episcopo, salutem.

Gratias ago reverentiæ vestræ quia lætam *** se significat in litteris suis, quod Deus in Ecclesia sua ad profectum religionis per me dignatur aliquid operari. Quoniam autem olim nos apud Rothomagum invicem cognovimus, dilectione sociati sumus, et nunc cognosco vos ad episcopatus dignitatem gratia Dei profecisse, confidenter audeo vos obsecrare, et secundum quod intelligo opus esse, vobis consulere. Sublimavit Deus, in Hibernia vestram prudentiam ad tantam dignitatem, et posuit vos ut studeretis ad religionis vigorem et animarum utilitatem. Satagite ergo sollicite, sicut scriptum est de co qui ses præst in sollicitudine, in illa gente, quantum in volus est.

VARIÆ LECTIONES.

⁹⁹⁰ Per tribulationens²⁹ms per tribulationes ⁸⁹¹ Collata cum soden ms ⁸⁹³ Regi et ms semper regi et. Collata cum eodem ms ⁸⁹⁵ Ludinensi ms Lunniceusi ⁸⁹⁵ Lætari ms lætam ⁸⁹⁶ Scriptum est, qui *** Scriptum est, qui 393 Collata cum eodem ms 🗤 scriptanı est de eo qui 🕚

JUANNIS PICARDI NOTÆ.

siz, tanta membrorum debilitate constrictus quadriennium, ut corum functione penitus careret, et a . viris curari nequiret; camque ob rem traditus sauctis virginibus, apud quas et defunctus est. Vide

Cassian, collat. vii, cap. 26, ubi reperies oleum delluons exaunctis sancti viri membris tam fuisse salutare ut infirmis salutem restitueret.

.

174.

sorrigere et exstirpare, et bonos mores plantare et A seminare. Ab hoc etiam, quantum in vobis est, regem vestrum, et alios episcopos, et quoscunque potestis, suadendo, el gaudia quæ parata sunt bonis, ac mala quæ exspectant malos, ostendendo attrahite, ut de vestris *** et de aliorum bonis operibus præmium mereamini a Deo accipere. Grates refero pro munere vestro quod mihi benigne misistis. Orate pro me.

EPISTOLA CXLIV ***.

AD MONACHUM APOSTATAM.

Præceptis, consiliis et minis errantes duas oves ad gregem revocal.

Anselnus, Dei gratia archiepiscopus Cantuariæ, Admiano, qui fuit monachus Christi Ecclesize Cantuariensis, et suadente diabolo, rel'quit habitum soum, si vult redire ad monasterium sum et "" ad monachicum propositum, salutem et veram dilectiosen.

Fratrem et filium non debeo nominare, donee sciam te prenitentiam peccati et erroris tui agere; **418** et hoc cognoscam per reversionem tuam. Quod si, Deo per gratiam "" suam inspirante, secundum desiderium meum videro, certus esto quia in me paternam pietatem et fraternam charitatem sine figmento, Deo annuente, invenies. Consulo igitur et consulendo precor ut hominem, cujus animæ salmem affectu cordis desidero; et præcipio ea auctoritate quæ mihi a Deo et ab Ecclesia Dei tradita est, super omnes viventes professos obedientiam et C stabilitatem in præfato monasterio; et adjuro per eamdem professionem et stabilitatem, quam te in eodem loco servaturum coram Deo promisisti, et per utrumque adventum Domíni nostri Jesu Christi, sicut vis ut primus sit tibi ad salutem, et secundus non sit tibi ad dannationem, quatenus resipiscas, et redeas ad Ecclesiam in qua monachus fuisti quantum ad habitum, et esse debes secundum veritatem. et ad me, et ad fratres, qui te propter animæ tuæ salutem desideramus, si non vis in excommunicatione et austhemate mori. Nullus enim homo in præsenti vita vivens potest te absolvere ab his vinculis excommunicationis et anathematis, nisi quod vera dilectione precor et consulo, feceris. Istas meas litteras præcipio tibi, si qua adhuc vena obedientiæ vivit in te, ut ostendas, si opportunitatem habes, Airardo, qui tecum ab Ecclesia Christi discessit; et quidquid tibl scribo, illi simili charitate et auctoritate mando. Quamvis non mercamini adhuc ut *** pro vobis orem, tamen oro Deum omnipotentem ut ipse vos convertat ad se, et ad salutem animarum vestrarum, et lætificet me de vestro desiderato reditu. Amon.

EPISTOLA CXLV "".

WALTERI AD ANSELNUM.

Exsultat de felici Anselmi in Angliam reditu, simulque ab eo quidpiam expetit piæ consolutionis.

Domino desiderabili, et totis viscerum medullis, concipiendo matri Ecclesiæ catholicæ Anserno, frater WALTERUS, unus suorum extrema pars devotorum, desideratæ pinguedinis, intimæ anavitatis haustum sufficientem.

Hæret lingua, sensus hæret, nutat manus, dum revolvit dulcedinem vestræ salutationis, qua se vestra celsitudo ad tantillum honruncionom dignata est inclinare. Ece ad vocen vestram confortata sunt ossa mea, exhilarata præcordia mea, quia sane nuno cognovi me vestram gloriam non inaniter amasse, quando vos meam humilitatem non dedignati estis recognovisse. Et revera quanto in me nihil promptum, nihil robustum considero, tanto erga meani imbecillitatem vestram diligentiam pluris duco. Omnipotenti itaque Deo laudis hostiam mecum referent omnes amici vestri, qui seculum nostrum presentia vestralumine destitutum feliciore bentitudinis vestræ roditu exhilaravit. Depulit enim, qualiter voluit, quidquid requiei placidæ voluntatis vestræ obnitebatur; unoque momento, quod nobis longissimum videbatur, citissimum nobis effectu pleniore perfecit. lutrojius enim vester pacificus factus est et nobis et vohis, quia dum protractæ quereke terminum posuistis, Ecclesiis canonice collatis, vos quoque requievistis. Itaque requiei vestræ et communi bono congratulantur omnes amici vestri, et vos, quia corpore conjuncti non possunt, desideriorum gressibus invisere non desistunt. De nostris potissimum monachis dico. quos vobis majoris dote familiaritatis, et subventione transactze necessitatis proclivius devinxistis. Sed quoniam mei causa cœpi, ad me mihi redeundum est. Optatissimma mihi esset, si fieri posset, ante finem meum vestro conspectu perfrui, et coram vobis de meis calamitatibus conqueri. Pertransiit enim tempus meum, et nescio si quem diuturnitate vitæ collegerim fructum. Sed quoniam voluntati meæ debilitas senilis obsistit, ecce hic ubi sum vobis suspirando, miserias et languores animæ quos contraxi repræsento, id polissimum, exorando ut, sicul omnibus omnia facti estis, eo me modo rescripto mansuetudinis vestræ informare dignemini, quo præsentem, si ita contigisset, consolaremini. Erit enim boc magnum tutamentum meæ necessitatis et monimentum gratum vestræ suavitatis. Ad hoc sane mea hæe tendit oratio, ut, quoniam vobis ex toto juxta votum frui non possum, saltem mihi aliquam vestri portiunculam concedatis, non qua fruar pro vobis, sed cujus respectu es in vestra consolatione respirem. Non quia ægritudini meæsufficientia desint

VARIÆ LECTIONES.

. •• Et de vestris me nt de vestris see Deo gratiam me Deo per gratiam ••• Ut adhuc ms adhuc ut suum et 🏛 Respectui ms respecta

"" Gum eodem ms collata "" Monasterium et ms Monasterium ••• Collata cum eodem nu ægroto, si ei quod desiderat tribuatur. Et sæpe tactus unius demulcet, cui multorum medicamina non inhærent. Omnipotens Deus mentem vestram et linguam, parvulerum suorum consolationi diutius *** reservet, et placidæ vestræ voluntati "" conatus adversariorum potentiæ suæ dextera substernat ***. Amen.

EPISTOLA CXLVI "".

ANSELMI AD WALTERUM.

Est rescriptum ad ante positas litteras.

ANSELNUS archiepiscopus fratri ét dilectori suo WALTEBO salutem et benedictionem Dei, et suam, guantum valet,

Litteras religiosæ dulcedinis tuæ suscepi, velut favum pinguem, et exundantem, et stillantem densas et suaves guttas inexplicabilis erga me dilectionis. In quibus sancto referta fervore anima tua diligenda et dilecta ammæ meæ, tanto se significat flagrare desiderio nostri colloquii; et quia hoc tieri posse desperat, saltem per litteras nostræ salutationes et zlificantis admonitionis; ut anima mea miretur unde tua erga me concepit tantum affectum amoris, Lisi quia Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis; el nescis unde venial aut quo vadat (Joan. 111, 8). Quippe mea merita hoc impetrare apud homines nequeunt, ut sic diligar ab homine; sed Spiritus sanclus, per quem charitas in cordibus servorum Del diffunditur, ipse animam tuam tali ac tanto fecundavit affectu. Cujus vocem in litteris tuis audio, sed " unde hoc inspiret nescio, quia cur hoc faciat in me non invenio. Quem rogo ut nunquam a te vadat, sed semper in le maneat, et totum spiritum tuum indesinenter amore Dei et proximi fervere faciat. Gratias ago Deo qui mihi ut ita a te diligar delit, sed tibi multo majus donum tribuit cum cor tunni sic amore proximi implevit. Valde namque est gratius Deo diligere proximum quam diligi a proximo. Scmper ergo plus debemus studere amare quam amari; et

alimenta Scripturarum, sed quia scriper satius est A plus gaudere, et majorem quæstum æstimare cum amamus, quam cum amamur. Atque mogis dolendum nobis est, et majus damnum credendum, cum perdimus amorem quo amamus 448, quam cum amittimus illum a quo amamur; amanti enim præmium debetur, non amato. Deum, pro cujus amore me diligis, oro ut ipse te diligat, ipse te ad bene vivendum, quod a me petis, instruat; ipse te ab omnibus peccatis absolvat, et ipse te ad vitam æter. nam perducat. Amen.

419 EPISTOLA CXLVII ***.

ANSSELMI AD MURIARDACHUM HIBERNIE REGEN.

Etiam alque eliam regat mederi, aut curare medendum pestilentibus sui Pegni moribus. Ne amplius viri uxores suas aliarum uxoribus commutent, et episcopus non nisi in uno certo loco constituatur, nec nisi a pluribus episcopis ordinetur.

MURIARDACHO, glorioso regi Hilberniæ, Anselnus archiepiscopus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, fidele cum orationibus obsequium, et per regnum terronum mercri coeleste.

Quoniam multa de vestra excellentia prædicantur quæ regiam decent dignitatem, valde gaudemus; et Deo, a quo est omne bonum, devotas exinde gratica agimus. Confidimus autem quia qui vobis contulit gratiam suam in faciendis bonis quæ facitis "", conferet quoque affectum perficiendi ea quæ super illa quæ facitis eum velle cognoscitis. Quapropter, gloriose fili et in Deo charissime, precer ut ea quæ in regno vestro secundum Christianam reilgionem cmendanda cognoveritis, omni instantia et sollicitudine emendetis. Ad hoc enim Deus in regali sublimitate vos constituit ut virga æquitatis subditos. populos gubernetis, et quilquid in eis justitim adversatur, eadem virga percutiatis et amoveatis. Et quidem quiddam dicitur fieri in ipso vopulo quém regendum suscepistis, quod magnopere corrigendum est, quia Christianæ religioni omnimodis contrarium est. Dicitur enim quod viri ita libere et publice uxores suas uxoribus sliorum commutant (34), sicut

VARIÆ LECTIONES.

" Consolatione diutius ms consolationi diutius 603 Placidæ voluntati ms placidæ vestræ voluntati 807 Collata cum eodem ms " Substernot. ms substernat. Amen. 608 Perdimus quem amanus ms per-⁶¹⁰ Quæ fecistis ms quæ facitis dimus amorem que amamus "** Cum codem nie, collata

JUANNIS PICARDI NUTÆ.

(34) Dicitur quod viri ita libers et publice uxores D suas aliorum uxoribus commutant. Epist. 141, supra, idem præmonuerat, sed quia, ut liquet, neglectum fuerat, rursus inculcat. Sane ante Auselmum Gregorius popa VII aliquid simile audierat, unde Lanfranenm per litteras (quarum majorem partem retulimus in epistol. 31, lib. 11) monuit serpenti morbo occurrere his verbis : « Tuam vero fraternitatem, etsi monitore non egeat, impellente tamen nos sollicitudine admonemus, quatenus graviora usquequaque vitia resocare studeat, et inter omnia, et præ omnibas, nefas qued de Scotis audivinus, qued plerique videlicet uxores pon solum deserunt, sed etiam vendunt, modis omnibus prohibere contendat. Ad hæc enim apostolica te auctoritate fultum esse volumus, pi non solum in Scotis, sed ctiam in aliis (si quos in Anglorum insula tales esse cognoveris) dura animadversione punias, et radicem tanti mali prudenti

sarculo correctionis penitus exstirpare non differas. Sic Gregorius ad Lanfrancum, qui monitis pontificis continuo morem gessit. Nam post Gregorianas litteras sequuntur proxime aliæ ejusdem Lanfranci, ad Gothricum Hibernize regen, uhi post captatam in limine benevolentiam, hac insunt: « In regno vestro perhibentur homines, seu de propria, seu de mor-tuarum uxorum parentela conjuges ducero. Alii, legitime sibi copulatas pro arbitrio et voluntato relinquere; nonnulli suas aliis dare, et aliorum infanda commutatione recipere. Hæc, et si qua sunt alia crimina, propter Deum et animam vestram in terra potestatis vestræ corrigi jubere, talesque vos cum divino adjutorio vestris subditis exhibere, ut et amatores boni bona amplius diligant, et appetitores mali pravas actiones nequaquam exercere præsumant. > Ita Laufrancus commonnerat resem. Verum, nescio an surda aure isthac præteriisset,

alia ab illo commutat; aut pro libitu et sine ratione relinquunt. Quod quam malum sit, omnis qui Christianam legem novit, intelligit. Si igitur excellentia vestra divinarum Scripturarum sententias quæ huic infami negotio obviant per se legere non valet, præcipite episcopis et religiosis clericis qui in vestro regno sunt ut eas vobis edicant, quatenus, eis cognitis, quo studio vobis invigilandum sit, ut hoc malum corrigatur, cognoscatis. Item dicitur episcopos in terra vestra passim eligi, et sine certo episco patus loco constitui, atque ab uno episcopo episcopum sicut quemlibet presbyterum ordinari. Quod nimirum sacris canonibus omnino contrarium est; et eos qui taliter instituti sunt aut ordinati, cum suis ordinatoribus ab episcopatus officio deponi præcipiunt. B Episcopus namque, nisi certam parochiam et populvm cpi superintendat, habeat, constitui secundum Deum non potest, quia nec in sæcularibus nomen vel officium pastoris habere valet, qui gregem quem pascat non habet. Honor quoque episcopalis non parum vilescit, dum is ad pontificatum assumitur qui ordinatus, quo divertat vel cui per episcopale ministerium certo præsideat, nescit. Minus quoque quam a tribus episcopis ordinari non debet, cum propter multas alias et rationabiles causas, guas epistolaris brevitas non admittit, tum ut fides, vita et sollicitudo ejus qui invigilare debet, idoneis et legadibus testibus comprobetur. Precor itague, hortor et moneo quatenus excellentia vestra operam det ut ista in regno suo corrigantur, quatenus merces, quam C n Deo pro aliis bonis expetitis *11, pro istis vobis angeatur. Cæterum, si quid in vobis aut in his quos .regere suscepistis quod ullatenus voluntati Dei adver-.sari queat, perpenderitis, sollicite emendare satagite,

quilibet equum equo, aut quamlibet aliam rem re A ut cum de terreno regno transieritis "1" ad cocleste regnum veniatis. Amen. De fratre nostro Cornelio, quem sibi celsitudo vestra mitti rogavit, dico quia ita occupatus est circa servitium patris sui, ut nec ab co queat sine periculo vitre illius separari, nec eum, qui jam senio confectus est, secum ullatenus ducere.

EPISTOLA CXLVIII 413.

ANSELMI AD ODONEM NONACHUM. Ut non deserat munus sibs commissum ob ingravescentem ætalem.

ANSELMUS archiepiscopus fratri charissimo Oponi, monacho et cellerario 614, salutem, et benedictionem Dei et suam.

Dicitur quod quia sentis ætate et ægritudine Anem tuum propinquare, ideo vis obedientiam tuam, in qua hactenus Deo et conventui ecclesiæ in qua vivis deservisti, deserere. Notum tamen volo esse dilectioni tuæ quia hoc consilium non est ex bona 618 parte. De malis enim operibus debemus agere pœnitentiam, et ea relinquere ante mortem, ne in illis inveniat nos ulțima dieș. În bonis vero operibus debemus perseverare usque in finem, ut in illis assumatur anima nostra de bac vita. De benefacientibus namque perseveranter dictum est ; Qui perseveraverit usque in finem, hic ^{\$16} salvus eril (Matth. x, 12), non de illis qui ante finem a bono opere deficiunt. Expedit igitur animæ tuæ, frater et filj charissime, ut in obedientia quam secundum posse tuum ad placitum Dei, in quantum cognoscere possumus, et ad placitum abbatis tui et fratrum tuorum tenuisti, perseveres quandiu vita in te fuerit, et abbas tuus tibi jusserit, bono et læto animo, sine omni rancore et murmuratione, ut etiam loquendo et disponendo aliquid de cadem obedienția emittas spiritum. Sic enim

VARIÆ LECTIONES.

413 Collata cum eodem ma 11 Cellario mu *11 Expeditis ms expetitis 414 Transibitis ms transieritis "" Sic salvus ms hic saivus .Cellerario 618 De bona ms ex bona

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

aut mors irruens sancta ejus prævenisset desideria; saltem constat ex aliis litteris Lanfranci ad Terdelvacum, Gothrici successorem, datis, nihil fuisse adhibitum remedii tam pestilentiæ morbo. Substomachansenim, paulo ante medium scribit : cluter multa D hæreditaria arguit D. Hieronym. lib. 11, adversus quæ placent, relata nobis sunt quædam quæ disci-plicent, scilicet quod in vestro reguo quisque pro habet, et quasi Platonis Politicam legerit, et Catonis arbitrio suo legitime sibi copulatam uxorem nulla canonica causa interveniente relinquit, et aliam quamlibet, seu sibi, vel relictæ uxori consanguinitate propinquam, sive quam allus simili improbitate deseruit, maritali seu fornicaria lege punienda temeritate conjungit. Hactenus Lanfrancus, es cujus præteritis adhortamentis si præsentia liceat Anselmi comprobare, ausim dicere non ex Scotorum vel Hibernorum, sed Anglorum longe antea depravatis moribus natam hanc lethalem gangrenam panlatim vires et augmentum sumpsisse. Nam Gildas in Excidio Britanniæ supra mille annos dixit : Reges habet Britannia quamplurimas conjuges habenter, sed scortantes. D. Bonifacius martyr et archiepiscopus, legatus Germanicus objicit Ethelbaldo regi Anglorum apud Willelm. Malmesbur., lib. 1, l'e reg.

Angl., cap. 4 : Audivimus quod optimates pene omnis gentis Merciorum tuo exemplo legitimus deserant nzores, et adulteras, et sanctimoniales consti-prent, etc. Quod autem fuerit Scotis hæc libido quasi sectetur exemplum, nulla apud eos conjux est propria, aed ut cuique libitum fueril, pecudum more lusciviumt. Taceo pudenda et persimilia memoratis libidinibus, quæ Sylvester Giraldus cenlum post Anselmum annis notavit de Hibernis, distinci. 3, Topographiæ Hibernicæ cap. 19. Quam vero allas hic morbus egisset radices, adeo ut nec hujus epistolæ medicatis evelli potuerit consiliis, palam fit ex concilio Caselts, archiepiscopali Hiberniz civitate, habito anno 1171. et ab Alexandro III probato; in cujus concilii placilis id polissime juhetur, ut omnes laici qui nxores habere velint ens secundum jus ecclesiasticum habeant. Roger Honedenus retulit in poster. parte Annal. Sed nec hoc decretum (ut liquet in signato Sylvest. Giraldi testimonio) valuit exstirpare : tam piceum est impire Veneris malum.

eveniet tibi illa promissio quæ perseverantibus usque A in finem promittitur. Nec te terreat quia propter imbecillitatem corporis non vales modo "17 ita effieacitor facere et curare que facienda sunt in eadem obedientia, sicut olim faciebas in sonitate et juventate. Namque non exigit Deus a te ultra posse tuum. Nec to perturbent qualibet adversitates, undeconque veniant, quibus te vult inimicus anima tuæ vexare et fatigare, ut ante finem deficias et præmium perseverantiæ perdas. Hortor igitur et precor quatentia hoe in corde the proponas et stabilias ut bonum opus, good hactenus fideliter Deo adjuvante tonuisti, nequaquam, donec vivas, deseras, nisi hoc abbas tuns et fratres tui non tua importunitate, sed sua spoutonea voluntate libi præcipiant. Et certus esto quia quanto majori difficultate, com propter imbecillita- B tem tuam, tum propter quaslibet adversitates, obedientiam tibi injunctam facies 418, tauto majus prxmlung a Deo recipies. Oro Deum omnipotentem nt ipse cor tuum dirigat, et quantum in me est, benedictionem et absolutionem Dei tibi mando, frater charissime.

420 EPISTOLA CXLIX.

ANSELVI AD THOMAM EBORACENSEM ARCHIEPISCOPUN. Ecclesia ultra tres menses sine pastore non debet esse, unde ipsi præscribit ut vitt Idus Septembris Cantuariæ se sistat ab eo consecrandum, et ne ipse electum episcopum S. Andreæ de Scotia nondum consecratus consecrare præsumat.

ANSELNUS, archiepiscopus Cantuariæ, THOM.E., electo archiepiscopo Eboracensis Ecclesiæ, salu-

Canonica auctoritas præcipit ut Ecclesia episcopatus ultra tres menses non maneat sine pastore. Ononiam autem regi placuit, consilio baronum suorum, et nostra concessione, ut vestra persona cligeretur ad archiepiscopatum Eboracæ, non debet per vos terminus salubriter constitutus diutius differri. Unde miror quia post electionem vestram non requisistis ut consecraremini ad quod electi estis. Mando itaque vobis ut vui Idus Septembr. sitis apud matrem nostram ecclesiam Cantuariensem, ad faciendum quod facere dehetis, et ad suscipiendam consecrationem vestram. Quod si non feccritis, ad me pertinet ut ergo curam habeam et faciam quæ pertinent ad episcopale officium in Eboracensi archiepiscopatu. Præterea audivi quia vos, prinsquamconsecremini, facere vultis, ut electus op'scopus Sancti Andreæ de Scotia apud Eboracum consecretur (35). Quod nec facere debetis, nec ego concedo, sed omnino interdico ne flat, aut de illo, ant de aliqua persona quæ in regimen animarum debet provelif ab archiepiscopo Eboracensi, quia non pertinet ad vos dare vel concedere alicui curam animarum, quam nondum accepistis. Vale

EPISTOLA CL

ANSELWI AD GOFFRIDUM

Virum probum a vitæ integritate laudat, et a quesibi caveat, monet, maxime ne aliorum facta discernens cos contemnat.

ANSELNUS, archiepiscopus Gorrato salutem et benedictionem Dei, et suam. Juhel, nepos vester, mihi narravit vitam vestram.

5

VARIÆ LECTIONES.

"IT Non modo nis non vales modo.

•1• Facias : ms facies,

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(35) Facere vultis, ut electus episcopus Sancti Andreæ de Scolia apud Eboracum consecretur. Quoniam ad Eboraecasem archiepiscopum pertinebat consecratio omniam episcoporum, præßciendorum Ecclesiis insularum Orcadum, id est Hiberniæ et Scotiæ, Thomas neculum acceptam zesporozion alteri volebat conferre aut curare conferendam. Quod Anselmus probibuit recte dicens non posse quem animarum curam demandare, quam non susceperit, Initiando autem episcopo nomini erat Turgodus, Ecclesia Junelmensis prior. Cæterum, quod Scotorum et Hibernorum antistitum initiatio sit pontificis Eboracensis et hujus (de quo fit sermo) fratruelis, ad Lanfrancum, sed non Lanfranci ad ipsum; quas ad litteram subjicio, priores sic habent : e Piissimo, etc. Ecce, Pater sanctissime, filius tuus ad te clamat, sed magis filia, Eboracensis videlicet Ecclesia, ad eam, cui divina dispositione præsides ecclesiam; ranguam ad maternum recurrens sinum, pie postulat D ut ex abundantia maternarum deliciarum reparctur inopia suarum se deserentium; imo longe et inter barbaras nationes positarum virium. Siquidem venit ad nos quidam cloricus, quem misit Paulus comes cam litteris sigillatis de Occadum partibus significans in eis episcopatum suz terræ eidem clerico concessisse. At ille antecessorum shorum ordiae custodito, postulat a nobis consecrari episco-pum, cui, qued juste petit, injuste denegare non possungus. Precamur ergo ut nobis duos episcopos dirigat paternitas vestra, quorum fulti orationibus et auxilio, tantæ rei sacramentum canonice compleamus. Illa autem procul arceatur suspicio, quam

nuperrime noster frater nohis et coepiscopis subintulit R-migius, me scilicet imposterum quæsiturum Dorcacestrensis vel Wigornensis episcopi subjectionem hac de causa. Dico enim coram Deo me nunquam hoo facturum. Si placet igitur sanctitati vestræ, nt juxta petitionem nostram nohis facere dignemini, locum Eboracum; tempus, v Non. Martias nohis Immutabiliter constituinus, et vohis significamus. Ergo vivas et valeas, et spiritualibus incrementis usquequaque proficias. Ilactenus Thomas. Ex cujus verbis perspicuum est, quod altins in Lanfrancum cristas olim erexerat eamdem ob causam quam hic Thomas suus fratruelis, tanto demissius inclinasse; adeo ut non nisi tacito Lanfranci rermissu, vereatur se nuncupare archiepiscopum Eboraci. Sed Lanfranci responsum conjungamus, quo et id juris spectans ad Eboracensem cathedram gravius probat.

c Lanfrancus, etc. Insinnavit vobis venerabilis frater noster Thomas Eboracensis archiepiscopus advenisse de Orcadum insulis ad sequendum clericum, quem in episcopatum lpsius terræ, præcipiente et insinuante Paulo comite, testatur esse electum. Et quia ex antique more sui juris est præfatarum insularum præsules consecrare, pellik a me ut mittam sibi de nostris suffraganeis duos qui tantæ rei sacramentum cum eo valeant celebrare. Rogantes itaque præcipinus, et- præcipientes roga uns, quatenus omni excusatione submota illue eatis et ex nostro præcepto secum, quod justum est, in tantæ rei mysterio compleatis. Non enin decet ut qui sacrandus in hanc terram venit, et cum omni

181

182

et rogavit me ex vestra parte ut vobis consulerem A tati. Inter seculares homines est contontio de proqualiter vivere deberetis. Sed cum audissem vitam vestram, non potui cogitare quid vobis possem addere in psalmis, in orationibus, in abstinentiis, in afficlione corporis, ultra hoc quod vos per gratia Dei incepistis et facitis. Hoc itaque quod facitis, quandiu cum salute corporis vestri facere potestis, tenete. Si autem senseritis quod in ægritudinem vobis vertatur, tune consulo ut sicut expedire cognoscetis. yos temperetis. Melius est enim ut cum salute corporis læto animo aliquid faciatis, quam per ægritudinem ah his quæ cum lætitia benefacitis, pro nihilo ducatis, neque alios qui boc non faciunt, ullo modo contemnatis, aut cos esse minoris meriti apud Deum quam vos cristimetis. Bonum enim est exercitium corporis, sed multo magis amat Deus cor plenum B pietate, dilectione, humilitate et desiderie perveniendi ubi possit et delectetur ipsum Deum videre. Omnipotens Deus vos doceat, et corroboret, et consoletur, Absolutionem Dei et nostram, si quid valet, ab omnibus peccatis vestris vobis mitto. Rogo, orate pro me.

EPISTOLA CLI

ANBELMI AD JOANNEM PRIOREM, ET CONGREGATIONEM BATENSEK.

Eos Dei domum et tomplum futuros, si matuam servent concordiam, et in minimis observantiam teneant.

ANSELMUS archiepiscopus Joanni, priori, et toti congregationi Batensi servorum Dei benedictionem Dei, et suam, si quid valet.

Dominus Joannes, lator præsentium, petiit a me C nt fraternitati vestræ aliquam monitionem scriberem quæ esset signum paternæ dilectionis. Possum quidem breviter comprehendere quæcunque vitanda sunt, et quæ appetenda dicendo : Declina a malo et fac bonum (Psal. XXXVI, 27); sed convenientius existimout de aliqua virtute nominatim religionem vestram admoneam. Hortor ergo ut pacem servare inter vos toto corde studeatis, quia dicitur de Deo : Factus est in pace locus ejus (Psal. LXXV, 5). Ita ergo domus et templum Dei vere eritis, si pacem inter vos constanter habueritis. Quam hoc modo assequi et servare poteritis, si unusquisque non intendat ut alius faciat suam voluntatem, sed ipse semper, servata

pria singulorum voluntate, ut unusquisque "" dicat, non sicut tu vis, sed sicut ego volo; contentio vero esi monachorum est : Non secondum voluntatem meam fiat, sed secundum tuam. Nec debet unusquisque exspectore ut .cum facit alierins voluntatem, ille sibi similiter faciendo retribuat, sed in hoc debet studere ut quidquid alius faciat, ipse nunquam a bono proposito suo deficiat. Est et aliud quod valde pacem et dilectionem inter fratres conciliat : si nullus allquando fratri suo aliquid dicit de alio unde amicus ejus aliquo mode offendatur; sed semper, si potest, frater de fratre lequatur unde cor ejus ad dilectionem accedatur. Hæc; fratres et filii mei charissimi, servate, De ordine quoque vestro ita solliciti esse debetis, ut non in modico illum alicubi, vel aliquando, in secreto, vel in conspectu aliorum, violetis. Scriptum est enim : Qui modica despicit, paulatim decidet (Eccli. xix, 1). Si ergo coram Deo vultis profleere, nunquam minima mandata velitis despicere. Sicut autem qui modica despicit, paulatim decidit, sic qui modica non despicit, non dico paulatim, sed efficaciter proficit. Fratres, facite ut possitis dicere cum Proplicta ; Anima mea in manibus meis semper (Psal. CXII, 15). In omnibus enim operibus vestris debetis considerare quasi anima sit in manibus vestris semper; quia quidquid unusquisque faciet, hoc anima ejus recipiet. Omnipotens Deus vos ab omní malo custodiat, et absolutos ab omnibus peccatis in bonis operibus vos perseverare faciat. Amen. Precor ut oretia pro me.

491 EPISTOLA CLII 411.

ANSELMI AD PASCHALEM II PAPAM.

Ut non mittat pallium archiepiscopo Eboracensi nondum consecrato, nec Londoniensi episcopo, qui illud nunquam habuit, ne Ecclesia Caninariensis primatus a sua dignitate excidat, quod pati neutiquana potest. Inquirit et utrum regi l'eutonicorum permitlat dare investituras, sicut sen Anglia andierat. Domino et Patri diligendo et reverendo Paschalt, summo pontifici, Anselnus, servus Ecclesiæ Cantuariensis 458, debitam obedicutiam cum fidelibus orationibus.

Quoniam fortitudo et directio Ecclesiarum Del rectitudine et voluntate Dei alterius faveat volun- n maxime, post Deum, pendet ex auctoritute paterni-

VARIÆ LECTIONES.

•1• Cum eodem ms collata ere Voluntate ut unusquisque ms voluntate, unusquisque ant Contentio volo ms contentio vero · *** Collaia cum eodem ms 628 Anselmus Ecclesiae Cantuar. ms Anselmus servus Ecclesiæ Cantuariensis

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

humilitate sacrari se postulat, inopia adjutorum a tauto reguo non sacratus abscedat. Terminum hujus consecrationis lator præsentium vobis indicabit. Et ne forte solliciti sitis, putantes quod vel ipse vel successores cjus hac occasione super ecclesias vestras jus prælationis quandoque conentur arripere, litteras quas ipse mihi transmisit, fraternitati vestræ, sollicitudinem de futuro gerens, curavit transmittere. Quas et has (quas vobis transmitto) in archivis ecclesiarum vestrarum, ob memoriam

futurorum, servatum iri præcipio. > Sic Lanfrancus, qui et profitetur ab Eboracensi archipræsule inungendos esse episcopos Orcadum, ita tamen ut Cantuariensis primas ad cum mittat dues comprovinciales episcopos, qui ei adsint ad inauguratiourm sacram peragendam : neque ob rem sibi valeat aliquid in cos juris vindicare. Unde et hic Thomas (ad quem Anselmus) Ecclesite Scoticze designation pontificem initiare non poterat.

recurrimus auxilium et consilium. Archiepiscopus Eboracensis, Gerardus nomine, migravit de hac vita, et alius, Thomas nomine, loco ejus electus est. De quo rumor est quia quæritur ei pallium antequam sit consecratus et milui faciat professionem secundum antiquam consultudinem antecessorum meorum et suorum, lize est igitur summa precum mearum in hac re, ut antequam consecrctur, et mihi debitam obedientiam, sicut dixi, profiteatur, et hoc factum esse litteris postris cognoscatis, a vestra excellentia pallium non suscipiat. Quod non ideirco dico quod illi pollium invideam, sed quoniam quidam sutumant, et etiam procurant, ut si hoc a vobis concessuu fuerit, confidant se professionam debitam mihi posse denegare. Si enim hoe contingat, scitote quia Ecclesia Angliæ scinderetur; et. secundum sententiam Domini, dicentis : Omne regnum in se ipsum divisum, desplobitur, desolaretur, et rigor apostolicje disciplinæ in ca non parum debilitaretur. Ego quoque nullateaus remanerem in Anglia. Non enim deberem aut possem pati ut, me in ea vivente, primaus Ecclesia nostra destrueretur. Hoc ipsum et codem affectu suggero reverentiæ vestræ, quia de Londoniensi episcopo pallium petitur, quod nunquam habuit, ut scilicet ad hoc nullatenus assensum præbeat: Quidam namque concinnant sub hac specie boni, primatus Cantuarize dignitatem (quemodmodum non oportot) humiliare. Misi sanctitati vestræ hoc anno,

•24 Cum eodem ms collata

tatis vestere, quamlo ratio exigit, ad ejus libenter A post Poutecosten, litteras per Bernardum serviente:n domini Petri, camerarii vestri, quod rex Angliæ conqueritur quoil sustinetis regem Teutonicum dare iuvestituras Ecclesiarum sine excommunicatione, et ideo minatur se sine dubio resumpturum suns investituras, quoniam ille suas tenet in pace. Videat igitur prudentia vestra sine dilatione quid in le agere debeatis, ne, quod tam bene ædificastis, irrecuperabiliter destruatur Rex enim noster diligenter inquirit quid de illo rege faciatis. Oramus Deum ut nos lætificet de diuturna vestra prosperitate.

• • • • •

. . .

EPISTOLA CLIH. 444

PASCHALIS PAPE AV ANSELNUM.

Præcedenti respondet se núllatenus dignitati epus Frclesice derogaturum, nec usquam talerasse a regu Tentonico dari investiturus.

PASCHALIS episcopus, servus servorum Dei, fratri Amazao, Cantuariensi archiepiscope, salutem ét apostolicam benedictionem.

Litteras dilectionis ture receptions, etc. Vide in Puschali II ad an. 1118.

EPISTOLA CLIV.

ANSELMI AD WILLELMUM ABBATEM BECCENSENS

Vota nuneupata ante monasticam professionem in prælati manent dispositivne. 🧃

Ansalaus Beccensis, modo minister Ecclesics Cantuariensis, dilecto dilectori suo reverendo abbați WILLELNO (30) Beccensi, salutem.

VARIÆ LECTIONES.

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

(36) Reverendo abbati Willelmo, etc. Ille ipse C Willelmus, Becci tertius archimandrita, de cujus electione scribitur epist. 8, supra, ad quem recen-suimus cjusdem Willelmi natales, pueritiam et monuchismum, et quidem ex Beccensi ms., quot etiamnum suppeditabit in materiam brevis et apertæ narrationis de cjus interitu, ut cujus sancta feliciaque primordia illic exposuinus, hic feliciorem, etsi Becoensibus lugubrem, dicamus ejusdem finem. Anno vicesimo sui muneris, mense Septembri, decidit ia agrotationem, qua lente seniles artus consumens vitalem ejus mortem prorogavit ad inse-queatis anni meusem Martium. Tum enim gravior solito et potentior eum lecto fortius quam Promotheum Caucaso alligavit. Inter hac Ricardus abhas Pratellens's canobii (quod Rogerius Bellomontanus Hunfridi filius constituit in fundo suo, sie enim scrupulose Guillelm, Gemmet, lib, vu, Histor, Da-cum Norman, cap. 22, observavit) convisit Willelcum Norman., cap. 22, observavit) convisit Willel-num, ac nox Beccenses fratres. Tunc vero el D monachi et laici convicaneique lugubres facturi obsecrationibus, et ecclesiastico christiale rotoratus obsecrationibus, et ecclesiastico curismate roboratus est Willelmus. Boso autem, prior Beccensis (jam enim Baldricus, ad quem sunt epistol. 7 et 8, supra, e vivis excesserat), mouuit Willelmum ut moribundus tiliis cortestem quandam legaret benedictionem. Erecta igitur manu illis bene precatus dixit: « Amate claustralem vitam, quia reparatio est ordinis nostri; et non quæratis habere obedientias in sæculo, quoniam in eis multi perdunt animas suas, et quantoeius abhatem eligite, quia non est bonum tale opus differre.) Has fatus, obnixe rogavit eos suo nomine lundere vota. Erat enim pro more, ut si quempiam virum nosset integerrimæ vitæ, commupionem precationum ejusdem cupidus ambiret. Sub has propter repentinos tumultus aliquot in North-

mannia excitatos llenricus, Nothi filius et rex. advolarat ex Anglia; isque paschalem circuer solemnitatem venit Beccum, ubi Beccenses nounuli ej supplicarunt ut in morituri locum sufficeretur quispiam Beccensis. Id ut Willelmi auribus insonuit, cavit ne snam exoraret sedem. Henricus autenu, cognita Willelmi invaletudine, perhumane invisit, eumque alloquens humi residebat pro bominis observantia. Willelmus contra, futuro sui coenobii prospiciens statui, supplicavit lleurico ut monachum mediæ ætatis et integrioris vitæ præponeret Becco. (Quem) inquit? Willelmus contra: (Ecclesiasticæ sanctiones universis interdicunt præpositis electione successoris. > Dixerat hæc, et dicentis dexteram ori oculisque rex admovit. Quamobrem Tratres psalmos legere pœnitentiales, sanctorumque litaniam, inter que animam exhalavit. Mox pro more cadaver sacris indutum vestibus in basilicam preces ventilabaut. Sed et rex, quem supremo hali-tantem viscrat omni carentem spiritu dignatus est suprema visitatione. Præter illum, novem abbates, clericorum monachorumque turba innumera, et inter hos præcipuus venit Joan. Lexoviensium pontifex, qui et suprema defuncto persolvit obsequía ; mendicorum quoque non defuit multitudo, in quorum gratiam defunctique open biduo tam largæ suerunt eleemosinæ distributæ, ut nullus inanis redierit. Interea Willelmi cadaver inhumatum in exedra capitulari, ad dexteram Herluini fundatoris. Willelmus antem anno ætatis xxv, Becci mouachum professus est, quindecim annis privatus ibidem vixit, triginta et dimídio præfuit, sieque LXX natus anuos

125

B

De voto monachi de quo nostrum vultis audire A scopi ex antiqua antecessorum consuctudine professi consilium, qui antequam ad nostrum ordinem veniret, vovit se nunquam amplius vinum bibiturum, hoc mihi videtur esse faciendum quod fit a majoribus nostri ordinis, et maxime apud Cluniacum, videlicet ut hujusmodi vota, quæ fiunt sine promissione fidei et sacramento, in voto monachici (rlinis, in quo homo quidquid ad se pertinet et seipsum tot im Den offert, judicentur esse completa, et sit in dispositione prælati vel ea servare rationabiliter vel mttare. Vos autem huic monacho, de quo loquimur, potestis, si placet, ad tempus concedere ut quod incoepit faciat. Quod si quando intellexeritis non expedire, præcipite illi ut faciat fidenter quod faciunt communiter fratres.

EPISTOLACLY ***.*.

ANSELMI AD THONAM ARCHIEPISCOPUN EBORACENSEM. Universis archiepiscopi muniis interdicit ante promissam sibi fidelitatem pro more reteri.

Anselwrs, servus Ecclesiæ Cantuariensis, Tuonæ archiepiscopo.

Tibi, Thoma, in conspectu (37) omnipotentis Dei, ego Anselmus archiepiscopus Cantuariensis, totius 422 Britanniæ primas, loquor loquens ex parte ipsius Dei; sacerdotale officium, quod meo jussu in parœcia 407 mea per suffraganeum meum suscepisti, tibi interdico atque præcipio ne de te aliqua cura pastorali ullo modo præsumas intromittere, donec a rebellione, quant contra Ecclesiam Cantuariensem incœpisti, discedas, et ei subjectionem quam antecessores tui, Thomas videlicet et Gerardus archiepisunt, profitearis. Quod si in his que coepisti magis perseverare quam ab its desistere delegeris, omnibus episcopis totius Britanuiæ ese sub perpetuo anathemate interdico ne tibi ullus corum manus ad promotionem pontificatus imponat; vel si ab externis promotus fueris, ne pro episcopo vel in aliqua Chris'iana communione te suscipiant so. Tibi quoque, Thoma, sub codem anathemate ex parte Dei interdico ut nunquam benedictionem episcopatus Eboracensis suscipias, nisi prius professionem, quam antecessores tui Thomas et Girardus Ecolesias Cantuariensi fecerunt, facias. Si antem episcopatum Eboracensem ex toto dimiseris, concedo ut officio sacerdotali, quod jam suscepisti 434, utaris,

EPISTOLA CLVI ***.

ANSELNI AD WILLELNUM ABBATEN ET CONGREGATIONEN. BECCENSEN.

Se nihil habere illis antiquius, eorumque obliturum non esse, nisi cum desierit esse.

Dominis et fratribus chariss'mis et desideratissimis domno 424 abbati WILLELNO, et sanctæ congregationi Beccensi, sub illo Deo servienti, frater Anselwus, dictus archiepiacopus, superna semper gratia et benedictione ad bona semper dirig', et a malis desendi.

Si cor meum dilectioni vestræ de vobis plene exponere volo, magna charta non sufficiet, et si breviter dicere propono, nequaquam affectum meum satiat. Sed in bac dubictate consolatur me vestra conscientia, qua mihi conscii estia quantum semper

VARIÆ LECTIONES.

*** Britanniæ ms totius Britanniæ 438_4 Collata cum eodem ms ... 427 Parœcia ms parochia " Fueris, ne pro episcopo lidem in aliqua Christiana communione te suscipiant me fueris pro episcopo vel in alique Christi na communione te suscipiat ³³⁰ Incorpisti me suscipisti ⁴³¹ Cum eodem me collata ⁴³² Charissimis domino, etc. ms charissimis et desideratissimis domno, etc.

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

obiit anno 1121, Kalend. Mail, et hoc fuit donatus C memorato capituli loco. Existimarim, nec fulso, cum epitaphio.

Abbas Willelmus præclari generis ortus Tempore primavo fit religionis amatur, Ætatis quinis lustris jam rite peractis, Suspiran lo Deum capit contemnere mundum, Terrea divisit, sed Christo totus adhæsit, Ul nudum nudus Dominum famulus sequeretur. Confestim Becci, juga sumpsil suavia Christi, Que per quindenos constanter pertulit annos Anselmo post Anglorum præsule fucto, Iste loci curam cæpit fratrumque regendam : Quem gravitas morum, vel vita decusque parentum Fecerunt clarum permultis ac venerandum. Docius erat, blandoque loquens sermone vlacebat : Actibus et verbis subjectos erudiebat. A puero vitæ fuerat servator honestæ; Cordia munditiam servans carnisque perennem. Beccum ter denos auxit rexitque per annos : Blandus subjectis rector, durusque superbis. Vir tantus, meritis morum ditatus opimis, Nequaquam valuit nexus evadere mortis, Aprílis sexta decima surgente dista Complevit cursum vitæ præsentis, et actum, Commendans animam cœlo corpusque sepulcro. Exspectat tempus quo judicet omnia Christus. Ecce sub hac tumba pulvis sunt membra repulta. Cui præstet Dominus veniam vitamque rogemus.

Id vero epitaphii Beccensi ms, insertum non vidi in

instauraretur (instaurationem enim recentiorem ipsa loci facies nova et quodammodo pucrilis testatur) tum vel situ obducta seu rubigine, eamque ob rem neglecta

(37) Tibi, Thoma, in conspectu, etc. Hanc Anselmus scripsit epistolam nullo non poto charitatis lapide. Nam teste Bibliothecario Mahnesberiensi, Thomas ab Anselmo primo accitus, ut Cautuariam veniret a se inaugurandus, sibique pro more obedientlam firmaturus sacramento, benignas egit gratias pro invitatione, petiitque inducias ad tam celebris operis apparatum. Secundo accitus, respondit, se rationibus suorum clericorum adduci ; tandeni per episcopos Londinensem Rofensemque conventus aperte se denegavit venturum. Quamobrem quem privatis monitionihus pellicere nequierat Anselmus, postremo publicavit quasi contumacem hoc pro-grammate exsecrando, quod etiam retulit Willelm. D Malmesb. in Eboracens. archiepisc. Post hæc dum

Henrici summatumque Anglicorum consiliis Thomas commonetur, Auselmus decessit, relinquens eum sna benedictione (quam spreverat arrogantius, spretamque serius dolnit) privatum. Coactus igitur tan-dem episcopo Landinensi Richardo Belmozio polticitus est et unctus. Post quinquennium, vi Kalend. Mart., destit esse in vivis en splendidius, quo vixerat obscurius ob pudendam suz pervicaciæ caliginem. Cam enim decubnisset lecto, consulti medici responderunt nun-juam convalitorum nisi feminei. coitus de vobis desideraverim, et aliquid, quandiu vobiscum sum conversatus, vos proficere studucrim : et si non omnes hoc experimento, quia Deus numerum. auxit postquam a vobis discessi, cognoseilis, ab illis qui sciunt et experti sunt, discite. Noc itaque nullatenus charitati vestræ sit dubium quia sicut dilexi radicem, sie et ramos, quantumennque sa multiplirentur, et omnes filios matris mez, et primogenitos et post me genitos, velut fratres uterinos 424 in corde meo amplector et amo. Omnes igitur precor et obsecro ut mei memoria et dilectio in cordibus eorum qui com habuerunt non tepescat, et in mentibus con rum qui me non noverunt, accendatur et perseveret. Quamvis enim corpore sim vohis absens, uidum tamen meum, ecclesiam dico Becci, cum omnibus pullis suis mecum parto semper in corde meo, et cam in orationibas, et in omni hono desiderio meo, si quid hæc sunt, repræsento Den. De me ergo precetur vos charitatis vestræ sinceritas, et iuspiret superna pietas ut orationum vestrarum pro me non deficiai assiduitas. Quamvis animæ vestræ flagrent bono desiderio, quia tamen benevolentes non fasticiunt andire quod amant, precor, obsecro, moneo, consulo, quatenus ad meliora semper vos sus extendatis, et nunquam ab his ad quæ Deus vos provexit, deficiatis. Mutua dilectio secundum Deum in vobis semper forveat, pax et concordia, servata veritate, in vestris mentibus assidue maneat; humilis obedientia in omnibus actibus vestris Deo placeat, studium religionis et excludendi a vobis vitium exar. C descat. lize invicem monete, hze indesinenter tenete. Hoc oro, hoc opto, hoc desidero de vobis; hoc ipse, a quo est omne bonum, cum sua plena et perpetua benedictione det vobis. Amen.

EPISTOLA CLVII ***.

ANSELMI AD QUANDAN DONINAN.

Anselwus, Dei ordinatione archiepiscopus Cantua riensis, ad quamdam dominam 437, mundum, non Christum contemnere, et Christum plus quam muudum diligere.

Libentissime, si possem, tecum loquerer, soror vere mihi *** in Deo dilecta, quia charitas qua omnem hominem volo salvum fieri et officium mihi injunctum exigunt a me ut le fraterno 42 et paterno D conversione et salubri poenitentia tua. Quid ergo

vos et quam veraciter dilexerim, et quot et quantum A affectu diligam, et par camdem dilectionem sollicitudinem de salute animæ tuæ geram. Sed quoniam in nobis non evenit 646 opportunitas colloquendi, incumbit mihi necessitas scribendi quem animum de te habeam et quid de te desiderem.

Obsecro igitur te ut non contemnas dilectionem qua le propter Deum et honorem Dei et ad *** salutem tnam diligo, neque rejicias consilium meum. Si enim mihi acquiescere volueris, certa esto quia valde tibi in fine placebit, et erit super te gaudium magnum angelis Dei. Si vero nolneris, scito quia nimis tibi displicebit, et inexcusabilis eris in districto judicio Dei. Audivi, soror mea, quia diu portasti habitum saucta conversationis; quem quomodo reliqueris, quidve passa sis, vel quid feceris, non latet, sed multum apertum est.

Considera igitur jam nunc, charissima, quantum distent viriles amplexus et carnalis delectatio ab amplexibus Christi, et a delectatione castitatis et cordis munditia : amplexus quidem Christi dico non corporales, sed quales per amorem et desiderium cjus inter bonam conscientiam facit anima familiaris ejus. Considera, inquam, quæ sit differentia inter has duas delectationes : non loquor nunc de legitimo conjugio. Considera, inquam, quanta sit in spirituali delectatione munditia, quanta sit in carnall immunditia; quid spiritalis promittat, et quid carnalis minetur : quanta sit in spiritali spes, et quam delectabilis exspectatio Christi; quanta etiam in hac vita securitas et consolatio, quantus sit in carnali timor judicii Dei, quanta etiam in præsenti vita est coufusio. Cogita quale sit Christum sponsum, coelestis regui dotem promittentem, contemnere; et hominem mortalem, nonnisi corruptionem et contempli-Filia dantem et pollicentem, Filio Dei, Regi regum. præponere. Certe ille Rex regum concupivit speciem tuam, ut sponsæ legitimæ.

Qualiter autem ille, quem scis, carnis tuæ pulchritudinem appetiverit, soror mea, quomodo dicam ? femina nobilis, quomodo dicam? Sponsa Dei, virgo. fueras efecta, et Deo habitu et conversatione assignata. Quid dicam modo te esse, filia mea? Deus scit. Non ita loquor, ut gaudeam de confusione tua. sed ut gaudeat Dous et congaudeant 443 angeli de

VARIÆ LECTIONES.

*** Frater uterinus ms fratres uterinos a Semper vos, et *** Quantumque ms quantumcunque ear Edil. Exhortatio ms semper vos extendalis, et 634 Collata cum Eatt. troumus ad virginem lansam 638 Soror mihi Edit. Soror vere mihi ese Collata cum Edit. Golhica et Coloniensi 1573 ese Edit. Exhortatio mihi Edit. Soror vere mihi ese Ut fraterno Edit. Goth. ut le fraterno +1 Ut gaudeant Edil. et 443 Dei ad Edit Goth. Dei, et ad congaudeant

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

opera. Quod responsum fetidumque exsecrans pharmacnm, congemuit hoc planetu : Væ ægritudini cui sompetit talis medicina; et sic virgo slectus a Domino (inquit Roger. Honeden. in Annalib.) vitam finibit temperalem. Quamobrem jure de co quod Angelus Folitianus de Michaele Verino, cani potest.

Sola Venus lento potuit succurrere morbo.

Ne se pollueret, maluit ille mori.

Imo virile laudandumque Thomæ responsum fas est Verini æque laborantis exprimere distichis quorum unum ad Petrum quemdam sic direxit :

Cur Petre virgineum hortaris me ponere florem : Non faciam; vel si hoc certa paranda salus. Et rursus ad præceptorem.

Promittunt medici coitu mihi, Paule, salutem : Non tanti vitæ sit mihi certa salus.

dicam? Si non dico, forsitan non animadvertis; si A nunc usitatam non legeris, et ab episcopo consecrata dice, forsitan irasceris. De electa, et signata, ct sponsa Dei, quid facta es? Erubescat esse nobilitas tua quod erubescis audire, et ego, propter nobilitatem et dilectionem, erubesco dicere. Ecce, filia charissima, si hac proponis in conspectu tuo, quanus dolor debet esse "" in corde tuo de tanto et tam gravi casu tuo! Si enim vehementer doles, condolendo tibi valde gaudeo; si vero non doles, non est unde gaudeam, sed multo magis 423 doleo. Nam si doles, adhuc salutem tuam spero ***; si autem nou doles, quid nisi damnationem tuam exspectare queo?

Impossibile nanque est te ullo modo posse salvari, nisi ad habitum et propositum abjectum *** redieris. Quamvis enim ab episcopo sacrata non fueris, nec coram ipso professionem legeris (38), hoc solum tamen est manifesta, et quæ negari non potest, professio, quia publice et secrete habitum sancti propositi portasti, per quod omnibus te videntibus Deo dicatam te esse, non minus guam professionem legendo, affirmasti. Nam antequam fieret ista nunc "" usitata monachici propositi professio et sacratio, multa millia utriusque sexus hominum solo hobitu se ipsius esse propositi profitentia, celsitudinem et coronam consecuta sunt. Et qui tune habitum sine ipsa professione et sacratione assumptum rejiciebant, apostatæ judicabantur. Inexcusabilis ergo es, si deseris sanctum propositum quod diu habitu et conversatione professa cs, quamvis protessionem non fueris. Certe, filia charissime, adhuc te exsrectat Dominus, creator et redemptor tuus : rex illi qui concupivit speciem tuam, ut osset legitimus sponsu's tuus, adhuc te exspectat et revocat, ut s's legitima "" sponsa ejus, et si non virgo, saltem casta. Scimus enim plures sanctas mulieres, que post amissam virginitatem plus placuerunt Deo, et magis illi familiares fuerunt per prenitentiam in castitate, quam plures alize, quamvis sanctze, in virginitate.

Redi ergo, mulier Christiana, redi ad cor tuum, et considera quem potius debeas dilígere, cui potius adhærere, illi qui te ad tansam honestatem elegit, eligendo vocavit, vocando habitu sponsali sibi assignavit, et albuc, quamvis contemptus et, rejectus, exspectat et revocat; an illi ger quein, ut mitius dicam, in hoc in quo to vides dejectam de tanta celsitudine cecidisti; præsertim cum ipse te jam, sicut puto, contemnat, aut sine dubio contempturus et deserturus sit. Et utinam sic vos invicem contemnatis, ut vos Deus non contemnat; sic vos invicem deseratis, ut vos Deus non deserat; sic vos invicem rejiciatis, ut vos Deus a facie sua non projicial; sic ab invicem avertamini, ut ad Deum convertamini. Certe melius et valde honorabilius est et illi et tibi ut ab illo sis contempta quam retenta, quia quandiu eris ejus retenta, procul dubio, ut de illo nunc taceam, ta eris Dei contempta; et si, contempta ab illo, propter Deum illum coq-

VARIÆ LECTIONES.

*** Decet esse Edit. debet esse *** Salutem spero Edit. Salutem tuam spero " Objectum Edit. *** Iste nunc Edit. ista nunc 647 Ut sit legitima Edit. ut sis legitima a jechum

JOANNIS PICARDI NOTÆ.

net coram ipso professionem legeris. Id videtur Auselnus dixisse ex mente D. Leonis papæ, ita cap. 13 cpist. 90, ad Rusticum Narbonensem episcopum scribentis : r Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, sed spontaneo judicio, virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, prævaricantur, etiamsi consecratio non acressit, cujus utique non fraudarentur munere, si in "proposito permanerent. > Ante Leonem idem appa-. ret sensisse Innocentium I, cujus in hanc rem decretum Gregor. Magnus papa protulit in epistola ad Bonifacium, relata ab Ivone Carnot. part. 111 suze Pannoniæ, et Petro Lombardo lib. 1v Sent., dist. 38, ind has verba : villa, qua necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulaverunt permanere, licet velatæ non fuerint, tamen si supserint aliquo tempore, his agenda poenitentia est, quia sponsio earum tenebatur a Domino. Si esi, quia sponsio earum lenebalur a Domino. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla D Elibertini canones 13, 14, concil. Tolet. 17, relati ratione dischti quanto magis ista pollicitaio quanto ratione dissolvi, quanto magis ista pollicitatio quam count Deo pepigerunt, solvi sine vindicta poterit ? » Item : « Si virgines nondum velatæ taliter publica pœnitentia puniuntur, et a cœtu fidelium usque ad satisfactionem excluduntar, » etc. Übi Lombardus subjungit : « Ex his apparet virgines vel viduas voto continentiæ astrictas, sive fuerint velatæ, sive non, nullatenus ad conjugium sortiri posse. > Hactenus Innocentius; a quo cum in virgines nondum velatas tam severe sit animadversum, jure hæc ad quam scribit Anselmus, eamdem erat luitura poenam.

(38) Quamvis enim ab episcopo sacruta non fueris, C Ilinc est quod Lombardus examussim ejus expendens verba, inferat : « Non est igitur, inquit, prætermittendum quod Innocentius papa de viduis et puellis decrevit, quæ Christo spiritualiter nubunt, si postea publice nupscrint, non eas admittendas esse ad pœnitentiam, nisi hi quibus se junxerant de mundo recesserint. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, ut quæcunque vivente viro alteri nupserit, aduitera habeatur : nec ei agendre pænitentise licentia conceditur nisi unus de illis fuerit defunctus, quanto magis de illa tenenda est, quæ ante se immortali Sponso conjunxerat, et post hæc ad hu-manas nuplias transmigravit ? > Hactenus Magister. Cui lubens addidissem canonem 17 Gangrensis concilii ab Ivone superius adducti, ni viderem hunc in mulieres Eustachianas esse promulgatum, ut illic (velut et in cæteris) docte animadvertit Joan. Quintinus Heduus. Rectius adjungerentur decretum 27; ibidem a Gratiano 1, Devotam peccantem; cap. 108, lib. vr, Capitul. Caroli Magni, et cap. 257, lib. vn, et in illo quidem præcipitur utrumque, nempe virum et feminam, separatos perpetuo relegari exsilio : « In hoc autem tandiu submovendos esse Christianorum cœtu, donec, « inquit Christianissimus imperator, > quod illicite perpetraverint, emendent. Quod si emendare neglexcrint, a communione vel omniuma Christianorum convivic in perpetuo sequestrati sint. 1

sempseris, utique non contempts, sed suscepts et A cor mum et infundat in te amorem suum, filia chadilecta Dei eris, velut ejus sanguine proprio re- rissima. dempta. 1

Intende, filia, cujus santem desidero; intende . benignitatem eius qui contemptus a le contemnentent revocat, at te in regalem suum thalamum non terrenum, sed collestem introducat. Intende et concute cor tunm, dole vehementer casum tuum. Rejice et conculca sæcularem habitum quem assumpsisti, et resume habitum sponsæ Christi quem projecisti. Nullatenus enim te cognoscet Christus aut suscipiet, nisi in illo habitu quo te sibi signavit et quo te ejus sponsam esse publice et secreto es testata. In hoc habitu redi tu ad benignitatem ejus. Ingere te opportune in conspectu cjus. Accusa *** tu ipsa conscientiam tuam, lava lacrymis culpam suam. Ora eum infatigabiliter, adhære illi inseparabiliter : misericors est, nou te rejiciet; sed potius gaudens de reditu tuo, te benigne suscipiet. Si hoc feceris, gaudium erit de te in cœlo et in terra, onnibus sanctis angelis et hominibus cognoscentlhus. Si vero hoe facere contempseris, omnes tibi adversi erunt, et ego et Ecclesia Dei faciemus quod de tali re faciendum intelligimus. Omnipotens Deus visitet

EPISTOLA CLVIII.

. . . .

. . .

DE NUPTHIS CONSANGUINEORUM. Habetur parte 1 Operum, col. 537.

EPISTOLA CLIX.

ANSELVI AD WILLELNUM ABBATEM. De moto altari iterum consecrando.

Domino et amico charissimo, reverendo abhati -WILLELMO, ANSELNUS, SERVUS Eeclesize Cantum riensis. . salutem.

Quando respondi (39) ad qued quæsivistis de altari et de ecclesia, ita erat cor meum quadam sollicitudine gravatum ut non possem intendere iis quæ diecham, et nuntlus vester ita festinabat, ut in aliad tempus hec differre non possem. De quo quidem neque indecretis neque in canonihus memini me . aliquid legisse, sed a quodam episcopo audivi quod . in decretis Eugenii papæ legitur altare motum (40). iterum consectandum. De his cum doming papa. Urbano locutus sum, assistentibus quibusdam epi- : copis. Sed papa dicellat mensam alkaris motam (41). nec reconciliandam, nec iterum consecrandam, nec.

VARIÆ LECTIONES.

*** Benignitatem ejus. Accusa Edit, benignitatem ejus. Ingere te oportune in conspectu ejus, Accusa JOANNIS PICARDI NOTÆ.

est Anselinum id argumenti alias tractasse, et quidem fortassis panto ante primum ex Anglia discessum (nempe anno 1097, quod alibi observavinus), ut insequentia monstrant Anselmi verba dicentis, fuisse tam adeo molesta gravatum sollicitudine, ut vix sibi attenderet, ac procul dubio propter varios augores casusque non leves et publicos ab Eadmero pluribus enarratos Vitæ ejusdem lib. 11, cap. 12, 14, 15, 19; quibus quidem cum non licerel underi, per contu-macem Guillelmi Ruffi Anglorum regis pervicaciam, gravissime vexabatur Anselmus. Porro id rescripti pro foribus epistolæ appensi hactenus me fugit, quod iamen Balenm vidisse liquet ex hoc titulo, et verborum principio, de motione altaris : Quod de altari datur occasio, etc. Sed et hanc, quam commentamur epistolam, offendi inter ms. Ivon. Carnotens. epist. Beccensis bibliothecæ, adjunctam illi ipsi, in qua Beccensis bibliothecæ, adjunctant interpret, attende Alexand. III, lib. ni Decretal., tit. 40, cap. 2. co-eamdem exponit materiant. Anselmus vero cum dicat se Urbano papa nonnullisque pontificibus D altare motum fuerit, au: lapis ille solummodo super-dicat se Urbano papa nonnullisque pontificibus D altare motum fuerit, au: lapis ille solummodo super-positus, qui sigillum continet, confractus, aut etiam positus, qui sigillum continet, confractus, aut etiam se Willelmo responsasse in Angliam revectum, scilicet sub finem anni 1100.

(40) In decretis Eugenii papæ legitur, altare mo-tam, etc. Nomen papæ subdititium esse coarguunt primo paucula quæ de Eugenio I et Il ad nos pervenerunt, nihil ad rem habent; altero quod Burchardus lib. n Decret., cap. 11, Jarlandus Chrysepoli-tanus lib. 311 suze Candelze; Ivo Carnot. 11 part., cap. 13, rursusque Pannoniæ 11 part., et Gratian. De consecrat., distinc. 1, cap. Si motum, Higino papæ tribuant his omnino verbis : Si motum fueril altare, denuo consecretur ecclesia ; si parietes nutantur, et non allare, salibus tantum exorcizentur. Allamen Ivo, qui locis modo signatis ex Higini papas sanctionibus hanc allegat sententiam, epist. 32, producit ex concilio Mekiensi, reluto a Burchardo. Et quidem canonem de quo impræsentiarum, antecedunt duo placita synodi Meldensis; forsanque Bur-

(39) Quando respondi, etc. Une maxime palam C chardinum exemplar que usus est lue erat ipsente : idque ampliasimum et locupletissimum de que Joan-. nes Molinæus Gandensis in dedicatoria epistola Ivoniani Decreti, ubi testatur quæ exstant Burchardi collectanea Coloniæ excusa 1548 viz sextam archetypi attingere portionem, licet numero superet libelbrum; erat, inquam, forte codex ille auctior, in, quo Meldense concilium vice Higini papæ citalatur, vel Higini edictum a partibus Meldensis synodi repetebatur. Cæterum per altare de quo Higinus enpra, intelligitur majus altare; principale, ut Anselmus; titulatorium ecclesiæ, ut Joannes Flaventious ad dictum cap. Si motum, vocat; eoque moto ecclesia iterum consecranda est : glossa ibidem, Anselmus-in hac epist., Ivo epist. 32, qui ad quodlibet altare : id extendit.

(41) Mensam altaris motam, nec reconciliandam, nec iterum consecrandam, nec in altare, etc. Contra Alexand. III, lib. ni Decretal., tit. 40, cap. 1 : Si: diminutus, debet denuo consecrari. His astipulatur. Joan. Andr. glossa in hune titulum, Joan, de Turre-. cremata, et Archidiacon. in cap. Si motum, De consecr., distinct. 1; Astessanus lib. vi suze Sumconsecr., distinct. 1; Astessanus IID. vi sua cuin mæ, tit. 29, et alii, constanter asserentes quod cuin mæ, tit. 20, et alii, constanter asserentes quod cuin superior altaris tabula, sive mensa in qua fit connecratio, mota fuerit, vel in sua forma motata; ant, lapidum quispiam eam sustentantium et contingentium, illiusve in quo reliquiæ continentur, et consecratio est impressa, motus fuerit, altare rurses fore sacrandum. Bernard., Papiens. propositus, lib. un sui Breviarii paulo aliter clariusque Alexandri placitum retulit sic : Altare in quo tabuta cui consecrationis benedictio pontificali ministerio adhibetur, si mola fueril, vel enormiler fracia, debel non imme-. rito consectari; nec negamas quin oleum non consecratum, consecrato possit oleo commisceri.

...

. . • • .. •••••••••

ijs

tentum reconciliandam, nullam tamen auctoritatem ostenden:es. In hoc autem omnes concordant quod, violato principali, tota ecclesia cum altari iterum consecranda est, nec ecclesia consecranda est sine consecratione altaris, aut principalis, aut alicujus alterius in eadem ecclesia. In his autem omnes conconcordant cum quibus locutus sum, excepta altaris mensa. Item si aliqua pars ecclesiæ destructa reficitur, aut nova sittaltari immoto, aqua tan'um ab episcopo benedicta aspergendam dicunt. Ratio autem quam a me quæsivistis, hæc mihi videtur super his : Altare non fit propter ecclesiam, sed ecclesia propter altare; et ideo, violato principali altari, jam non videtur esse ecclesia : quia non est illud propter quod ecclesia construitur et consecratur. Quapropter cum illud fit novum, recte videtur cum co consecrari per quod recipit ut sit ecclesia. De moto altari iterum consecrando hæc quoque mihi ratio videtur : altare vicem fidei Christianæ tenet ut, sicut non aisi in altari sacrificium nostrum offerimus, ita non nisi recta fide sacrificia bonorum operum offeramus, si et Deo placere volumus. Sicut igitur fides mota a suo fundamento, quod est Christus, et a sua stabilitate, jani non est fides, ita altare motum a suo fundamento jam non est altare; sive quod de eadem materia totum, sive de alía fiat altare novum et aliud quod fuerat, altare videtur ideo consecrandum. Propter nanc rationem cavendum existimo ne altare gestatorium consecretur sine C fundamento, quod multi custodlunt, et fore ubique custoditur, quamvis in Northmannia, cum ibi eram, non servaretis, sed nudi lapides nusquam affixi consecrarentur. Quod ego non danno, nec tamen facere volo. Ex his quæ dixi sequitur quia si tota ecciesia. nova flat, altari sine violatione manente, quoniam sine consecratione altaris alicujus consecrari non debct, aut altare aliquod est ibi renovandum, ut simul cum occlesia consecretur, aut aqua ab episcopo ad hoc benedicta intus et 'exterius simpliciter aspergatur. Quæ facienda de his dixerim, ex orc et usu aliorum didici; rationem vero eamdem alios habere non nego, sed ego a nullo accepi. Quapropler quod per me, vel per alios sentio, sanctitati vestræ postulatus simpliciter insinuo, donee vobis certius aut melius patefiat. Valete.

494 EPISTOLA CLX

BILDEBERTI EPISCOPI CENOMANENSIS AD ANSELMUM.

- HILDEBERTUS episcopus Anselmo, Cantuariensi archiepiscopo.

Familiare est sapienti tolerare nescientem, binc est quod inscientiam "" meam aperire non timen ***, quia erat cum sapiente colloquium. Eam *** ni fallor, et scientia vestra erudiet, et charitas sup-

amplius in altare reputandam. Alii vero dicebaul A portait. Felicem me, inquam, si meruissem vel presens instrui, vel tanquam familiaris epistolam suscipere destinatam. Hoc autem mihi locus invidet, nec aliter salutationis indulsit obsequia nisi prius orbls dimidium consultarem, oportet enim maris et aeris explorare clementiam *** si quem *** judicanus in Anglia salutandum. Cæterum incommoda separationis charitatis copula supplement, que neminem patitur esse vobis "" absentem, neminem non familiarem. Ea nihil est diffusius; par enim latitudo est et charitatis et mundi. Charitas amplectitur quidquid Oceanus. Charitas in sacrario dilectionis et amicum colligit in Deum, et inimicum propter Deum. Eadem diligere non desinit, cum diligi desinatur 655. Omnes habet præsentes, omnes affines; quibus non potest obsequio, subvenit affectu. Absit igitur ut publicum charitatis beneficium maris mihi fluctibus auferatur, cum scriptum sit : Aquæ multæ non potuerunt *** exstinguere charitatem. Facile est enim ut diversi cultores littoris charitas uniat, que unam rempublicam terram fecit et cœlum. Ilujus itaque fiducia, injecta est mibi præsumptio inquirendi atque postulandi id quod impensum non minuet erogantem. Si votorum summa quæritur, sequens illam pagina declarabit. Apulorum "" relationibus didici vos in concilio Barensi sermonem habuisse de Spiritu sancto, quem calumniosa Græcorum versutia a Filio minime procedere fabulatur. Quod igitur adversus hanc illorum dementiam in prætato pronulgasti 444 Concilio, succincto tractatu deprecor-adnotari. et quæ 400 ipsi Latinorum Patrum testimonia non suscipiunt. His auctoritatibus opus flagitatum munire non tædebit, quas Græca calliditas, et suas fateatur et nostras. Magna quidem, beate Pater, postulo, sed quæ pariter et suscipienti proficiant et . danti. Nobilis chim possessio est scientize, quadistributa suscipit incrementum; et avarum dedi-' gnata possessorem, nisi publicetur, elabitur. Con-. servet nobis Dominus sanctitatem vestram, et videant vos oculi mei antequam moriar.

EPISTOLA CLXI. EJUSDEN AÐ ANSELNUN.

HILDEBERTUS episcopus Anselno, Cantuariensi archiepiscopo.

Et dies lætus et vultus solemnes cum tuo tractatumihi pariter accesserunt. Susceperam prius benediclionem tuam servus ego, servus tuus, et egi gratias Doo et tibi devotus affectus 661 meus. Humanum quidem suit subvenire proximo per compassionis affectum, sed divinum fidem defendere catholicam per inhabitantem in te Spiritum sanctum : utrumque autem operatus est unus atque idem Spiritus, volens tibi virtutum exuberare gratiam, quem suæ processionis a Filio defensorem reservabat; in

(a) al. pohis

" al. egit

VARIÆ LECTIONES.

al. scientiam al. time. ••• al. definitur sei al. effectus

*** al. Eum . *** al. dementiam sus al. si quidem al. Appulsorum are al. promulgastis " al. quia 196 .

malevolam enim animam non poterat introire sapien- A tia, nec habitare in corpore subdito peccatis. Unde dignum fuit ut advocatus veritatis exemplum prætenderet religionis. Talis propterea pastoralibus excubits congruebat, cui nihil decaset ad plenitudinem justitize, nibil ad integritatem doctrinze. Beatum sane pectus quod virtutum conventus reverendum sibi penetrale consecravit. Inde velut ex adytis divina prodeunt oracula, nihilque allud sacra labia *** profientur quam cœlestis interpretem voluntatis. Eorum me sæpius recordantem stupor opprimit; et dum singula diligenter intueor, omnia Spiritui sancto confiteor ascribenda, cum Psalmista dicens : A Domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris (Psal. cxvn, 23). Vicem mihi, Pater sancte, rependes, si tuarum participem me feceris orationum. Vale.

EPISTOLA CLXII.

EJUSDEN AD ANSELMUM.

III.DEBERTUS EPISCOPUS ANSELNO, Cantuariensi archiepiscopo.

Flabeilum tibi misi, congruum scilicet propulsandis muscis instrumentum. Est etiam quod in munusculo nostro te interpretari oporteat. Attende ergo quibus muscis immolantes Domino sacerdotes gravius infestentur, quibus frequenter impediantur salutaria altaris officia. Mille sunt occursantium phantasmata cogitationum, mille diaboli suggestiones, mille mortalium tentationes animorum, quæ dum se C sacrificantium mentibus inopino 403 ingerunt illapsu, dum cas ad alia atqué alia cogitanda abstrahunt, dum hæreticam moliuntur inducere pravitatem, quid aliud faciuat quain velut quiedam musce sacrificantes altaris ministros infestant et impediunt? Talium portenta muscarum patriarcha noster Abraham propulsanda presignavit cum a sacrificiis aves abegerit incursantes ; scriptum est enim : Descenderunt volucres super cadavera, et abigebat eas Abrahem. Dum igitur destinato tibi flabello descendentes super sacrificia muscas abegeris, a sacrificantis mente supervenientium incursus tentationum, catholicæ fidei ventilabro exturbari oportebit. Ita fiet ut quod susceptum est ad usum, mysticum tibi præbeat intellectum. Et quoniam præfatæ volucres super sacrificia tantum descendisse leguntur, non etiam coptum interrupisse officium, sacerdotes Christi tentationes quas perferunt ita docentur abigere, ut a sacramentis altaris talis eos lapsus non cogat abstinere. Hic enim desectus infirmitas est qua virtutem perficiat, non quæ virtutis opera in irritum deducaL

EPISTULA CLXIII 44.

ANSELMI AD GELDUINUN ABBATEN AQUICINENSEN."

ANSELMUS, SERVUS Ecclesiæ Cantuariensis, GEL-DUINO, reverendo abbati Aquicinensis cœnobii salutem.

Unde reverentia vestra me consuluit, paucis rospondebo. Quæritis utrum vobis liceat decimas ad ecclesiam vestram pertinentes de manu laicorum eas tenentium emere. Licet utique vobis secundum concessionem apostolici ab aliis 45 redimere quæcunque ecclesiastica episcopali donatione in jus ecclesiæ vestræ devenerunt. Nec quantum in vohisest concedere debetis, ut aliquis laicus decimas vel ecclesias aut altaria in feudum de vobis teneat. De hoc quod quæritis *** utrum spernendum an suscipiendum sit, sı quivis 667 hominum aliquid ecclesiasticum, vobis scientibus, sed neque verbo neque munere rem ordientibus, ad opus ecclesiæ vestræ redimere voluerit, mihi videtur quod per consilium et donationem episcopi licite hoc *** suscipere pote-Ais. De depositis propter Simoniacun. crimen, 425. unde me consuluistis, videtur mihi quod nullus abbas sua auctoritate eos polest restituere, etiamsi ad monachicum ordinem conversi fuerint. Quod autem quæritis si quovis alio crimine præter homicidium clerici conversi a sacerdotio debent arceri, facile nunc determinare quibus criminibus arceri debeant non præsumo, ne misericordia quæ multis rationibus in eadem culpa aliis impenditur, aliis negatur, mea sententia cui debeat impendi obstrui videatur, aut cui non debet impendatur. Quod certius judicatur quando de nominato "" crimine publico vel occulto et de nota persona agitur. Porro quod de ecclesiasticis rebus vobis responderi epistolari brevitate poscitis, nec tempus nec opportunitatem habeo satisfaciendi vestræ petitioni, nec puto bre-3 viter hoc posse fleri. Excommunicatos non consule ut monachos faciatis, nisi præmissa absolutione sui episcopi. Vale.

EPISTOLA CLXIV.

ł

llæc et sequentes epistolæ habentur infra in llistoria Novorum Eadmeri.

Reverendissimo... ANSELMO archiepiscopo Wol-STANUS, Wigornensis episcopus, etc.

Novit prudentia vestra, etc.

EPISTOLA CLXV.

Anselvo, Dei gratia Anglorum archiepiscopo, clerus et populus oppidi Wataferdiæ cum rege Muncueracuo, et episcopo Dornaldo, etc.

Pater sancte, etc.

VARIÆ LECTIONES.

⁶² al. verba ⁶⁵³ al. inopinato ⁶⁶¹ Exstat in ms Bibliothecæ Aquicinctinæ, et in ms. Bibl. S. Martine Tornacensis ⁶⁶³ al. illis ⁶⁶⁶ al. de hoc auoque quæritis ⁶⁶⁷ al. quis ⁶⁶⁶ al. super hoc ⁶⁶⁹ al. derentiato.

EPISTOLA CLXVI.

Domino... Summo pontifici URBANO frater ANAEL-NUS, servus Ecclesiæ Cantuariæ, etc.

Novimus, Domine, etc. ,

EPISTOLA CLXVII.

PASCHALIS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Anskluo, Cantuar. archiep., etc. Adversus illam, etc.

BPISTOLA CLXVIII.

PASCHALIS episcopus, servus... Anselwo Cantua riensi, etc.

- Suavissimas dilectionis, etc.

EPISTOLA CLXIX.

PASCHALIS episcopus, servus... Anseluo Cantuariensi, etc.

Fraternitati tuz, etc.

EPISTOLA CLXX.

Domino... ANSELNO Cantuar... illius gevotissimus famulus, etc.

Considerata, etc.

EPISTOLA CLXXI.

PASCHALLS episcopus, servus cic. Cantuariessi archiep. Austino, etc.

De illata tibi, etc.

EPISTOLA CLXXII.

. Vir quidam non contemnendæ auctoritatis sancto C Anselmo kæc scribit.

Charissime Pater et Domine, etc.

EPISTOLA CLXXIII.

Reverendissimo ANSELNO Cant. etc. HENRICUS, Dei gratia rex Anglorum, etc.

Venerabilis Pater non tibi, etc.

EPISTOLA CLXXIV.

Suo charissimo Domino HENRICO, glorioso regi Anglorum, Anselaus, etc.

Quod vestra magnitudo, etc.

EPISTOLA CLXXV.

ANSELNUS, etc., domino et amico Roberto, comiti de Mellento, etc.

Vos scitis, etc.

EPISTOLA CLXXVI.

HENRICUS rez, etc., ANSELNO archicp., etc. In die sancti, etc.

F.P.STOLA CLXXVII.

Suo charissimo domino Henrico, etc., Ausennus, etc.

Gracias ago, etc.

EPISTOLA CLXXVIII.

HENRICUS TEX Angl. ANDELMO archiep., etc. De hoc quod, étc.

EPISTOLA CLXXIX. HENRICUS TEX Angl. ANSELNO Cantuar., etc. Paternitati et sanctitati vestræ, etc.

EPISTOLA CLXXX. PASCHALIS episcopus, servus, etc., fratri Asselue Cantuar, etc.

De presbyterorum, etc.

426 EPISTOLA CLXXXI.

PASCHALI domino summo pontifici, Anseamus, etc. Non debeo etc.

EPISTOLA CLXXXII. Domino Paschali aummo pontifici, Anstluce, etc. Quoniam robur, etc.

EPISTOLA CLXXXIII.

ANSELNUS archiep. RADULPHO episcopo Duneimensi salutem.

Mandastis mihi, etc.

ÉPISTOLA CLXXXIV.

Dilectissimo... Anselno... archiepiscopo, Thomas, Eboracz metropolis electus, etc.

Gratias ago vobis, etc.

EPISTOLA CLXXXV.

HENRICUS... rex... Anselno Cantuar., etc. Mando vobis ut, etc.

EPISTOLA CLXXXVI.

Anszemus arch... Tuong, electo, etc. Mandastis mibi in, etc.

EPISTOLA CLXXXVII.

ANSELMUS archiep... THOMAS electo, etc. Mandavi vobis, etc.

EPISTOLA CLXXXVIII.

THOMAS electus, etc., ANSELMO, etc. Exstat duntaxat fragmentum hujus epistolæ, quod 'vcipit : Causam qua differtur sacratio mea, etc.

LIBER QUARTUS

EPISTOLAS CONTINENS QUÆ HACTENUS SUNT INEDITÆ

(Ex ms. bibliothecæ Cottonianæ in Anglia.)

427 EPISTOLA PRIMA.

AANPRANCI AD LANFRANCUM ET GUIDONEM FRATRES. Dilectissimis fratribus LANFRANCO et Guidoni, frater LANFRANCUS, perpetuam a Deo benedictionem. Quia divinitus, etc. Exstat inter epistolas Laufrance quadragesima septima, Patrologia tom. CL, col. 511.

EPISTOLA II. ANSELWI AD PASCHALEM PAPAN.

Domino reverendo, et Patri diligendo, PASCHALI summo pontifici, ANSELNUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis, debitam subjectionem, et orationum fidelitatem.

Quoniam de sedis apostolicæ auctoritate pendent filiorum Ecclesiæ directiones et consilia, idcirco ad vestræ paternitatis recurro præceptum et consilium. Cur autem tantum distuli vestræ celsitudini aliquid scribere, postquam redii in Angliam, per latorem præsentium, siplacet, poterit agnoscere. Mortuo rege Guillelmo, cujus violentia per triennium exsulavi ab Anglia, cum magno desiderio sum a domino meo rege Henrico, et a principibns ejus et ab Ecclesia Anglorum revocatus, et cum magno gaudio susce- 📕 ptus. Qui postquam intellexerunt institutionem, quam audivi fieri in Romano concilio a venerabilis memoriæ prædecessore vestro papa Urbano, ne scilicet aliquis susciperet investituram Ecclesiæ de manu laici, et ne episcopus vel abbas homo ejus fieret, sensi et audivi quia nullo modo cam rex et principes ejus vellent suscipere. Qua de re mihi necessarium vestræ celsitudinis consilium exspecto. Quando Romæ fui, ostendi præfato domino papæ de legatione Romana super regnum Anglia, quam ipsius regni homines asseverant ab antiquis temporibus usque ad nostrum tempus Ecclesiam Cantuariensem tenuisse, quam necessarie ita esse oporteat, nec aliter nisi contra utilitatem Ecclesiæ Romanæ et Angliæ fieri possit. C Rei autem hujus rationes præsenti nuntio ex quadam parte ut vobis referat injunximus. Legationem vero, quam usque ad nostrum tempos, secundum prædictum testimonium, Ecclesia tenuerat, mihi domnus papa non abstulit. Audivi tamen quod, dum eram pro fidelitate sedis apostolicæ in exsilio, legationem ipsam archiepiscopo Viennensi vestra commendavit auctoritas. Quod quanta difficultate, imo impossibilitate plenum sit, intelligant hi qui longum et periculosum intervallum maris et regnorum, Franciæ scilicet et Burgundiæ, inter Angliam et Viennam noverunt, ut scilicet archiepiscopus Viennensis Angliam, aut Angli Viennam pro suis causis frequentent. Quapropter supplex oro, servus et filius paternitatis vestræ, ne meo tempore Ecclesia, quæ D mihi compatiendo multa adversa pro fidelitate Rqmanæ Ecclesiæ in paupertate me exsulante sustinuit, privetur ca dignitate quain ante me in antecessoribus meis se possedisse a vestra sede pronuntiat. Quando de Anglia exivi, erat ibi quidem professione sacerdos, non solum publicanus, sed etiam publicanorum princeps infamissimus, nomine Ranalphus, propter crudelitatem similem flammæ comburenti, pronomine Flambardus; cujus flamma qualis sit, non in Anglia solum, sed in exteris regnis longe lateque innotuit. Hunc rex nuper defunctus contra voluntatem omnium religiosorum, contra omnem justitiam ad episcopatum sine omni ejus correctione sublimare me exsulante NOTÆ.

(42) Respondet Anselmi epist., quæ est 19 lib. m. PATROL. CLIX.

A præsumpsit. Qualis antem ante episcopatum vel post episcopatum in Simonia et in aliís criminibus exstiterit, chartæ præsentis lator intimare poterit. Talis tamen poutifex, sicut ipse inordinate est, ubi non 428 debuit, consecratus, ita extra direcesim snam ecclesias et personas sua sacratione contaminare non dubitavit. Hunc quando redii in Angliam, inveni captum a rege pro pecunia quam de ministeriis suis. velut publicanus, debebat male retenta, ut plena testatur regis curia, populo gaudente, velut de leone circumquaque vastante compresso. De quo, quando captus est, in audientia regiæ curiæ archiepiscopus ejus qui postea defunctus e t, confessus est se illum non tenere pro fratre vel episcopo, et mentitum sibi esse omnia quæ consecrandus promiserat. Qui audiens reditum meum, auxilio meo sibi subveniri ut episcopo postulavit. Misi itaque ad eum quatuor episcopos cum præsentium portitore, dicens quia, si vellet se sic ad episcopatum accessisse ostendere ut tanguam episcopus tractari deberet, facerem ut libertatem hoc faciendi haberet ; timebam tamen, fateor, maledictionibus populique lapidibus obrui, qui crudelitatem ejus cohibitam in libertatem inducerem. At episcopi in hoc, quia per cos quæsivi, eum sibi defecisse retulerunt. Qui postea clam de captione fugit in Northmanniam, ac inimicis regis domini sui socialus. dominum piratarum, quos in mari misit, sicut pro certo dicitur, se constituit. De hoc quoniam Ecclesia sibi commissa, inter barbaros multis periculis exposita, diu pastore carere nequit, et de ecclesiis et personis quos consecravit consilii vestri jussionem postulamus. Mortuo archiepiscopo Eboracensi postquam reversus sum, electus est in ejus locum episcopus Refordensis, vir admodum litteratus, et in ecclesiasticis disciplinis eruditus. In hac electione nos episcopi clero et populo ejusdem Ecclesiæ assensum præbuimus. Quem valde desiderantem se vestro præsentare conspectul, ut pallii largitatione a vestra benignitate pro consuetudine honoraretur, rex pro quibusdam causis consilio principum suorum retinuit; atque ut illi pallium mittatis, celsitudinem vestram postulando impetrare desiderat. Cujus petitioni largitatem vestram favere, si preces nostras placet admittere, suppliciter flagitamus.

EPISTOLA III.

VULSTANI EPISCOPI WIGORNIENSIS AD ANSELMUM (42).

Reverendissimo ac beatissimo vitæ sanctitate, et summæ sedis dignitate prælato, ANSELMO archiepiscopo, VULSTANUS SERVORUM Dei minimus, Wigorniensis Ecclesiæ episcopus merito indignus, orationis obsequia, fideliaque ex charitate servitia.

De iis, unde nobis dignitas vestra scribere et nostræ parvltatis est dignata consilium quærere, quantum recordari possumus, dicere non omittimus. Hanc denique unde consuluit causam ventilari nunquam audivimus, quia nullus aliquando existit, qui hane Cantuariensi archiepiscooo ootestatem adimere vel-

7

siarum publice faceret, defenderet. Exstant quippe et in nostra diœcesi altaria, et quædam etiam eoclesiæ in ils scilicet villis, quas Stigandus vestræ excellentiæ prædecessor, haud tamen jure ecclesiasticæ hæreditatis, sed ex dono possederat sæcularis potestatis, nostris et antecessoris nostri temporibus, nobis inconsultis, nec antea nec postea quidquam inde calumniantibus, utpote hanc specialem potestatem ejusdem metropolitani episcopi esse scientibus. Judicium tamen hinc agitatum, aut hoc ex jure sibi vindicatum aliquando minime audivinus, sed quod in nostra diœcesi eum fecisse libere agnovin.us, in aliorum etiam facere posse credimus. Ecce, quantum inde reminisci aut scire potuimus, prudentiæ vestræ intimavimus. Jam quid faciendum B sit, ipsa consideret. Valeat paternitas vestra, et oret pro nobis.

EPISTOLA IV (43). ANSELMI AD PASCHALEM PAPAM.

Domino reverendo, et Patri diligendo, PASCHALI summo pontifici, Anselnus servus Ecclesiæ Cantuariensis, debitam subjectionem, et orationum assiduitatem.

Postquam revocatus ad episcopatum redii in Angliam, ostendi decreta apostolica quæ in Romano concilio præsens audivi, ne scilicet aliquis de manu regis aut alicujus laici ecclesiarum investituras acciperet, ut per hoc ejus homo fieret, nec aliquis bæc transgredientem consecrare præsumeret. Quod audientes rex et principes ejus, ipsi etiam episcopi et alii minoris ordinis, tam graviter acceperunt ut assorerent se nullo modo buic rei assensum præbituros, et me de reguo potius quam hoc servarent expulsuros, et a Romana Ecclesia se discessuros. Unde, reverende Pater, vestrum petii per epistolam nostram consilium, quam misi celsitudini vestræ per Guillelmum regis legatum. Sed quoniam re-. sponsi vestri litteras non accepi, adhuc per legatos nostros quos mitto cum charissimis fratribus et coepiscopis nostris, qui pro eadem re vestram sanctitatem adeunt, jam petitum iterum supplex per chartam sublimitatis vestræ certum peto consilium. Oramus Dominum nostrum Jesum Christum, ut vos conservet ad laudem et gloriam nominis sui et utilitatem Ecclesiæ suæ."

EPISTOLA V.

ANSELMI AD HENRICUM REGEM ANGLORUM.

(43) Hanc epistolam cl. Y. Henricus Warthon in Angliæ sacræ tomo II, pag. 178, dedit cum hac epi-graphe : Epistola Anselmi vitiata in editione Operum Anselmi Parisiis anno 1675 a Gabriele Gerberanio alornata, ex codice ms. velusto bibliothecæ Lamberthance restituta. Hanc inscriptionem ut legi, non potui non mirari summam viri eruditi oscitantiam (nam malam fidem suspicari prohibet vel ipse libri sui titulus quo, non obscure fatetur Angliam sacram exstitisse ad annum usque 1540, hoc est quandiu Romano pontifici tanquam vero ac legitimo capiti

let, et ne dedicationem propriarum duntaxat eccle- & Anglorum, Anselmus archiepiscopus, fidele servitium et fideles orationes.

> Precor vos, mi charissime domine, ut dominum et regem et tutorem Ecclesiæ Dei vobis commissæ, ut audiatis intente planctum istius monachi de Micelei, et secundum quod intelligetis vos decere et Ecclesiæ expedire, sentiat regiam et paternam vestram subventionem et cousolationem. Ego vero, Adelissimus animæ vestræ et corporis vestri, et veri honoris vestri, consulo vobis et obsecro ne, proponendo Ecclesiis Dei personas quales non de etis et aliter quam debetis, et consilio secundum quorum consilium non debetis, attrahatis, quod absit1 iram Dei super vos. Certum enim est quia jam in aliquibus pravi et infideles, quantum ad animam vestram, consiliarii, aliter quam oporteret vobis consuluerunt. Omnipotens Deus sic vobis det regere quæ vobis commisit ut ipse vos regat et ab omni malo lueatur.

EPISTOLA VI.

ANSELNI AD PASCHALEM PAPAN.

Domino reverendo, et Patri diligendo, PASCHALI summo pontifici, Anselnus servus Ecclesiæ Cantuariensis, debitam subjectionem, et orationum assiduitatem.

Quanto studio mens mea sedis apostolicæ reverentiam et obedientiam pro sua possibilitate amplectatur, testantur multæ et gravissimæ tribulationes cordis mei soli Deo et mihi notæ, quas ab initio episcopatus 429 mei per quatuor annos in Anglia, et per biennium in exsilio passus sum, quia ejusdem sedis subjectionem abnegare nolui. À qua intentione spero in Deo quia nihil est quod me retrahere possit. Quapropter in quantum mihi possibile est, omnes actus meos ejusdem austoritatis dispositioui dirigendos et ubi opus est corrigendos volo committere. Qualiter ergo sim ad præsens in Anglia, breviter scribo, quia latoribus præsentium plenius hoc viva voce significandum dimitto, postquam revocatus a rege Angliæ qui nunc est, ad episcopatum redii, offendi decreta apostolica quæ in Romano concilio præsens audivi, ne se licet laicus investituras ecclesiarum daret, neque aliguis de manu ejus acciperet, aut pro hoc homo ejus fieret, nec aliquis hæc præsumentem consecraret ; qui vero bæc transgrederetur, excommunicationi sancti concilii subjaceret. Quod audientes rex et principes ejus, ipsi etiam episcopi, quanta mala hinc processura, quid Glorioso domino suo HENRICO, gratia Dei, regi D potius se facturos quam hæc decreta suscepturos

NOTÆ.

adhæsit). Sane si non perfunctorie et forte præcipiti oculo Gérberonii editionem perlustrasset, illam ipsam epistolam quam restituere se arbitratus est puram putam, qualem ipse typis mandavit, reperisset, a Gerberonio editam lib. iv, epist. 4, pag. 428. Igitur duas Anselmus ad Paschalem ejusdem argumenti scripsit epistolas : unam quæ lib. m exstat. num. 47; alteram inter novas lib. iv, epist. 4, quam si legisset Whartonus, procul dubio non recudisset, multo minus malæ fidei Gerberonium insimulasset. MAR-TENE.

204

tes qui audicrunt. Tandem in mo conversi uno sensu pariter omnes affirmaverunt me posse exstinguere omno malum, quod ex his decretis processerit ; asseverant, si precibús episcoporum nieas vellem associare, quatenus celsitudini vestræ placeret prædictam sententiain miligare. Quod si facere recuisarem, omne makim quod inde eveniret, mihi imputandum sine ulla mea excusatione judicarent. Ne igitor aliquid videar contemnere, aut meo solo sensu vel propria voluntate quidquam facere, nec illos audeo non sudire, nec de vestræ sanctitatis ' dispositione aliquatenus volo exire. Servata igitur apud me reverentia et obedientia sedis apostolicæ, precor ut, quantum dignitas vestra secundum Deum permittit, petitioni prædictæ, quam vobis legati exponent, juxta sapientiam vestram, condescendatis; et quid me jubeatis in hac re facere, quidquid futurum sit, per legatos præsentes certum me faciatis. Oramus omnipotentem Deum ut paternitatem dia incolumem in integra prosperitate ad Ecclesiæ suz robur et consolationem conservet.

EPISTOLA VII.

ANSELMI AD GUILLELMUM WINTONIÆ ELECTUM EPI SCOPUM.

ANSELMUS archiepiscopus, dilecto dilectori suo Guillelmo electo episcopo Wintoniæ, salutem.

Mandate mihi ši in proximis Quata r Temporibus venturi estis ad me pro sacerdotio, et si in sequenti die post acceptionem sacerdotii vultis consecrationem episcopalem accipere. Oportet enim me hoc præscire, quia si tune consecrationem episcopi suscepturi estis, veniam tune Cantuariam, et invitabo episcopos qui mecum sint, ad tale opus, ut decet, faciendum. Si autem sacerdotium tantum prædicto tempore vultis accipere, non veniam tune Cantuariam, quia ubicunque fuero illud facere potero. Ubi autem tune ero, prius charitati vestræ notificabo.

EPISTOLA VIII.

ANSELWI AD JOANNEN PRIOREM.

ANSELNUS servus Ecclesiæ Cantuariensis, amico suo JOANNI, priori canonicorum de monte S. Eligii, et congregationi sub illo Deo servienti, salutem.

Clericus iste natione Anglus, nomine Northmannus de quadam ecclesia in qua noviter sunt congregati clerici qui regulariter vestro more vivere volunt, venit ad vos desiderans vobiscum aliquanto tempore, quanto vobis placuerit, conversari, quatenus vestro ordine et vestris consuctudinibus instrui possit in servitio Dei ad suam et aliorum utilitatem. Qui quomiam noster familiaris est, ne aliquis suspicetur eum alia causa peregrinari, rogat litterarum nostrarum testimonio notificari, et nostra notitia et prece apud vos ad hoc quod desiderat adjuvari. Quamvis ergo de vestra religione nihil nisi sola dilectione meruimus, tamen quia de vestra conver-

acclamaverunt, gravor dicere; dicant legati præsen- A satione et benevolentia confido, quoniam religiosotes qui audierunt. Tandem in me conversi uno sensu pariter omnes affirmaverunt me posse exstinguere omne malum, quod ex his decretis processerit; asseverant, si precibits episcoporum meas vellem asso-

EPISTOLA IX.

ANSELMI AD BALDUINUM REGEM HIERUSALEM.

BALDUINO, gratia Dei, regi Hierusalem, charissimo domino, Anselnus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, per regnum terrenum ad cœleste sublimari.

Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in dmnibus operibus suis (Psal. xLIV, 13); qui vos ad regis dignitatem sua gratia in illa terra exaltavit in qua ipse Dominus noster Jesus Christus per se ipsum principium Christianitati seminans, Ecclesiam suam, ut inde per totum orbem propagaretur. novam plantavit, quam propter peccata hominum judicio Dei ab infldelibus diu ibidem oppressam sua misericordia nostris temporibus mirabiliter resuscitavit. Ego itaque, memor magnæ dilectionis et beneficiorum quæ in patre et matre vestra et filiis corum erga me sum expertus, exprimere scribendo nequeo quantuma de gratia Dei quam in fratre vestro et vobis, eligendo vos ad illam dignitatem ostendit, gaudeo, et quanto affectu ut ves qui fratri successistis, non tam vobis quam Deo regnare studeatis, desidero. Unde. mi charissime domine. etiamsi mea exhortatione non egeatis tamen ex cordis abundantia, ut fidelissimus amicus precor vos. moneo, obsecro, et Deum oro quatenus sub lege Dei vivendo voluntatem vestram voluntati Dei per omnia subdatis. Tunc enim vere regnatis ad vestram utilitatem, si regnatis secundum Dei voluntateni. Ne putetis vobis, sicut multi mali reges faciunt, Ecclesiam Dei quasi domino ad serviondum esse datam, sed sicut advocato et defensori esse commendatam. Nihil magis diligit Deus in hoc mundo quam libertatem Ecclesiæ suæ. Qui ei volunt non tam prodesse quam dominari, procul dubio Deo probantur adversari. Liberam vult esse Deus sponsam snam, non ancillam. Qui eana sicut filii matrem tractant et honorant, vere se filios ejus et filios Dei esse probant. Qui vero illi quasi subditæ dominantur, non ditate et dote illi promissa exhæredantur. Qualem illam constituetis in regno vestro, in hac nova resuscitatione talem illam diu 430 suscipient et servabuut in futura generatione. Quod autem ego vobis persuadere desidero, oro Deum omnipotentem ut ipse persuadeat, et sie vos in via mandatorum suorum deducat, et ad gloriam regni coelestis perducat. Amen. Remerjum laterem præsentium, qui se de vestra nutritura esse cognoscit, celsitudini vestræ commendo. Et quia mecum diu conversatus de domo nostra, ubi se sua strenuitate et bonis moribus valde amabilem fecit, ad vos vadit; precor, ut Dominum dilectum, quatenus apud vos melius illi sit, propter amorem nostrum. Valete.

EPISTOLA X.

ANSELMI AD ANHELITEM ABBATISSAM EJUSQUE SANCTI-MONIALES.

ANSELNUS archiepiscopus, filiæ charissimæ, domnæ abbatissæ ANHELITI et sanctimonialibus, sub ea Christo famulantibus, salutem et benedictionem.

Si vos multum non amarem, multum vos increparem, quia postquam vos ipsæ ad me nuntium vestrum misistis, et de illo mortuo quem quidam volunt pro sancto haberi quid vobis faciendum esset nostrum consilium requisistis, in consilio nostro non stetistis, sed insuper præcepto nostro inobedientes exstititis. Quapropter mandans præcipio vobis ut, si a divino officio suspendi non vultis, omnem amodo honorem cuivis sancto debitum illi mortuo auferatis, et ei nec oblationem faciatis, nec B factam ad opus vestrum suscipiatis. Filium autem ejus qui ad tumbam ipsius decumbit et ibi moratur a villa depellite, nec ei amplius aliquam inibi facultatem manendi relinquite. Valete.

EPISTOLA XI.

ANSELMI AD HILDEBERTUM CENOMANENSEM EPISCO-PUM (44).

ANSELNUS Servus Ecclesiæ Cantuariensis, HILDE-BERTO domino, et reverendo coepiscopo Cenomanensi, salutem temporalem et æternam.

Litteræ vestræ sanctitatis valde me vobis debitorem reddunt, non quia me supra me extollunt, sed quoniam immensam dilectionis erga me sinceritatem ostendunt. Si enim propter Deum ut illi placeamus inimicos, multo magis ne illi displiceamus C diligere debemus amicos. Quapropter si aut nullam aut minorem dilectionem vobis tribuo, injustum in mea conscientia me judico. Sicut igitur hanc volo vitare injustitiam, sic vestram amplecti desidero amicitiam. Fateor etiam quia si mihi esset possibile, vos ad duplum quam me diligatis deberem diligere, quia vos me prævenistis amore quod probastis munere. Nam, quoniam immeritum dilexistis, non minus debeo rependere, et sicut datis exemplum tantumdem gratis debeo impendere. Quoniam, si significastis vobis placere hoc quod de opusculis nostris vidistis, præsumimus vobis mittere quædam, quæ, ut puto, nondum vidistis.

EPISTOLA XII.

ANSELMI AD MATHILDEM REGINAM ANGLORUM.

Dominæ et filiæ charissimæ MATHILDI regisæ Anglorum, Anszenus archiepiscopus Cantuariæ, fideles orationes, et fidele servitjum, et benedictionem Dei et suam.

Gratias ago Deo et celsitudini vestræ pro bona voluntate, quam erga me habetis et erga Ecclesiam Dei, et oro Deum omnipotentem, ut in sua dilectione vestram augeat devotionem, et sic vos in hoc faciat perseverare ut æternam ab eo recipiatis retributionem. Oro etiam ut sic faciat vestram bonam inten-

A tionem proficere quatenus per vos cor Domini nostri regis avertat a consiliis principum quæ reprobat, et consilio suo quod in æternum manet, adhærere faciat. Consolationem et exhortationem vestram gratanter sicut a domina et secundum Deum amica accipio, quia de Dei dilectione illam procedere intelligo. Si quid placet vestræ dilectioni mihi mandare, latori præsentium sicut mihi ipsi viva voce secure potestis intimare. Omnipotens Deus omnes actus vestros dirigat, et vos ab omni malo custodiat.

EPISTOLA XIII.

ANSELMI AD ROBERTUM CONITEM FLANDRIE.

Domino, et in Deo dilecto, ROBERTO comiti Flandriæ, ANSELMUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis fideles orationes cum servitio.

Audivi quia quosdam de vestris abbatibus concessistis regulari electione ordinari, ut investituram de manu vestra non acciperent. Unde gratias ago Deo cujus gratia cor vestrum ad hoc quod sibi placet direxerit, et gaudeo pro vobis quia ecclesiasticis institutis ad Christianæ religionis profectum valentibus sine contradictione favetis. Cum enim hoc facilis, non homini, sed Deo obedilis, et vos verum et fidelem filium Ecclesiæ Dei et verum Christianum ostenditis et vos esse de ovibus beato Petro apostolo commendatis, cui Deus claves dedit regni cœlorum monstratis. Certum quippe est quoniam qui non obedit Romani pontificis ordinationibus, quæ fiunt propter religionis Christianæ custodiam, inobediens est apostolo Petro cujus vicarius est, nec est de grege illo qui ei a Deo commissus est. Quærat igitur ille jalias regni cœlorum portas, quia per illas non intrabit quarum claves Petrus apostolus portat. Gaudens itaque gratias ago vobis, et oro ut Deus retribuat vobis, quia bonum exemplum aliis principibus datis, et omnes servos Dei hoc modo ut orent pro vobis invitatis et Deum ad amorem et auxilium vestrum in vestris negotiis invocatis. Precor. obsecro, moneo, consulo, ut fidelis animæ vestræ, mi domine, et ut in Deo vere dilecte, ut nunguam æstimetis vestræ celsitudinis minui dignitatem, si sponsæ Dei et matris vestræ Ecclesiæ amatis et defenditis libertatem; nec putetis vos humiliari, si eam exaltatis, nec credatis vos debilitari, si eam roboratis. D Videte, circumspicite, exempla sunt in promptu; considerate principes qui illam impugnant et con-

considerate principes qui illam impugnant et conculcant, ad quid proficiunt, ad quid deveniunt? Satis patet, non eget dictu. Certe qui illam glorificant, cum illa et in illa glorificabuntur. Inter quos Deus vos et conjugem vestram et prolem vestram in præsenti et in futura vita annumeret. Amen.

431 EPISTOLA XIV.

ANSELMI AD ROGERUM, ROBERTUM ALIOSQUE ABBATES.

ANSELNUS, gratia Dei, archiepiscopus Cantuariensis, Rogeno abbati, et Roberto filio comitis Hugonis et aliis monachis de monasterio Sancti Ebrulfi.

NOTÆ.

(44) Responsio est ad Epistolam 161 lib. m et ad epistolam 162.

quomodo ingressi estis cœnobium Sancti Edmundi, et qua violentia extorquere conamini electionem fratribus ejusdeni Ecclesiæ et assensum vestræ inordinatze voluntatis. Quod quam irreligiose, quam contra monachicum propositum, et contra regulam sancti Benedicti, quam professi estis, et contra sacram Scripturam quæ dicit : Nemo sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo (Hebr. v, 4), et contra ipsum Deum faciatis, videt ipse Deus qui discernit inter pastorem et lupum rapacem. Et guidem dominum meum regem prohibere nequeo quin vos constituat super terrena, sed super animas propter quas abhas et dicitur et constituitur, nemo potest quemquam constituere, nisi quibus Deus dedit potestatem ligandi atque solvendi. In meo primatu et archiepiscopatu est illa Ecclesia, et proprie pertinent ejus consecrationes ad archiepiscopum Cantuariæ, quem me esse non ignoratis. Nihil igitur eorum quæ ad me pertinent alicui vestrum unquam concessi aut concedo ; imo oro Deum et conabor, quantum adjuvante Deo potero, ut Deus convertat cor domini mei regis ad hoc quod Deo magis placet, et animæ ejus expedit; et faciet eum corrigere secundum voluntatem suam, si quid contra eam facit. Christiani estis sub Christiana lege, et sub monastica professione vos vivere profitemini. Si contra hoc facitis, nec Christianos nec monachos vos esse aperte ipso opere fatemini. Certissimum autem est quia si in hoc perseveratis, contra prædictam professionem facitis. Moneo igitur vos, ut Christianos et monachos, quatenus vos plus C Deus timere quam hominem ostendatis, et ab incœpta perversitate constanter desistatis. Quod si magis adversari Deo vultis quam hominibus, annuntio vobis quia Deus adversabitur animabus vestris. Deus cui dicitur : Tibi derelicius est pauper ; orphano tu eris adjutor (Psal. x, 14), ipse videat et intucatur, si quas tribulationes fratribus ejusdem Ecclesize deinceps feceritis.

EPISTOLA XV.

ANSELWI AD GERARDUM EBORACENSEM ARCHIEPISCOPUM.

ANSELMUS, Ecclesiæ Cantuariensis servus, reverendo archiepiscopo GERARDO Eboracensi, salutem.

Sciat charitas vestra quia litteras illas quas queritur legi et transcribi, nec ego alicui ostendi, nec dedi vel misi, nec aliquis per me, nec scio quomodo factum sit quod aliquis eas ut transcriberentur habuit; et cum hoc legi in litteris vestris factum esse, mihi displicuit. Et quamvis vestra prudentia nihil suspicetur de me quod dedeceat, meum tamen est confiteri et asserere, quia non amo contumeliam vestram, aut alicujus coepiscoporum meorum, nec quoquo modo res se habeat de litteris illis, mendacii vos arguendos existimo. Cum autem loquar vobis, cum si quid rescribo non sufficit, viva voce spero me satisfacturum esse, quia nec ego in hac re culpabilis sum, nec a legatis nostris aliqua immissa est falsitas. Capitula concilii solummodo mitto, quia sententiarum corum expositiones nulli volo transcribere, donec

فالمحاجب والمحاجب

Nimis palam est, nec dissimulari ullatenus potest A vestro et aliorum episcoporum qui in concilio adfuecomodo ingressi estis cœnobium Sancti Edmundi, runt aporobentur judicio.

EPISTOLA XVI.

ANSELMI AD EUMDEM.

ANSELMUS, SERVUS Ecclesiæ Cantuariensis, reverendo archiepiscopo GEBARDO Eboracensi, salutem.

Lætor de vestro bono et religioso studio circa cle- * ricorum vestrorum integritatem. Ad ea vero de quibus vestra prudentia nostrum petit consilium, respondeo quia de iis quæ in concilio nostro et coepiscoporum nostrorum communi consensu statuta sunt, nihil relaxandum consulo. De iis autem de quibus in codem concilio non tractavimus, non enim simul omnia necessaria potuimus, ut de ablatione præbendarum ante idem concilium venditarum, et de similibus, quoniam non solum ad meam et vestram personam, et ecclesias nostras pertinent, sed etiam ad multas ecclesias et personas, et in iis multi dissentiunt, conveniens mihi videtur ut in proxima Nativitate Domini nostro et coepiscoporum nostrorum communi consilio Deo dictante sententiam certam statuamus.

EPISTOLA XVII.

HUGONIS ABBATIS CLUNIACENSIS AD ANSELMUM.

Dulcissimo ac venerabili, merito amaudo venerandoque Patri domino ANSELMO, sanctæ Cantuariensis Ecclesiæ summo pontifici, frater Hugo abhas Cluniacensis, cum suo pusillo grege, quod præparavit Deus diligentibus se in veritate.

Quoniam, vir sanctissime, difficile est optata nos ad invicem satiari præsentia, vel mutua et frequenti collatione corda nostra delectari, bonum arbitramur, si saltem litterali visitatione animos nostros pro tempore pascamus. Quis enim tam gloriosum tamque spiritualem habens in Christo amicum, gualem vos divina nobis concessit gratia, non omnimodis optet saluberrima illius recordatione recreari et relevari sancta renuntiatione. Prius guidem guam faciem vestram videremus, ille suavissimus odor bonæ famæ, aures nostras reverberans, jam dulcedine sua nostrum interiorem hominem impinguabat. At postquam vestram hilarem præsentiam cernere Deo volente meruimus, non est facile dictu qualiter totus vobis adhæsimus, vestroque cordi quasi partem nostri univimus. Verum non hæc nostra sunt, sed illius qui spirat ubi vult (Joan. 111, 8). Ipsi gratias agimus, ipsum exoramus ut quos its junxit in hac vita, non permittat separari in cœlesti gloria. Perpendimus satis vos multas et graves postquam a nobis discessistis pertulisse anxietates. Et si volun- " tas esset summi dispositoris, scimus vos desiderasso multo magis cum Maria sedere ad pedes Domini (Luc. x, 39) ejusque vultum contemplari, quam laborare ministrando cum Martha (ibid., 40). Verumtamen quia potestas hominis non est in manu ipsius, date manum voluntati illius, cui est cura de vobis, quique luce clarius novit quid sit vobis salubrius. In eo totam spem vestram reponite, ab ipso virtutem et perseverantiam quærite quantum fieri potest,

patiens ad omnia. Adsit vobis ille qui nulli unquam A defuit in ipso speranti. Sed cur nos imperiti aquam in mare deferimus, dum sanctitatem vestram quași docere præsumimus ? Non docemus, sed præcordialem amicum nostrum consolari volumus; hoc tantum secure addentes, quia domus Cluniagensis angilla vestra in vita et morte vestræ non deerit servituți. Filium autem postrum domnum Golridum sacristam ad partes illas, sicut ab ipso melius audietis, destinantes vestræ commendare paternitati necesse non arbitrantur, quoniam cum 432 magnis sæpius referre solet quantæ charitatis consilium auxiliumque ei in præterito anno contulistis. Nec solum ipse, sed et omnes fratres nostri per vestram transeuntes . præsențiam, plurimam vestræ sanctițatis prædicant R charitatem. Super quibus, quantas prævalemus gratias persolventes humiliter petimus ut per hunc ad nos remeantem vestrum esse, vestrumque velle, nobis insinuare dignemini, ut gaudere possimus cum gaudente et cum dolențe, quod omnipotens Deus avertat a vohis, ut filii condoleamus. Gratia Dei et pax vobiscum, pater gloriose. Memento postri in sanctis orationibus vestris.

EPIŞTOLA XVIII.

ANSELWI AD HUGONEN LUGDUNENSEN ANCHIEPISCOPUN (45). Doming reverendo, el Patri diligendo, HUGONI venerabili primati Lugdunensi, ANSELNUS servus Ecclesiæ Cantuariensis, quod servus, quod filius, quod totus guus.

Gaudendo gratias agimus Deo, et gratias agendo c gaudemus quia pietas divina yestrum desiderium visitandi locum in quo salus nostra procurata est, adimpleyit, et nos de reditu vestro et de salute vobis restituța læțificaviț. Gratias quoque refero vestræ paternitati, non solum pro multimodis beneficiis mihi impensis, verum etiam pro indeficienti bona voluntate, qua me paterna sollicitudine et litteris suis visitare et ad cadem beneficia repetenda, si opus sit, pon cessat visitare. Quibus bopis quoniam nihil ego cogitare queo quod possim recompensare, Deum ompigotentem pro cujus amore hoc facilis, quanto affectu possum oro, ut ipse vobis dignetur remunerage. Nostrum esse quale sit in Anglia, charitas veștra desiderabat per scriptum cognoscere, sed legatus vester plenius vobis viva voce quam ego scri- D bendo poterit ostendere. Hoc tantum dico quia, quando spero meas adversitates mitescere, tunc magis sentio cas exardescere. Tota enim me vis Angliæ, cum solus ibi sini, molitar subvertere, quia me ab obedientia sedis apostolicæ non valet avertere; ad quod etiam ipsi episcopi cum rege sic æstuant ut etiam consecrationes qua: nonnisi ad me pertinent, si sit qui velit accipere, ipsi præsumere non metuant. Omnipotens Dominus vestram nobis paternitatem in gratia sua diu conservet incolumem. Amen.

EPISTOLA XIX.

ANSELNI AD DIACUM 8. JACOBI EPISCOPUM

Diaco reverendo Sancti Jacobi episcopo AnsELMUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis, gratiæ supernæ auxilium et consolationem.

Cum semper nos Christiani invicem congaudere debeamus et condolere, tunç uțique maxime cum prosperitatem et exaltationem Christianitatis et adversitatem ad ejusdem hamiliationem cognoscimus pertinere; vestri itaque timoris atque doloris ex litteris vestris causam cognoscentes, unde timetis, inde timemus, et quod doletis, pariter dolemus. Quia milites nostros contra Sarracenos ad vestrum auxilium commoneri desideratis, libenter pro opportunitate nostra eos commonebimus, et ad subventionem Christianorum commovebimus. Sed noverit sanctitas vestra quia regnum Anglorum bellorum contra se undique surgentium nuntio fere quotidiano commovetur, unde sațis vereor ne contingat nos pro vobis minus prodesse, quia nobis hostes timemus obesse. Nam dum quisque curat tueri propria minus potest curare communia. Conabimur tamen, Deo annuente, hoc efficere orationum devotione, quod non valenus militum collectione. Speramus autem in misericordia Dei quia non relinquet virgam peccatorum super sortem justorum (Psal. CXXIV, 3), neque tradet bestiis animas confitentes sibi (Psal. LXXIII, 9). Omnipotens Deus adjutor in opportunitatibus, in tribulatione (Peal. 1x, 10), subveniat vobis secundum necessitatem vestræ tribulationis. Amen.

EPISTOLA XX.

ANSELMI AD GUILLELMUM ROTHOMAGENSEM ARCHIEPI-SCOPUM.

Domino et Patri GUILLELMO, reverendo archiepiscopo Rothomagensi, Anselmus sorvus Ecclesiæ Cantuariensis, salutom.

Glamo et queror ad vos, et ad vos et ad omnes episcopos et abbates et totam Ecclesiam Northmanniæ pro me et pro congregatione ecclesiæ Sancti Edmundi quæ est in Anglia, de abbate monasterii Sancti Ebrula quod est in Northmannia, et vestram peto justitiam. Injuria, quam nobis nimis inordinate fecit in Anglia, præter opinionem quam de illo habebamus, hæc est. Juvenem quemdam filium comitis Hugonis de Cestre, nimis carentem prudentia et utilitate et virtutibus ad abbatis pertinentibus personam, per potestatem regiam ingessit in ecclesiam Sancti Edmundi cum armis, monachis, quantum in ipsis erat, recusantibus et contradicentibus, et omnino sine nostra concessione, ad quem pertinent omnes ejusdem ecclesiæ consecrationes. Qui ibi nititur extorquere ab ipsis monachis obedientiam et electionem, et ut animas suas commendent illi custodiendas, qui quam non idoneus ad hoc sit, aperte cognoscitur, quia ipse nusquam sine laterna et cu-

NOTÆ.

(45) Est responsio ad epist. 64 lib. m.

credebatur. Precor igitur ut enmdem abbatem aucloritate vestra monachum suum revocare cogatis, et ecclesiam quam inique opprimit, velut a lupo rapace et oves dispergente liberetis, ne nos aliquíd super monachum vestrum nostræ auctoritatis censum, vestra cessante, facere cogamur. Valete.

EPISTOLA XXI.

ANSELWI AD ELFERUM ET ALIOS MONACHOS.

Anselnus archiepiscopus, fratribus et filiis charissimis, priori Elreno, et aliis monachis cœnobii Sancti Edmundi, salutem et benedictionem Dei.

Misereor et compatior charitati vestræ in longa et nimia tribulatione laboranti. Et tanto magis affectuosius hoc facio, quanto vos non pro terrenze rei cupiditate, sed pro justitia tribulari considero. Justitia enim est, quia non contra ordinem vestrum, non contra regulam S. Benedicui, non contra auctoritatem aliorum sanctorum Patrum, nec sine consilio corum a quibus religionis regimen et consilium. exspectare debetis, abhatem vultis accipere. Quapropter si propter boc perturbationes et molestias patimini, videbit Deus gui omnia mala aut corrigit, aut punit, et bona nutrit et confortat, et dabit vobis consolationem suam congruo tempore qui adjutor est in opportunitatibus in tribulatione (Psal. 1x, 10), si tamen flagella Patris sustinere humiliter volueritis, et in spe misericordiæ ejus non defeceritis. Ad illum clamate non solum orando, sed et vitam vestram in mandatis ejus et in ordinis vestri custodia toto corde, c toto conatu, in omni loco et in omni tempere servando. Gravis est aliquando et ingrata in tribulatione patientibus verborum sine alio auxilio consolatio, sed non debet hoc esse servis Dei, qui spem certam habent in Deo, quia quanto major est tribulatio, tanto major sequitur patientiæ retributio. Omnipotens Deus sua vos lætificet consolatione, et in prosperis et in adversis sua vos semper protegat benedictione.

433 EPISTOLA XXII. ANSELMI AD GUILLELMUN ROTHOMAGENSEM ARCHI-**EPISCOPUM**

Domino et Patri reverendo GUILLELMO, archiepiscopo Rothomagensi, ANSELMUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis, cum assiduis orationibus fidele servitium.

Pro injuria et oppressionibus, pro gravaminibus, pro destructione ecclesiæ S. Edmundi clamavi ad paternitatem vestram, et nondum exaudistis clamorem nostrum, conquestus sum, et nondum sensi compassionem vestram. Promisistis vos facturos quod rogaveram de monachis monasterii S. Ebrulá ui prædictam ecclesiam gravant, spoliant, destruunt, sed nimis moratur effectus promissionis vestræ, adhuc clamo intimo doloris corde cogente pro me ad cujus propriam curam pertinet illa ecclesia, et pro fratribus qui in ea conversantur ; propter Deum, si zelum Dei habetis, si episcopalem pietatem habetis, rogo, obsecro, ad vestigia vestra mente me prosterno, succurrite, miseremini orphanis et viduze

stodia, atque antegnam ad hoc assumeretur, sibi ipsi A Ecclesiæ, quibus pro parte invehitur privignus, pro pastore lupus, pro ductore cæcus, pro doctore nescius, pro abbate fur et latro, quia non intrat per ostiam. Revocate monachos vestros, liberate nos ab oppressionibus corum. Facite ut abbas monasteril S. Ebrulá revocet monachos suos, quos contra legem Dei et ordinem suum in ecclesiam prædictam ingessit, et res ejusdem ecclesiæ quas inde abstalit sacrilega rapina, juste restituat. Valete et succurrite, precor, festinate.

EPISTOLA XXIII.

ANSELMI AD ROBERTUM, BRNULFUM, RADULFUM, PHILIP-PUM, BERNARDUM ET ALIOS.

Anselwus Cantuariensis archiepiscopus, Roberto comiti, et fratri ejus ERNULFO comiti, et RADULFO DE MORTUO MARI, EL PHILIPPO DE BRAJOSA, EL BER-NARDO DE NOVO MERCATO, et aliis qui terras habent in episcopatu degentihus Vailfridi episcopi, amicis et filiis in Deo charissimis, salutem et benedictionem Dei.

Quamvis vos ipsi solliciti esse debeatis de salute vestra, ad me tamen pertinet ut vos ad hoc quod vos decet coram Deo et animabus vestris expedit, excitem amica exhortatione, et invitem paterna admonitione. Precor itaque vos ut amicos, el consulendo moneo ut filios dilectos, quatenus dilecto Wilfrido episcopo de Sancto David, propter honorem vestrum et propter religionem Christianam, omnem reverentiam et obedientiam quæ episcopo in suo episcopatu debetur cum amore exhibeatis, et quæcunque episcopali d'sposițione fieri debent, ejus consilio faciatis. Sic enim vos ipsos ante Deum exaltabitis, si vos religiosa humilitate episcopo vestro. sicut Deus ordinavit, subjeceritis. Et si in aliquo vestro consilio opus habuerit, promptos vos ut Christianos bonos inveniat, quatenus Deus vobis in omnibus necessitatibus vestris subveniendo retribuat. Hoc quoque maxime moneo et consulo, quia vobis valde necessarium est, si Deum non vultis offendere, ut si terras aut decimas, aut ecclesias, aut aliquid quod ad ecclesiam ejus ecclesiastica rectitu dine pertinet, tenetis, ut reddere propter timorem Dei studiose curetis. Nam certum est guoniam qui Deum exhæredat, vel ecclesias ejus in hac vita, si D sine poenitentia et emendatione moritur, a regno Dei exhæredatur in futura vita. Omnipotens Deus sic vos det hæc et alia bona in hoc sæculo operari, ut vos faciat de beata retributione in æternum gloriari.

EPISTOLA XXIV.

ANSELMI AD ROBERTUM NORTHMANNIA PRINCIPEM. Suo domino, et totius Northmannia principi Ro-

BERTO, ANSELMUS Servus Ecclesiæ Canquariensia, fidele servitium cum orationibus.

Qualiter domnus Guillelinus electus episcopus Wintoniensis de Anglia exierit, non est opus scribendo ostendere quoniam per ipsum et per alios qui rem ipsam cognoscunt poteritis discere. Sed quoniam ad me maxime pertinet illi compatiendo, et

per me et per alios, quantum possum, sicut debeo A nem et remissionem, et orationum mearum, si subvenire, precor celsitudinem vestram si quid apud cam valeo quod deceat impetrare, quatenus in vobis sicut homo vester et sicut illi cognoscitis expedire,

auxilium et consilium cum amore inveniat.

EPISTOLA XXV.

ANSELMI AD GUILLELMUM ROTHOMAGENSEM ARCHI-EPISCOPUM.

Domino et Patri Guillelmo, reverendo archiepiscopo Rothomagensi, ANSELMUS servus Ecclesiæ Cantuariensis, fideles orationes cum servitio.

Cum semper gaudere et Deo gratias agere debeamus, quoties servos Dei gloriam mundi pro Christi amore contemnere videmus, nec ulla violentia aut blandimentis a rectitudine posse separari, tunc utique hoc maxime facere debemus, cum in filiis et fa- B miliaribus nostris hoc cognoscimus operari. Quanta autem virtute, quanta constantia domnus Guillelmus filius vester, et gratia vestra noster, quein canonicura et decanum Ecclesiæ vestræ electum canonice episcopum Wintoniensis Ecclesiæ nobis charitative concessistis, consecrationem ab iis a quibus eam sicut offerebatur recipere non debeat respuerit, et quomodo propter hoc rebus suis spoliatus et de Anglia expulsus sit, nullius scripto melius quam ejus viva voce, et eorum qui cum illo, quando hæc facta sunt, adfuerunt, paternitas vestra cognoscere poterit. Quæ res, quantum in ipso est, tam fortiter facta est, tamque patenti honestate se manifestat ut nullius relatione ad laudem ejus augeri valeat. Quapropter, c nobis ut domino et patri familiari notitia, ut ait, adquamvis nostra prece prudentia vestra non egeat, tamen ex cordis abundantia obsecro ut eum benigne sicut filium vestrum et meum pro justitia exsulantem suscipiat, atque cum amore et honore ei auxilium suum et consilium, ubi res exiget, exhibeat. Aliis quoque quod ab illo de hac re reverentia vestra audiet, secure pro veritate testetur, et eos ad ejus amorem et honorem sicut meruit exhortetur. Valete.

EPISTOLA XXVI.

ANSELMI AD ROGERIUM-SUUM AMICUM.

ANSELMUS, archiepiscopus, amico suo Rogenio, salutem et benedictionem.

Vulgo solet dici quia amicus, velut medicus, in nccessitate probatur. Hoc ideo dico quia si vera fuit aniicitia quam domno Guillelmo electo episcopo in prosperitate ostendistis, nunc apparebit, et amor erit constantior [al., major crit et constantior] iu majori necessitate. Ad quod si preces nostræ et monitio nostra bonæ voluntati vestræ possunt aliquid addere, obsecro ut propter honestatem vestram et propter amorem vestrum in iis quæ hactenus bene et fideliter, illum adjuvando fecistis non deficiatis, sed quanto magis illum indigere cernitis, tanto studiosius strenuitatis vestræ auxilium illi exhibeatis. **434** Quod si feceritis, et me amicum vestrum amiciorem vobis reddetis, et amicitiam vestram omnibus veram esse ostendetis. Valete. Omnipotens Deus tribuat tibi omnium peccatorum tuorum absolutio-

. . . .

quid valent, in vera charitate participationem. EPISTOLA XXVIL

ANSELNI AD MALCHUM WATERFORDIENSEM EPISCOPUN.

Anselnus, archiepiscopus Cantuariæ, amico et соеріscopo Malcno Waterfordiensi, salutem et benedictionem.

Audivi quod domnus Samuel episcopus Dublinensis monachos ecclesiæ Dublinæ aut nulla aut parva occasione ejicit, nec pro ulla satisfactione, vult recipere, et quia contra consuetudinem crucem facit gestari ante se in itinere, et quia res ecclesiæ illius ab archiepiscopo Lanfranco datas velut proprias distribuit. De iis omnibus illi nostras mitto litteras, et populo ejusdem civitatis mando, ut prædictarum rerum distributionem prohibeat. Et quoniam non invenio per quem litteras nostras illi aptius mittam, precor fraternitatem vestram, quatenus eas illi per præsentiam vestram exhibeatis; et eum charitative viva voce ut monitioni nostræ quam illi scribimus assensum præbeat rogando et consulendo monealis. Valete.

EPISTOLA XXVIII.

ANSELNI AD GUILLELMUM ROTHOMAGENSEN AnCHI-EPISCOPUM.

Domino et Patri reverendo archiepiscopo Rothomagensi Guillelmo, Anselmus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, quod patri filius.

Quamvis domínus Guido lator præsentium olim hæserit, tamen quia novit quanta inter vos et me mutua sit dilectio, nostris litteris vestræ commendari petit sanctitati. Sciat igitur vestra paternitas quia cum nostra amicitia et licentia redit de Anglia in Northmanniam ad suam Ecclesiam. Quod precor ut apud quoscunque opus fuerit vestra testetur auctoritas. Precor etiam ut ubi vestro consilio et auxilio eguerit, secundum quod vestram decet reverentiam, ad salutem animæ suæ promptum inveniat. Valete.

EPISTOLA XXIX.

ANSELMI AD GONDULFUM EPISCOPUM.

ANSELMUS, archiepiscopus, reverendo episcopo GONDULFO, salutem.

Notum sit dilectioni vestræ quod gratia Dei vestris suffragantibus orationibus sanus sum et usque ad Carrotum Romam tendens sine perturbatione iví-Quo cum pervenissem, et a D. comitissa, et episcopo honorifice susceptus fuissem, mirati sunt quod tali in tempore tam periculosum iter peragendum arripuissem. Affirmaverunt siguidem quod nec Romam videre si cæptum iter tenerem, nec ulterius, præ nimia loci infirmitate caloris angustia redire valerem. Tale quocunque esse hoc in tempore me iter agere, ac si mihi licenter mortem vellem asciscere. Consilio itaque eorum et omnium amicoruma meorum in tempus congruum iter agendum distuli, et in Northmannia exspectaturus Beccum redii. Debita igitur mea quæ in Anglia debeo, precor et mul-

. . . .

tum precor ut solvatis, et reliquum quod habere potestis de meis redditibus per Ansfredum præsentem nuntium quam citius potestis mihi mittatis. Solutionem Romescoti usque ad festum sancti Michaelis differre potestis. Eleemosyna vero ne aliquam penuriam patiatur, prudentia vestra invigilet. Godefrido de Mellinges dicite ut Guillelmo filio suo det xx solidos denariorum. Guillelmo filio Hionis xx marcas argenti, et Albrito 11 ad festivitatem S. Michaelis dabitis. Orate pro me ut Deus me et actus meos dirigat, et in beneplacito suo ad salutem meam et omnium mihi commissorum disponat. Salutate filios et fratres nostros nostræ et vestræ congregationis.

EPISTOLA XXX.

ANSELMI AD MATHILDEN REGINAM.

Reverendæ dominæ suæ MATHILDI gloriosæ reginæ, ANSELNUS archiepiscopus, fideles orationes cum fideli servitio, et benedictionem Dei, et suam, quantum potest.

Gratias ago magnas susceptæ vestræ largitioni, sed multo majores sanctæ quam erga me sum expertus dilectioni. Quas quoniam corporis officio nequeo peragere, cordis affectu cupio indesinenter persolvere, siquidem quantumcunque sit Vestra corporalis absentia; removeri tamen nequit a mente mea fidelis dilectionis vestræ prudentia. Quapropter desideranter oro, et orando desidero ut Deus guod ego per me non valeo, ipse vobis pro me retribuat, el quantum scit expedire, suam erga vos dilectio- C nem et vestram erga se perficiat. Quanto affectu possum et quantum de celsitudine vestra audio præsumere, precor, obsecro, supplico, fideliter consulo, ut Ecclesiarum Augliæ paci et quieti pietas vestra studeat, et maxime filiis earum imbecillioribus minusque potentibus, in tribulationibus suis et desolationibus, quasi orphanis Christi subveniat, et ad similitudinem evangelicæ gallinæ illos sub alis doceat protectionis suze consoletur et foveat. Unctio sancti Spiritus vos in omnibus doceat, et quæ sibi magis placent et vobis expediunt persuadeat, et post temporale regnum ad æternum perducat.

EPISTOLA XXXI.

ANSELMI AD ANSELMUM NEPOTEM.

ANSELMUS, archiepiscopus, ANSELMO, carne nepoti, dilectione filio suo charissimo, salutem et benedictionem Dei, et suam.

Quoniam singulariter te inter omnes consanguineos meos diligo, ut proficias coram Deo et coram omnibus desidero. Quapropter moneo te et præcipio tibi, sicut filio dilectissimo, quatenus ad hoc pro quo te in Anglia dimisi sollicite perficere studeas, et nullum tempus in otiositate transeas. In declinatione et virtute grammaticæ cognoscenda maxime intende, in dictamine, et plus in prosa quam in versibus te exerce. Super omnia mores et actus tuos coram hominibus, et cor tuum coram Deo custodi, quatenus, cum Deo annuente te videro, de tuo pro-

tum precor ut solvatis, et reliquum quod habere A fectu gaudeam, et tu de mea lætitia gaudeas. Vale. potestis de meis redditibus per Ansfredum præsen- Deo corpus et animam tuam commenda.

435 EPISTOLA XXXII.

ANSELMI AD ERNULPHUM PRIOREM ET ALIOS ECCLESIE CANTUARIENSIS.

ANSELEUS archiepiscopus, dominis fratribus et filiis suis charissimis, domno priori ERNULPHO, et aliis sub illo in Christi Ecclesia Cantuariensi Deo servientibus, divinæ gratiæ et benedictionis consilio semper regi et consolari.

Priores litteras a vestra fraternitate directas lætus suscepi, quia per omnia vos vestra, Dei protectione, in prosperitate manere per litteras episcopi Roffensis B et per earum latorem accepi. Quam lætitiam etsi non multum litteræ sequentes conturbaverunt, aliquatenus tamen obunbilayerunt. De regis namque petitione, quam mandastis, non parum miratus sum, sed quod nihil sine nostro consilio, sicut vobis decet facere, voluistis, et præcepti nostri memores fuistis, gavisus sum. Potens est enim Deus regiam voluntatem ab omni indignatione, quam hac occasione adversum nos nasci timetis, avertere, cum vos recte et ordinate facere conspiciet, aut si hoc illi facere non placuerit, et aliquid inde vobis contra voluntatem vestram, quod avertat Deus ! contigerit, certi esse debetis quia melius est pati aliquid propterjustitiam sub Dei consolutione guam aliquid facere inordinate in ejus offensione. De hoc igitur Dei dispositionem, cui me et vos et omnia nostra commendo, exspectabo, et sicut consuluistis regi per reverendum et amicum nostrum episcopum Roffensem ut totum episcopatum nostrum in pace et quiete permanere permittat sicut mihi promisit, mandabo. Quod si Deus et votum meum et vestrum sua gratia disposuerit, Dei pietatem laudate, et si aliter evenerit, quidquid illud sit, per qualemcunque nuntium, ubicunque sim, mandate. Contra hæc et contra omnia adversa vos armis justitize a dextris et a sinistris armate, Deum timete, semper eum præsentem publice et secrete, et vos illi præsentes cogitate. Ordinem vestrum emendando cogitationes et actus vestros in omni innocentia custodite; et sic Deus vobis omnia n cooperabitur in bonum (Rom. viii, 28), et erit vobiscum sive in pace sive in tribulationibus, omnibus diebus vitæ vestræ. De reditu meo in Angliam antequam quod incœpi perficiam de quo mihi mandastis, dominus noster rex nihil mihi mandavit, sed tantum prosperitatem et hilaritatem suam, sicut fideli suo et congaudenti, per litteras intimavit. Omnipotens Deus et in prosperis et in adversis super vos et in vos suam effundat benedictionem, et nunquam patiatur a vobis suam deesse consolationem. Gratias ago domno priori et omnibus vobis pro dilectione et beneficiis quæ nepoti meo propter amorem meum impenditis. Quamvis enim hoc non dubitem, ipse tamen suis litteris hoc mihi magno affectu intimavit, . . • . ٠.

EPISTOLA XXXIII.

ANSELMI AD GONDULFUM ROFENSEM EPISCOPUM.

ANSELMUS archiepiscopus amico suo reverendo, GONDULFO episcopo Rofensi, salutem.

De salute et prosperitate nostra per latores præsentium cognoscere potestis, propter quod exivi de Anglia, quantum possum, adjuvante Deo, per me ipsum, quia anter non video me posse, conor perficere. Gratias ago vestræ bonæ voluntati et sollicitudini, quia mibi nuper in necessitate succurristis. Nam de cccxxx marcis argenti quas tuli de Anglia, non habebam nisi xxiv, quando hoc quod nuper misistis, suscepi; multum namque plus me necesse est expendere quam putabam. De nostris rebus quia non magis in me quam in vobis confido et vestram novi honam voluntatem, ut eas, sicut oportet, custodiatis et tractetis, scio quia prece nostra non indigetis. Gratias itaque agens de iis quæ fecistis et facitis, rogo ut, sicut nuper mihi subvenistis, ita in futurum, quam citius potestis, subveniatis, mittendo si quid de præterito anno de nostris redditibus habetis, et quidquid de futuro, precando, monendo, et necessitatem meam ostendendo, a præpositis nostris colligere potestis. De pauperibus quos apud Cantuariam pascere debeo, rogo multum ne ullam patiantur inopiam. Quod mihi mandastis de terra nostra de Roginges libenter accipio, nec aliam quam me rogastis habere voluntatem, habeo. Audivi quod Hugo filius Mabiliæ, terram quam sine ulla donatione cum hactenus tenere permisi, vult vendere. C Prohibete itaque ne ipse aut aliquis alius aliquid de terra nostra vendat, aut aliquo modo impediat, sed omnia sicut ea dimisi permaneant, donec redeam. Salutate filios nostros et Alias, et ut orent pro me oro. Radulfo filio Herengodi qui mecum fuit, date centum solidos.

EPISTOLA XXXIV.

ANSELMI AD EUMDEM.

Anselmus, archiepiscopus, reverendo episcopo Rofensi Gondulro, salutem.

Ubi et qualiter sim per præsentium latorem audietis, cur autem ad præsens in Angliam non redeam ex litteris quas regimitto, cognoscere poteritis. Mando autem vohis ut eum fideliter ex nostra parte salutetis, et sigillum nostrum, quod vobis nuntii D beo, ut de tam longe aliquid scribam vestræ celsitunostri dant, quod ei mitto, illi detis, et, si illi placuerit per litteras mihi respondere, illas mihi per præsentem legatum mittite. Quod si noluerit, quidquid responderit vestris litteris mihi maudate. Sigillum autem nostrum non prius regi ostendetis quam Guillelmus de Warelwast veniet in Angliam, et eidem Guillelmo exemplum litterarum quas regi mitto, secrete ostendatis. Videte etiam ut nullus præter ipsum nisi prior noster solus sciat ipsas litteras, antequam regi dentur. Postquam vero rex illas cognoverit, episcopis et aliis eas notificate, reginam ex nostra parte dulcissime salutate (46),

(46) V. Epist. 85 lib. nr.

A exemplar litterarum quas regi mitto vobis trans mitto.

EPISTOLA XXXV. ANSELMI AD EUNDEM.

ANSELMUS archiepiscopus, reverendo episcopi GONDULFO, salutem.

Litteras domini nostri regis suscepi, in quibus, sicut scitis, promisit mihi quia post curiam mihi responderet. Mando ergo charitati vestræ ut ad eum ex nostra parte eatis, et dicatis ita : Domine, archiepiscopus Cantuariensis mandat vobis fidele servitium sicut domino et regi suo, et mandavit mihi ul reducerem vobis ad memoriam quatenus, sicut mihi mandastis, respondeatis. Quod si ipse responsum suum mihi mandare volueritper sigillum suum, bene. Si autem per litteras suas nolucrit respondere, vos per litteras vestras mihi mandate quidquid responderit. Quod si adhuc in alium terminum voluerit differre responsum, accipiam dilationem, et alium terminum respondendi; si me interim saisitum, sicut eram quando exivi de Anglia, permiserit, ut vos mihi de rebus nostris mittere possitis, sicut mando et mandabo. Si autem me dissaiserit ut nostræ res non sint in mea potestate, dicite ei quia ego nullas inducias accipio, sed ita me habebo sicut 436 episcopus dissaisitus, sine judicio quo episcopus dissaisiri deheat. Si vero et respondere voluerit, et tamen me saisitum non dimiserit, responsum ne reticeatis. sed tamen hoc ipsum quod dixi quia me habebo sicut episcopus dissaisitus sine judicio, ne taceatis. Reginam, ut dominam et filiam charissimam duiciter saintate.

EPISTOLA XXXVI.

ANSELMI AD BALDUINUM REGEN HIEROSOLYMITANUM

BALDUINO, gratia Dei regi Jerosolymitano, domino charissimo, Anselmus, licet indignus, archiepiscopus Cantuariensis, sic regnare super Jerusalem terrenam in hac vita, ut regnet in Jerusalem cœlesti in futura vita.

Quamvis Dei dono scientiam habeatis quæ vohis ad bene vivendum, adjuvante Deo, possit sufficere, et licet sciam in vobis bonam esse voluntatem, tamen cogit me abundantia dilectionis quam erga vos hadini. Sicut enim ignis ardens vento magis accenditur, ita bona voluntas amica monitione, ut plus ferveat excitatur. Scitis, mi charissime domine, quoujam civitatem Jerusalem et ante adventum Domini et in ipso ejus adventu elegit Deus quasi propriam sibi et familiarem de 1019 mundo. Ex ipsa enim fuerunt primi reges quos Dominus dilexit; ex ipsa fuerunt prophetæ, in ipsa fuit propria domus Dei, et sanctuaria ejus; ibi facta est nostra redemptio, ibi conversatus est Rex regum; inde per totum mundum diffusa est salus humani generis. Consideret igitur vestra celsitudo quam ominens gratia Dei sit,

• ŀ

200

quanto affectu, quanto studio se debeat subdere voluntati Dei et ejus servitio rex quem ille ibi constituit. Precor ergo, obsecro, moneo, ut Dominum, ut dilectum, quatenus et vestram personam, et omnes vobis subditos sic regere secundum legem et voluntatem Dei studeatis, ut lucidum exemplum omnibus regibus terræ in vita vestra præbeatis. Dominus noster Jesus Christus sic regnet in corde vestro et in operibus vestris, ut vos cum rege David antecessore vestro in colo sine fine regnetis. Amen. Scitote quia quotidie pro vobis oro, quamvis viles sint orationes meæ.

EPISTOLA XXXVII.

ANSELMI AD WATHILDEN COMITISSAM.

et matri in Deo, comitissie Mathildi, præsentis vitæ continua et diuturna lætari prosperitate, et futura: perenni gaudere felicitate.

Celsitudini vestræ gratias agere volo, sed condi. gnas meritis ejus scribere non valeo. Quippe quod non semel tantum, sed pluribus vicibus me Deus per vos liberavit de potestate inimicorum meorum exspectantium ut in manus illorum caderem, valde magnum beneficium cognosco. Sed cum intueor quam benigno, quam pio, quam materno affectu factum sit, multo magis illud quam proferre possim intelligo. Non enim oblivisci possum quam sollicita prece et obsecratione mihi per fratrem et filium nostrum Alexandrum mandastis ut nullo modo corpus meum C ulli ex; onerem periculo, et quanto studio hominibus vestris mandastis ut me pon minori, imo si fieri possel, majori cura quam vestram personam susciperent, et non per breviorem, sed per tutigrem viain, usque ad securitatem deducerent. Quod illi quidem fideliter effeceruat, secundum quod vestram voluntatem cognoverunt. Cordis quidem mei affectus ad agendum gratias non deficit, sed os et stylus ad proferendum quod cor sentit, non sufficit. Quod ergo ego non possum, Deum aro ut ipse vobis retribuat et vos ab omnibus inimicis corporis et animæ defeudens, ad beatamet gternam securitatem perducat. Sancti desiderii yestri in corde meo semper servo memoriam, quo ad contemptum mundi cor vestrum aphelat, sed illud sancta et uccessoria, quam erga D batis mihi scripsistis. Nos quoque idipsum sentimus matrem Ecclesiam habetis, pie dilectio retractat. In quo intelligitur reverentia vestra ex utraque parte Deo placere, et ideo debetis æquo animo certum Dei consilium exspectando onus quod portatis in angaria cum bona spe patienter sustinere. Hog tamen præsumo consulere, ut si certum mortis periculum interim, quod Deus avertat I senseritis imminere, prius vos Deo omnino reddatis, quam de hac vita execuis, et ad hoc velum semper paratum secrete penes vos habeatis. Quidquid dlcam hoc oro, hoc desidero, ut Deus nulli vos nisi sue committat dispositioni et consilio. Mandavit mihi vestra celsitudo per prædictum filium nostrum Alexandrum, quia orationes, sive meditationes, quas ego dictavi, et putabam vos ha-

quod vos in hac civitate regem esse voluerit; et A bere, non habebatis, et idee mitto eas vobis. Omnipotens Deus sua vos semper benedictione regat et prolegal.

EPISTOLA XXXVIII.

PASCHALIS PAPÆ II AD GERARDUM EBORACENSEM EPISCOPUM.

PASCHALIS episcopus, servus servorum Dei, GEBARDO Eboracensi cpiscopo.

Sedis apostolicæ benignitas etc. Vide in Paschuli II ad an. 1118.

EPISTOLA XXXIX

GIRARDI AD ANSELMUN.

Patri dilecto Anselno filius Girardus, servitium et obedientiam.

Mentem veritatis amicam cavere oportet ne in ANSELMUS, Servus Ecclesia, Jantuariensis, domina, B corum sententiam facile cedat quos ad mentiendum impellit vel odium, vel amor, vel quædam vana et iners in mentiendo voluntas. li sunt quorum segnities cum ad nihil honestum exsurgat, invidiæ ignem in ipsis incendit adversus eos qui honeste vivunt. Scio quia ejusmodi howines animi vestri dulcedinem amaram mihi facere nituntur. Accedit ad hoc quod noster labor aliquando pigrior fuit quam deceret in causa Dei et vestra. 437 Sed absit hoc a me, absit hoc ab ea, qua vob s adhærco dilectione, ut a modo verbi Dei in quo laboratis usque ad exsilium me adjutorem non habeatis! Si enim eam mihi dilectiouis suavitatem reddere noveritis, quam sæpe in vobis multis et magnis rebus expertus sum, fidum me et servum et in Christo conservum atque in verbo ejus collaborantem habebitis. Negligentiorem tamen quam oportuerit in hac causa me fecerat, quod negligentius quam decuisset yos in tribulatione mea mihi compassum audivi. Amor tamen ille magnus quem erga vos habeo, ubique cum familiaribus meis et vestris, et sæpe in auditu regis et optimatum regni se ostendit. Quæ sit erga me vestra voluntas, tacitis itidem nominibus nostris mibi scribere non piritemini.

EPISTOLA XL.

ANSELMI AD ERNULFUM PRIOREM

ANSELMUS archiepiscopus domino priori ERNULFO salutem et benedictionem Dei.

Benefecistis quia in litteris vestris quod sentieet aperte videmus; desiderium nostrum et fratrum nostrorum ad præsens pon video quomodo de me possit impleri. Litteras tamen nostras mitto regi, quorum exemplar vohis mitto. Quod volo ut sit occultum, donec cognoscatis quid rex mili respondeat, aut qualiter easdem litteras recipiat. Postquam vero hoc cognoscetis, bonum existimo ut publice exemplar quod mitto ostendatur. De me et de causa nostra nihil aliud nunc vobis possum mandare quod nesciatis. Ad fratres nostros estote vos epistola nostra ad salutandum, ad exhortandum, ad confortandum, secundum prudentiam quam vobis Deus dedit, quibus, quantan possum a Deo impetrare, mando benedictionem et absolutionem. Pro guerela, guam

mihi fratres scripserunt, de penuria quam patiuntur A justitiam tractetur, ne aut apud regem, aut apud pro negligentia sicut æstimant domini Rogeri, scripsi illi et præcipi ut omnia quæ ad illum pertinent agat vestro consilio et vestra prudentia. Adolescentiores et pueros precor ut singulos secrete et ex nostra parte dulciter salutes, et ut nostræ memores sint monitionis, cordibus corum sicut scitis, intimetia. Antequam Romam irem, postquam a vobis discessi, dum adhuc Becci morarer, quæsivistis a me quid mihi videretur, si quis clericus qui et litteratus et strenuus existimaretur, ad ecclesiam nostram ut monachus fieret, vellet venire. Ad quod tunc litteris quæ nescio si ad vos pervenerunt, respondi quia si videretis personam quam suscipiendam discretio vestra judicaret, mihi quoque ut reciperctur bonum esset et placeret. Privilegium quod dominus papa B mihi dedit, vobis mitto ad transcribendum, et diligenter custodiendum. Dixit mihi Everardus vos velle habere concilium quod Londoniæ celebravimus. Quod ita mitto vohis ut illud nec in publicum offeratis, nec transcribi faciatis; donec ego et vos cum episcoporum consilio illud retractemus.

EPISTOLA XLI.

ANSELMI AD EUMDEM.

Anselmus archiepiscopus, reverendo priori domno ERNULFO, saluteni et benedictionem Dei, et suam, si quid valet.

Litteras vestræ reverendæ dilectionis plenas prudenti consilio et charitativa sollicitudine pro mea C causa et sinceræ dilectionis affectu et tribulationum cor vestrum et Ecclesiam nostram prementium conquestione suscepi. Consilium quidem ex parte sequi non potui, quia domnus Everardus non ita venit ad me, ut in festo sancti Michaelis opportune redire posset in Angliam. In aliis vero, Deo adjuvante, tentabo quod consulitis, si potero efficere. Pro sollicitudine verc quam dixi et dilectione gratias ago Deo et vobis. De tribulationibus autem non egetis nostra consolatione, nisi in his quæ nostro consilio aut potestate possunt mitigari. Vos enim scitis quia per multas tribulationes et per aquam et ignem transire nos oportet ad refrigerium. Multa et alia sunt quæ prudentiam vestram non latent, quæ nos hortantur in tribulatione gaudere. Quod Deo consolante vos fa- D cere et usque in finem facturos non dubito. De iis ad quæ nostrum responsum petitis, primum dico quia placitum quod constituerunt archiepiscopus Eboracensis et episcopus Londoniensis, nec statui nec fieri debet sine archiepiscopo Cantuariæ. Nam etsi Ecclesia Cantuariensis viventem episcopum non haberet, exspectari deberet. Si quid autem inde per placitum factum est, stare non debet, et ego irritum facio. De damno quod aut a præpositis aut a cellerario passi estis, quia præteritum est, consilium nescio, sed tamen si quid aliqua ratione recuperare potestis, gaudeo. In futurum vero consilium vestrum de sociis præpositorum approbo. De Godefrido vobis consulo, et domno episcovo Rofensi mando ut ita per

alios se injuste tractari vos blasphemando conqueratur, quatenus aut de hoc quod debet, vobis sicut justum est satisfaciat; aut villam pro qua debitor est, vobis reddat. De domno Joseph, præfato episcopo mando, ut si opus est, vos adjuvet, quatenus eum de debitis et terris quas tenet, secundum vestram dispositionem tractare possitis, et hoc vestræ committo ordinationi. De pueris et juvenculis suscipiendis, propter multas rationabiles causas consilio vestro faveo, donec Deo disponente redeam, et hæc et alia communi agemus consilio. Hoc tamen volo et rogo, ut ubicunque sim, si aliqui hujus ætatis suscipiendi sunt, illi primum suscipiantur quibus concessum est. De hoc autem unde quidam me et vos reprehendunt, de personis scilicet Ecclesiæ nostræ, vos scitis qua necessitate fit. Vix enim aliqui ad nos veniunt, nisi quos sponte accipimus.

De laico quem suscepistis misericorditer, Deus disposuit, quia et vos charitatem illi et amicis ejus exhibuistis, et ipse bono fine quievit, quem Deus absolvat ab omnibus peccatis suis. De clerico Belvacensi quem Deus vobis clementer attraxit, gaudeo. et ut sæpe colloquio vestro ædificetur de contemptu gloriæ mundi et de dubietate bumanæ vitæ, et de periculo animarum de hoc mundo transeuntium in amore sæculi, quamvis hoc vos facere putem, consulo. De clerico Londoniensi quem suscepistis, approbo quod fecistis. De Roberto ministro pauperum, quod mihi consuleretis facite. Si enim in sanitate sua venerit, credo quia ad salutem animæ suæ in aliquo servitio Ecclesiæ utilis erit, et si in morte, salvus erit. De Roberto de Leminges, hæc est mea sententia : Si hoc tempore factus fuerit monachus, concedo uxori ejus, dum vivit, terras quas de me habet, et si quis eas ab alio acceperit, non ab archiepiscopo Cantuariensi, vel me vel mihi canonice succedente, ei quam facere possum excommunicationi, et iræ Dei quam illi imprecari possum subjaceat. Quandocunque autem ad conversionem veniat, vel sine conversione finem vitæ faciat, quod dixi de terris, ratum permaneat. De fratribus qui inordinate de monasterio exierunt, et ordinate Deo reducti sunt, per omnia quod fecistis laudo; et de iis qui remanserunt, si in bona voluntate sunt, Deo gratias ago. lllum vero qui tot modis incorrigibilis cognitus est, sua nequitia Satanæ traditum existimo, nec amplius **438** in societate vestra suscipiendum puto. De infamia qua super vos populus insipienter clamat, vestra sapientia consolari vos debet. Non enim est blasphemia, sed laus monasterii, quando aliquid inde fugiunt, quia non meliorem vitam quærunt, verum bonam conversationem quæ ab illis exigitur nequaquam tolerare queunt. De patre suo rogat me dominus Cornelius cui sicut scitis spem suscipienti ego et vos dedimus. Qui ut suscipiatur, si vobis videtur, bonum existimo, quia et de longe solo amore sanctae conversationis venit, et iam ad senilem gravitatem

devenit. De presbyteris qui ad mulieres dimissas A qui rem dillgenter considerant, intelligimus, non redierunt, consilium quæsivi a R. P. nostro archiepiscopo Lugdunensi; qui nullatenus consulere voluit ut ad Ecclesias amplius admitterentur, sed ut potius infantes a quibuslibet clericis vel laicis baplizarentur. Nec pro alia aligua necessitate, quæ in absentia sacerdotum solet contingere, laudat recipiendos esse. Verumtamen hoc quod dico et necessitatem quam videtis, considerate, et quid mibi præsenti consuleretis, admisso episcopi consilio, facite. Festivitatum celebrationem de quibus mihi mandastis, vestræ committo dispositioni, et quid inde ordinaveritis ego confirmo, et ratum sit. De octavis quoque Nativitatis sanctæ Dei genitricis Mariæ, quas plures de fratribus nostris rogant in Ecclesia nostra fieri, quia in pluribus Ecclesiis flunt, similiter quod melius vobis videtur, facite. Domno Roberto monacho dilecto filio nostro qui res nostras solet custodire, dicite ex nostra parte, ut si potestatem habet, faciat Robertum clericum qui mecum est tenere domum suam quam habent Cantuariæ, ita quietam, sicut eam tenuit Rogerus Puntel. Rogatis me ut in tribulationibus vestris compatiar vobis et orem pro vobis, quod utique facio, et scio vos hoc ipsum facere nobis. Omnipotens Deus suam semper det vobis consolationem. Responsum regis in die statuto non est episcopo datum, mandavi ei ut illud quatenus poterit requirat, et illud per Vulgarum de Limminges cum aliquo socio aut per duos alios pedites mihi mittat, quia hoc tam cito per domnum Everardum C feri nequit.

EPISTOLA XLII.

ANSELMI AD THEODORICUM.

ANSELEUS, archiepiscopus, THEODORICO filio cnarissimo, salutem et benedictionem Dei.

Gratias habeo tibi pro visitatione litterarum tuarum plena suavi dulcedine exundantis dilectionis; quam utique etiam te tacente in corde tuo semper fervere non dubito. De dilectione vero mea erga te, quia tu eam nosti, multa loqui non egeo. In sententia quarti capituli De conceptu virginali, pone integre verba Apostoli sicut hic reperies. Dicit enim idem apostolus nibil damnationis esse iis qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulabunt (Rom. VIII, 1). Vale, fili.

EPISTOLA XLIII.

ANSELMI AD MATHILDEN REGINAN ANGLORUM.

MATHILDI, dominæ reverendæ, filiæ charissimæ, reginæ Anglorum, Anselnus archiepiscopus, salutem el benedictionem Dei, et suam, si quid valet, servitia, orationes in dilectione.

Magnitudinis vestræ magnæ benevolentiæ gratias agit cor meum quod, quantum potest, fructificat, et quod non potest desiderare non cessat. Quod qui inspirat, ipse retribuat. Quippe quam pium, quam dulcem affectum, Deo inspirante erga me geratis, in amaritudine et tristitia et sollicitudine quas ex mea absentia contrahitis, apertissime, sicut scribitis, significatis. Quæ mea absentia in quantum ego et illi

mea culpa tandiu extenditur. Queritur pio affectu vestra excellentia quod mea intemperies tranquillitatem animi domini mei regis et procerum ejus turbaverit, et hoc desiderii vestri bonum incoptum, ne ad finem suum perduceretur impediverit; verum in litteris nostris, in quibus illa intemperies esse dicitur, nihil indiscretum, nihil absurdum, quamvis hoc mihi regiis litteris objectum sit, esse cognoscitur, si recto intellectu et-mente tranquilla quod ibi dictum est, et prohibitio quam audivi et omnes sciunt, inspicitur. Nihil enim adversus patrem regis et archiepiscopum Lanfrancum, viros magnæ et religiosze famze, protuli; cum me in baptismo et in ordinationibus meis legem et consuetudines illorum non promisisse demonstravi, et legem Dei me non abnegaturum esse, significavi. Nam quod a me nunc requiritur, idcirco quia illi fecerunt, ego propter hoc quod auribus meis Romæ audivi, facere nequeo absque gravissima offensione. Quam si contemperem. utique contra legem Dei facerem. Ut ergo ostenderem quam rationabiliter recusem facere hoc quod a me requiritur, secundum illorum consuetudinem, ostendi quomodo potius debitor sim apostolicam et ecclesiasticam cunctis notam servare constitutionem. in qua lex Dei sine dubio intelligitur, cum ad Christianæ religionis firmamentum promulgatur, ouanto autem periculo contemnatur, supersedeo nunc di cere; quia quotidie Christiani qui habent aures audiendi ex divinis dictis possunt cognoscere. Pravam autem illam interpretationem dictorum meorum, secundum quam absurde locutus esse dicor, non regio sensui, nec vestro imputo. Rex enim benigne sicut audivi primitus chartam nostram suscepit, sed postea nescio quis malevola et non sincera mente per pravam interpretationem illum adversum me concitavit. Quis autem ille sit, nescio; sed quia Dominum saum aut non diligit, aut diligere nescit, non dubito. Omnipotens Deus sic vos et prolem vestram in hujus vitæ foveat prosperitate, ut ad futuram vos provehat felicitatem. Amen.

439 EPISTOLA XLIV.

ANSELMI AD GONDULPHUM EPISCOPUM.

Anselnus archiepiscopus, antiquo ct semper novo D. et vero amico, et in Deo dilecto, reverendo episcopo, GONDULFO, salutem.

Quamvis vestra constantia in bonis quæ incœpistis non egeat gratiarum actionibus, frequenter sustentari tamen, ne alii æstiment me vestram benevolentiam et vestram sollicitudinem, quas in magnis laboribus pro meo commodo vos habere certum est non considerare, et sicut debeo magnis pendere; gratias ago reverentiæ vestræ corde et ore et scripto, in omnibus enim quæ ad me et res nostras pertinent, intelligo vos prudenter et fortiter, quantum in vobis est, et sincera admodum dilectione loqui, sicut oportet, et facere. Certus etiam sum quia, Deo adjuvante, quandiu vivetis, vestra bona

897

voluntas erga me sicut ex quo incœpit, non defecit, A ita non deficiet. Queritur charitas vestra quia, propter contemptibilia verba unius clerici, non redii in Angliam, sed non ita est. Legite litteras quas alia vice domino priori Ernulfo de hac re misi, quas putabam vos vidisse. Ibi, ut puto, legetis rationahiles causas quare nec debui, nec debeo, secundum quod res nunc est, redire in Angliam. Quas tamen causas nolite publicare. Responsum quod rex distulit mihi dare in festo sancti Michaelis, certus sum quia dominus Everardus, vel aliquis noster nuntius ea die non potest accipere, quia non ita venit ad me ut ad illam diem possit accurrere. Si ergo vos ea die idem responsum non accipitis, precor ut aliud quanto citius et instantius potestis, requiratis, et ut regis litteris scriptum qualecunque sit, mihi mittatur, etsi nullum responsum dare, ant diutius differre voluerit, hoc ipsum sine dilatione vestris litteris mandate. Et quia hoc opportune per dominum Everardum tam cito nequit fieri, per Vulgarum servientem nostrum de Limminges, cum aliquo socio, aut aliquos alios pedites hoc facite; nequaquam enim ulterius volo dare aut accipere inducias, quin consilio Dei et Ecclesiæ ejus, quod in tali re oportet facere incipiam. Confido enim in Deo cujus est causa de qua agitur, quia ad honorem ejus quandoque terminabitur, nec Ecclesia ejus semper sicut nunc tribulabitur. Nescio qui malevoli interpretati sunt ex malitia cordis sui litteras quas misi regi, quasi ego me jactem semper servasse legem Dei, et pa- C trem ejus et archiepiscopum Lanfrancum criminer vixisse extra legem Dei. Sed certe illi qui hoc dicunt aut nimis pravum, aut nimis parvum habent intellectum. Quædam enim fecerunt suo tempore pater regis et archiepiscopus Lanfrancus viri magnæ et religiosæ famæ, quæ ego nequeo facere secundum Deum hoc tempore, neque sine animæ meæ damnatione. Benefecistis, et gratum mihi est, quia in vestris litteris totam rem aperte sicut acta erat significastis. Roberthi qui mecum est, rem et familiam, non mihi sufficit sæpe vobis commendasse, sed adhuc propter magnitudinem bonæ voluntatis quam erga illum habeo, commendo, et precor ut illas in pace, quantum potestis, custodiatis. Saluto vestros et nostros filios, et filias, et nominatim dominum p præcepistis ne communicarem cum illis qui ab co Ernulfum capellanum vestrum. Omnipotens Deus vos semper et ubique custodiat. Amen.

EPISTOLA XLV.

ANSELMI AD ADRUINUM CHARISSIMUM.

ANSELNUS archiepiscopus, fratri et filio charissimo ADBUINO, salutem et benedictionem Dei.

Dominus sollicitus sit tui quia sollicitus es de fama mea, unde tibi gratias ago. Olim respondi tibì ad quosdam qui contra me garriunt, quidam qui malunt mentiri de me mala dicendo quam verum dicere, bona si qua sunt in me dicendo. Sed adhuc petis charitativa sollicitudine, ut respondeam illis qui dicunt se frequenter vidisse in ecclesiis ad cum meam proprie pertinentibus expulsis presbyteris, laicos, altari astantes, eleemosynam colligentes, sepulturas et quædam alia ad jus sacerdotum pertinentia audacter usurpantes; quæ cum inquireres, teste archidiacono nostro, deteriora, ut dicis. quam audivisses, invenisti Clericos quoque Ecclesiarum audiviști dicențes se sepius privatim et publice in synodo de illis injuriis ad me clamorem fecisse, nullum auxilium accepisse. Unde dico tibi quia hæc nunquam, me jubente, aut volente, aut consentiente, facta sunt. Et si inde aliguando clamorem audivi, quod nescio, nunquam sine correptione quam credidi sufficere, dimisi. Denique in Ecclesiis nostris nullatenus hoc fieri existimo; in aliorum vero Ecclesiis si fuit aliquando, aut est, penitus ignoro, et quantum de me pertinet, nec volui unquam nec volo. Quapropter mili pro minimo est ut ab illis dijudicer qui hæc adinveniunt nullo amore veritatis, sed instinctu malignitatis. Ad hoc autem quod dicis te audisse quia non magnopere curo ad vos redire, respondeo, quia postquam de Anglia exivi, nunquam intellexi quomodo rationabiliter redire possem. Et certe curam a Deo milij injunctam contemnere, et dilectionis fratrum et filiorum mihi commissorum oblivisci nec volo nec debeo. Vale.

EPISTOLA XLVI.

ANSELMI AD PASCHALEM PAPAM.

Domino et Patri PASCHALI, summo pontifici, An-SELMUS, servus Ecclesiæ Cantuariensis debitam subjectionem cum orationibus.

Meminit, ut puto majestas vestra gualiter eam pro dilecto fratre postro Bituriensi archiepiscopo sum precatus, et quam benigne respondit. Nunc quoque cum vobis se præsentat, eo quo possum affectu precari præsymo, ut pictatem apostolicam se invenire gaudeat. Postquam a vestra discessi præsentia Guillelmus legatus regis Angliæ, qui me consecutus est, antequam venirem Lugdunum, dixit mihi ex parte ejus quatenus taliter facerem ut possem esse in Auglia sicut fuit antecessor meus Lanfrancus cum patre ejus. In quo intellexi quia nolebat reditum meum in Angliam, nisi ejus homo fierem el jurarem ei fidelitatem, et sacrarem cos quibus ipse daret investituras Ecclesiarum. Mandavi itaque regi quia hæc facere non posseni, et quod vos milii investituras acceperant; sed si mihi liceret, servato ordine meo et vestra obedientia, in Anglia esse paratus essem Deo et illi et populo mihi commisso, secundum meum servire officium, rogavique ut super hoc voluntatis suz responsum mihi redderet; qued nondum fecit. De redditibus tames episcopatus nostri postquam 440 Guillelmus in Angliam rediit, nihil habere potui. Epistolas quas mihi præcepistis regi et reginæ ex vestra parte mittere, quia Romæ dictum est Guillelmo eas mea dispositione csse compositas, et quia idem Guillelmus post illas alias editas, ut audivi, a vestra sanctitato suscepit, per me dirigi congruum non æstimavi. Certus ením sum quia si per me dirigerentur, omnino non viderentur,

dio, rex dixit me solum sibi esse adversarium. De his omnibus vestræ auctoritatis exspecto consilium, paratus Deo dante pro veritate pati quod Christianum non dedeceat. Diu paternitatem vestram nobis Beus incolumem conservet. Amen.

EPISTOLA XLVII.

ANSELMI AD EUMDEM.

PASCHALI Domino et Patri summo pontifici, cum amore reverendo, et cum reverentia amando, An-SELMUS Ecclesiæ Cantuariensis vocatus episcopus, debitam subjectionem cum orationibus.

Quoniam causa inter regem Auglorum et me, pro qua vestram olim adii præsentiam, ex maxima parte nota est vestræ celsitudini, et quæ adhuc notificanda 🔐 sunt per fidelem servum vestrum charissimum fratrem nostrum Baldewinum latorem præsentium possunt intimari, non est mihi necesse inscribenda illa immorari. Eumdem autem fratrem, rerum mearum consilium et libertatis Ecclesiæ Dei amatorem ad vestra vestigia tanquam meipsum mitto et ei vicem meam in audiendo et dicendo committo. Hoc tantum scribo quia propter vestram et antecessorum vestrorum obedientiam et libertatem Ecclesiæ quas abnegare nolo, exsul sum ab episcopatu, atque rebus omnibus spoliatus. In qua re nec nostra prece nec consilio vestra eget prudentia. Omnipotens Deus diu vestram sanctitatem nobis in prosperitate conservet incolumem. Amen.

EPISTOLA XLVIII.

ANSELMI AD JOANNEN TUSCULANENSEM ET JOANNEN CARDINALEM.

Dominis reverendis et amicis charissimis, JOANNI episcopo Tusculanensi, et JOANNI cardinali, ANSELmus vocatus episcopus Cantuariensis, quod fidelis amicus amicis, in quibus confidit.

Dominum Baldewinnm fratrem et filium nostrum charissimum, vere dilectorem vestrum mitto ad vestigia domini papæ, pro causa quæ inter regem Anglorum et me, imo inter illum et libertatem Ecclesiæ Dei pro qua sum exsul ab episcopatu et rebus ejus omnibus spoliatus. Precor igitur sanctitatem vestram ut ei omnibus apud dominum papam pro ea causa, sicut amatores veritatis et præfatæ libertatis, assistatis, et me ne unquam religionis ecclesiasticæ n et apostolicæ auctoritatis constantia aliquatenus per me aut propter me debilitetur, defendatis. Malo enim mori, et quandiu vivam omni penuria in exsl-Jio gravari quain ut videam honestatem Ecclesiæ Dei, causa mei aut meo exemplo, ullo modo violari. Valete.

ÉPISTOLÁ XLIX.

ANSELMI AD PASCHALEM PAPAM.

PASCHALI summo pontifici, cum reverentia diligendo, et cum dilectione reverendo, Anselnus servus Ecclesiæ Cantuariensis : cum debita subjectione fideles orationes.

De ea quæ inter Carnotensem Ecclesiam et comitissam Carnolensem, unde vestræ celsifudini Romæ

aut contemptui et derisui haberentur, nam, ut au- A locutus sum, vestra prudentia non egel nostro consilio; sed rei necessitas nostra et omnium pacem et utilitatem ejusdem Ecclesiæ amantium, precem ac vestram pietatem expostulat, quantum intelligo. quatenus quod à clericis in grave scandalum factum esse cognoscitur, apostolicæ saplentiæ discretione ad pacem revocetur. Quam intolerabile namque malum inde nisi correctum fuerit, eventurum sit, ex his cognoscere poteritis, quæ a latoribus præsentium rem ipsam cognoscentibus audietis. Quod autem eadem comitissa super principes Galliæ vestros legatos honoret, sic notum esse vestræ sanctitati existimo, ut nostra intimatione non egeat. Quapropter si humilitatis mere preces ad aures tantæ celsitudinis valent assurgere, rogo quantum possum ut tam noxiæ discordiæ concordent finem placeat vobis sicut res exigit, et vos decet, imponere. Pariter enim vestrum esse cognoscitur et quæ in Ecclesia Dei utiliter statuunt confirmare, et quæ pacem et charitatem dissipant, quantum possibile est, emendare. Omnipotens Deus pasernitatem vestram diu nobis incolumem in sua gratia conservet. Amen.

EPISTOLA L.

PHILIPPUS REX FRANCORUM AD ANSELMUM.

PHILIPPUS, Dei gratia, Francorum rex, Anselmo, Cantuarlensium venerabili archiepiscopo, salutem.

Quoniam, pastor reverende, audivi vos injuste prægravari, latere nolo vos me vehementer contristari. Et si nostro quolibet auxilio vestra potuisset inhiberi oppressio, in hoc operam dare non differremus. Cæterum quia in loco corporese sanitati contrario exsulatis, rogamus vos quatenus Galliam nostram vestro adventu visitare dignemini, ibique affectum mentis meæ experiemini, et vestræ consuletis sanitati. Valete.

EPISTOLA LI.

LUDOVICUS REX FRANCORUM AD ANSELMUM.

ANSELNO archiepiscopo Cantuariæ venerabili, Lupovicus Francorum rex designat salutem.

Vestræ, pater sanctissime, compatior afflictioni, a qua si quo modo per officium potuissetis exonerari, ad reformandam pristinam tranquillitatem, cura propensiore eniterer. Verumtamen pectori nostro dolor altius infigitur, quoniam sapientia qua tn vobis est, tam remote a partibus nostris peregrinatur. Accedit et hoc ad cumulum vestræ exterminationis quod loca ægritudini potius quam sanitati facientia ad inhabitandum præslegistis, vitamque vestram toti mundo conservandam relinere parvipenditis. Rogamus ilaque vos ut ad partes nostras venire dignemini, et si inibi 441 vobis inhahitare jucundum videbitur, mitius exsilium patiemini. Valete.

EPISTOLA LH.

ANSELMI AD NEPOTEM SUUM.

ANSELMUS archiepiscopus, nepoti suo charissimo, salutem et benedictionem.

Non ego apud te commendare dilectionem meam

et curam pro te, quia ipsa natura persuadet tibi A quam de regno terreno ad regnum cœleste provehi pro me. Te hortor, te moneo, tibi præcipio ut bonis moribus et scientiæ studeas, et ut ad meliora post gratiam Dei, quantum in te est proficias, et ibi ubi es, donec Deo disponente aliter de te ordinem, permaneas. Magistrum tuum domnum Gualterum, de quo domnum priorem in litteris quas illi mitto rogavi, et domnum Theodorum socium tuum ex nostra parte benigne saluta. (Dominus custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus (*Psal.* cxx. 7). > Salutat te multum domnus Eadmerus, qui vere in quantum intelligo, sincero amore dillpit tc. Vale.

EPISTOLA LIII.

ANSELMI AD G. CANONICUM SANCTI QUINTINI.

ANSELNUS servus Ecclesiæ Cantuariensis dilecto **B** fratri et amico G. canonico Sancti Quintini, salutem, et Dei semper regi consilio.

Sicut audio, confratres vestri Belvacenses canonici ecclesiæ Sancti Quintini, non temere sed ob multas rationes, domnum O. qui modo vester abbas dicitur, volunt ab hac prælatione removere, et vestrain fraternitatem loco ejus substituere, sed timent ne vestra religio propter amorem quietis quam nunc habetis, non velit intentioni corum facile consentire. Quoniam ergo sciunt vos humanitatem meam diligere; et sperant vos plus meo quam quorumdam consilio credere, rogant me quid inde sentiam, vestræ charitati ostendere. Utique si in corpore Christi invicem sumus alter alterius membra, et maxime in una religiosarum personarum Ecclesia; qui non permittat nec vult ut alia menibra et totum corpus se utantur ut suo membro, non video quomodo possit se prohare membrum illius corporis, et si corpus illud est corpus Christi. Quomodo se ostendat esse membrum Christi. Est et aliud, quia nemo, si recte se tractat, sibi soli vult vivere; sed sicut desiderat et credit quia si membrum Dei est, omnia commoda aliorum membrorum sua erunt in futura vita, ita debet velle ut si quid boni est in se, aliorum sit in præsenti vita. Consulo igitur, quantum in me est, et precor, frater et amice charissime, ut si tota vestra congregatio vel melior pars, consilio reverendorum episcoporum Carnotensis et Parisiensis qui Patres ... vestri fuerunt et vos nutrierunt, vos instanter elegerit ad hoc quod supra dixi, ne omnino refugiatis neque impersuabiles existatis. Utilius enim vobis esse existimo si quietem contemplationis per amorem servatis in mente, et obedientiam fraternæ charitatis in opere quam si solam contemplationem aliorum contemnendo preces et utilitatem velitis eligere. Valete.

EPISTOLA LIV.

ANSELWI AD MATHILDEN REGINAN ANGLOBUM.

MATHILDI gloriosæ reginæ Anglorum, ANSELMUS archiepiscopus Cantuariæ, benedictionem Dei et fidele servitium cum orationibus.

Breviter, sed ex corde loquar, sicut illi personæ

desidero. Cum audio aliquid de vobis quod Deo non placet et vobis non expedit, si vos monere negligo, nec Deum timeo, nec vos diligo sicut debeo. Postquam exivi de Anglia, didici quia Ecclesias quæ in manu vestra sunt aliter tractatis quam illis expediat et animæ vestræ. Quod dicere nunc nolo qualiter facitis, secundum quod mihi relatum est, quia nulli melius quam vobis notum est. Precor igitur ut dominam, consulo ut reginæ, moneo ut filiam, quod etiam olim feci, ut Ecclesia Dei quæ sunt in vestra potestate vos cognoscant ut matrem, ut nutricem, ut henignam dominam et reginam. Et non solum de illis hoc dico, sed de omnibus Ecclesiis Angliæ ad quas vestrum extendi potest auxilium. Qui enim dicit quia unusquisque recipiet prout gessit in corpore sive bonum sive malum (II Cor. v, 10), nullam excipit personam. Iterum rogo et consulo et moneo, domina et filia charissima, ut hæc non negligenter mente pertractetis, et si quid vobis conscientia vestra in his corrigendum testabitur, corrigere festinetis, quatenus de futuro Deum quantum vobis per ejus gratiam possibile est non offendatis, et de præterito si cognoscitis vos deliquisse, placabilem eum vobis reddatis. Non enim alicui sufficit pro certo a malo desistere, nisi curet, si potest pro commissis satisfacere. Omnipotens Deus sic vos semper dirigat, ut vobis vitam æternam retribuat.

EPISTOLA LV.

ANSELMI AD PRIOREM ET FRATRES ECCLESIÆ CAN-TUARIÆ.

ANSELEUS archiepiscopus, domno priori, et fratribus in Ecclesia Christi Cantuariæ sub eo conversantibus, salutem, et benedictionem a Deo et peccatorum absolutionem.

Quærit vestra fraternitas a me consilium de sua tribulatione, et nomination de pocuniæ, quæ a rege vobis fit, exactione. Vos scitis quomodo ipse me spoliavit rebus archiepiscopatus. Nullatenus igitur per me aliquid habebit de tota pecunia totius archiepiscopatus, nisi prius me canonice revestierit, et ea quæ abstulit mihi reddiderit, neque vos sponte illi sine mea jussione pecuniam dare debetis. Si autem ipse aut timore ne vobis pejus faciat, aut ulla necessitate vos cam dare coegerit, pariter et de iis quæ abstulit, et de iis quæ auferet mihi vel vobis, quia vestra mea sunt, ad Deum clamabo et judicium ejus invocabo. Non vos nimis terreant neque perturbent præsentes tribulationes, quia fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra quam ferre potestis (I Cor. x, 13). v Confortamini in Domino et in potentia virtutis ejus (Ephes. v1, 10. > Finem dabit Deus his malis, qui non derelinquit sperantes in se. Domnus Baldewinus Roma rediens hoc retulit a domino papa, quia in concilio quod in proxima Quadragesima celebraturus est de nostro negotio faciet quod ab ejusdem concilii accipiet consilio; et hoc ipsum regi mandavit. Precor vos ut de conceptu virginali, in uno volumine, quia volo eos mittere domino papæ, et precor ut talis eos scribat, qui aperte et distincte scribat. Valete. Et quam citius opportune poteritis, hæc facite, et mihi mittile.

EPISTOLA LVI.

MATHILDIS MARCIS & AD PASCHALEM II PAPAM.

Sanctissimo et venerabili in Christo Patri ac domino Pascuali, primæ sedis antistiti, Mathildis marcisa, Dei gratia, si quid est, tam debitum quam fidele totius subjectionis obsequium.

Inter alia ex quibus paternitatem vestram rogare præsuminnus, etc. Vide inter epistolas Paschalis II, ad ann. 1118.

EPISTOLA LVII.

ARSELNI AD HAIMONEM VICECONITEN.

ANSELMUS archiepiscopus, HAIMONI vicecomiti amico suo, salutem et benedictionem.

Olim mandavi vobis et precatus sum sicut amicum fidelem meum et Ecclesiæ nostræ, quatenus mercatum quod de terra nostra mutavistis, ita restitperetis sicut crat quando de Anglia exivi; et teloneum quod accepistis in Fordwick de nostris rebus mihi redderetis, quia nusquam in tota Anglia res nostræ Dominicæ debent subjacere hujusmodi exactionibus, et maxime inter propriam parochiam archiepiscopatus nostri : et adhuc sicut audio neutrum fecistis. Insuper postquam res nostræ quietæ debuerunt esse usque ad reditum meum ex præcepto C regis, homines vestri fregerunt domum nostram in Sandwik, et pisces nostros violenter abstulerunt, et in civitate Cantuaria aliam domum nostram in terra nostra fregerunt, et quod intus erat abstraxerunt. Rogo igitur vos, sicut amicum in quo debeo confidere, ut et nostra quæ sicut dixi ablata sunt mihi restituatis, et ne me facere clamorem ad alium cogatis. Non solum enim mihi et Ecclesiæ nostræ ex vestra parte injuriæ non debent evenire, sed etlam aliunde venientes sicut scitis, cum potestis, dehetis repellere. Valete.

EPISTOLA LVIII.

ANSELMI AD ERNULFUM PRIOREM.

Anselnus archiepiscopus Reverendo fratri, et supra dilectione amando, domno priori ERNULFO, D quam districtam causam olim inter me et vos consalutem et benedictionem Dei, et suam-quantum polesi.

Miseriis et tribulationibus non so.um vestris, sed et totius Angliæ, quas fama volante multis modis cognosco, meum est secundum præsentem divinam dispositionem solum compati, et solius Dei est subvenire. De his quæ erga me sunt, non aliud ad præsens vobis possum scribere quam quod per Odonem Londoniensem vobis mandavi, et quod latori præsentium viva voce referendum dimisi. Malum quod Guillelmus facit de Einesford, certus sum quia si ipse non faceret, ab alio fieret, et forsitan gravius. Exemplaria epistolarum quas misi (de his quatuor mihi notitiam litteris fecistis) vobis mitto. Fratres

PATROL. CLIX.

faciatis mihi scribi librum Cur 449 Deus homo, et A nostros quos per me Deus vestræ mandavit curæ. sïcut scitis oportere et ad me pertinere, pio et benigno affectu salutate, et secundum sapientiam a Deo vobis datam consolamini et confortate. Et quia non ipsi sunt primi servi Dei, nec soli nec ultimi quos mundi tribulatio premit; ut exemplo aliorum patientiam amplectantur frequenter intimate. Adolescentibus et infantibus singulis, familiariter affectum dilectionis meæ, quam illis solebam ostendere. et quam adhuc servo, commendate; ut memores sint monitionis meæ, obsecrando dulciter rogate. Latori præsentium, quia sæpe et multum pro legationibus nostris laboravit, benefacietis si paupertatem ejus aliquantulum saltem de veteribus vestibus mitigaveritis, aut alio aliquo modo. Valete.

EPISTOLA LIX.

ANSELNI AD GUILLELMUN CALVELLUM.

ANSELMUS archiepiscopus, GUILLELNO CALVELLO, salutem et benedictionem.

Adhuc te saluto sicut amicum et filium, donec nognoscam an sit pura et sincera amicilia tua, an non. Hactenus enim sic te habuisti erga Ecclesiam nostram et me, ut gratiam Dei inde mereri videreris, et nostram amicitiam haberes. Sed nunc andio quia mercatum nostrum de terra nostra transtulisti, et mihi et Ecclesiæ Christi matri tuæ abstulisti. Omnia ejusdem Ecclesiæ sunt; et quæ Ecclesiæ sunt, mea sunt. Moneo igitur te et precor sicut amicus amicum, et sicut episcopus Christianum Alium, quatenus restituas terræ nostræ mercatum suum, sicut erat quando de Anglia exivi, si non vis iram Dei incurrere; et amicitiam meam, et totius Ecclesiæ, guam hactenus habuisti perdere ; et gravissimæ excommunicationi, cum his quorum hoc agis consilio et auxilio, subjacere. Vale. Et consulo ut quod tibi amabiliter mando, amicabiliter facias et sine excommunicatione.

443 EPISTOLA LX.

ANSELMI AD GUILLELMUM ARCHIDIAGONUM.

ANSELNUS archiepiscopus, GUILLELNO archidiacono, salutem et benedictionem.

Bona quæ facitis amo et laudo'; si quid vero ves agere audio quod vos non deceat, hoc vobis tacere non debeo. Puto quia meministis quam gravem et stituit familiaritas et conversatio Petri et Salomonis, quam vobiscum habuerunt, postquam mihi et Ecclesiæ nostræ, quantum in ipsis fuit, conati sunt facere contumeliam et ignominiam, cui parem nunquam ab homine ullo sustinuimus. Nunc utique audio quia in domo vestra familiariter vobiscum conversantur et vestris beneficiis aluntur, qui veluti de efficacia suæ voluntatis exsultantes et eidem Ecclesiæ insultantes, ejus aspectihus se quotidie de domo . vestra ingerunt ad commemorationem illatæ injuriæ. Quod quale et qualiter pensandum sil, prudentia vestra non solum per se cognoscere, sed etiam ex supradicta causa, quæ inter me et vos fuit, et adbuc scripta apud vos servatur, potest conjectare.

8

Quid autem inde vobis faciendum sit, fidelem sa- A Waldrico cancellario et Roberto comite de Mellento pientiam vestram consulite. Valete.

EPISTOLA LXI.

ANSELNI AD GUNDULFUM EPISCOPUM.

Anselmus archiepiscopus, vero amico reverendo episcopo GUNDULFO, salutem.

De iis quæ erga me sunt non aliud ad præsens possum scribere quam quod per Odonem Londoniensem reverentiæ vestræmandavi, et quod latori præsentium viva voce referendum intimavi. Audio quod Guillelmus filius Rodulfi exigit a priore domno Ernulfo nummos, quos presbyteri solent dare eo tempore quo chrisma accipiunt, quia jam expensi sunt in opus monasterii, et eos qui adhuc dandi sunt, nisi cognoverit me eos in hoc opus concedere. Sciat igitur sanctitas vestra et de hoc dicite Guillelmo quia, quantum in me est, et hos concedo, et si plus possem concederem. Relatum mihi est quia Guillelmus Calvellus mercatum de terra nostra, ubi solet esse, transtulit, et mihi et Ecclesiæ nostræ abstulit. Unde illum monui ut quod male egit sine dilatione corrigat, per epistolam, quam petite ab eo ut vobis ostendat. De qua re mando ut vicecomitem ex nostra parte cum uxore sua filia nostra salutando conveniatis, atque, ne hanc nobis injuriam feri, sicut in illo confidere debemus, permittat, rogando moneatis. Quamvis enim ad præsens violenta mili fiat injustitia, non tamen judicio Dei mea, quam ipse aliquando requiret, perit justitia. Monete quoque eum ut audiat litteras quas de hac re misi Cal- C vello. Valete.

EPISTOLA LXII.

PASCHAIAS PAPE AD ROBERTUM COMITEM DE MEL-LENTO.

PASCHALIS episcopus servus servorum Dei, dilecto filio ROBERTO, comiti de Mellento, salutem et apostolicam benedictionem.

Nos te in familiaritatem ascivimus, etc. Vide in Paschalj II.

EPISTOLA LXIH

HENRICI REGIS ANGLORUM AD ANSELMUM.

HENRICUS, rex Anglorum, ANSELMO, Cantuariensi archiepiscopo et dilectissimo Patri, salutem.

Notum vobis facio me Guillelmum de Warelwast D a festivitate sancti Michaelis ad vos misisse; et illinc Romam pro negotio nostro, quod erga Romanam sedem ad invicem ego et vos locuti sumus, nisi procella maris et æstus et ventus contrarius eum detinuisset. Teste Waldrico cancellario apud Wicecombam.

EPISTOLA LXIV.

AD BUNDEN.

HENRICUS, rex Anglorum, ANSELMO, archiepiscopo Cantuariensi, salutem et amicitiam.

Mando vobis sicut charissimo Patri meo, ut Baldevuino monacho præcipias quatenus ipse cum Guil-Ielmo de Warelwast Romam in negotium eat, ut per utrumque firma dilectio et pax inter nos fiat. Teste

et Eudone dapifero apud Pontefactum.

EPISTOLA LXV.

ANSELMI AD GERABDUM EBORACENSEM.

Anselmus archiepiscopus, reverendo archiepiscopo GERARDO Eboracensi, salutem.

Charitati vestræ pro tribulationibus quas passa est, postquam de Anglia exivi, quamvis opere nequeam ad præsens exhibere cousolationem, mente tamen debitam gero compassionem. Quod autem et verbis per multos et vestris litteris vestram volun. tatem zelo Dei accendi contra mala quæ in Ecclesia Dei fervent et pullulant, intelligo, sicut in adversitate condoleo, ita in virtute congaudeo. Precor itaque et moneo ut bono proposito non desit constantia, neque usque ad perfectionem pertingens perseverantia. Ad quid enim sumus episcopi super Dei populum constituti, si quasi canes non valentes latrare, permanemus muti? Spero in Deo quia dominus noster rex, sicut ipse mihi Deo inspirante promittit, ad omne bonum nubis bonus adjutor accedet; neque si Deus concordiam incœptam inter illum et me dignabitur perficere, aliquatenus a consilio nostro in iis quæ ad nostrum Ordinem pertinent, recedet. Quapropter de nostro negotio impræsentiarum nihil aliud faciam, donec apostolicam in proximo cognoscam sententiam. Valete.

444 EPISTOLA LXVI

ANSELMI AD ERNULFUM PRIOREM ET FILIOS ECCLESIE CANTUARIENSIS.

ANSELMUS archiepiscopus, domino priori ERNULFO, et fratribus dilectissimis filiis Ecclesiæ Christi Cantuariensis, salutem et benedictionem.

Pro causa quæ est inter dominum regem et me, jam ipse rex suos et ego meos legatos Romam misimus. Mando itaque vobis et precor vos ut instanter Deum oretis, quatenus ipse talem concordiam luter dominum papam et regem ponat, ut ego salva reverentia voluntatis ejus possim utrique concordare. Si vobiscum est, gaudeo, et ut sit multum desidero. Quam citius igitur opportune potestis, mando ut mihi esse vestrum quale sit litteris vestris insinuetis. Omnipotens Deus vos custodiat, et in sancto proposito perseverabiles faciat, atque ab omnibus peccatis propitiatus absolvat. Amen.

EPISTOLA LXVII.

HENRICI REGIS ANGLOBUM AD ANSELMUM.

HENRICUS Dei gratia rex Anglorum, Anselmo Cantuariensi archiepiscopo, dilecto Patri suo, salutem et dilectionem.

Plurium relatione didicimus, et maxime per Robertum clericum cancellarii mei, rumores de apostolico, quorum, si ita res habet ut fama ventilat. doleo. El quoniam processu dierum exsurgit crebrior, timeo ne sit verior. Dicunt enim Romæ, quod absit! duos esse apostolicos, et ad invicem bellicosam se ditionem inter se obtinere. Unde te tuamque sanctitatem consulo ut mihi tibique provideas, cui major pars hujus adhæret negotii, quid agendum sit de legatis nostris in bujus procella temporis. Quod si tibi A nos obedienter subjicere voluntati vestræ recusamus. videatur utile eos retinere usque in tempus congruum, tunc retine Guillelmum, et mitte mihi citissime Baldevuinum de Tornaco, monachum tuum, per quem tibi familiarius assignem de secretis nostris et per eumdem mihi enuntia quid in hac re mihi tenendum sit et agendum; si vero tibi placet eos ire, et tuum sit consilium, eant, et si ipsi ierint, mihi mitte citissime unum de familiaribus tuis, per quem nostra consilia et negotia alterius alteri ad invicem familiariter assignemus. Teste Roberto episcopo Lincoluize, et Roberto comite de Mellento.

EPISTOLA LXVIII.

GUILLELMI AD 'ANSELMUM.

Domino, et omnium amicorum suorum excellentissimo Anselno, unus ex servis suis, et utinam minimus serverum Dei, GUILLELNUS, optatæ salutis gaudium.

Non est nostrum de meritis sanctorum virorum extollere, nec laudes corum atterere, sed Deus qui gloriatur in sanctis suis et cui omne cor patet, novit quanta sit devotio humilitatis nostræ in Deum, quantave animi affectione diligo bonum vestrum. Nec immerito. Non est enim mihi incognitum si quid foret in me vel minimum, quam nimio zelo amplecteremini bonnm meum. Sed quoniam de meritorum meorum qualitate diffido, immundi etenim hominis immunda est oratio, genibus ac pedibus vestris quasi advolutus, quam obnoxius possum vos deprecor, si unquam de me gaudere volueritis, orate C attentius pro fratre meo Gaufrido. Scio enim per Dei misericordiam illum adepturum remissionem peccatorum quandoque, si ex toto pro eo ad Dominum clamaveritis. Nec id dico sine causa; sed interim sufficiat vobis quod præmissum est, donec conveniamus in unum. Plura etenim de hoc et de aliis quæ vellem dicere vobis, supersedeo, quia omnia tempora sua habent; sed quoniam videtis in naufragio fratris me miserabiliter naufragantem, orationum vestrarum tabula sustinete periclitantem, ut qui diu culpis nostris exigentibus naufragium sustinuimus, quandoque vestris precibus portum salutis ingredi tenere mereamur.

EPISTOLA LXIX.

ANSELMI AD ODONEM EPISCOPUM.

Reverendo et domino dilectissimo, episcopo Oponi, frater ANSELMUS, sic transire per bona temporalia, ut habitet in æternis.

(47) Litteras quas paterna vestra celsitudo pro suo fideli Osberno defuncto mihi et fratribus nostris misit, humili obedientia, et obedienti humilitate suscepimus. Nibil enim petitioni vestræ decrevimus denegare; sed in quibuscunque dilectissimo domino et dilectissimo Patri obediendum est, jussioni vestræ statuimus obtemperare. Cum enim vos hoc meruisse dilectionis et beneficiorum pretio cognoscamus, nimis nos arguendos ostendimus, si

In quibus litteris illud quidem gratissimum accepi. quod ibi certitudinem de mutua dilectione vestru magnitudinis et meæ parvitatis legi. Nom quamvis conscientia propria et experimento jam doctus hinc non possum dubitare, dulcis tamen honor et honorabilis dulcedo mihi est, cum tantus tantillo hoc dignatur mandare.

EPISTOLA LXX.

ANSELMI AD THEODORICUM.

ANSELMUS archiepiscopus, Theodorico filio charissimo, salutem et benedictionem Dei.

Dulcia sunt mihi verba epistolæ tuæ, quia dulcis est mibi affectus dilectæ mihi animæ tuæ, ad quod demonstrandum non opus est immorari, quia certus sum quod cor meum erga te novit conscientia tua. Litteras quas quæris regis ad papam non tibi mitto, quia non intelligo utile esse si serventur. Si quid aliud juvante Deo scripsero, suo tempore monstrabitur. Quod autem in libris quos scripsisti, corrigis; fac ut si qui ex illis transcripti sunt, in illis quoque corrigatur. Desideras tu præsentiam meam; ostendat tibi Deus præsentiam suam, et interim habitet in te per gratiam suam. Amen.

EPISTOLA LXXI.

ANSELMI AD GUNDULFUM EPISCOPUM. ANSELMUS archiepiscopus, reverendo cuiscopo GUNDULFO, salutem.

Precatus sum domnum priorem, et archidiaconum nostrum quanto affectu possum, ut hujus Roberti curam habeant, ne ullam duram patiatur indigentiam in victu vel vestitu; quo de persidia ad veræ **44.5** fidei misericordiam et pietatem conversus est. Rogo itaque ut litteras quas illis misi legutis, et si illi aliquando quod illis mando, facere neglexerint, quod non credo, vos ex nostris rebus, pia hilaritate huic quod illi deerit suppleatis

EPISTOLA LXXII.

ANSELMI AD GUIDONEM.

ANSELNUS archiepiscopus, dilecto filio suo, Guipoxi, salutem et benedictionem Dei.

Audio quod in pace et tranquillitate conversaris in claustro et sollicitus es circa servitium Dei et salutem animæ tuæ, et inde gaudeo valde. Moneo D itaque te, charissime, licet opus non sit, quatenus mundum et ea quæ mundi sunt ab animo tuo procul abjicias, nec te ad amoren ejus ullatenus flectas. Deum ama eique sollicite servi, quia per gratiam ejus nunquam tantam opportunitatem habuisti, sicut modo habes ei serviendi. Petis absolutionem meam, quam ego mitto tibi.

EPISTOLA LXXIII.

ANSELMI AD PASCHALEM PAPAN.

Domino et Patri cum reverentia diligendo, et cum dilectione reverendo, PASCHALI summo pontifici, Anservus Ecclesize Cantuariensis, debitam subjectionem, cum fideli servitio et orationibus.

(47) Hanc scripsit abbas.

factum sit, breviter celsitudini vestræ scribo, quia legato ejus et nostro hoc plenius exponendum relinquo. Postquam auctoritas vestra comiti de Mellento et aliis impedientibus apud regem jussionem vestram, introitum Ecclesiæ prohibuit, appropinquavi Northmanniæ, et factum est per comitissam Carnotensem sororem regis fidelissimam filiam Ecclesiæ Dei et vestris præceptis obedientem, ut ad colloquendum rex et ego cum gnadam spe boni eventus conveniremus. Ubi me de archiepiscopatu, unde me spoliaverat revestivit. Et de his in quibus dissentiebamus, scilicet de investituris Ecclesiarum et hominiis prælatorum, de quibus simul et similem in Romano concilio audivi prohibitionem, se apostolicam sedem per legatum suum ante proximam B Nativitatem Domini requisiturum constituit. Non autem intellexi me debere aut legationem ejus prohibere, aut revestituram meam respuere. Quid vero ipse de prædictis rebus concedat, vel quid postulet, per eunidem legatum sanctitas vestra cognoscet. Et quoniam totius causæ finis de vestro pendet arbitrio, misi simul legatum nostrum, ut cognoscam quomodo vobis et regi conveniat, et quid mihi jussio vestra præcipiat. Comiti de Mellento per auctoritatem chartæ vestræ quam illi direxistis, in qua legi quia si vobis obediret, gratiam vestram obtineret, concessi introitum Ecclesiae, quoniam promisit se conaturum ut rex jussionibus vestris ad ubertatem ctoritatem vestram per legatos requiro, ejus responsionem, si placet, per eosdem efflagito. Pro reverende Patre nico archiepiscopo Rothomagensi ad vestra supplex mente me prosterno vestigia, quatenus secundum quod per ejus legatos cognoscetis, supplicationem et humilitatem, Ecclesiæ suæ necessitatem, apostolicæ misericordiæ illi impendatis benignitatem. Omnipotens Deus in omni prosperitate vestram diu Ecclesia suæ conservet incolumitatem. Amen.

EPISTOLA LXXIV.

MATHILDIS ANGLORUM REGINE AD ANSELMUM.

Dilectissimo domino suo et Patri, ANSELMO Cantuariensi archiepiscopo, MATHILDIS Anglorum regina, salutem continuam cum dilectione, et servi- D tium fidele.

Non ignoret, charissime Pater, vestræ sanetitatis consolatrix dilectio animam meam vestra tam longa, tam tædiosa absentia graviter fore turbatam. Vestri elenim reditus optati terminus, quanto celerior et propinquior a pluribus mihi promittitur, tanto magis a me vestra frui optante præsentia et locutione desideratur. Nullo itaque, revcrendissime domine, perfecto gaudio anima mca lætificabitur, nulla vera dilectione exhilarabitur, quousque vestram, quam totis mentis meæ viribus desidero, præsentiam revidere gaudenter valeam. Vestræ siquidem benignitatis mellifluam exoro dulcedinem, ut interim me absentem vestræ amœnitate correptionis et litte-

De causa inter regem Augliæ et me quid nuper A rarum vestrarum dulcedine consolari et lætificare dignemini. Omnipotens et pius Dominus vos ubique conservet, et de reditu vestro me ad præsens lætificet. Amen.

EPISTOLA LXXV.

HENRICI REGIS ANGLORUM AD ANSELMUM.

HENBICUS, Dei gratia, rex Anglorum, Anseluo Cantuariensi archiepiscopo, charissimo Patri suo, salutem et amicitiam.

Sciat vestra benigna paternitas quia debeo et nimium intra me contristor præ dolore corporis vestri et infirmitate. Et scitote quia nisi vos operiebar, jam fuissem in Northmannia. Gauderem enim si prius vos reperissem, quam a regione mea recessissem; nunc auteni precor vos, sicut patrem filius, ut paulisper plus indulgeatis naturæ corporeæ vestræ, et ne ita affigatis corpus vestrum. Volo autem et præcipio ut ubique per omnes possessiones meas Northmanniæ imperetis sicut per vestras Dominicas, et gaudebit cor meum si hoc ipsum feceritis. Nunc vero operi me in Northmannia Ego enim noviter transibo. Teste Walderico apud Windeles horas.

EPISTOLA LXXVI.

MATHILDIS REGINÆ AD ANSELNUM.

Domino suo, et Patri charissimo Anselno archiepiscopo, Matnildis Anglorum regina, salutis bona valetudinem.

Exsultationis opinatæ jucunditas vestræ mihi nu-Ecclesiæ obtemperet. De aliis autem de quibus au- c per spondens sanctitatis adventum, quanto mihi gaudii solatiique plus collatura fuit, tanto majus præpediente valetudine, desolati mæroris incommodum contulit. Præcognitum igitur mihi vestræ paternitatis affectum miserabili lacrymatione exoratum venio, ut si cura mei apud vos penitus non eviluit, anxietatem sollicitudinis meæ de vestra vaictudine quolibet internuntio quantocius securam reddatis. Aut enim indilate de vestra cadem quidem et mea salute gaudebo; aut, quod Dei avertat miseratio! communis casus allisionem indifferenter subibo. Convalere vos faciat piissima Dei omnipotentia. Amen.

446 EPISTOLA LXXVII.

HENRICI REGIS ANGLORUM AD ANSELMUM.

HENRICUS rex Anglorum, dilecto Patri suo Ax-SELMO Cantuariensi archiepiscopo, salutem et filii dilectionem.

Noscat, reverende Pater, discretio sanctitatis vestræ, quia frater meus comes Robertus ad me venit in Angliam et benigne recessit. Me autem scitote, in die Ascensionis Domini, esse ad mare paratum transire. Et cum transiero, per vos et consilium vestrum, ca quæ agenda erunt, agam. Interim autem si Guillelmus de Warelvast cæterique legati nostri Roma redierint, in arbitrio voluntatis vestræ sit, utrum ad me transeant in Angliam, antequam transeam, an vobiscum remaneant, donec ipsi vobiscum mecum loquantur. Teste W. cancell. apud Northamptonem.

ÉPISTOLA LXXVIII.

ANSELMI AD ELFERUM PRIOREM ET MONACHOS S. EDMUNDI.

ANSELNUS archiepiscopus, dilectis filiis et fratripus, ELEENO priori, et aliis in cœnobio Sancti Edmundi Deo famulantibus, salutem et benedictionem Dei et suam.

Quod hactenus me substraxi a communione domini Roberti, feci propter præceptum et obedientiam domini papæ. Nunc autem jubente eodem domino papa, ea ratione qua ipse mili præcedit, eum in pacem et communionem suscepi, et vobis mando atque præcipio ut ipsi deinceps in omnibus obedientes sitis, et ei confessionem et alia quæ debent monachi abbati, faciatis, nec ab eis desistatis, nisi ego in futuro inde aliud præcipiam. Rogo autem vos, et', modis quibus possum, hortor et moneo quatenus solliciti sitis circa observantiam ordinis vestri, ut nihil de vobis audiatur nisi quod decet audiri de bonis monachis et veris servis Dei. Amen.

EPISTOLA LXXIX.

BUGONIS CLUMACENSIS ABBATIS AD ANSELHUM.

Reverendissimo Patri, et dulcissimo amico Anseluro Cantuariensi archiepiscopo, suisque omnibus, frater Hugo peccator, Cluniacensis abbas, salutem et sine fine gaudium.

Quonian noveramus quanta inter vos et dominum Hugonem Lugdunensem archiepiscopum, Deo volente, exstiterat familiaritas, dignum duximus vobis significare ejusdem obitum, nobis et omr ibus bonis viris gravem et irrecuperabiliter dolendum, quatenus et per vos et per vestros, veram quam vivens exh buit dilectionem, nunc ei defuncto repensare satagatis. Obiit enim in pace Nonis Octobris apud Seusiam, dum iret ad apostolicæ vocationis concilium, sepultusque est ibidem satis honeste in abbatia Sancti Justi. Vestram autem reverentiam plenius noscere desideramus, vestræque prosperitatis nuntie abundantius lætificari, cum sese tempus locusque opportunus extulerit. Christus Jesus, Pontifex summus, in omnibus operetur vobiscum.

EPISTOLA LXXX.

RUGONIS AD BUMDEN.

Amantissimo atque glorioso Patri, domino An-D SELNO, venerabili Cantuariensium archiepiscopo, frater Huco peccator, Cluniacensis abbas, salutem mentis et corporis in Christo, et sine fine gaudium.

Postquam a nobis discessistis, vir Deo dilecte, nequivimus percipere quid acciderit sanctitati vestræ; hoc tamen de Dei misericordia speramus, quia ubicunque vestra religio fuerit, divinum auxiliam præsto habuerit. Quis enim unquem tam inhumanus fuerit, qui postquam expertus fuerit dulcedinem vestri colloquii, vos non recipiat et veneretur quasi angelum Dei? Unde nos, licet satis indigni, divinam imploramus clementiam, ut qui vobis tantam gratiam contulit in terris, ipse vobis concedere dignetur æternam gloriam in cœlis. Et nunc, Pater,

A direximus ad terras illas filios nostros, vestros vero servos et fideles amicos, pro monasterii nostri communi negotio. Quos vestræ sanctitati commendantes volumus ut quod in regionibus illis acturi sunt, vestro exsequantur consilio, vestroque muniantur auxilio. De causa filii nostri domini Theardi, præcipue petimus ut quia dominus papa de ministerio ejus omnem in vestro arbitrio posuit dispositionem, vosque ei dum adbuc esset in clericali habitu sicut ab ipso didicimus, concessistis totius ministerii sui facultatem, nunc nobis cum Deo miserante ad principalem reductus estis dignitatem, per litteras scribere quidquid ei mandaturi sumus non dedignomini. Gaudeat per longum sanctitas vestra memor nostri.

EPISTOLA LXXXI.

ANSELMI AD HUGONEM COMITEM.

ANSELNUS archiepiscopus, domino et amico charissimo Huconi comiti, salutem et benedictionem Dei et suam.

Lator præsentium, monachus Cluniacensis, quæritur quod vos cepistis et in captione tenetis quemdam monachum Cluniacensem, et alium noviter monachum factum, atque defunctum, ab hominibus vestris sublatum, et ubi eis placuit esse sepultum. Hæc si ita se habent, multum doleo inde propter vos, quia valde aliter facta sunt quam vos deceat. Unde mando, precor, et consulo vobis, sicut amico, quatenus monachum quem tenetis, reddere non moremini; et quia eum cepistis, offeratis vos ad rectitudinem inde faciendam Honor enim vester est ut hoc faciatis. Postea vero si aliquid habetis super monachum istum, clamorem inde facite, et fiet vobis inde quod fieri juste debet. De mortue quoque consulo ut similiter vos ad rectum offeratis, et sicubi justius esse debet. Familiariter autem dico vobis', sicut homini cujus honorem et ut litatem multum amo, quia si non feceritis quod dico, inde blasphemabimini; et ego etiam si non fecero quod ecclesiastica disciplina præcipit inde fieri, a multis blasphemabor. Saluto uxorem vestram filiam charissimam meam.

447 EPISTOLA LXXXII

ANSELMI AD HENRICUM REGEM ANGLORUM.

IlENRICO gratia Dei glorioso regi Anglorum et duci Northmannorum, ANSELMUS arhiepiscopus, fidele servitium cum fidelibus orationihus, et semper ad majora et meliora crescere, et nunquam decrescere.

Gaudeo et gratias ago, quanto effectu possum, Deo, a quo hona cuncta procedunt, pro vestra prosperitate et pro vestris successihus. Gaudeo etiam et gratias ago ex intimo corde, quia, cum prosperitate terrena, sic cor vestrum sua gratia illuminat, ut nihil in beneficiis ejus et profectu vestro, vobis aut humanis viribus, sed totum ejus misericordiæ inputetis, et quia pacem et libertatem Ecclesiæ, quantum in vobis est, promittitis, in quo multum precor et consulo, sicut fidelis vester, ut perseve-

341

retis, quia in hoc erit robur sublimitatis vestræ. Oro A autem ore et corde, quantum valet mens mea, et per me et per alios Deum omnipotentem, quatenus in misericordia gratiæ suæ quam vobis cœpit impendere, indesinenter persistat, ut de terrena exaltatione post hanc vitam, ad cœleste regnum et gloriam æternam vos perducat. Amen.

EPISTOLA LXXXIII

PASCHALIS II PAPÆ AD ANSELMUM.

PASCITALIS, SERVUS SERVORUM DEI, VENErabili fratri ANSELMO Cantuariensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Omnipotenti Deo gratias agintus quia tuis plurimis taboribus in Anglica Ecclesia fugatis tenebris antiqnum lumen refulsit. Vigilandum tamen est ne in Dominico agro super bonum semen inimicus zizaniam projiciat, atque prava radix pravum virgultum producat. Audivimus denique quod quidam comes Robertus, qui ab Anglico rege in captione tenetur, sub prohibitione consanguinitatis uxorem duxerit, quam ejus propinqui præfato comiti remiserunt. Unde mandamus dilectioni tuæ, ut eumdem comitem convenias, et si hæc vera esse repereris, adhibitis idoneis testibus ita sapienter disponas, ut utrique a peccatis liberati, libere Deo famulari valeant. Oret pro nobis dilectio vestra.

EPISTOLA LXXXIV.

ANSELMI AD HENRICUM REGEN ANGLORUM.

HENRICO charissimo suo domino, Dei gratia regi Anglorum, Anselmus archiepiscopus, fidele servitium cum orationibus.

Gratias ago Deo pro bona voluntate, quam vobis dedit, et vobis qui eam servare studetis. Quærit consilium celsitudo vestra quid sibi faciendum sit de hoc quia pacta est filiam suam dare Guillelmo de Vuarenne; cum ipse et filia vestra ex una parte sint cognati in quarta generatione, et ex altera in sexta. Scitote absque dubio quia nullum pactum servari debet contra legem Christianitatis. Illi autem, si ita propinqui sunt, nullo modo legitime copulari possunt, neque sine damnatione animarum suarum, neque sine magno peccato corum qui hoc ut flat procurabunt. Precor igitur et consulo vobis ex parte Dei sicut charissimo domino, ut nullatenus vos huic peccato misceatis, noque filiam vestram eidem Guil- D lelmo contra legem et voluntatem Dei tradatis. Omnipotens Deus dirigat vos et omnes actus vestros in beneplacito suo.

EPISTOŁA LXXXV.

MURIARDACHI REGIS HIBERNIÆ AD ANSELMUM.

MURIARDACHUS rex Hibernice, ANSELMO Anglorum archipræsuli, salutem, et fidele servitium.

Quam magnas vobis grates, domine, referre debeo, quia sicut mihi relatum est, memoriam mei peccatoris in continuis vestris peragis orationibus, sed et genero meo Ernulfo auxilio et interventione, quantum fuerat dignitati vestræ fas, succurristi. Scias tu quoque me vobis in iis quæ mandaveris famulaturum. Vale,

EPISTOLA LXXXVL

GISLEBERTI LUNICENSIS AD ANSELMUM.

ANSELMO Dei gratia Anglorum archipræsuli, GISLE-BERTUS Dei quoque misericordia Lunicensis episcopus, fidele servitium et orationes.

Audiens, Pater, certaminis vestri laborem, et laboris victoriam, subditas esse videlleot indomitas Northmannorum mentes regularibus sanctorum Patrum decretis, ut regulariter fiat abbatum et præsulum electio et consecratio, immensas divinæ clementiæ refero gratias, et quas possum Deo preces effundo, ut perseverantiam voDis et tanti laboris præmium largiatur. Munusculum paupertatis meæ et devotionis transmitto viginti quinque margaretulas inter optimas et viliores, et rogo ne sitis immemor mei in orationibus vestris in quibus post civinam largitatem confido. Amen.

EPISTOLA LXXXVII.

ANSELMI AD JOTSEBANNUM ABCRIEPISCOPUM LUGDU-NENSEM.

JOTSEBANNO domino, alque cum dilectione reverendo, et cum reverentia diligendo archiepiscopo-Lugdunensi, ANSELMUS Ecclesize Cantuariensis servus, salutem cum orationibus et servitlo.

Quod vera charitas vestra congratulatur nobis, quia Deus qui non derelinquit sperantes in se, prodiebus quibus nos humiliavit sua nos consolatione lætificavit, gratias agimus, et quia vos congaudere sentimus, magis gaudemus. Quoniam autem multis et immensis tribulationibus, ab iis a quibus auxilium et consolationem in necessitatibus sperabatis vestra pulsatur reverentia, compatimur et condolemus. Sed hoc consolatur nos quia confidimus in Deo quod nullo fluminum, nullo ventorum impulsu vestraconcutietur constantia, et quia Deus qui « superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (I. Petr. v, 5), . superbiam malignantium franget, et auctoritatis vestræ pedibus substernet, et cum virtus vestra probata fuerit, accipiet coronam vitæ repromissam. Qualiter autem nostrum esse sit, quod vestra berignitas nosse desiderat, melius per legatos vestros, quam per epistolam poteritis cognoscere.

448 EPISTOLA LXXXVIIL

ANSELMI AD THOMAM EBORACENSEM ARCHIRPISCOPUM. ANSELMUS archiepiscopus Cantuapiensis, amico suo Thomas electo archiepiscopo Eboracensi, salutem.

Mandastis mihi in litteris vestris quod termino a me vobis constituto, Deo auxiliante, Cantuariæ eritis si opportune poteritis, suscepturus et facturns quod debebitis: rogastis quoque ut, si id efficere non valetis, concederem quatenus id mihi decem diebus ante renuntiare possetis. Sed Guillelmus clericus nuntius vester precatus est me ex vestra parte, quatenus ego ipsum terminum adventus vestri aliquantulum extenderem, ut ad nos opportunius possetis venire. Quod et ego causa vestri amoris et opportunitatis libenter facio. Ne itaque opus sit vos mituquidquam ante de vestro adventu renuntiare, sub-

moneo vos ut die Dominico, qui erit quinto Kalend. A queo invenire verba quibus affetum, quem servat Octob. Cantuariæ sitis ad faciendum quod facere debetis, et ad suscipiendam consecrationem vestram. Præterea quod dicitis in litteris vestris, vos pecuniam quærere ut Romam mittatis pro pallio Ecclesize vestrze, non concedo. Et puto quia id frustra faceretis, quoniam nullus debet habere pallium, antequam sit consecratus. Litteras quas requiritis in testimonium personæ et electionis vestræ, cum mihi locutus fuerițis, et ostenderițis cui eas dirigere debeo, libenter faciam pro vobis, sicut pro amico facere debeo.

EPISTOLA LXXXIX.

ANSELMI AD GUILLELMUM ROTHOMAGENSEM ARCHIEPI-SCOPUM.

Domino et Patri reverendo archiepiscopo Rotho-B magensi Guillelmo, Anselmus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, salutem, et fideles orationes cum servitio.

Mandastis mihi in litteris vestris quia Guillelmus camerarius et uxor ejus dicunt me sibi dixisse quod ipsi possent eleemosynis redimere peccatum suum, illud scilicet quia ipse Guillelmus in uxorem habet eam quæ fuit cognati [sui. Quod sciat sanctitas vestra me nunquam eis dixisse, sed potius dico quia neuter illorum, si in hoc peccato mortuus fuerit, videbit gloriam Dei. Valete.

EPISTOLA XC.

ANSELMI AD ARCHIEPISCOPUM LINDONENSEM,

Ansataus archiepiscopus Cantuariæ, reverendo Lundonis (in Dania) Ecclesiæ archiepiscopo, at sero, C salutem et veram amicitiam in Christo.

Quod me rogastis de domno Alberico cardinali Romanæ Ecclesiæ libenter feci, tum propter honorem Romanæ Ecclesiæ, tum propter vestrum, pro quo libenter facere volo, si quid quod placeat sanctitati vestræ intellexero. Gratias agimus Deo qui in regno Danorum vestram religiosam prudentiam, et prudentem religionem ad archiepiscopatum sublimavit. Confidimus enim quia, gratia Dei cooperante, ea quæ corrigenda sunt corrigetis, et quæ ædificanda ædificabitis, et quæ nutrienda nutrietis. Audivimus namque a præfato cardinali multa bona de vobis; unde istam habemus fiduciam, et oramus ut Deus, qui hoc incoepit in vobis, ad bonum effectum n scere volueritis, oro Deum omnipotentem ut ipsa vestram semper perducat voluntatem. Rogo sanctitatem vestram quatenus regnum illud vestro sancto studio emundetis ab apostatis, ut nullus allenigena ibi recipiat aliquem ecclesiasticum ordinem, quia illi qui ab episcopis suis repelluntur, illuc pergunt et exitiabiliter ad diversos ordines sacrantur. Valete, et orate pro me.

EPISTOLA XCI.

ANSELMI AD ADAM COMITISSAM.

Dominæ et matri in Deo charissimæ ADÆ, venerabili comitissæ, Anselnus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, quod melius, quod dulcius, auod affectuosius potest secundum Deum.

Cum vestræ volo scribere celsitudini, utique ne-

semper cor meum coram Deo de vobis, possim exprimere, nisi forte per hoc illum melius exprimo. quia me fateor exprimere non posse. Quippe cum mente peracto affectuosam dilectionem quam in vohis propter Deum erga me multis modis sum expertus, nihil in me possum cogitare quod ad ejus retributionem, aut gratiarum actionem, secundum voluntatem meani possit sufficere. Quoniam ergo melius nec scio nec valeo, ad Deum me converto, et oro ut ipse dilectioni vestræ suam pro me dilectionem quæ superat omnia merita hominum retribuat. Hoc quotidie facio, hoc quandiu vivam Deo annuente facere non desistanı. Nostis desiderium meum da vobis, quod utinam audiam antequain moriar per gratiam Dei completum esse. Verum dico vobis quia lætior exirct anima de corpore. Nostrum esse quod scire desideratis, lator præsentium satis vobis poterit edicere. Spiritus sanctus sit semper custos et director cordis vestri et vitæ vestræ. Amen.

EPISTOLA XCII.

ANSELMI AD HACONEM COMITEM.

ANSELMUS gratia Dei, archiepiscopus Cantuariensis, HACONI comiti Orcadensium, salutem et benedictionem Dei.

Audio quia propter indigentiam doctorum, minus quam expedit, populus qui sub vestra potestate est, cognoscat et colat Christianam religionem. Sed gaudeo quia referente episcopo quem nunc per gratiam Dei habetis, didici quia prudentia vestra libenter suscipit verbum Dei, et consilium quod pertinet ad salutem. Hac igitur fiducia mitto strenuitati vestræ l'tteras monitionis meæ, quatenus se studiose committat prædicationi et doctrinæ ejusdem episcopi; et. quantum in vobis est studeatis ut populus vester hoc ipsum faciat. Nihil enim facere potestis unde magis remissionem peccatorum, et vitæ æternæ gloriam adipisci valeatis quam si populum vestrum ad cultum Christianæ religionis monendo, et quibuscunque modis potestis vobis eum attrahitis. Quod efficaciter, Deo daute, implere poteritis, si, quemadmodum supra dixi vobis, vos devote et sancta humilitate et pura voluntate episcopo vestro subditis. Si vos consilio nostro et exhortationi, Deo inspirante, acquievos et totum populum vestrum sua gratia dirigat et protegat, et suam benedictionem et absolutionem et orationes humilitatis mese ex corde vobis mando. Omnipotens Deus sic vos faciat vivere in hoc sæculo ut in futuro jungamini beato angelorum consortio. Amen.

449 EPISTOLA XCHI.

HENRICI ANGLORUM REGIS AD ANSELMUM.

HENRICUS, gratia Dei rex Anglorum, Anselmo Cantuariensi archiepiscopo, charissimo Patri suo, salutem et dilectionem.

Agnosce, Pater mi, quia ego gratia Dei sanus sum et incolumis, et omnia mea salubria incedunt et prospere. Quod autem de te ac salute tua per Au-

fridum clericum tuum et por alios accepi, nec non A rem vestrum auxilium et fortitudinem toto corde de iis quæ circa te geruntur felicitate salutis et prosperitatis agitari, scito me congratulari non minimum. Nec vero conscientiam benevolentiæ tuæ lateat, quomodo contigerit nobis de colloquio nostro inter me et Lodovicum Franciæ regem, scias quoniam ego, cum pleraque copia militum meorum, et ipse cum fortitudine sua undique collecta tenuimus colloquium. Ego autem studens rationi et æquitati cum moderata humilitate, observata tamen regia austeritate, tantum 'æquo et justo acquievi, donec ipse fastu præsumptuoso nimia ac superba mihi superquæsivit. Et, ita disponente Spiritus sancti gratia, collocutionem meam finivi, ut comitibus mihi existentibus ratione et justitia recesserim. Ita etiam ut ipsi quos ipse Lodovicus in conventione nostra B mihi hostagios ex parte sua posuit, parti causæ meæ assentiant, et causam meam tueautur, et causam Lodovici iufirmant et reprobant. Propterea scias quoniam negotium quod inter me et imperatorem Romanorum tractabatur, gratia Dei ad honorem Dei et nostrum, et sanctæ Ecclesiæ et Christiani populi ad finem perduximus. De cætero, de iis quæ in Anglia sunt, et quæ ibi tractantur, volo ut voluntati tuze pareant et consilio tuo disponantur. Quod etiam ego justiciariis nostris feci cognitum. Filium meum et filiam tibi committo, ut paterna dilectione eos foveas, et de iis filiastino amoro curam agas. Teste Ranulfo cancellario apud Rothomagum.

EPISTOLA XCIV.

ANSELMI AD HENRICUM REGEN ANGLORUM.

Domino suo charissimo HENRICO, gratia Dei glorioso regi Anglorum, Anselnus archiepiscopus Cantuariensis, fidele servitium cum orationibus, et benedictionem Dei et suam, quantum valet.

Gratias ago omnipotenti Deo ex intimo cordis affectu pro cunctis prosperitatibus et successibus quos Deus per suam gratiam erga vos benigne dignatur operari, et oro eum ut semper celsitudinem vestram ad majora et meliora faciat proficere, et per continuam terreni regni prosperitatem perducat ad cœlestis regni felicitatem. Gratias etiam ago dignationi vestræ, quæ mihi, sicut fideli et vere dilectori suo, amicabiliter quæ circa se sunt, litte- n ris suis significavit, et cor meum de lætitia sua et prosperitate lætificavit. Quod autem mcæ curæ atque dilectioni Alium vestrum et filiam tam diligenter commendatis, et quod voluntati meæ regnum vestrum et negotia regni vestri committitis, quamvis in me non sit sapientia ad hoc sufficiens, tamen quia benevolentiam vestram immensam, et gratiam erga me intelligo, quantum in me est, gratanter suscipio, et quæ mihi committitis, Dei per quem cuncta bene disponuntur, commendo dispositioni et auxilio. De electo Eboracensis Ecclesiæ archiepiscopo, guemadmodum se res habet, per domnum Baldeuvinum fidelem et dilectorem vestrum sublimitati vestræ viva voce significo. Ad quam

supplico, ut dignitatem Ecclesiæ Cantuariensis ab antecessoribus vestris servatam, quam Deus tui. tioni vestræ commisit, et cujus henor vester est. minorari non permittatis. De me certe dico vobis quia potius paratus sum mori, ut ejus dignitas integra servetur, quam ut mea negligentia aliquatenus violetur. Omnipotens Deus vos et vestra semper dirigat et prolegal. Amen.

EPISTOLA XCV.

ANSELMI AD PASCHALEM PAPAN.

PASCHALI SUMMO DONLISICI. Cum dilectione reverendo, et cum reverentia diligendo, Anselnus servus Ecclesiæ Cantuariensis, debitam subjectionem cum orationum assiduitate.

Quamvis non ex meritis meis, tamen quuam quia vident me in causis meis benignitatem vestram semper habere præsentem, putant me apud celsitudinem vestram in iis quæ illam decent sicut fidelem servum aliquid posse. Quapropter aliorum precibus coactus majestati vestræ supplicare præsumo, ut latoris præsentium causam audire dignetur; et de ea quod sapientiæ suæ placchit, præcipere. Omnipotens Deus in diuturna prosperitate sauctitatem vestram nobis conservet. Amen.

EPISTOLA XCVI

ANSELMI AD SAMSONEM WIGORNENSEN EPISCOPUM.

Anselnus archiepiscopus Cantuariæ, Sansona episcopo Wigornensi, salutem.

Vos scitis quid Ecclesia Eboracensis debeat Ec-С clesiæ Cantuariensi, et quomodo illi subjecta debeat esse. Postquam ergo Thomas electus est archiepiscopus Eboracensis, debuit requirere consecrationem suam, et profiteri obedientiam quam debet archiepiscopus Eboracæarchiepiscopo et Ecclesiæ Cantuariæ.Contempsit facere quod facere debuit. Ego tamen ex abundantia charitatis invitavi cum bis per clericos nostros, et tertio per duos episcopos, ut veniret ad matrem suam Cantuariensem Ecclesiam, et ad me cui ministerium ejus commissum est, et faceret et susciperet quod deberet. Qui quod debuit facere neglexit, et respondit se misisse nuntios suos Romam, et in Northmanniam; qui cum redirent, faceret quod consilio suorum acciperet. Quod responsum in hoc negotio intelligimus non esse susceptibile. Mando ergo vobis sicut amico et professo Ecclesiæ nostræ, ut contra hanc injuriam, quæ non est tantum super me, sed super omnes episcopos. et coclesias archiepiscopatus et primatus nostri, super regnum etiam Angliæ, sitis mihi in auxilium ad comprimendam tam intolerabilem præsumptionem. Certa utique sit vestra reverentia quia nihil quod facere possim, aut apud Deum aut apud homines dimittam, ut hæc ejus inordinata præsumptio annihiletur. Meminisse deberet quia ordines, majores quos habet in archicpiscopatu meo, et sacerdotium mea jussione suscepit, et meo favore ejus electio facta fuit. Quapropter si recte consideraret, non se deberet tam inordinate contra me,

imo super me erigere; de hac re vestrum exigo A lius possum intelligere; quemadmodum per ejus consilium. El quoniam duos episcopos Rofensem et Tedfordiensom consilio aliorum episcoporum, ad gnos pertinet hæc injuria, mittam in proximo 450 ad dominum nostrum regem, ex mea parte et eorum, ejus postulare auxilium, ad faciendum quod de has re canonice debeo et volo facere; mandate eisdem episcopis, at ex vestra parte sicut aliorum episcoporum legationem suam exsequantur. Va lete.

EPISTOLA XCVII.

SAMSONIS WIGORNIENSIS ECCLESIE SACERDOTIS AD ANSELMUM.

Domino suo et Patri charissimo Anselno, venerabili Cantuariensi archiepiscopo, Samson Wigorniensis Ecclesiæ sacerdos, salutem, et servitium, B et orationes fideles.

Mandastis mihi, domine, et sicut professum Ecclesiæ vestræ et vestrum submonuistis, quatenus de negotio quod est inter vos et Thomam Eboracensis Ecclesiæ electum, in auxilio vobis et Ecclesiæ vestræ, scilicet Cantuariensi, existerem. Unde precor excellentiam vestram, ne de me dubitctis quod professionem, quam feci et adhuc facio, et per omnia retinere volo, in aliquo vel propter aliquem fraudare velim. Existinio enim quod nullum in causa vestra habebitis fideliorem, et pro posse meo plus devotum adjutorem. De consilio autem quod a me quæsistis, si scirem veraciter quid vobis et nobis magis expediret, dicere non differrem. Hoc tantum dico quia mihi videtur indignum esse C De hoc autem certa sit vestra dilectio quia nullus pro hac causa vos nimis irasci. Cum enim tot episcopos, tot abbates, tot optimates viros habemus testes, facile mihi videtur tam parvæ vel nullius auctoritatis clericos posse refutari. Illorum enim est talis controversia, quorum, mihi videtur, non est grave præsumptivam annihilare audaciam. De ipso vero electo, ut credidi et credo, et sibi credi oportet, veraciter affirmo quia erga vos non habeat animum nisi bonum, et in quantum vixeritis, vobis et Ecclesiæ vestræ per omnia devotissime subjectum. Illud autem placet mihi quia fecistis quod facere debuistis, ex bona voluntate suadendo, et ex auctoritate debita præcipiendo, quia si in dilatione consecrationis est peccatum, alterius quam ve-Etrum.

EPISTOLA XCVIII.

ANSELMI AD ELIAM COMITEM.

ANSELNOS Servus Ecclesiæ Cantuariensis, domino et amico, et in Deo dilectissimo ELIAE comiti, salutem, et gratia Dei semper dirigi et protegi.

Gaudeo et gratias ago Deo omnipotenti a quo est omne bonum, qui cor vestrum bona voluntate et sancta intentione ita implevit ut studiosissime quæratis consilium, qua via et qua vita securius et efficacius possitis pervenire ad regnum cœlorum et ad beatam societatem angelorum. Quod quoniam a me quæritis, mando illud vobis per dilectum fratrem Hardum amicum et familiarem vestrum, sicut me - vivam vocem poteritis aperte cognoscere. Absolutionem nostram, quam per eunidem fratreni, sicut ipse mihi retulit, a me petitis, et corde, et ore, et scriptura dilectioni vestræ mitto, et quotidie pro vobis oro. Omnipotens Deus sanctum desiderium vestrum magis ac magis accendat, et ad beatum effectum perducat. Amen.

EPISTOLA XCIX. ANSELMI AD ROBERTUM COWITEM.

ANSELMUS archiepiscopus Cantuarize, domino et amico suo charissimo Roberto comiti de Mellento, salutem et benedictionem Dei et suam, quantum potest.

De causa quæ est inter me et Thomam electum Eboracensem, mando vobis et precor, sicut verum amicum et filium matris Ecclesiæ Cantuariensis, et consulo, sicut fideli Christiano, et fideliter amanti honorem et dignitatem regis et totius regni Angliæ, quatenus diligentissime et studiosissime consideretis pondus tanti mali quod ipse Thomas facere conatur, et omnibus viribus sicut injuriam et ignominiam, et regis et totius regni Angliæ, et matris vestræ Ecclesiæ, et archiepiscoporum Cantuariæ, intentionem ejus reprimatis. De me utique in spo auxilii Dei affirmo, quia nunquam per me erit, et si scirem me cras moriturum antequam ista ejus calumnia exstincta esset, ponerem super eum sententiam quanto graviorem me posse intelligerem. hanc ejus præsumptionem ullo modo manu tenere potest, sine suo magno peccato et sine ira Dei. Spiritus sanctus dirigat cor vestrum in veritate. Amen.

EPISTOLA C.

ANSELMI AD RODULFUM CICESTRENSEM EPISCOPUM. Anselnus, archiepiscopus Zantuariæ. Robulro opiscopo Cicestrensi, salutem.

Audivi quod archidiaconus vester accepit homines meos quasi pro forisfactura fractæ festivitatis, et de iis plegios accepit, nec ante eos voluit dimittere quam plegios haberet; quod nec sibi nea alicui persona licet super homines meos. Unde mando vobis ut idem plegii vocentur quieti, et dearchidiacono mihi justitiam facite, qui talia præsumpsit super homines meos. Quod autem mihi mandastis ut castigarem homines nostros, ne aliz. accipiant malum exemplum ab eis, grates refero, of quod inde facere debuero. Deo annuente faciana Valete.

EPISTOLA CI.

ANSELMI AD R. EPISCOPUM.

ANSELNUS, archiepiscopus Cantuariensis, dilector amico suo reverendo episcopo R., salutem.

Mando et præcipio vobis per sanctam obedientiam quam Ecclesize Cantuariensi et mihi debetis, ut scilicet quod in subjectis litteris quas Thomæ electa Ecclesiæ Eboracensi destinari scriptum est, vos erga ipsum Thomam amodo te- A neatis.

451 EPISTOLA CH.

CUJUSDAM AD ANSELMUM (18).

ANSELNO Cantuariensis Ecclesiæ archiepiscopo, quidam Dominicæ crucis servus et minister Pratellini cænobii, cursu infatigabili stadium paternæ peregrinationis tanquam militi summi Regis feliciter consummare.

Quamvis, Pater venerande et inter membra Christi tanguam amator et cultor veritatis plurimum diligende, crebras simultates et impuguationes hominum facinorosorum, item aculeos malignorum spirituum intrinsecus plerumque sustineam, tamen onus obedientiæ quam imponis mihi levissimum et actu quidem et sincera devotione qua te diligo prorsus æstimo. Quippe nihil difficile reperitur quod cuilibet igne amoris exæstuanti facile non videatur. Igitur in librum Geneseos jam enucleatis a me mysteriis, quatuor qui restant tua jussione aggressurus et dextera Domini mei Jesu Christi calamum meum regente explanaturus, admodum tuis orationibus indigeo, ut is qui claudit et nemo aperit, aperit et nemo claudit (Apoc. 111, 7), mihi librum signatum aperiat. cujus historiam quam beatus Augustinus juxta litteram usque ad exitum primi parentis de paradiso multifariam prosecutus est intactam dimitto. Etenim arrogantiæ deputari posset intolerabili, si manum meam superponere præsumerem ejusdem manui. At ubi ventum fuerit ad locum ubi senaria C distributione formæ visibilium rerum consumman-Lur, tentabo, prout divina sapientia mihi adfuerit, litteram hujus libri secundum triplicem intellectum aliquando tractare. Cæterum Dominus inopiam meæ scientiæ novit, cui non ficte loquitur testimonium meæ conscientiæ vel intentionis, quia nec præsumo viribus meis, nec ad plausum mortalium, nec ad fructum transitoriæ remunerationis operam impendo, ad explanandum perplexa mysteria Mosaicæ legis. In cujus siquidem amabili contubernio et contubernali amore ferme jam sunt transacti viginti et octo anni, totum me retrusi. In cujus nimirum maudatis prosequendis dum desudo, valde requiesco. Cumque ab illius amplexibus importunitate negotiorum mundanorum prævalente frequenter avellor, D non modicum laborem incurro. Ne hoc quidem mirum, quia apud illam panis vitæ et intellectus atque potus inveniuntur. Panis per quein amissæ vires mentis imbecillæ in vigorem pristinum reparantur. Potus, per quem sitis mundanarum concupiscentiarum exstinguitur, et postmodum suavissimo fervore ad rimanda illius socreta vehementer is qui inde potat accenditur. Jam demum gratia Dei præcedente ad verba libri veniamus, et virtute obedientiæ suppeditante quid gerant mysterii, prout Dominus nobis dederit, diligenter vestigare satagamus.

(48) Ex ms. monasterii de Pratellis. — Est Ricardi abbatis de Pratellis suos in Genesin Commentarios S. Anseluto dicantis.

EPISTOLA CIII.

ANSELMI AD LANFRANCUM (49). Ei opus suum, quod Monologium inscribitur, corrigendum vel approbandum mittit.

Reverendo et amando domino suo et Patri et doctori, Cantuariæ archiepiscopo Anglorum primati, matri Ecclesiæ catholieæ, fidei utilitatisque merito multum amplectendo LANFRANCO, frater ANSELMUS Beccensis, vita peccator, habitu monachus.

Quoniam agenda sunt omnia consilio, sed non omni consilio, sicut scriptum est : Omnia fac cum consilio (Eccli. xxxii, 24); et: Consiliarius tuus sit unus de mille 'Eccli. v1, 6); unum quem scilis, non de mille, sed de omnibus mortalibus elegi, quem præ omnibus haberem consultorem in dubiis, doctorem in ignorantiis [al., ignoratis], in excessibus correcto-B rem, in recte actis approbatorem. Quo quamvis secundum votum uti non possim, decrevi tamen uti, quantum possum. Quamvis enim valde multi sint præter prudentiam vestram, de quorum multum proficere imperitus possim peritia [al. præsentia]. et quorum subjacere censuræ me mea cogat imperitia, nullum tamen eorum novi, cujus me doctrinze judiciove tam confidenter tamque libenter, quam vestro subjiciam et qui mihi tam paterno affectu se, si res indiget, exhibeat, aut, si res exigit, congaudeat. Quare quoniam quidquid de paterno vestro mibi pectore impenditur, et sapientia est exquisilum, et auctoritate roboratum, et dilectione conditum, cum aliquid inde haurio, id me sua et dulcedine delectat, et securitate satiat. Sed quoniam hæc ipsa scienti loquor, his omissis, cur eorum meminerim expediam. Quidam fratres, servi vestri, et conservi mei me sæpe multumque rogantes, tandem coegerunt ut acquiescerem illis quædam scribere, sicut in ejusdem scripturæ præfatiuncula considerare poteritis. De quo opusculo hoc præter spem-[al. prout szepe] evenit, ut non solum illi, quibus instantions editum est, sed et plures alii illud velint non solum legere, sed etiam transcribere. Dubitans igitur utrum illud volentibus denegare debeam, aut concedere, ne me aut invidum putantes oderint, aut stultum agnoscentes derideant, ad singularem meum recurro consiliarium et scripturam 195am examinandam vestro mitto judicio, ut ejus auctoritate aut inepta a conspectu prohibeatur, aut correcta volentibus præbeatur.

EPISTOLA CIV.

ANSELMI AD BERNARDUM EJUSQUE MONACHOS.

ANSELMUS, Dei gratia archiepiscopus, Domino priori BERNARDO, et aliis fratribus in cœnobio Sancti Albani conversantibus, salutem et benedictionem.

Fratres a vestra dilectione ad me directi retulerunt mihi quamdam dubitationem inter vos ortam esse cum aliqua dissentione, inde quia in catholico-

(49) Ex ms. Valic. fol. 100, et ex ms. Sagiensismonasterii.

hominem in Christo convenire in unam substantiam, aliquando duas substantias, divinam scilicet et humanam unam esse personam in Christo; videtur enim repugnare quod et una substantia sit humana et divina natura, siguti esse, una persona et duz substantize sint in eadem persona, sed si bene intelligatur quomodo 452 dicant unam esse substantiam plures naturas in Christo, aut plures substantias unam personam, nihil ibi repugnans cognoscetur esse. Deum enim unum credimus et confitemur esse Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Cum ergo dicimus Deum, non nisi unum dicimus et intelligimus. Cum vero dicimus Patrem et Filium et Spiritum sanctum, plures dicimus et credimus ; sed de Deo habemus auctoritatem, quia debemus dicere Deum unum singulariter et non plures, quemadmodum scriptum est : Audi, Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est (Deut. vi, 4). De illis vero tribus, Patre scilicet, Filio et Spiritu sancto, non invenimus in propheta, aut apostolo, aut evangelista, ut uno nomine nominent cos pluraliter, quo significent illam pluralitatem quam in illis intelligimus; nusquam enim dicunt tres personas cos esse, aut tres substantias, aut tres omnipotentes, aut aliquid hujusmodi. Hac necessitate Patres catholici quando loquebantur de illis tribus, elegerunt omnia quibus illos tres nominare possent pluraliter. Græci quidem nomen substantiæ, Latini vero nomen personæ; sed ut omnino quod nos ibi intelligimus per personam, hoc ipsi et non aliud intelligant per substantiam. Sicut ergo nos dicimus in Deo unam substantiam esse tres personas, ita illi dicunt unam personam esse tres substantias, nihil a nobis diverse intelligentes aut credentes. Quoniam enim non habeaut nomina quibus proprie illos tres significarent, ut jam dixi, ut Græci dicerent esse tres substantias. nos vero tres personas, dederunt in Deo duobus nominibus illam significationem, quam in illis pluribus intelligebant, nec suo nomine proferre poterant. Sicut igitur nos dicimus quia alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti, et in co quidem quod alius est Filius Dei a Patre, non est alius a Filio Virginis, sed idem ipse idem est, alia persona est a Patre, et non alia a Filio Virginis, sed D eadem persona: ita Græci dicunt quia Verbum, id est Filius Dei, alia substantia est a Patre, et non alia ab homine assumpto. Quando ergo invenimus in catholicorum Patrum scriptis plures naturas esse, unam substantiam in Christo, et quando invenimus plures substantias esse, unam personam non cumdem sensum in nomine substantiæ accipimus; sed cum dicimus unam substantiam, id ipsum intelligimus quod per nomen personæ. Cum vero dicimus plures esse substantias in eo, personam unam, hoc significamus per nomen substantiæ quod per nomen

(50) Ex ms. monasterii Chislemani.

(51) Cette lettre n'appartient point à S. Anselme. Ce qui a trompé l'éditeur c'est que le nom de l'au-

.rum Patrum scriptis aliquando invenitis Deum et A naturæ. Hac igitur consideratione, qua una est fides honinem in Christo convenire in unam substantiam, aliquando duas substantias, divinam scilicet et humanam unam esse personam in Christo; videtur enim repugnare quod et una substantia sit humana et divina natura, sicuti esse, una persona et duæ substantiæ sint in eadem persona, sed si bene intelligatur quomodo 452 dicant unam esse substantias unam personam, nibil ibi repugnans cognoscetur esse. Deum enim unum credimus et confite-

EPISTOLA CV.

ANSELMI AD ABBATISSAM F. EJUSQUE CONGREGA-TIONEM.

ANSELMUS Dei dispositione vocatus archiepiscopus, B dominæ et matri reverendæ abbatissæ F. et sanctæ congregationi illi commissæ in sanctitate semper proficere, et ad beatitudinem [al. semper] pertingere.

Quanivis vestrum sanctum studium mea monitione non egeat, cogit me tum [al. tamen] dilectio quam erga vos habeo et officium meum, ut vobis ad [al., aliquid] exhortando scribam. Considerate incessanter, filiæ et sorores meæ dilectissimæ, quod in cælum proposuistis et jam incœpistis ascendere, ut ibi regnetis, et regnando gaudeatis cum Domino et amico vestro Jesu Christo, qui ibi vos exspectat et exspectando assidue invitat. Quippe quandiu homo vivit, aut ascendit in cœlum bene vivendo, aut descendit in infernum male vivendo. Si ergo ad illud proposuistis C et vultis pertingere, necesse est vos sanctis actionibus [al. accusationibus] illuc quasi quibusdam passibus proficere. Diligenter ergo vitæ vestræ cursum discutite, ut [al. omit.] non solum in operibus, sed etiam in verbis, nec solum in his, sed et in omnibus cogitationibus, ne forte cum in omnibus his semper debeatis sursum tendere [al. ascendere], aliud ibi inveniatur quod est magis descendere. Quod si bene vultis custodire, expedit ut semper videre [al. omit.] cogitetis [al. illud] quod verissime scriptum est : Qui modica spernit paulatim decidit (Eccli, x1x, 1), qui paula tim decidit non proficit sed deficit, et qui deficit non ascendit, sed descendit. Hoc ergo curate sollicite, ut nibil tam parvum sit quod de ordine vestro abi vos Deus posuit negligere velitis et sic sanctis passibus in cœlum, quod utinam Deo adjuvante flat, ascendetis. Quod ut per me [al. oro ut pro me] oretis, et tanto attentius, quanto scitis me de dilectione vestra confidere, quoniam nunquam cognovi nie magis quam nunc orationibus indigere.

EPISTOLA CVI.

AD GISLEBERTUM.

De sacramento altaris (50).

Domino G. [Gisleberto] abbati, olim charissimo filio, nunc Deo propitio venerabili Patri, frater A. [Auselmus (51)].

De corpore et sanguine Domini jussisti, veneran-

teur n'y est designé que par un A. Sur quoi, conjecturant qu'il signifiait Anselme, il a conjecture aussi que le G signifiait Gilbert, comme il l'a mar-

236

de, etc. Exstat sub nomine Anastasii eremilæ recusa A panem super altare positum per illa solomnia verba Patrologiæ tom. CXLIX, col. 433. in corpus Christi mutari, nec remanere substantiam

453 EPISTOLA CVII.

Sancius Anselunus, Gantuariensis archiepiscopus, De corport et sanguine Domini (52).

Nota quod tota humana natura in anima et corpore erat corrupta, oportuit ut Deus qui veniebat utrumque liberare, utrique uniretur ; ut anima hominis per animam Christi, et corpus per corpus Christi competenter redimeretur. Ideo etiam in altari ad utrumque repræsentandom panem et vinum apponimus, ut per panem corpus factum, et digne a nobis acceptum nostrum corpus corpori Christi in immortalitate et in impassibilitate conformandum credamus quandoque, et similiter vinum in sang nem conversum et a nobis acceptum, animas nostras B animæ Christi credamus conformes fieri, et præsenti quodammodo dum a peccatis, prout possumus, abstinemus, et maxime in dissolutione animæ et corporis cum in beatitudine, in qua ipsa Christi anima est, animæ nostræ constituentur. Et cum anima Christi per aliquid corporeum repræsentanda esset, nihil inventum est in omnibus corporalibus relus per quod vicinius repræsentaretur quam per sanguinem qui sedes est animæ. Non tamen intelligendum est quod in sanguinis acceptione solam animam non etiam corpus, vel in acceptione corporis solum corpus, non cliam animum susciplamus, sed in acceptione sanguinis totum Christum Deum et hominem, et in acceptione corporis similiter totum accipiamus. C Et quamvis separatim corpus, separatim sanguinem; non tamen bis sed semel Christum accipinus immortalem et impassibilem. Sed iste mos separatim accipiendi inde in Ecclesia indevit quod Christus in cœna cum discipulis separatim dedit, ut per hoc intelligerent se animæ et corpori Christi debere conformari. Aqua cum vino in sacramento ideo apponitur, ut aqua quæ cum sanguine de latere Christi fluxit repræsentaretur, quæ aqua significat baptismum in quo populus per effusionem sanguinis innovatur Quare autem corpus Christi cum sit inviolabile et incorrupublie, qua ratione hoc esse potest ut dentibus atteratur et etiam a soricibus corrodatur. Sed secundum diffinitiones sanctorum Patrum est intelligendum

qué a la marge, taisant sans doute entendre qu'il s'agit de Gilbert Crispin, abbé de Westminster, qui avait été moine au Bec sous S. Anselme. Seconde conjecture qui scrait fort naturelle, si la première était vraie. Mais l'une et l'autre sont fausses, et il faut rendre cette lettre à S. Anastase, moine et ermite, qui en est le veritable auteur. (*Hist. litt. de la* France, t. 1X, p. 439.)

(52) Le titre que porte cette lettre ferait juger qu'elle n'est point différente de l'écrit Du corps et du sang du Seigneur, annoncé sous le nom de S. Anselme dans divers manuscrits des bibliothèques d'Angleterre, et que dom Mahillon atteste avoir vu, mais peu correct, dons celle des Cordeliers de Sainte-Croix à Florence. L'éditeur l'a tirée d'un manuscrit de l'abbaye de Saint Remi de Reims, dans lequel elle porte le même titre, avec le nom de S. Anselme, qualifié archevêque de Cantorbéri,

in corpus Christi mutari, nec remanere substantiam panis et vini, speciem tamen intelligendum est remanere, formain scilicet, colorem et saporem : secundum speciem remanentem quædam ibi finnt quæ nullomodo secundum hoc quod est possunt fieri, scilicet quod atteritur, quod uno loco concluditur, et a soricibus roditur et in ventrem trajiciun. Ideo auteni quod non est apparet, et quod est celatur, quia si quod est videretur, animus humaaus abhorreret. Secundum vero speciem potest accipi æqualiter a fideli et ab infideli. Fideles tamen alio singulari modo accipiunt, scilicet cum sint conformes Christo per innocentiam, et per assumptionem corporis et sanguinis Deo conformes efficiuntur, et in præsenti virtutes eorum augmentantur, et liberum arbitrium confortatur, et in futuro, maxime dum immortalitate et impassibilitate, sicut et ipse, induentur. Ad quain conformitatem recipiendam illa acceptio Dominici corporis multoties celebratur. Quo modo aecipiendi infideles omnes omnino carent. Non tamen negandum quod ipsi mali veram substantiam corporis Christi accipiunt : quod quidam abhorrent propter corum immunditiam, et corporis Christi dignitatem. Sed illa res tam digna est per se ut nec propter dignum locum dignior sit vel mundior, nec ab immundo vase aliquid trahat immunditiæ, ut Augustinns testatur in libro quarto De baptismo, De corpore Domini indigne sumpto, sicut Judas cui buccellam panis tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo, locum in se diabolo præbuit; sic indigne quisque sumens Dominicum sacramentum, non efficit ut quia ipse sumens malug est, malum sit sacramentum, aut quia non salutem accipit, nihil accipiat. Corpus enim et sanguis Domin! nihilominus erat in illis quibus dicebat Apostolus : Qui manducat indigne, judicium sili manducat et bibit (ICor. x1,29). Non est quærendum quid flit de corpore; Deus enim conficit sicut scit, nec dubitare debet aliquis quomodo panis in verum corpus Christi convertatur, ita ut panis substantia 454 non remaneat, cum multa alia non minus miracula videamus quia hominem substantialiter in lapidem, ut uxorem Lot, vel etiam in parvo artificio hominis fenum in

D

ce qui lève toute équivoque. Le saint y touche trois ou quatre points qui concernent l'Eucharistie. D'abord il y établit la convenance qui se trouve entre son institution dans le pain et le vin, et les besoins de l'homme corrompu dans l'ame et dans le corps depuis sa chuiè. Après quoi il montre que l'une et l'antre espèce, prise séparément, contient Jésus-Christ entier, et rend raison de ce qu'on mêle de, l'eau avec le vin avant la consécration, et de ce que les espèces subsistent, quoique la substance du pain et du vin soit changée au corps et au sang de Jésus-Christ. Enfin il copie un passage choisi de saint Augustin pour prouver que les méchants comme les bons reçoivent le corps de Jésus-Christ, quoiqu'ils en tirent un fruit bien différent, et que les mauvais prêtres consacrent comme les autres, pares que c'est Jésus-Christ qui consacre lui-même par leur ministère. (Hist. litt. ubi supra.)

test its aliquid dissimulare, ut aliud videatur ab illo quod sit, multo magis Deus potest hoc efficere, ut cum corpus suum sit panis, videatur hæc immolatio cerporis, ut Augustinus testatur, quotidie vertitur, licet Christus semel passus sit, quia quotidie peccamus, sine quibus peccatis mortalis infirmitas vivere non potest; et ideo quia quotidie labuntur, Christus quot.die mystice pro nobis immolatur. Intra catholicam Ecclesiam in mysterio corporis Christi nihil a malo minus accipitur, nec a bono sacerdote majus , quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur Creatoris et in virtute Spiritus sancti ; si enim esset in merito sacerdotis, nequaquam ad Chri-

Sequentes epistotas hic revocamus ex appendicibus editionis anni 1721.

EPISTOLA CIX.

ANSELMI AD RICARDUM MONACHUM.

Richardum Beccensem monuchum hortatur ut indiseretis corporis sui vexationibus obedientiam anteponal.

filio charissimo RICARDO monacho Beccensi, salutem et benedictionem Dei.

Cum scias quia multum te diligo, non deberes

EPISTOLA CX.

ANSELMI AD ROBERTUM, SETT, EDIT.

Hortatur ad observantiam in minimis, et ut angelos sibi semper astantes cogitent, corumque conversationem imitentur.

ANSELMUS archiefiscopus, Roberto, SETT, EDIT, charissimis suis filiis, salutem et benedictionem Dei, Juantum potest.

vitrum, lierum si homo suze mutationis artificio po- A stum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui haptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum hunc panem in suam carnem et vinum faciat transfundi in sanguinem.

. .

EPISTOLA CVIII.

GISLEBERTI ABBATIS AD ANSELMUM.

Reverendo Patri et domino Anselwo sauctæ Cantuariensis Ecclesize archiepiscopo, servus et filius suns, frater Gislegertus, West-Monasterii coenobii curator et servus, prosperant in hac vita diuturnitatem, et beatam in futura ætersitatem.

Paternitati tum, etc. Est loco Prologi ad Gisleberti abbatis Westmonusteriensis Dialogum contra Judæos. - Vide in Gisleberto, infra, ad an. 1117.

Axselvus gratia Dei archiepiscopus, fratri et

toties tibi datum consilium et præceptum meum contemnerc, et contemnendo me et abbatem cui te commisi contristare. Totics enim te monui, et consului et præcepi ut indiscretas abstinentias et vezationes corporis thi secundum ordinationem præfati abbatis temperares, toties promisisti quia in hac re meæ et illius voluntati penitus obedires, et adhuc pertinaciter tux propriæ voluntati adhæres. Timeo ne dum vis habere præmium, seu potius famam ant inanem intra cor tuum gloriam abstinentis, incurras potius pænam inobedientis. Certe sicut møjorem coronam meretur simplex obedientia quam præter communem usum escarum abstinentia, ita gravius ille punitur a quo illa contemnitur quam a quo ista deseritur. Sine hujusmodi enim abstinentia potest obedientia hominent salvare; sine obedientia vero talis abstincatia non valet nisi damnare. Acquiesce igitur, acquiesce, et totum to przelati tui dispositioni committe, si mihi vis obedire, si mihi vis placere, si dilectionem meam erga te vis servare, si tuam erga me vis probare, si me deinceps non vis contristare, et abbatem sub quo es, et fratros inter D templatio sit magistra vestra; hæc consideratio sit quos vivis tua indiscretione gravare. Nimis enim patet quia corpus tuum et natura tua neguit tolerare quod indiscretio tua præsumit. Omnipotens Dominus deducat te in via sua, et in veritate sua. Amen.

ß Utinam cognosceretis quanto gaudio cor menm repleverit dilectus filius meus Willelmus, de vestra (quam mihi retulit) invicent sancta dilectione, de religiosa conversationa, de cœlesti proposito, et spirituali intentione. Quamvis enim multis curis et tribulationibus p:ementibus me sentiam a spiritali fervore tepere, tamen magna cordi meo generatur ketitia, cum audio alios in amore Dei fervere. Et quoniam ad officium mihi injunctum et curam pertinet commissam, et vos (sicut sentio) desideratis, moneo, precor, quanto affectu possum, ut in hoc quod non vos, sed Deus in vobis carperit, perseverare, imo et perficere studeatis. Quod utique (Deo adjuvante) poteritis efficere, si minima quæquo nolueritis negligere. Qui enim in minimis servat diligentiam, non facile admittit in majoribus negligentiam. Nec hostis noster illis quos in sancto proposito esse consideral majora peccata aperte ostendit, sed in modicis (quasi quæ contemnenda sunt) latenter eos fallero contendit. Scit enim quia qui modica despicit, paulatim decidit (Eccli. xx., 1). Ergo, charissimi, si quamlibet parum a vestra bona consnetudine aliquando vel semel sentitis declimire, gravem casum gemendo vos incurrisse judicate. Colloquia vestra semper sint munda, et de Deo. Exemplum vitæ accipite ex augelis de ceelo, exceptis his que fragilitas humanæ naturæ ad suam " exigit sustentationem. Ut vestra conversatio semper in coelis sit (Phil. 18, 20), angelicam in omnibus considerate et imitamini conversationem. Hæc conregula vestra. Que vite angelice concordant sectamini ; quæ ab illa discordant exsecramini. Angolos vestros [sicut dicit Dominus : Angeli corum semper vident faciem Patris mei (Matth. xvm, 10)], semper vobis præsentes, et actus et cogitatus vestros coasiderantes cogitate, et ita velut si cos visibiliter inspiceretis, semper vivere curate: omnipotens Deununquam permittat vos ab hoc ad quod pervenistis, deficere, sed semper faciat ad meliora proficere Oro, orale pro me.

EPISTOLA CXI.

ANSELNI AD BUGONEN.

Nugonem monachum, a quo se multum amari audierat, hortalur ut culpas suas nec celet, nec defendat, ut cor suum abbati suo patere semper velit, et proprios sensus obedientiæ posthabeat.

ANSELMUS archiepiscopus, fratri et filio charissimo Hucosi, salutem et benedictionem

Domino abbate referente didici quod tantam erga me habeas dilectionem ut cum prospera mea. audis, valde gratuleris, et cum adversa cognoscis, multum contristeris, et cor tuum commoveatur advecsus eos, a quibus contingere sentis aliquam adversitatem milii, et quia pro me orare pro possibilitate tua non desinis. Quoniam ergo tanta tui est erga me dilectio, si te non diligo, me ipsum injustum judico. Et quia vera dilectio illum quem diligit semper proficere desiderat, ideirco te hortor, et moneo ut mens tua semper ad meliora se extendere studeat. Quod si quæris consilium quomodo hoc possis facere, monachicum propositum super omnia filige. Quod tunc bene custodire poteris, si nunquam culpam tuam aut celare aut defendere volueris; sicut vulpes foveas habent ubi latenter catulos pariunt et nutriunt, et sicut volucres nidos habent patentes in quibus pullos fovent, ita diaboli faciunt foveas, et multiplicant peccata in corde celantis, et ædificant aperte nidos, in quibus similiter peccata aggregant in corde defendentis. Vide igitur si non vis esse fovea, aut nidus diaboli, ne unquani culpam tuam celes aut defendas. Cor tuum semper pateat C ANSELNI AD HERBERTUM THIOFORDENSEM EPISCOPUM. abbati tuo, et ubicunque sis, non solum corpus tnum, sed etiam cogitationes tuas in conspectu ejus esse existima; et hoc fac et cogita quod coram eo facere et cogitare non crubescas. Si hoc feceris, ita fugiet diabolus habitaculum pectoris tui, sicut fur vitat domum illius qui eum nec celare vult nec defendere. In domum nanique illius furta sua fur attrahit, a quo se abscondi aut defendi confidit. Si autem hoc quod dico in usu habueris, tunc Spiritus sanctus in te habitationem snam faciet, nec corripietur, nec expelletur a superveniente iniquitate, sed bonus usus tutus per illum a se repellet iniquitatem. Que res in tantam convertetur tibi delectationem ut nihil dulcius, nihil unquam existimare possis jucundius. Hoc autem quod dico intelligere non poteris, nisi in quantum ipso opere experiri volueris.

Multa bona domnus abbas mihi de adolescentia tna retulit, sed unum addidit quod mihi placere non potuit : judicas enim melius quod tuus sensus eligit quam quod obedientia exigit. Cum enim scribendi habeas scientiam, majus sliud quid tibi videtur quam scribere per obedientiam. Certus ergo esto, quod melior est una oratio obedientis quam decem millia orationum contemnentis. Moneo itaque ut flium charissimum et dilectorem meum. ut obe-

A dientiam in omnibus actibus præferas, et ea quæ supra dixi memoria perpetua teneas, et opere complere efficaciter studeas. Omnipotens Deus suz gratiæ benedictione te in omnibus semper dirigat, et ab omni malo custodiat. Amen.

EPISTOLA CXII.

ANSELMI AD WHLLEBMUN.

Willermum amicum suum monet ut Deo sit semper præsens, et sic servet suam dilectionem, ut omni studio conetur cavere Dei offensionem.

Asseluus archiepiscopus, dilecto filio suo Wil-LERNO, salutem et benedictionem Dei et suam.

Expertus sum te magno jet intimo affectu me diligere, et ideo non possum tui dilectionis vicem non redderc. Diligis me ut Patrem in Deo, cui totum te sine simulatione commisisti, et ego te ut filium, qui sincera dilectione te suscepi. A Deo accepisti ut me diligeres, et ego a Deo habeo ut te sic diligerem. Quoniam ergo ex Deo est mutua dilectio nostra, non potest deleri, nec debet, nisi hoc faciat aliqua in Deum offensio. Sicut ergo meam vis servare dilectionem, ita omni studio conare cavere Dei offensionem. Dilige ut me diligas, sed plus diligo ut teipsum diligas. Dilige teipsum, et quantum ad dilectionem, habeto meipsum. Esto memor monitionis meæ; et semper eris dilectionis Dei, et sub illa meæ; nequco semper tibi esse præsens. Deus te custodiat, qui ubique præsens. Moneo te ut semper illi sis præsens.

EFISTOLA CXIII.

Herbertum episcopum Thiofordensem hortatur ut presbyteros concilio inobedientes, et qui feminas nollent dimittere, a sacris prohiberet, et ad ecclesiastica munia alios seu clericos seu monachos illis substitueret.

ANSELMUS, SERVUS Ecclesiæ Cantuariensis, HER-BERTO episcopo Thiofordensi, salutem.

De presbyteris, de quibus quærit vestra prudentia consilium, respondeo quia nihil relaxandum est de his quæ constituta sunt in concilio. Quouiam ipsi autem malunt dimittere quidquid pertinet ad presbyteri officium quam feminas, si aliqui inveniuntur casti, faciant pro illis; si autem nullus aut paucissimi tales inveniuntur, jubete ut interim monachi n missas dicant populo ubi ipsi fuerint, et faciant corpus Domini, quod per clericos portetur ægrotis. Qui clerici vestra jussione vice versa accipiant confessionem, et faciant absolutionem, et sepeliant corpora mortuorum. Que omnia etiam monachis provectioris ætatis præcipere potestis, donec ista duritia presbyterorum Deo visitante mollescat; non enim diu durabit, Deo propitiante, si in incoepto perseveraverimus. De baptismo, vos scitis quia quicunque baptizet, Christus baptizat. Laicis omnibus, majoribus et minoribus, ex parte Dei et ex parte omnium nostrum qui hoc constituimus in concilio (53), rogando præcipite, ut si Christianos se

confitentur, adjuvent vos quatenus expellatis presbyteros concilio inobedientes de Ecclesiis, et rebus earum, et dignos pro illis constituatis. Et si expulsi, contra illos qui Ecclesiis caste servire voluerint, aut alia aliquo modo in aliquam superbiæ temeritatem proruperint, omnes Christiani sint contra illos, et non solum a societate sua, sed etiam a terris, guas de illis habent, eos cum feminis suis excludant, donec resipiscant.

EPISTOLA CXIV.

ANSELSI AD NEPOTEN.

Anselmo nepoli suo commendat bonos mores, ac studiositatem, et Latinæ linguæ perpetuum usum. De sorore sua, ejus matre, nuntiat admissam illam Marciniaci a monialibus, sed cum eam reposceret, sibi negatam.

ANSELMUS archiepiscopus, dilecto nepoli suo Anselmo, salutem et benedictionem.

Sollicitudinem et tristitiam quam tu habes de tua matre, ego quoque tolero. Unde a domino abbate Cluniacensi petii ut cam in monasterio ancillarum Dei in Marcinneio susciperet; quod ipse libenter sua gratia annuit propter nostrum amorem; et ipsæ ancillæ Dei voluerunt. Litteris igitur et nuntio nostro petii ab abbate Cluniacensi et monachis ejus ut sororem nostram ad hoc mihi concederent, quanto humilius et studiosius potui. Sed ipsi nullatenus assensum præbere voluerunt; imo commoti sunt adversum me, et magnum sibi me fecisse dedecus existimaverunt. Ego autem nondum desistam conari, ut hoc aligua ratione possim guod incoepi perficere. Quod si non potero, non debemus tamen ego et tu frustra tristitiam inconsolabilem assumere, sed Dei dispositioni nos et illam patienter committere. Spero enim in Deo quia non patietur eam quibuslibet incommoditatibus ita tentari, ut non possit sustinere, sed per multas tribulationes quas ab infantia passa est et (si Deus ita disposuerit) usque in finem patietur, deducet eam, et intrare faciet in requiem suam. Ego vero, in quantum potero, omnibus modis quandiu vivam illi subvenire non cessabo. Quod autem pertinet ad te, mando, et præcipio tibi ut nullatenus sis otiosus, sed in hoc propter quod in Anglia te reliqui in dies statuas proficere. Virtutem grammaticæ stude co- D gnoscere; dictare quotidie assuesce, maxime in prosa; et ne multum ames difficile dictare, sed plane et rationabiliter. Semper, nisi cum necessitas te cogit, Latine loquere. Super omnia bonis moribus el gravitati intende. Loquacitatem fuge; plus enim proficit homo tacendo, et audiendo et quid de aliorum dictis et vita possit proficere considerando, quam scientiam suam verbositate, nulla necessitate cogente, ostendendo. Saluta magistrum tuum ex nostra parte amicabiliter; cui (si Deus mihi opportunitatem dederit) et pro te et pro aliis fratribus quos docet, et pro suis moribus bonis vere desidero prodesse. Interim tamen posui super dominum priorem et multum rogavi illum quatenus

EPISTOLA CXV.

ANSELNI AD WALTEBUM CARDINALEM.

Walterum cardinalem episcopum Albanensem, apostolicum in Anglia legatum rogat ut, ad sustinendum onus sui archiepiscopatus, opem sibi ac subsidium a pontifice Romano accersat

Domino et Romanæ Ecclesiæ legato cardinali episcopo WALTERO, ANSELNUS vocatus metropolitanus Cantuariæ episcopus, fidelium orationum cum servitio devotionem.

Quoniam de vestræ sanctitatis charitate confido. precor ut domino nostro papæ fidelitatem nostram et dilectionem cum reverentia, quas illius celsitudini in corde servo, sicut volis ostendi, benigne monstretis et laborem mentis meze sub archiepiscopalus onere, sicut vobis conquerendo confessus sum, pia compassione intimetis. Quatenus paterna ejus pietas, filii et servi sai gemitibus compatiens, aliquando in conspectu Domini nostri Jesu Christi et beati Petri apostoli, memor mei esse dignetur, et, si quando ad illam in anxietatibus meis refugero, pietatis ejus viscera mihi non claudantur. Munusculum nostrum illi pro possibilitate nostra missum rogo ut sic vestra commendetur benignitate ut plus placeat vestra commendatione quam sua quantitate. Valeat sanctitas vestra, et omnipotens Deus mittat vobis angelum suum bonum, qui comitetur vobiscum, et bene diponat iter vestrum. Rogo vos, C orate pro me.

EPISTOLA CXVI.

ANSELMI AD DONNALDUM, DONATUM ET ALIOS EPI-SCOPOS.

Episcopos Hiberniæ rogat ut pro se multis ærumnis presso Deum interpellent, simul admonens ut sui quisque officii partes impleant, ac si quid inter eos controversiæ ortum fuerit, rem illi totam ad se deferant.

ANSELAUS Cantuariensis Ecclesiæ metropolitanus antistes, reverendis cnepiscopis, DONNALDO, DONATO, ac cæteris in Hiberniæ insula pontificali eminentibus, dignitate a Dro Patre, et Jesu Christo, Filio ejua, unico, salutem et perpetuæ hæreditatis henedictionem.

Odorem religionis vestræ plurimis indiciis agnoseens, calamitates quas patior decrevi potissimum vobis aperire, ut quanto vicinius assistitis Crea-, tori, tanto familiarius angustias meas in ejus conspectu valeatis indicare, et indicantes compassionis gemitibus ipsius misericordiam mihi impetrare. Defuncto beatæ memoriæ prædecessore meo Lanfranco archiepiscopo, cum in Northmannia Beccensis monasterii abbas exstitissem (unde et præfatus antecessor meus ad regendam Ecclesiam, cui Deo auctore præsideo, ante me præcesserat), occulto Dei judicio pro utilitatibus ecclesiasticis in Angliam voni; quo venientem, tam rex quam pontifez regnique optimates, ad cathedram pontificalem non vocando, ut fieri assolet, imo violenter rapiendo pertrabunt,

clero et populo acclamantibus in idipsum, nt nec A quamvis ex ul, vero et dilecto amico Hugoni archiunus cui displicerct quod gerebatur visus fuerit interesse. Denique cum adhuc id nolle nec assentire me debere acclamarem, quod de potestate Northmanni ducis, quod de subjectione Rothomagensis coiscopi, ipsis ignorantibus ereptus essem, quorum jare etfugere enitebar, eorumdem (præfati videlicet ducis et archiepiscopi) præcepto onus officii coactus et obediens accepi. Quo pacto in gradum pontificalem sublimatus, ideirco assensi quia contraire non potui. Proinde infulatus sedule quid Christo, quid ejus Ecclesiæ, pro loco, pro officio deberem cogitare cœpi, et pastorali regimine vitia resecare, præsumptores coercere, et quæque inordinata ad ordinem debitum volui revocare. Qua causa, quos adjutores me oportuerat habere in causa Dei, terribiliter B offensos patior, et quæ per me crescere debuerat, me præsente deperit causa Dei. Unde (reverendi Patres, geniebunde vobis loquens fateor) inven-runt me amarissimæ tribulationes, dum et quietem fructuosam me reminiscor perdidisse, et infructuosum periculum considero me incurrisse. Ita etenim peccatis meis facientibus actum est ut qui nostræ se sponte subdiderant ditioni, a nostra sponte resiliant ditione, et qui illis amabilis exstiteram, omnibus ferme odiosus existam. Quapropter (venerandi fratres, Alii charitatis vestræ) obsecro vos in nomine cjus, qui suos inimicos redemit sanguine suo, orate ut omnibus Deus nobis pacem tribuat, inimicos nostros in gratiam convertat, et secundum suam voluntatem nos vivere faciat.

Præterea, quanquam recte viventem, recteque sapientem pastorali sollicitudine fraternitatem vestram monere compellor, quatenus viriliter, ac vigilantius agat in doctrina Dei, canonica severitate, si quid contra ecclesiasticam doctrinam in provinciis suis inventum fuerit, compescens, et secundum voluntatem Dei cuncta disponens. Si quando vero seu in consecrationibus episcoporum, seu in ecclesiasticorum negotiorum causis, seu quibuslibet aliis rationibus aliquid quod ad sacram religionem pertineat inter vos ortum fuerit, quod per vos canonice nequeat diffiniri, charitatis officio id ad notitiam nostram deferri commonennus, quatenus a nobis varicatores mandatorum Dei in judicium ejus indicatis. Iterum, charissimi, rogamus vos, orate pro nobis, erigite nos de tribulationibus nostris manu vestræ orationis, pils precibus pulsantes auresclementiæ Dei. Dominus qui jussit de tenebris lucem splendescere (II Cor. 1v, 6), mentibus vestris infundat lucem sapientiæ suæ, ut quæ jubet intelligatis, intelligentes, opere compleatis.

EPISTOLA CXVII (54).

ANSELMI AD HUGONEM ARCHIDIACONUM.

Significat quanto cum honore et munificentia ab omnibus in exsilio suo susceptus fuerit.

Anselnus, gratia Dei archiepiscopus Cantuariensis,

(54) Ex. ms. 464 Bibl. regiæ.

diacono, salutem et benedictionem Dei, et suam, si quid valet.

Fidelis Dei dilectio non dormit neque dormitat, neque ulla sæculi perturbatio aut ullus casus illam fatigat, et semper ejus quem diligit præsentiam desiderat. Et quoniam de dilectione tua certus sum, quod absens per nicam præsentiam non possum, saltem per litteras quid mihi sit aliquatenus significo. Dei gratia disponente, et orationibus servorum Dei, qui in multis locis longe lateque sua gratia propter Deum me diligunt, me prosequentibus, ex quo de Anglia quomodo scit Deus, nec obliviscitur [al. oblivisceris], exivi, nullam sensi temporalis rei in his quæ necessaria mihi fuerunt, indigentiam, nec ullius mali violentia [al. malevolentia] tantum mihi nocere potuit, quantum benevolentia Dei me juvare voluit. Tantam enim gratiam sua pietate mihi Deus largitur apud multos, quorum numerum modo nescio, episcopos, abbates, principes et divites hujus sæculi, et minoris ordinis, a mari Barensi usque ad mare Bonojense [al. Boniense], ut plus timeam multos offendere me absentando quam eos frequentando. Inter quos venerabilis archiepiscopus Lugdunensis gaudet ad præsens se suam mihi munificentiam copiose et honorifice exhibere, et desiderat me semper secum, quandiu exsul ero ab Ecclesia nostra, wanere. Quod non tam Deus meis meritis facit quam suæ bonitatis abundantia. Quid auteru de me futurum sit, vel quid facturus sim, nulla certitudine tibi possum scribere, sed divinæ benignitatis me committo penitus dispositioni. Tibi autem de me nihil melius ad præsens possum consulere quam va nunc es, ibi studeas Deo servire, donec Deus eliter te et vitam tuam velit ordinare sub gratia sua. Saluta domnum Guillelmum archiaconum ut dilectum nostrum. Saluta dilectissimas filias nostras abhatissas cum suis ancillis conversantibus, de Scephtesberia, de Wintonia, et de Wintuna, guibus mando benedictionem Dei et nöstram, quantum possum, et roga cas ut orent pro me. Hoc unum scito quia spero in Deo, et hæc voluntas mea [al. nostra] quia sicut propter timorem et amorem Dei, et honorem ejus el Ecclesiæ ejus egressus sum de Anglia, ita nunpotius consilium et solatium accipiatis quam pres- n quam ingrediar in illam nisi propter et secundum eamdem causam, in quantum intelligere potero. Huic pauperi precor ut melius sit ex tua parte propter amorem nostrum, quoniam per multa pericula et multo labore portat nuntium nostrum. Vale.

> Saluto vos ego frater Eadmerus coexsul domini et Patris nostri archiepiscopi, gratias ageus Deo et illi, quia dignus habitus sum hujus exsilii consortio. Rogo etiam ut quos dominus archiepiscopus salutat ex sua parte, ex nostra parte salutetis

EPISTOLA CXVIII.

ANSELMI AD LANBERTUN ATREBATENSEM EPISCOPUM. ANSELEUS archiepiscopus Cantuariæ, amico suo reverendo episcopo Atrebatensi Lameerro, salu- A lationes introire in regnum Dei (Act. xiv, 21), cum fem. flagellamur, juter nos et Deum heati Joh tenonnus

Precor sanctitatem vestram quatenus, propter domni papæ amorem et nostrum, faciatis conduci istum clericum ejus per episcopatum vestrum, quantum vobis placet. Valete.

EPISTOLA CXIX.

ANSELMI AD EUNDEM.

Venerabili Atrebatensi episcopo LAMBERTO et amico dilectissimo Anselmus, servus Ecclesiæ Cautuariensis, salutem et fideles orationes.

Gratias ago reverendæ dilectioni vestræ pro sollicitudine quam habet erga me in eo quod tantopere nosse vult de nostra sanitate. Dico itaque vobis quia gratia Dei corpore sanus sum, sed continua debilitate laboro. Quod me rogatis ut vestri memoriam habeam in orationibus nostris, pro certo scitote quia, licet orationes meæ viles sint, tamen hene valete, reverende mi Pater et domine, cum omnibus vos in veritate diligentibus, et orate pro pobis.

EPISTOLA CXX.

ANSELMI AD HERNOSTUM.

Domino et fratri charissimo HERNOSTO frater An-SELNUS, salutem corporis, quanta expediat, et animæ, quanta sufficiat.

infirmitatis tuz nimis ingravatem molestiam, mi dilecte pariter et dilector, prius quorumdam narratione, deinde litterarum tuarum lectione cognevi. Qua de re ut taceam quantam assumpserim in animam meam compassionem, testis est mihi conscientia quia libenter ipsam totam transumerem in corpus meum passionem. Sed eum certum sit quia flagellat Dens omnem filium quem recipit (Hebr. x11, 6), mire quodam modo cadem me charitas, et quia flagellis attereris, impellit ad compassionem, et quia ad hæreditatem erudiris, invitat ad congratulationem. Pensandum enim nobis est, charissime, quantam secum ferant dolores illi consolationem, qui dum exterius nostra delicta purgant, quibus externi cruciatus intenduntar, ad filiorum Dei nos transferunt sortem. quibus superni regni guudia promittuntur, ut dum exterior homo noster, quem quotidio necesso estcorrumpi, flagellorum pondere pressus gemendo suspirat, interior homo noster, quem de die in diem n oportet renovari, peccatorum gravamine relevatus exsuitando respiret. Quod nimirum tunc porveniet, si interior homo in exterioris afflictione, non per impatientiam resultaverit, sod per gratiarum actionem cædentis manui consenserit. Cum enim semper placeamus omnipotenti Deo quoties ejus dispositionibus in nullo dissonamus, tum maxime placamus misericordem Dominum, si vapulantes verberanti sponte consonamus. Cum enim omnis ira nonnisi iu adversantem se exerat, si se reus offenso per concordem de se sententiam consociet, necesse est ut irascentis motus defervent, quoniam jam adversarium non invenit, quem ferial. Quapropter, charissime com scriptum sit quia oportet nos per multas tribu-

PATROL. CLIX.

lationes introire in regnum Dei (Act. xiv, 21), cum flagellamur, inter nos et Deum beati Job teneanns sententiam, qui nimiis circumseptus doloribus dicebat: Have mihi sit consolatio ut affligens me doloribus non parcat (Job vi, 10).

EPISTOLA CXXI.

NSELMI AD ADELIDEM.

Venerabili dominæ regia nobilitate, sed nobilius morum probitate pollenti Adelidi, frater Anselmus, sic cum temporali nobilitate virtutum ornamentis decoraris ut in æterna felicitate mercaris regi regum copnlari.

De floribus psalmorum quod dignata est jubere dilecta mibi in Deo vestra sublimitas, nec citius nec melius potuit exsequi fidelis vohis nostra humilitas. Tanto quippe obedientia nostra imperio vestro devotius successit, quanto ipsum imperium a sancta devotione processit. Quam devotionem opto et oro ut omnipotens Deus sic in nobis conservet et nutriat ut mentem vestram in terris suo dulcissimo affectu. et in cœlis suo beato aspectu reficiat. Exiguum et vile munus quod vobis mittit nostra pauper parvitas rogo ne despiciat vestra dives nobilitas. Si enim non est auro gemmisque crustatum, est certe totum charitativa fidelitate factum et fideli charitate donatum. Post flores psalmorum additæ sunt orationes septem, quarum prima non tantum oratio quantum meditatio dicenda est, qua se peccatoris anima breviter discutiat, discutiendo despiciat, despiciendo humiliet, humiliando terrore ultimi judicii concutiat, concussa in gemitus et lacrymas erumpat. In orationibus vero sancti Stephani et sanctæ Mariæ Magdalenæ, quædam sunt quæ si intimo corde dicantur, cum vacat, plus tendunt ad accendendum amorem. In omnibus vero septem hortor vos ego servus et amicus animæ vestræ ut attendere dignemini, etiamsi vos id melius faciatis, qua humilitate et quo affectu timoris et amoris offerendum sit. sacrificium orationis. Valete, et nunc et in æternum in Deo valete, et libellum missum arrham nostræ fidelitatis secundum Deum et nostrarum orationum, qualescunque sint, habere. In fine epistolæ profero quod per totam epistolam persuadere desidero. Omne quod amitti necesse est, etiam cum habetis, sublimi mente contemnite; ad id solum quod æternum beate haberi potest, quandiu non habetis humili ments contendite. Quod persuadere volo, ut Spiritus sanctus persuadeat oro, in quo tertio : Valete.

EPISTOLA CXXII.

ANSELMI AD LANFRANCUM.

Domino et Patri, Catholícis reverenter amando et amanter reverendo archiepiscopo LANFRANCO, frater ANSELMUS, suus quod suus.

Quoniam scienti aut tacendum aut breviter est dicendum, cum tacere nolim ne non loquar quod et cui libenter loquor, breviter qualiter noster animus in paternæ vestræ sublimitatis fidelitate conversetur intimo. Sicut igitur quotidie desidero ut affectus

amoris vestri cordi meo semper augeatur, ita nulla A nostra ab invicem absentia efficere valet, ut aliquo modo minuatur. De moralibus Job mandastis, sed domnus abbas Cadumensis Willelmus et domnus Hernostus fideles vestri invenerunt scriptorem, qui jam habens nostrum librum, vestrum, ut puto, incœpit. Ut libros beatorum Ambrosii et Ilieronymi habeam, ad hoc quod jussistis, laboravi et laboro. Sed eos nondum habere potui. Quam vero citius potero, quod vos inde velle scio perficiam. Girardum vestrum de Flandria per vestræ pietatis largitatem Deo de mundo nostra suggestione redemptum, unde me, si vester non essem, confiterer servum vohis emptum, die a vobis constituta sciat sanctitas vestra sine gravi jactura esse non potuisse absolutum a creditoribus suis. Venit tan.en prima Dominica Quadragesimæ, vestram in se magnifice misericordiam prædicans, et qualiter nostræ non tam petitioni quam levi voluntatis significationi in ejus causa dignatio vestra favit et semper se velle favere intimavit. Qui dixit se velle et, quantum attinet ad hoc quod habet posse, sic reddere quod debet ut aliquid quod secum offerret haberet, sed pro quibusdam impedimentis non potnisse secundum condictum ut oporteret. Rediit igitur, promittens se in Pascha Beccum Deo annuente venturum et mansurum, si non quomodo volet, vel sic quomodo poterit. Si quid igitur peccavit quia promissionem vobis factam ad plenum non est exsecutus, quoniam non id admisisse malitiam videtur, peto securus, ut soleo, de C vestra benignitate, quatenus filio vestro vice patris liceat eum hoc reatu absolvere cum nobiscum incipiet vivere. In qua re hanc certam præsumam concessionem, si nullam legero prohibitionem.

EPISTOLA CXXIII.

ANSELMI AD HENRICUM.

Domino et fratri Hennico, frater Anselmus sa lutem.

Cum Romam tendentes transistis prope nos, mirantes doluimus quia non potius per nos, donce audivimus hoc vobis prohibitum esse in eundo, sed concessum in redeundo. Exspectavimus igitur, domnus abbas, et ego, et alii fratres et dilectores vestri adventum vestrum, spe falsa gaudentes, donec didicimus vos in Anglicam terram pertransisse, despe- D ratione vera dolentes. Quod quanquam ego non sine aliqua rationabili causa factum esse, si bene vestram novi dilectionem, non credam; tamen ne qua, quod absit, vel contemptus vel modici amoris erga monasterium et fratres vestros de vobis maneat suspicio, mandate quid aliis respondeam cur vestra nos in enndo et redeundo non visitatos præteriit dilectio; sicut enim desidero vos nihil operari quod vobis non expediat, ita nolo quemquam de vobis alignid opinari nisi quod vos deceat. Innotescat etiam amico vestro si quid de re pro qua animum vestrum, ct aliorum verbis et a vestris litteris, valde sollicitum ut parentes inviseretis, agnovi effecistis, quatenus sciam utrum vobis debeam compati vel congaudere.

EPISTOLA CXXIV.

ANSELMI AD G. EPISCOPUM.

Domino et Patri reverendo cuiscopo G., frater ANSELNUS, qui dicitur abbas Becci, temporalem prosperitatem et æternam felicitatem.

Gratias agimus vestræ sanctitati, quæ nostras et fratrum nostrorum orationes postalando suas nobis est dignata per dilectum fratrem nostrum commum Riculfum concedere et suæ benevolentiæ auxilia, ubicunque opportunitas exhibebit, promittere. Ad quod quanto minus quod digne recompensare possimus habemus, tanto magis quidquid possumus ad vestræ celsitudinis servitium et opere et voluntate impendere debemus et Deum, propter quem nobis promittitis, orare ut ipse vobis secondum suam copiosam largitatem retribuat quod nos propter nostram parvitatem non valemus. De filio vestro fratre nostro domno Ricoardo, quamvis honestius nobis esset et mallemus prius servire quam aliquid petere, vestram tamen, quia ita res exigit, rogamus benignitatem quatenus illi propter nostrum amorem concedatis si quid de se aut de præbenda sua petierit quod vestram non dedeceat honestatem.

EPISTOLA CXXV.

ANSELWI AD MAINEBIUM ABBATEM.

Dilecto et Patri reverendo abbati MAINERIO frater Anselmus, salutem.

Scitote quia quo iterum me vobis mandaveram non ibo ante octavas Epiphaniæ Domini. Deiude nescio quando ibo aut si ibo. Interim si vobis placeret ut domnus Serlo ad nos, cum vobis opportunum esset, quantum juberetis moraturus veniret, mihi quidem placeret, et puto quia illi non displiceret. Precor sanctitatem vestram ut, si vobis molestum non est, per vos notum fiat dominis et amicis nostris de Sagiensi monasterio quod de nostro mando itinere. Scio enim eos sicut vos sollicite orare pro me et ejusdem itineris prosperitate. Nec pœniteat charitatem vestram orasse pro itinere nostro, quia modo non eo. Potens est enim Deus servare mihi oratioues vestras in opportunam diem. Valete.

EPISTOLA CXXVI.

ANSELMI AD HENRICUM REGEM ANGLORUM.

Suo charissimo domino HENRICO, gratia Dei, regi Anglorum, ANSELNUS archiepiscopus Cantuariæ, Adele servitium et fideles orationes.

Audivi quia vos Willelmum electum episcopum Wentoniensem pracipitis exire de episcopatu et de Anglia, quia non suscepit consecrationem quam illi voluit facere archiepiscopus Eboracensis et alii episcopi. Unde precor et consulo, et sicut fidelis archiepiscopus domino et regi suo, ne credatis consilio illorum qui hoc vobis consulunt, quia meo sensu non intelligo hoc esse ad vestrum honorem. Nam satis est notum quia ad me pertinet ejus consecratio, nec alius eam debet facere nisi per me; quod paratus sum, si necesse fuerit, rationabiliter ostepidere, sicut talis res ostendi debet. Quapropter si illum expellitis de terra vestra ut mihi non liceat eamdem cogsecrationem canonice facere, videtur mihi quia dissaisitis me de officio meo sine judicio cur facere debeatis. Precor itaque ut illum in pace in episcopatu manere permittatis, saltem usque ad terminum nostri respectus, ut interim mihi liceat illi facero consecrationem quam debeo.

EPISTOLA CXXVII (55).

ANSELMI AD ATSERUM LUNDENSEM ABCHIEPISCOPUM.

ANSELNUS archiepiscopus Cantuariæ, reverendo laudis Ecclesiæ archiepiscopo Lundensi ATSERO, salutem et veram amieitiam in Christo.

Quod me rogastis de domno Albrico cardinali Romanæ Ecclesiæ libenter feci, cum propter honorem Romanæ Ecclesiæ, tum propter amorem vestrum, pro quo libenter facere volo, si quid quod placeat sanctitati vestræ intellexero. Gratias agimus Deo, qui in regno Danorum vestram religiosam [al., religiositatem) ad archiepiscopatum sublimavit. Confidiznus enim quia, gratia Dei cooperante, ea quze corrigenda sunt corrigetis, et que ædificanda ædificabitis, et que nutrienda nutrietis. Audivimus namque a præfato cardinali multa bona de vobis. Unde istam habemus fideciam, et oramus ut Deus, qui hoc incoepit in vobis, ad bonum effectum vestram semper perducat voluntatem. Rogo sanctitatem vestram quatenus regnum illud vestro sancto studio emundetis ab apostatis, ut nullus alienigena ibi recipiat aliquem ecclesiasticum ordinem, quia illi qui ab episcopis suis repelluntur, illud pergunt, et exsecrabiliter ad diversos ordines sacrantur. Valete et orale pro me.

EPISTOLA CXXVIII (56).

ANSELMI AD EULALIAM EJUSQUE BANCTIMONIALES.

Litteras quas ab eo desideraverat mittens, hortatur ut sinceram erga se dilectionem in amore Dei et aliis piis operibus fercendo demonstret.

ANSELNUS archiepiscopus, sororibus suis in Christo charissimis Domino abbatissæ EULALLÆ et omnibus filjabus suis, salutem et benedictionem Del et suam quam valet.

Per quemdam servientem regis, qui mibi sigillum ejus detulit, petiit dijectio vestra, sicut ipse dixit, nostris litteris salutari; quod malui facere per legatum meum, quent sciebam me in proximo tunc missurum in Angliam. Scio quia abundantia vestræ et D religiosze dilectionis hoc facit ut litteras postras libenter videre velitis, ut cum meam præsentiam, quam religioso affectu desideratis, secundum voluntatem vestram habere non potestis, saltem per epistolam meam aliquatenus illam vobis exhibestis, forsitan ut in me memoriam vestri, ne quando obdormiat, exerceretis [al., excitetis]. Denique sicut scio quia bona voluntas et sincera dilectio in vobis erga me non frigescit, ita scitote quia erga vos in me non tepescit. In hoc autem maxime volo vos nostri memores esse, et me, sicut facitis, diligere, ut sicut

(55) Anno 1094. Ex veteri codice bibliothecæ Colbertinæ.

(56) Ex ms. Turonensis Ecclesiæ et Pruliacensis

deatis indesinenter fervere, et vos quæ subditæ estis matri vestræ, obedientiam, non ad oculum, sed intimo corde satagatis exhibere. Scio quia adversitates et tribulationes ex diversis partibus sustinetis, sed tunc magis ad ordinis et vitæ veram custodiam studere debetis, quia plus bene vivendo consolationem Dei impetratis quain si aliquatenus, propter aliqua solum impedimenta, a vestri propositi fervore cessatis. In quocunque secreto sitis, certæ estote, nec ullatenus dubitetis quia unaquæque habet angelum suum, qui omnes cogitatus et actus ejus videt, et notat, et invicem ad Deum reportat. Moneo itaque vos, filiæ charissimæ, ut in occulto et in aperto unaquæque sic motus cordis et corporis sui custodiat ac si angelum ipsum custodem suis oculis corporalibus præsentem videat. Omnipotens Deus vos sua henedictione protegat, et ad conspectum gloriæ suæ perducat. Amen.

De reditu nostro scio quia vultis aliquid cognoscere, sed nibil certum vobis ad præsens possum scribere. Orate ut faciam secundum beneplacitum voluntatem Dei.

EPISTOLA CXXIX (57).

ANSELNI AD EASDEM.

Hortatur eas ad perfectionem et ne minima spernant. ANSELNUS, Dei dispositione vocatus archiepiscopus,

dominæ et matri reverendæ abbatissæ EULALLæ, et sanctæ congregationi illi commissæ, in sanctitate semper proficere et ad beatitudinem pertingere

Quamvis vestrum sanctum studium mea monitione non egeat, cogit me tamen dilectio quam erga vos habeo, et officium meum, ut vobis aliquid exhortando scribam. Considerate incessanter, filiz et sorores mez dilectissimze, quia in cœlum proposuistis ascendere, ut ibi regnetis et regno gaudeatis cum Domino et amico vestro Jesu Christo, qui ibi vos exspectat et exspectando assidue invitat; quippe quandiu homo vivit, aut ascendit in cœlum bene vivendo, aut descendit in infernam male vivendo. Si ergo ad hoc quod proposuistis vultis pertingere, necesse est vos sanctis actionibus illuc quasi quibusdam passibus proficere. Diligenter igitur vitæ vestræ cursum discutite, non solum in operibus, sed et in verbis, non solum in his et in minimis cogita. tionibus, ne forte cum in omnibus his semper debeatis cursum tendere, aliquid ibl inveniatur quod magis sit descendere. Quod si bene vultis custodire, expedit ut semper illud cogitetis quod verissimo scriptum est : Qui modica spernit paulatim decidit (Eccli. xix, 1). Qui enim paulatim decidit, non proficit, sed deficit; ot qui deficit, non ascendit, sed descendit. Hoc ergo curate sollicite ut nihil tam parvum sit quod de ordine vestro ubi vos vivere possitis violetis, et sic sanctis passibus in cœlum, quod utinam adjuvante Deo, fiat, ascendetis. Oro ut

monasterii.

(57) Ky ms. Pruliacensis monasterii ordinis Cisterciensis. de dilectione vestra confidere, quoniani nunquam cognovi me magis quam nunc orationibus indigere.

pro me oretis, et tanto attentius quanto scatis me A Tam male enim sum in archiepiscopatu, ut certe, si sine culpa dicere possum, malim de hac vita exire quam sic vivere.

APPENDIX SPURIORUM

DIALOGUS

MARIE ET ANSELMI DE PASSIONE DOMINI REATE

lacrymis et orationibus gloriosam Virginem exoravit ut ei revelaret qualiter ejus filius passus est. Tandem beata Virgo ei apparuit et dixit : Tauta et talia passus est dilectus filius meus, quod nullus sine lacrymarum effusione dicere potest '. Tamen, quia glorificata sum, flere non possum : ideo tibi passionem mei tilii per ordinem * explicabo. Beatus ergo Anselmus quæsivit per singula et beata Maria ad singula respondit 4.

CAPUT PRIMUM^{*}.

De traditione Christi ac ejus oratione in horto.

ANSELMUS. Dic mihi, charissima domina, quale fuit initium passionis filii tui?

MARIA. Quando 6 filius meus a cœna facta cum C discipulis suis ' surrexit, Judas Iscarioth sacerdotum principes adiit, et filium meum tradens, pro triginta denariis vendidit *.

A. Quales fuerunt illi denarii?

M. * Ismaelitici quibus etiam Joseph 16 venditus fuit ante quatuor millia annorum, et hæreditaria 11 successione fuerant devoluti 1º ad illos Judzeos qui filium meum emerunt, et unusquisque denarius

Sanctus Anselmus longo tempore cum jejuniis, R valuit decem usuales 13. Judas vero ita avarus fuit quod, quando denarios vidit, Christum pro eis vendidit 14, et licet Christus ei prædixisset sæpius, tamen ille Judas per boc non fuerat emendatus 18.

A. Fuisti tunc cum filio tuo et discipulis 16 ejus? M. Non; sed scias quod quando 17 filius mens cœnaverat, et pedes 18 discipulorum lavaverat, et corpus sunm et sanguinem discipulis dederat 19, et dulciter prædicaverat, 'ac Judas pontifices adierat, filius meus de monte Sion cum discipulis suis per portam ad natatoriam 16 Siloe, ubi erat hortus, quem introivit, et, discipulis dormientibus, ascendit ad montis Oliveti pedem, quantum ad jactum lapidis a discipulis, et oravit sic Patrem : Exaudi 11 me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua; secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Ne avertus faciem tuam a puero tuo 12 quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meæ et libera eam, propter inimicos meos eripe me (Psal. LXVIII, 17, 19).

A. Quare oravit?

M. Propter tres rationes. Prima, quia delicate nutritus fuit, utpote filius Virginis et de stirpe regia natus, quia nobiles magis dolent, quando læduntur,

VARIÆ LEGTIONES.

¹ Collatus est cum ms Thuano 519 ms Planctus beatte Marize virginis ad Anselmum de passione Domini ⁸ Beatus Anselmus episcopus longo tempore jejuniis, lacrymis et orationibus gloriosam Virginem exorabat, ut ei dilecti filii sui passionem dignarctur perfectius revelare; cui tandem apparens heata Virgo dicebat: Tanta et talia passus est meus filius prædilectus quod nullus fidelis sine lacrymarum effusione dicebat : Tauta et talia passus est meus filius prædilectus quod nullus fidelis sine lacrymarum effusione potest exprimere. ms Sanctus Anselmus longo tempore cum lacrymis, et orationibus, et jejuniis rogavit sanctam Mariam virginem, ut ei revelaret qualiter ejus Filius passus est. Tandem beata Virgo sibi apparuit, et dixit. Tanta et talia passus est dilectus filius meus quod nullus sine lacrymarum effusione dicere potest "Tamen quia glorificata sum, amplius flere non possum, et ad preces tuas et pro salute multorum tibi pas-sionem mei Filii per ordinem ms Tamen quia glorificata sum, flere non possum : ideo Fili mei passionem per ordinem "Beata Virgo ad singula respondebat ms beata Maria ad singula respondit "In ms non est capitulorum distinctio, nec sunt tituli" Anselmus. Dic mihi, charissima Domina, quale fuit initium passionis Filii tui ? Mar. Quando, etc. ms Quæsivit ergo primo, et dixit : Charissima Domina, dic mihi qua-liter passio Filii tui inchoata est. Respondit Maria, quando, etc. "Cum discipulis suis ms omit. suis "Tradens... argenteis ms tradidit... denariis "Maria Hismaelitici ms Maria respondit : Ismaelistici "E Joseph ms etiam Joseph 14 Multos aunos, et hæreditaria ms quatuor millia annorum, hæreditaria 14 fue-rant devoluti ms fuerunt devoluti ¹⁴ Unusquisque denarius valebat triginta usuales ms quilibet dena-rius valuit decem usuales ¹⁴ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁴ Tamen ille Judas per ⁶ Tradens... argenus m. Joseph ms etiam Joseph ¹¹ Multos annos, et mærenne... rant devoluti ms fuerunt devoluti ¹³ Unusquisque denarius valebat triginte ¹⁴ Tamen ille Juuas per rant devoluti ms fuerunt devoluti ¹⁴ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁵ Tamen ille Juuas per rant decem usuales ¹⁴ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁵ Tamen ille Juuas per rant decem usuales ¹⁴ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁵ Tamen ille Juuas per rant decem usuales ¹⁴ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁵ Tamen ille Juuas per rant decem usuales ¹⁴ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁵ Tamen ille Juuas per rant decem usuales ¹⁴ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁵ Tamen ille Juuas per rant decem usuales ¹⁴ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁵ Tamen ille Juuas per rant decem usuales ¹⁶ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁶ Tune cum filio tuo, et discipulis rant decem usuales ¹⁶ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁶ Tune cum filio tuo, et discipulis rant decem usuales ¹⁶ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁶ Tune cum filio tuo, et discipulis rant decem usuales ¹⁶ Tam avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁶ Tune cum filio tuo avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁶ Tune cum filio tuo avarus... tradidit ms ita avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁶ Tune cum filio tuo avarus... tradidit ms ita avarus... tradidit ms ita avarus... tradidit ms ita avarus... vendidit ¹⁶ Tune cum filio tuo avarus... tradidit ms ita avarus.... tradidit ms ita avarus... tradidit ms ita avarus.... tradidit ms ita avarus.... tradid pedes ¹⁰ Et corpus suum et sanguinem suum discipulls dederat, ms Corpus suum et sanguinem dederat discipulis ²⁰ Ad natatorium ms Ad natatoriam ²¹ Oravit sic Patrem : Exaudi ms oravit ad Patrem di-** A puero tuo ms a me cens : Exaudi

quam ignobiles **; secunda, quia tanta angustia cum A invasit, quod guttas sanguineas sudavit de toto corpore, et quia Deus erat, ideo omnia quæ passurus erat præscivit, videlicet consputionem ** blasphemias, flagellationem, crucifixionem, et hujusmodi. Licet enim fur sciat quod mori debeat, tamen nescit quid mors sapiat, nisi quando funis stringit collum; sed filius meus omnia præscivit tanquam Deus et homo; tertia **, quia præscivit quod Judæi non deberent ei misereri **. Et quando sic oravit : Pater, si possibile est **, transeat a me calix iste, veruntamen non mea voluntas, sed tua flat (Matth. xxvi, 39), angelus Domini ** apparuit ei confortans eum et dicens ** : Constans esto, Domine, modo genus humanu.n redempturus es **.

CAPUT II.

De Christi comprehensione.

Post hoc filius meus ad discipulos rediit, cosque dormientes invenit, quibus et dixit ³¹ : Non potuistis una hora vigilare mecum? (Matth. xxvi, 40.) Et adjecit : Ecce a appropinquat qui me tradet (Marc. x111, 42); et ecce Judas venit cum turba magua, dixitque Judzeis : Duo consimiles sunt, scilicet Jacobus et ** Jesus; unde do vobis signum : Quemcunque osculatus fuero, ipse est; tenete eum (Matth. xxvi, 48). Et cum Judas accederet cum turba, processit Jesus ad eos, dicens : Quem quæritis? Qui responderunt : Jesum Nazarenum. Quibus Jesus : Ego sum. Et cum dixisset : Ego sum, omnes ceciderunt retrorsum. herum dixit Jesus : Si me quæritis, sinite hos abire. C Ut Scriptura impleretur ** : Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam (Joan. xviii, 4-9). Tunc accedens Judas osculatus est eum 18; cui dixit Jesus : Juda, osculo Filium hominis tradis? (Luc. xx11, 48.) At illi injecerunt manus in Jesum, et tenuerunt eum (Matth. xxvi, 50). Tunc Petrus *6 eduxit gladium et percussit servum principis sacerdotum ** qui vocabatur Malchus 36 (Joan. xviii, 10).

A. Contigit ibi aliquod miraculum?

M. Filius mens applicuit sibi servum, et curavit anriculam ejus (Luc. xx11, 31), et dixit Petro : Mitte gladium in ³⁰ vaginam. Omnis emm qui acceperit gladium, gladio peribit. An putas quia non possum rogare Patrem meum, et ⁴⁰ exkibebit mihi plusquam duodecini legiones angelorum? (Matth. xx11, 32, 33.) Tunc omnes discipuli, relicto eo, fugerunt.

A. Dic, pissima [domina 41, fuisti nunc cum illo 42 ?

M. Non.

A. Quare, cum eum tantum diligeres 49?

M. Nox instabat, et non expediebat ut juvenculæ ** tune foris invenirentur.

A. Ubi ergo, dulcissima, fuisti 48 ?

B M. Fui in domo sororis meæ, matris Joannis evangelistæ,

A. Quomodo ergo vel quis nuntlavit tibl quod actum fuit ** ?

M. Audi nunc, Anselme, quod multum est ⁴⁷ lamentabile. Venerunt discipuli currentes, et lacrymabiliter clamantes : O charissima domina ⁴⁸, dilectus filius taus Dominus et magister noster ⁴⁰ captus est, et nescimus quo ducatur jam ligatus, vel quid flat ei ⁴⁰, vel utrum sit occisus.

A. Flevisti tunc, domina?

M. Licet scirem quod genus humanum esset redempturus⁸¹; tamen propter maternum affectum, doloris gladius, de quo Sinneon prædixerat (*Luc. 11*, 35), animam meam pertransivit⁸⁹.

CAPUT III.

De Christi deductione ad Annam, et Petri negatione. Anselucs. Quo tunc fuit ductus filius tuus dilectus?

MARIA. De horto prædicto per ³³ vallem Josaphat per portam Auream, et ductus fuit in ³⁴ palatium Scribarum, et pontificum et Pharisæorum, juxta templum, in domum Annæ ⁵⁹; et quæsivit Annas de doctrina ejus et discipulis. At ille respondit : Ego palam locutus sum mundo; ego semper docui in sy-

VARIÆ LECTIONES.

¹⁸ Dolent quam ignobiles mis doient, quando kaduntur, quam rustici ¹⁰ Quia Deus fuit, et ideo omnia quae pati debuit, præscivit : videlicet consputionem mis Et quita Deus erat, sciebat omnia quæ passurus erat. Præscivit videlicet consputationem ¹⁰ Hujusmodi. Tertia, etc. mis hujusmodi. Licet enim fur, sciat quod mori debeat, tamen nescit quid mors sapiat, nisi quando funis stringit collum. Sed Filius meus omnia prescivit tanquam Deus et homo. Tertia, etc. ¹⁰ Et misereri mis sihi misereri ¹⁰ Quando sic oravit. Pater, si possibile est mis quando oravit : Pater, si potes ¹³ Angelus Domini mis omit. Domini ¹⁰ Eum, dicens mis eum, et dicens ¹⁰ Debes redinnere mis redempturus es ¹⁰ Quibus et dixit mis quibus dixit ¹³ Dicens etiam: Ecce miset adjecit : Ecce ¹³ Turba Judeorum magna ; ¹¹ dixitque Judæis : Duo itaque pares sunt, scilicet Jacobus et mis turba magna : et dixit Judæis : Duo sunt consimiles, Jacobus videlicet et ¹⁴ Scriptura impleatur mis Scriptura impleretur ⁴⁵ Tunc Judæs osculabatur eum mis Tunc accedens Judas osculatus est eum ⁴⁶ Tunc Petrus mis Petrus vero ⁴⁷ Principis s2cerdotum mis omit. saeerdotum ⁴⁵ Malchus mis Marchus ⁴⁶ Tunc Petrus mis Petrus vero ⁴⁷ Principis s2cerdotum mis omit. saeerdotum ⁴⁶ Malchus mis Marchus ⁴⁶ Tunc cum illo? mis tunc ibi? ⁴⁴ M. non. A. Quare, cum eum tautum diligeres? mis hac omit titi ⁴⁶ Ut mulieres mis ut juvenculæ ⁴⁶ Dulcissima faisti tunc? mis tunc dukcissina fuisti? ⁴⁴ Vel a quo nuutiatum tibi fuit factum hujusmodi? mis vel quis tibi nunciavit quod factum fuit? ⁴⁷ Nunc quod multum est mis nunc, Anselme, quod nimis es ⁴⁴ Venerumt discipuli currentes et lacrymabiliter clamantes : O charissima Domina mis Venerunt apostatæ, disciputi lacrynabiliter currentes ad me et clamantes : Bona Domina ⁴⁶ Filius tuus magister noster mis Filius tuus, Dominus et magister noster ⁴⁷ Ducatur, vel quid flat ei. mis ducatur jam ligatus, et nescimus manum genus ⁴⁷ Gladius animum meam pertransivit. mis Gladius de quo Sime ÷

nagoga, et in templo 16 ubi omnes Judiei conveniunt A de te, cum iste princeps discipulorum te negaverit? st; et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas ? interroga eos qui me audierunt quid locutus sim eis; ecce hi sciunt quid dixerim eis. Tunc 88 assistens unus ministrorum dedit ei alapam inexpertæ crudelitatis, dicens ** : Sic respondes pontifici ? Filius autem meus, ut Agnus mansuetus, respondit ei: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; si bene, cur me cædis ? (Joan. xvIII, 20-23.) Tunc velaverunt oculos ejus tanquam furis **; quod tamen nulli fit, nisi prius condemnetur. Et illuserunt el tota nocte, spuentes in faciem ejus, et percutientes eum, dixerunt; Prophetiza nobis; quis est 61 qui le percussil ? (Matth. xxvi, 68.) Joannes vero existens intus, quia notus ** erat pontifici, introduxit Petrum. Quem videns ostiaria dixit : Tu es ex discipu- B cruce. lis hominis istius ? (Joan. xviii, 17.) Petrus vero ter negavit cum juramento quod nunquam eum vidisset, neque novisset. Et statim gallus cantavit. Et conversus Jesus respexit ** Petrum, et recordatus est Petrus verbi Domini quod dixerat ei : Quia priusquam 4 gallus cantet, ter me negabis. Et egressus Petrus flevit amare. (Luc. XXII, 61, 62.)

A. Ubi fuisti, charissima domina, cum hæc flerent ** ?

M. Statim cum discipuli mihl dixissent quæ facta fuerant, omnia ossa mea contremuerunt, surgensque ** cucurri cum Maria Magdalena juxta templum, audiensque tumultum in domo Annæ, volui intrare, sed non sum permissa er. Unde stabam foris plorans et clamans : Heu I dilecte fili mi, lumen oculorum C meorum, quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum (Jer. x, 4) ut plangam interfectionem filii 4 mei? Maria vero Magdalena circuibat undique, et introspiciens per senestras, quæ audiens negationem Petri, commota sunt omnia viscera ejus pro * desolatione unici filil mei, eo quod princeps discipulorum eum negasset, et dixit : O Jesu bone ", qualem finem sortitus es, vel quid fiet

O dulcis Jesu 71 non te negabo, in æternum. Ego autem stabam "", plena dolore, audiens omnes illusiones et contumelias, quas filio meo dilecto inferebant, et Petrum negantem et omnia quæ tota nocte ibi fiebant. Et cum Petrus tertio negasset, filius meus eum respexit, et eo quod eum negaverat, flevit amare 78 : Egressus foras invenit nos foris stantes, et tacta dolore cordis intrinsecus dizi ad eum : Petre, Petre, ", quid agitur cum Jesu, vel ubi est Jesus "? Qui clamans et ejulans lacrymosa voce respondit : Heu, charissima domina "", absque misericordia tractatur, et cruciatur usque " ad mortem. Et currens abscondit se præ timore in lapide, qui vocatur Gallicantus, et non comparuit donec Jesus mortuus fuit in

A. Dic mihi, domina ⁷⁸ charissima, quid fecisti cum hoc audires?

M. Gladius Simeonis pertransivit animam meam. CAPUT IV.

De Christi deductione ad Caipham.

ANSELMUS. Dic mihi quid factum " fuit post hæc? MARIA. Mone facto eduxerunt eum de domo Annæ, et duxerunt eum ad Caipham principem sacerdotum **. Tunc primo postquam captus fuerat vidi eum, et accurrens quasi leæna raptis fetibus videbam illam desiderabilem faciem sputis Judæorum maculatam, dicens lacrymando : Heu ! dilectissime fili, quam ** miserabilem te ** modo video, quæ toties dulcissimo ** tuo aspectu gaudebam ? Et volens illum amplecti, non fui permissa accedere, sed trusa a Judzeis huc et illuc, contumeliose sum amota, et populus undique concurrebat, sicut quando fures et latrones condemnantur.

A. Habuisti aliquam ** spem quod liberari posset ?

M. Etiam ; sciebam enim quod ¹⁶ ingeniosus fuit et facundus, et sperabam quod se excusaturus esset, si ad judicium veniret. Tunc stetit quasi agnus

VARLÆ LECTIONES.

⁵⁴In templo ms et in templo ⁵⁷ Judæi conveniant ms Judæi convenerunt ⁵⁸, nterrogas? Tunc ms interrogas? Interroga eos qui me audierunt, quod locutus sum eis. Ecce hi sciunt quid dizerim eis. Tunc ³⁵ Dabat ei alapam inexpertæ crudelitatis, dicens *ms* dedit alapam Jesu, dicens ⁴⁶ Ligaverunt oculos ei tanquam furi : *ms* velaverunt oculos ejus tanquam latronis ⁴⁶ Et percutientes eum dixerunt, Prophetiza nobis, quis es *ms* et ilhuserunt ei dicentes : Prophetiza, quis est ⁴⁶ Qui notus *ms* quia notus ⁴⁵ Et conversus Jesus respexeritms et Filius neus respezit "Verbi Domini quid dizeratei : Quia priusquam ms Verbi quod dizerat Filius meus Jesus : quod priusquam "Cam hæc facent ms quando hæc facta sunt "Mibi dizissent, quæ facia fuerant, omnia ossa mea contremuerunt, surgensque ms mibi quod factum fuerat nuntiaverunt, contre-muerunt omnia ossa mea. Surgens cucurri "Tumultum, volui intrare, sed non fui ms tumultum in domo ** Et Annæ, volebam intrare, sed non sum permissa 60 Interfectum Filii ms interfectionem unici filii audiens... commota est totis visceribus pro ms que audiens... commota sunt omnia viscera ejus pro • Jesu bone, ms Jesu dulcis ¹¹ Princeps discipulorum te negaverit. Ol Jesu ms princeps, omnium, ut dignosci-tur, te negavit. Dulcis Jesu ¹¹ Negabo in æternum. Ego autem stabam ms negabo. Ego stabam ¹³ Cum ergo Petrus eum tertio negasset, Filiusque meus eum respexisset, et propter quod eum negaverat, flevisset amare ms Et cum Petrus tertio negasset, Filius meus eum respexit, et eo quod negaverat, amare flevit ¹⁴ Cui cum dolore dixi, Petre ms et tacta dolore cordis intrinsecus dixi ad eum, Petre ¹⁵ Jesu? qui ms Jesu, vel ubi est Jesus? Qui ¹⁰ Heu charissima Domina ms heu Domina bona ¹⁷ Tractatur et cruciatur ms cruciatur et occiditur usque ¹⁰ Dic Domina ms dic mihi Domina ¹⁹ Quid factum ms Dic mihi quid ms cruciatur et occiditur usque ⁷⁶ Dic Domina ms dic mihi Domina ⁷⁹ Qnid factum ms Dic mihi quid factum ⁸⁰ Principem sacerdotum ms Pontificem ⁸¹ Tunc primo, postquam captus fuerat, vidi eun, et ms Ibi eum tunc vidi, postquam captus fuit, et ⁸² Dicens lacrymando, heu dilectissime Fili ms crines di-lanians, ejulans et plorans, altaque clamans, heu dulcissime ⁸³ Miserabiliter te ms miserabilem te ⁸⁴ Dulcissimo ms amantissime ⁸⁵ Tunc aliquan ms omit. tunc ⁸⁴ Etiam; sciebam euim quod ms Etiam, cum desiderio sperabam ut mater : sciebam itaque quod

mansuelissim:is 37, et non aperuit os suum ; fuit A omnis qui ex veritate est, audit vocem moam. Dixit ei etiam se ita anticabilis quod sperabam quod deberent ejus misereri. Et molico tempore dilapso, adeo consputus fuit quod quasi leprosus apparebat. Inveneruat enim isti multa falsa testimonia contra eum, dicentes eum ** esse legis destructorem, et populi subversorein . Tandem duo falsi testes accesserun!, dicentes : Hic dixit : Possum destruere templum Dei, et post triduum *1 reædificare illud (Matth. xxvi, 60, 61). Et Caiphas dixit : Dic nobis si tu es Christus (ibid., 63). Jesus respondit : Si dixero vobis, non creditis mihi. Si autem interrogavero vos. non respon lebilis, neque ** dimittetis (Luc. xxu, 67, 68). Amen, dico vohis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venien:em in nubi-B bus cæli. Tunc princeps sacerdolum scidit vestimenta sua, et ail ** : Quid adhuc desideramus testes ? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Tunc omnes clamabant : Reus est mortis (Matth. xxvi, 64-66) llac prolata sententia, gladius Simeonis pertransivit animam meam **.

CAPUT V.

De Christi ad Pilatum deductione. **ANSELNUS.** Quo tune ductus fuit ?

MARIA. Ad judicem Pilatum.

A. Sperasti ibi aliquid, domina charissina?

M. Multum speraveram, cum turba convenisset cul sæpe dulciter prædicaverat, et quorum infirmos sanaverat, et eos in deserto paverat, quod eum de manibus Judzorum liberare ceberent. Tunc unanimiter c clamabant coram Pilato : Crucifige, crucifige eum (Luc. XXIII, 21). Et imposuerunt ei quod ⁹⁸ dixerat se filium Dei esse (Matth. xxvn, 43), et quod proh'Euisset tributa dari Cæsari (Luc. xxni, 2). Tunc Pilatus quæsivit ** de regno suo, dicens : Tu es rex Judæornm? El respondit Jesus : A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus : Nunquid ego Judæus sum ? Gens tua et pontifices tui tradiderunt 97 te mihi, quid fecisti ? Respondit Jesus : Regnum meum non est de hoc mundo; 96 «i ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non tra:lerer Jadæis. Dixit itaque Pilatus : Ergo rex es tu? Respondit Jesus : Tu dicis : Quia rex sum eqo; eqo ad hoc natus sum, et ad hoc

Pilatus : Quid est veritas ? (Joan. xviii, 33-38.) Hane quæstionem non solvit ei Christus, quia si solvisset, eum utique liberasset, et ideo genus ** humanum redemptum non fuisset. Tunc Judas videns qued damnatus esset, pænitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus populi, dicens : Peccavi tradens sanguinem justum 100. At illi dixerunt : Quid ad nos ? tu videris. Et projectis argenteis in templum, recessit ab eis, et abiens taqueo se suspendit (Matth. xxvii, 3-5). Pilatus autem, convocatis principibus sacerdotum, et magistratibus et plebe, dixit ad eos : Nullam causam invenio mortis in homine isto 101 ex his in quibus eum accusatis 189. (Luc. xxIII, 4, 14.) At illi invalescebant, dicentes : Commovit populum 103 per universam Judæam , incipiens a Galilæa usque huc (ibid.,

CAPUT VI.

De abductione ad Herodem, et reductione ad Pilatum.

Tunc Pilatus audiens Galilæam, et quod Galilæus esset, misit cum ad Herodem, qui et tunc erat Hierosolymis 10%. Herodes autem viso Jesu gavisus est valde ; erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, eo quod audierat multa de eo, et quia sperabat aliquod signum ab eo seri. Interrogabat ergo Jesum multis sermonibus (Luc. xx111, 6-9); videlicet, si esset ille puer, quem 108 pater suus volebat interficere 106, et propter eum multos pueros necaverat 107. liem : Si esset ille qui cæcum 106 illuminaverat, et qui Lazarum suscitaverat, et adolescentem filium vidua; in porta civitatis Naim; et multa alia miracula [ecisset 109; et rogavit eum ut aliquod signum faceret, promittens quod eum de manibus 110 Judæorum eriperet. Jesus autem nihil ei respondit (ibid., 9). Et posuit Herodes coronam super caput ejus, promittens quod si faceret ei signum, quod ipsum regni sui participem faceret, et pariter cohæredem 111. Ista corona Romani coronantur imperatores 119. Jesus autem non respondit ei. Stabant autem principes sacerdolum et Scribæ constanter accusantes eum (ibid., 10).

Anselnus. O dulcissima, quid tunc sperabas ?

MARIA. Sciebam Herodem esse regem naturalis reni in mundum ut testimonium perhibeam veritati ; D elegantize, et ideo 118 sperabam quod regi excellen-VARIÆ LECTIONES.

Item, fuit etiam ms omit. Item Enim multa falsa testimonia : ** Mansuetissimus me mansuetus * Perversorem. ms subversorem dicentes eum ms isti multa falsa testimonia contra eum, dicentes eum ** Scidit vesti-** Respondebilis, neque ms respondebilis mibi, nec Et post triduum ms et in triduo menta sua, et ait ms scindens vestimenta sua ait ¹⁴ Animam meam. ms animam et cor meam. ¹⁵ Et imposnit ei turba quod ms Et imposuerunt ei quod ¹⁶ Quæsivit eum ms omit. eum ¹⁷ Pontifices tradide. * Et imposuit ei turba quod ms Et imposuerunt ei quod ⁹⁶ Nunc autem reganm meum non est de hoc mundo. ms hæc omittit. ¹⁰⁹ Tradens sanguinem justum ms tradens justum ¹⁰¹ Causam morrunt ms Pontifices tui tradiderunt ** Ed ideo genus ms et tunc genus 100 Tradens sanguinem justum ms tradens justum 103 Populum docens 108 Eum accusatis ma eum accusant tis in homine isto ms causam in hoc homine tis in hounne isto ms causau in hoc homine is Eum accusatis ms eum accusation i opticum accusation interficere accusation i opticum accusation accusation i opticum accusation accusation i opticum accusation accusation i opticum accusation accusatio ipsum regni sui participem facerei, et pariter cohæredem ms hæc omittit ¹¹³Mar. Sciebam Herodem esse Regem nantur Imperatores. me hac corona omnes Imperatores coronautur naturalis elegantiæ? et ideo ma Mar, Sperabam ut mater, o Anselme : sciebam enim Herodem esse regem el gantem; et ideo

tissimo filio meo parcere debuisset. Sprevit autem A præstitit. Æstimabam siguidem nudato corpore forfilium meum, et indutum veste alba remisit eum Pilato. Et facti sunt amici Herodes et Pilatus; nam antea inimici erant 114 (Luc. XXIII, 11, 12). Sciens 20tem 118 Pilatus quanta immanitate et crudelitate in morte filii mei conspiraverint Judzi, præmisit quosdam 116, qui Jesum ah [Herode conducerent, ne ipsum in via interficerent. Remisso ergo filio meo, convocans Pilatus omnes Judæos, dixit 117 : Obtulislis mihi hunc hominem quasi avertentem populum ; et ecce ego coram vobis interrogans nullam causam mortis in eo invenio, ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes 118; nam remisi vos ad illum 119; ecce nihil dignum morte factum est ei. Emendatum ergo illum dimittam (ibid., 14-16). At illi petebant Barrabam, qui propter seditionem et homicidium 190 missus erat in carcerem (ibid., 18, 19). Pilatus secundo dixit 121 : Ouid enim mali fecit : Nullam causam mortis invenio in illo : corripiam ergo eum, et dimittam. At illi instabant vocibus magnis, ut crucifigeretur, clamantes : Crucifige 111 crucifige eum (ibid., 21-23). Sedente ergo Pilato pro tribunali, misit ad eum uxor sua : Nihil tibi et justo illi. Multa enim in hac nocte passa sum per visum propter illum (Matth. XXVII, 49)

CAPUT VII.

De flagellatione et corona spinea, ac vociferationibus Judæorum.

Pilatus autem sperans crudelitati Judssorum satisfacere, apprehendit Jesum et flagellavit statua illi- C gatum ita ut a 118 planta pedis usque ad vertieen non esset in so sanitas (Isai. 1, 6). Hæc statua ita spissa fuit quod circa duas spannas manus manum 100 tangere non potuit. Unde accipiebant corrigias, et manus ejus ligabant.

ANSELNUS. Sperasti ibi aliquid 190, domina charissima ?

MARIA. Multum speraveram propter hanc causam. quam tibi manifestabo; delicata enim et 300 naturalis ingenuitas, et formosa membrorum principalium compages mihi matri ejus solummodo nota spem

mosis membrorum lineamentis victi parcerent; sed beu ! in momento temporis totalis corporis ejus superficies its sanguine perfusa est ac si purpura circumdatus, et in stuporem 137 et deformitatem transformatus, omnibus apparuit quasi lepra percussus. Milites vero plectentes coronam de spinis imposuerunt capili ejus, el veste purpurea circumdederunt eum, ac venerunt ad eum, et dixerunt 136, Ave, rex Judæorum! et dabant ef alapas (Joan, xix, 2, 3). Hanc coronamilabet rex Francize. Haec corona non 129 fuit de spinis, sed de juncis marinis; qui habent acutiores aculeos quam verze spinæ. Hanc coronam igitur plectentes capiti ejus imprimebant ita 180, quod sanguis per ejus faciem defluebat et sic ornatum 181 eduxit eum Pilatus foras, et dixit : Ecce rex vester. Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum (ibid., 13-15)! Respondit eis Pilatus : Accipite eum vos, et crucifigite. Responderunt : Nos legem habemus, et secundum hanc legem debet mori ; quia Filium Dei se fecil. Dum ergo audisset Pilatus hos sermones, magis timuit. Et ingressus prætorium dixit ad Jesum : Unde es tu ? Jesus autem responsum non dedit ei 188. Pixit ergo ei Pilatus *** : Mihi non loqueris ? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, et potestatem hubeo dimittere te ? Respondit Jesus : Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui tradidit me libi, majus peccatum habet. Et exinde quærebat 104 Pilatus dimittere enm : Judæi autem clamabant dicentes : Si hunc dimittis, non eris amicus Cæsaris (ibid., 6-12)128. Videns autem Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fleret, accepta aqua, lavit manus coram omni populo, et dizit : Innocens ego sum a sanguine jus'i hujus; vos videritis. Et respondens universus populus dixit : Sanguis ejus super nos et super filios nostros (Matth., XXVII, 24, 25). Instabant ergo magnis vocibus ut crucifigeretur, et invalescebant voces corum. Et Pilatus adjudisavit fieri petitiones eorum. Dimisit autem illis 'eum, qui propter homicidium missus suerat in carcerem, quem pelebant (Luc. xxiii, 23-25).

VARIÆ LECTIONES.

118 Sciens autem ms sciens igitur 116 Præmisit quos-114 Non erant amiei ad invicem. ms erant iuimic. dam ms providit quosdam ¹¹⁷ Convocatis Pilatus omnibus Judæis dixit ad eos : ms convocans Pilatus omnes Judæos, dixit ¹¹⁸ Sed neque Herodes ms hæc omititi ¹¹⁹ Nam remisi vos ad illum. Ecce ms remisi ad vos Judzeos, dixit ¹¹⁴ Sed neque Herodes *ms hæc omittis* ¹¹⁰ Nan remisi vos ad illum. Ecce *ms* remisi ad vos illum: et ecce ¹³⁰ Propter homicidium *ms* propter seditionem et homicidium ¹³¹ Pilatus dixit *ms* Pilatus 2º dixit ¹³³ Magnis ut crucifigeretur, clamantes : Crucifige *ms* magnis : Crucifige ¹³³ Sperans quo crudelitati Judzorum satisfacere deberet : apprehensum Jesum flagellari fecit in statua ligatum ita quod a ms sperans crudelitati Judzeorum satisfacere, apprehendit Jesum et flagellavit in columna ligatum, ita ut a ¹⁹⁴ Manus manum ms manus magnum ²⁵⁵ Ibi aliquid ms inde aliquid ¹⁹⁶ M. Multum speraverani propter hanc causam, quam tibi manifestabo. Delicata enim et ms Mar. Etiam Anselme, quasi mater. Propterea causam tibi pandam. Delicata siguidem et "" Et membrorum principalium compages nibl matri ejus solummodo nota spem præstitit. Æstimabam siguidem nudato corpore formosis membrorum lineamentis victi parcerent; sed heu in momento temporis, totalis corporis ejus superficies ita sanguine superfundebatur, ac si purpura circumdatus, et in stuporem me Et formosa membrorum principalitun compago inde mihi solummodo ex materna familiaritate fuit nota, et nulli alii experta ; ideoque existimabam quod nudato corpore decentissimo membrorum lineamento victi compaterentur. Sed heu ita totalis corporis ejus superficies sanguine perfusa est, ac si purpura circum datus in stuporem ³³⁸ Ac veniebant ad eum dixerunt ³³⁹ Franciæ. Hæc corona non ms Francorum quæ non 398 Ac veniebant ad eum et dicebant ms et venerunt ad eum, et ¹³⁰ Cum lancea percutientes capiti ejus pant, ita ¹³¹ Sic cruentatum ms sic ingrimere conabantur, ita ma igitur plectentes capiti ejus inprimebant, ita ¹³¹ Sic cruentatum ^{ma} sic ornatum ³³⁴ Responsum non dedit ei ma non respondit ei ¹³⁸ Dicit ei Pilatus ma dixit ergo ei Pilatus ⁵³⁵ Et exinde quærebat ma et inde volebat ¹³⁸ Non es amicus ma non eris amicus

CAPUT VIII.

De damnatione Christi, et crucis bajulatione.

Ad nimiam igitur piebis instantiam Pilatus hanc mortis sententiam protubit adversus filium meum, dicens : Jesum Nazarenum abjudico vitæ, et adjudico morti ignominiosæ ¹³⁶ crucis.

ARSELMOB. Quid fecisti, dulcissima, cum 137 hæç audires?

MARIA. Hac prolata sententia gladius Simeonis pertransivit cor meum et animam meam.

A. Q dulcis Maria! quid factum 138 fuit post hæc?

M. Susceptrant Jesum dilectum filium meum, et eduzerunt eum, ut scribit Joannes, et bajulans sibi crucem exivit in locum qui ¹³⁰ dicitur Calvariæ locus, ubi eum crucifizerunt (Joan. x1x, 16-18). Crux vero ¹⁴⁰ adeo magna erat, quod habebat ¹⁴¹ quiudecim pedes in longitudine. Et adeo debilitatus erat filius meus præterita nocte et illa die, quod ¹⁴⁰ eam portare non poterat. Unde et Lucas scribit : Apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem, et imposuerunt illi crucem portare post Jesum unicum ¹⁴⁰ filium meum (Luc. xx111, 26). Quod fecerunt non causa miserationis, sed quia præ debilitate id facere nou poterat ¹⁴⁰.

A. Sequebantur eum aliqui 143, cam educeretor?

M. Tota turba concurrebat, sicut quando fures ducuntur ad supplicium. Unde ¹⁴⁰ Lucas scribit : Sequebatur autem illum turba multa populi; et mu-C lieres, quæ ¹⁵⁷ plangebani et lamentabantur eum (ibid. 27). Sequebantur etiam pueri projicientes lutum et lapides in enm. Conversus antem filius meus J. sus ad mulieres dixit : Filiæ Jerusalem, nolite fere super me; sed super vos ipsas ¹⁵⁶ flete, et super filios restros, qui lutum et lapides mittant in me, nescientes quid faciunt, quoniam ecce dies veniunt, in ¹⁵⁰ quibus dicent : Beatæ steriles et ventres qui non genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus : Cadite super nos; et collibus : Operite nos. Quia si in viridi ligno, hoc est in pueritia, hoc faciunt, in arido, hoc est in senectute,

VARIÆ LECTIONES.

¹⁸⁸ Ad nimiam antem plebis instantiam Pilatus hujus mortis sententiam protulit ad flium meum, dicens : Jesum Mazarenum abjudico vitæ et adjudico morti ignominiosæ ms ad nimiam igitur plebis instantiam Pilatus protulit hane sententiam adversum flium meum, dicens : Jesum Nazarenum adjudico morti ignominiosæ ¹⁸⁷ Dulcissima cum ms dulcissima Domina : cum ¹³⁴ Ans. Quid factum ms Ans. O dulcis Maria , quid factum ¹³⁵ Dulcissima cum ms dulcissima Domina : cum ¹³⁴ Ans. Quid factum ms Ans. O dulcis Maria , quid factum ¹³⁵ Duleum locum qui ms in locum qui ¹⁴⁶ Cruxque ms Grux vero ¹⁴¹ Quod habuerat ms quod habebat ¹⁴⁵ Præterita nocte et illa die quod ms tota nocte quod ¹⁴⁵ Post unicum ms post Jesum unicum ¹⁴⁵ Quod compaterentur ei ms hæc omittit ¹⁴⁶ Sequebantur aliquæ mulieres ms sequebantur eum aliqui ¹⁴⁵ Turba conveniebat. Unde ms turba concurrebat, sicut quando fures dueuntur ad supplicium. Unde ¹⁴⁷ Et mulierum quæ ms et mulieres quæ ¹⁴⁸ super vos ipsos ms super vos ipsas ¹⁴⁵ Venient, in ms veninut, im ¹⁴⁶ Sanctis meis quid ms sanctis quid ¹⁵¹ Ad sui majorem ms omit. sui ¹⁴⁸ Irruentis populi et insultantis ¹⁴⁸ ms irruentes populi et insultantes ¹⁵¹ Una cum Maria Magdalena deliberabam quod per viam objacentisplateæ circa quemdam fontem cucurrimus, quatenus illi obviam veniremus : Et cum veniremus juxta ms cum Maria Magdalena deliberavi quod per viam adjacentis plateæ circa quendam fontem circuiremus, quatenus illi obviaremus. Et cum venissemus juxta ¹³⁶ Inclinans se ad me, dicebat, Ave Mater, ac sidiceret ms se inclinabat ad me, ac si diceret ¹⁴⁸ Mutimodi beneticiis mihi impensis et ms multimodis beneficiis, et ¹⁴⁹ Paupertatis abjectione ms paupertate et abjectione ¹⁵⁰ Sequi non dedignaris nec vereris mssequi non vereris ¹³⁷ Contempto i habeamur ms contemptui simus ¹⁴⁶ Morticina proitcicbantur ms Horsticinia excoriabantur ¹³⁹ Tunc plene sanvuis ms omititi, plene sanguis

A quid fies? (ibid., 28,31). Vel i viridi ligno, hoc est in me, in arido, hoc est in aliis sanctis meis, quid ¹²⁰ fiet? Ducebantur et alii duo nequam cum eo, ni crucifigerentur (ibid., 22). Hoc fecerunt ad majorem ¹³¹ confusionem.

CAPUT IX.

De Christi et metris hypapante.

Cum autem educeretur filius meus principalis, cum duobus sceleratis extra portam civitatis, cum ingenti pressura irruentis populi et insultantis 189. volui cam sequi et videre, sed non potai præ maxima multitudine populi, que ad opprobrium filii mei convenerat. Sed tandem cum Maria Magdalena deliberavi qued per viam adjacentis plateæ circa quemdam fontem circuiremus, quatenus illi obviaremus. Et cum venissemus juxta 183 fontem, obvium habuimus meum filium deformatum, pressum omni dolore; qui benigne inclinabat se ad me, ac si diceret 134, Grates tibi refero, electa mater mea, pro multimodis beneficiis mihi impensis 188, et pro multo labore quo in summa paupertate et abjectione 136 enptrivisti templum corporis mei, et nunc in destructione constitutum inter contumelias et opprobria sequi non dedignaris nec vereris 1864, quamvis omnibus contemptui habeamur 187

CAPUT X.

De crucifizione, et crucis erectione.

At postquam venerunt in locum Calvarize, ibi cum crucifixerunt, et latrones cum eo, unum a dextris, et alium a sinistris (Marc. xv, 27).

Ansalaus. Quomodo fecerunt ei?

MARIA. Audi, Anselme, quod modo referam nimis est lamentibile, et nullus evangelistarum scribit. Cum venissent ad locum Calvariæ ignominiosissimum, ubi canes et alia morticina ¹⁵⁰ projiciebantur, nudaverunt Jesum unicum filium meum totaliter vestibus suis, et ego examinis facta fui; tamen velamen capitis mei accipiens circumligavi lumbia suis. Post hoc deposuerunt crucem super terram, et eum desuper extenderunt, et incutiebant primo unum clavum adeo spissum quod tunc sanguis ¹⁵⁰, noa potuit emanare ita vuluus clavo replebatur. brachium filii mei Jesu, et clavum secundum ei incusserunt 141. Postea pedes funibus traxerunt, et clavum aeutissimum incutiebant, et adeo tensus fuit ut omnia 162 ossa sua et membra apparerent. ita ut impleretur illud 148. Psalmi : Dinumeraverunt omnia ossa mea (Psal. xxi, 18). Et tunc im. pleta fuit prophetia ipsius David, id est ipsius Christi, dicentis in psalmo : Audi 144 filia, et vide (Psal. XLIV, 11). Quasi dicerct filins meus : Audi, charissima mater mea, sonum malleorum, et vide qualiter manus meas et pedes meos confixerunt; et nomo 165 mihi compatitur, nisi tu sola mater mea electa. Audi filia, et compatere milii. Ilæc 108 audiens et videns, gladius Simeonis cor meum et animam meam transfixit. Post hæc erexerunt eum cum 167 B magno labore, et fuit adeo alte suspensus quod ejus piedes nusquam attingere poteram. Et cum erectus luisset, tunc propter ponderositatem corporis omnia vulnera 160 lacerata sunt et aperta, et tunc primo sanguis de manibus et pedibus copiosius emanavit. Ego autem induta fui quadam veste, qua mulieres regionis illius uti solent, qua tegitur caput et totum corpus, et est quasi linteum ; et fuit ista vestis tota respersa sanguine.

CAPUT XI.

De Christi in cruce opprobriis. Anselnes. Quid factum est post hæc?

MARIA. Postquam crucifixerunt filium meum, diviserunt sibi vestimenta sua, et mittebant sortem super vestem inconsulilem, at impleretur quod diclum est per prophetam : Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes observabant eum (Matth. xxvii, 35, 36). Et scripsit Pilatus super caput ejus litteris Hebraicis, Græcis et Latinis : Jesus Nazarenus rex Judæorum. Tunc Judzi rogabant Pilatum, ut non scriberet : Rex Judæorum. Sed quia dixit : Rex Judæorum. Pilatus respondit : Quod scripsi, scripsi (Joan. x1x, 19 22). Prætereuntes antem blasphemabant eum, moventes capita sua, et dicentes : Vah! qui destruis templum Dei, et post triduum reædificas 169 illnd, salva temetipsum; si Filius Dei es, descende nunc de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus dicebant : Alios salvos fecit; D se ipsum non potest salvum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credimus ei. Confidit in

Acceperunt postea funes et traxerunt aliud 100 Å Deo, liberet eum nunc, st rult; dixit enim. Quia brachium filii mei Jesu, et clavum secundum ei in- Filius Dei sum (Matth. xxvn, 59-43.)

CAPUT XII

De Verbis Christi in cruce.

ANSELNUS. Quid ad hujusmodi insultus respondit filius 176 tuus?

MARIA. Dilectus meas oravit pro eis, dicens 171 : Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt (Luc. xxiii, 34). Et stabat populus exspectans, et deridebat eum. Tunc matri potuit dicere : Audi 172 filia, et vide (Psal. XLIV, 11), audi voces blasphemantium Alium tuum, et vide dolorem meum. Scis enim quod de Spriritu sancto concepisti me, et quod virgo genuisti me, et qualiter aluisti me 173. Unde ex quo isti non credunt in me, tu tamen crede in me, et compatere 174. Tunc Iterum gladius Simeonis animam pertransivit. Audiens hoc latro, qui a sinistris pendebat, insultabat ei, dicens : Si tu es Christus, salra temetipsum et nos. Respondens autem alter, qui a dextris pendebat, increpans eum, dixit : Neque 178 tu times Deum, qui in eadem damnatione es, et quidem nos juste, quia digna factis recipimus; hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesum : Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Jesus : Amen, amen dico tibi, hodie mecum eris su paradiso (Luc. xxIII, 59-43).

A. Quid fecisti tane, domina charissima?

M. Stabam juxta crucem tam plena mærore, quod consolationem ferre non poteram, et mecum stabant sorores meze, et Maria Magdalena. Et cum filius mens vidisset me et Joannem discipulum suum quem diligebat, dixit : Mulier, ecce filius tuns (Joan. xix, 25, 26). O quam miserabilis licentia! Deinde dixit discipulo 176 : Ecce mater tua (ibid., 27). Erat autem quasi hora sexta, et factæ sunt tenel ræ super universam terram, usque ad horam nonam. Et clamavit Jesus voce magna, dicens : Eli, Eli lamma sabbacthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, ul quid dereliquisti me? Quidam autem dicebant : Etiam vocat iste. Sine videamus si veniat Elias liberans eum (Malth. xxvii, 43-49). Postea sciens Jesus quia omnia consummata essent 177, dixit : Sitio (Joun. X1X, 28). Quid, Domine, sitis? Salutem peccatorum. Erat autem vas positum aceto plenum (ibid., 29), et currens unus, implens sponyiam aceto, et circumponens hastæ 178, dabat ei bibere (Marc. xv, 39), ut

VARIÆ LECTIONES.

¹⁶⁰ Traxerunt alind ms omit. aliud ¹⁶¹ Clavum secundum ei incusserunt ms similem clavum incusserunt ¹⁶¹ Pedes funlbus traxerunt, et clavum acutissimum incutiebant, et adeo tensus fuit quod omnia ms pedes etiam traxerunt, et clavos incutiebant, ita ut onnia ¹⁶³ Apparebant ita ut impleretur illud ms apparerent, juxta illud ¹⁶⁶ Prophetia ipsius David, id est ipsius Christi, dicentis im Psalmo : Audi ms Prophetia David : Audi ¹⁶⁹ Quia neuto ms et neuto ¹⁶⁶ Audi filia et vide, compatere mihi. Hæc ms audi filia, et compatere. Hæc ¹⁶⁷ Crucein cum ms eum cum ¹⁶⁶ Corporis vulnera ms cor poris omnia vulnera ¹⁶⁹ Qui destruit... reædificat ms qui destruis... reædificas ¹⁷⁹ Respondet filius ¹⁷³ Dilectus meus oravit pro eis, dicens ms hæc omitit ¹⁷⁴ Dicere illud Psalmi : Audi ms dicere : Audi ¹⁷³ Aluisti me ms abluisti me ¹⁷⁴ Crede in me et compatere ms crede quia filius D.u fum, lu taluen compatere s ¹⁷⁸ Respondens autem alter, quia a dextris pendebat, increpans eum dixit; Neque ms respondebat autem alius, et dicebat increpans eum; Neque ¹⁷⁶ Dicit discipulo ms dixit discipule ¹⁷⁶ Ilastæ ms catamo **285**

citius moreretur. El cum gustabat, dixit 179 : Con- A eo. Ad Jesum autem cum venissent, et inrenissent 189 summatum est (Joan. x1x, 30.) eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed

CAPUT XIII.

De Christi morte, et eam consecutis mirabilibus.

Et post hoc dixit : Pater, in manus tuas commendo spiritum meum (Luc. xxIII, 46). In hac commendatione cum hostia sanguinis 180 commendabat Christus Deo Patri matrem dulcissimam, quæ scrinium est et purissimum habitaculum sancti 181 Spiritus, una cum omnibus qui de Spirita sancto victuri sunt usque in finem sæculi. Et post sea hæc inclinato capile tradidit spiritum (Joan. x1x, 30). Tunc velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum, el terra mota est, el petræ scissæ sunt, et maxime illa petra, in qua stetit crux, scissa fuit, ita ut manus imponi posset 189, et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierunt, surrexerunt, et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. Centurio autem et qui cum eo erant, custodientes Jesum; viso terræ motu et his quæ fiebant, timuerunt valde (Matth. xxvii, \$1-54), et ipse centurio, glorificavit Deum, dicens : Vere Filius Dei erat iste 144 (Luc. XXIII, 47). Ecce quomodo omnia elementa Christo compatiebantur; soli autem Judzei indurati fuerunt. Et omnes qui simul aderant ad spectaculum istud, videntes 188 quæ fiebant, pectora sua percuiientes revertebantur. Stabant autem omnes noti ejus de longe, et mulieres quæ secutæ sunt cum 186 a Galilæa, hæc videntes (ibid. 48,49) C

CAPUT XIV.

Luctus matris pro filii morte.

ANSELMUS. Charissima domina, habuit adhuc nnem dolor tuus?

MARIA. Non, Anselme, quia nondum plene prophetia Simeonis impleta erat, et ¹⁸⁷ tuam ipsius animam pertransibit gladius (Luc. 11, 35). Audi ergo quod super onnia est lamentabile. Judæi ergo (quoniam parasceve erat) rogabant ut non remanerent in cruce corpora sabbato. Erat enim magnus dies ille sabbati, rogabant Pilatum ut frangerentur eorum crura, et tollerentur. Venerunt ergo ¹⁹⁵ milites, et primi fregerunt crura, et alterius qui crucifiaus erat cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, et inrenissent ¹⁵⁹ eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua (Joan. x1x, 51-34). Cumque hoc viderem, quod talem crudelitatem in jam mortuum exercerent, et examinis facta fui ¹⁵⁰, et tunc vere impleta est prophetia Simeonis, quæ dicit : Et tuam ipsius, etc. Et tunc cæpi clamare, et ejulare; sed jam omnino lacrymæ in me defererunt; tantum fleveram nocte præterita et die llta; et dicebam : Eia, dulcissime fili mi, ubi est nunc consolatio quam semper in te babui? Quis mihi det ut ego moriar pro te, fili mi Jesu? His, et allis similibus, dulcissiuri unici filii mei mortem deplanxi.

CAPUT XV.

De animæ Christi ad limbum descensu.

Tunc magnum gaudium fuit factum in limbo, quando anima Christi in ipsum descendit, et patres inde liberavit, et limbum destruxit, et infernum obstruxit, ita quod nullus Christianus illuc venire poterit nisi proprio suo arbitrio, nec aliquis eorum, qui intus sunt, ante diem judicii exire poterit. Tribus autem vectibus infernum obstruxit. Et hæc est ratio, quia ante mortem suam nulli habere potuerunt contritionem, coufessionem, vel satisfactionem¹⁹¹.

CAPUT XVI.

De corporis Christi depositione de cruce, ac sepultura.

Anselmus. Quid factum fuit post hæo?

MANIA. Post hæc rogavit Pilatum Joseph ab Arimethæa, ut tolleret corpus Jesu (Joan. XIX, 38), dicens inter elia : Domine, nisi corpus cito tradideris, honesta mulier, mater ipsius juvenis, moritur præ dolore. Tunc Pilatus ¹⁹⁸ quæsivit si jam mortuus esset, et expertus a centurione ¹⁹⁹ de omnibus quæ ibi acciderant, jussit dari corpus Jesu (Marc. XV, 47). Et venit Joseph, et tulit corpus Jesu (Marc. XV, 47). Et venit Joseph, et tulit corpus Jesu ¹⁹⁶. Nota ho^{*}, Anselme, quod multum ¹⁹³ est lamentabile. Dum Joseph corpus deponeret, ego staham juxta crueem sursum respiciens. Exspectaham quando brachium solveretur, ut tangerem et deoscularer, sicut et feci ; et cum depositus esset de cruce, posuerunt.¹⁹⁹

VARIÆ LECTIONES.

¹⁷⁹ Et cum gustasset, dixit ms et cum accepisset acetam, dixit ¹⁸⁰ Cum hostia sanguinis ms hæc omit. ¹⁸¹ Matrem dulcissimam quæ scrinium est et purissimum habitaculum sancti ms dilectissimam matrem suam, strenoum et serenissimum et purissimum receptaculum sancti ¹⁸⁵ Et post ms et post hæc ¹⁸⁹ Potuissent, et ms posset, et ¹⁸⁴ Hic homo justus erat. ms Filius Dei erat iste ¹⁸⁶ Istud ex eis, videntes ms ejus videntes ¹⁸⁶ erant cum ms sunt eum ¹⁸⁷ Impleta fuit, scilicet et ms impleta erat; et ¹⁸⁸ Veneruat autem ms venerunt ergo ¹³⁹ Viderent eum ms invenissent eum ¹⁸⁰ Quasi examinis jam facta fui ms examinis facta fui ¹⁹¹ Vectibns infernum ob struxit. Et hæc est ratio, quia ante mortem suam nullam habuerunt contritionem, confessionem, vel satisfactionem : quæ nullus ante Passionem Christi babero potuit, scilicet contritionem, confessionem, satisfactionem. ms noctibus infernum obstruxit : quia nullam habuerunt sortiur præ dolore. Pilatus, etc. ms pulcherrimæm Dominam perdemus matrem juvenis qui occisus est, quæ tantum dolorem ostendit, quod tantum ei compatimer, quantum si omnium nostrum unicus esset. Tunc Pilatus, etc. ¹⁹⁸ Expertus a Centurione de ms expeditus de ¹⁹⁴ Et venit Joseph, et tulit corpus Jesu ms omititi ¹⁹⁵ Expertus a Centurione de ms expeditus de ¹⁹⁴ Et venit Joseph, et tulit corpus Jesu ms omititi ¹⁹⁵ Expertus a Centurione de ms expeditus de ¹⁹⁴ Et venit Joseph, et tulit corpus Jesu ms omititi ¹⁹⁵ Expertus a Centurione de ms expeditus de ¹⁹⁴ Et venit Joseph, et tulit corpus Jesu ms omititi ¹⁹⁵ Expertus a Centurione de ms expeditus de ¹⁹⁴ Et venit Joseph, et tulit corpus Jesu ms omititi ¹⁹⁵ Expertus a Centurione de ms expeditus de ¹⁹⁴ Et venit Joseph, et tulit corpus Jesu ms omititi ¹⁹⁵ Expertus a Centurione de ms expeditus de ¹⁹⁴ Et venit Joseph, et tulit corpus Jesu ms omititi ¹⁹⁵ Expertus a Centurione de ms expeditus de ¹⁹⁶ Et cum depositus esset de Cruce, posuerunt ms. Ego stabam juxta Crucem sursum respieiens. Et cum dep

euni super terrum bone ad tres passus de loco crucis. A me Joannes ad civitatem ducere vulet, et a se-Et ego caput ejus in sinum meam recipions amarissime flere cœpi, dicens : Ileu ! dulcissime fili, qualem consolutionem habea 197 quæ mortuum filium coram 198 me video. Tunc accurrens Joannes evangelista cecidit super pectus Jesu, plorans et dicens : Heu, heu, de isto pectore heri potabam dulcia verba, hodie 199 tristia et lamentabilia. Tunc Petrus advenit; et quod ipsum 100 negaverat, amarissime flere cœpit; tunc Maria Magdalena plus omnibus flere coepit super Dominum soum, dicens : Quis mibi modo peccata dimittet? Quis me modo excusabit apud Simonem, et apud sororem meam? Venit ctiam Jacobus, qui frater filii mei appellatus est 201. qui simillimus illi erat 200, et cum multis lacrymis n hoc dicebat : Heu ! Domine, et magister *** die præterita, hæc facies amantissima erat mihi simillima 20%. Heu! modo apparet multum dissimilis ***: Tuæ manus, et pedes tui clavis 106 sunt confixi; corpus vero undique vulneratum apparet a planta pedis usque ad verticem ; meum autem apparet ex toto illæsum."". Juravit quod nec sos cibum nec potum sumpturus esset, quousque ad similitudinem sui conformaretur. Tunc cæteri sos discipuli accurrebant et lamentabantur super cum \$10; et filius \$11 meus ad consolationem meam et discipulorum glorificatus fuit ibi coram suis "" : ita quod nulla plaga aut livor in corpore suo apparuit præter quinque vulnerum cicatrices, quas reservaturus est usque in diem judicii, et adeo sanus apparuit 118 in corpore ac si c nunquam passus fuisset. De quo ego et discipuli immensam consolationem recepimus. Et cum eu.u s pelire velient ***, cum magno mærore corpus for-Lissime Lenui et sepeliri vix permisi, dicens : Charissime Joannes, relingue mihi mortuum filjum meum, quem non potui habere vivum. Sed si necesse est ut hoe facias, rogo te ut me cum ipso sepellas. Joannes respondit : Scis, domina charissima, quod aliter esse non potuit, et genus humanum sic redimi debuit. Tandem invita permisi ut sepeliretur; et cum in sepulcrum positus fuisset, ad eum intrare volui, et super sepulcrum me projeci, et adeo miserabiliter egi quod \$18 omnes fleverunt. Et cum

pulcro amovere, lacrymans rogavi ; Charissime Joannes *16, non facias mihi hanc injuriam *17, ut me separes *18 a dulcissimo filio meo Jesu, quoniam hic exspectabo donec ^{\$19} moriar; et iterum omnes fleverunt. Joannes vero me tandem accipiens et quasi violenter deducens in *** civitatem introduxit. Populus autem me videns indutam vestem aspersam sanguine, sicut ante Jesum steteram, et sanguis cjus super me stillaverat, unanimiter clamabant gementes : O quanta injuria facta est hodie in Hierusalem in ista pulcherrina domina, et filio suo ses, et compatiebantur mihi. Judzi *** autem propter invidiam recluserunt Joseph vivum in muro, quia Christum sepelivit; uxor autem ejus locum filio ejus Josepho post ostendit ***. Tandem post annos quadraginta venerunt Titus et Vespasianus, Hierusam destruentes ***, et Joseph vivum in muro invenerunt ***. Et sicut Judzei Christum pro triginta denariis emerunt, ita triginta Judzeos pro uno denario vendiderunt ***.

lleu sponsa mea dilecta cerne meas Quas pro te suffero pœnas. Ferre non expavi Quod agunt crux, lancea, clavi. Fel ego degustavi, Quia te vehementer amavi. Tu mihi redde vicem, Tu quoque tolle crucem. Vide me nudum, Verberibus laceratum, In medio latronum Cruci ignominiosæ clavis ferreis affixum, Aceto in cruce potatum, Post mortem lancea latus vulneratum.

Ad hoc anima dixit : Ecce vox sanguinis sponsi mei Jesu dilecti clamat ad me de cruçe : O sponsa mea unica, vide dolorem moum. Ad hoc sponsa . Jesu, mi dilecte, factus es pro me opprobrium hominum, qui est Dominus angelorum. Attende, o anima, iste est dilectus tuus, cujus pedes pallidos clavo perfossos, sanguine perfusos intueris. Vide non sine amaro planctu et lacrymis, non positum suaviter, sed distentum crudeliter in ligno duro corpus Jesu d li-

VARIÆ LECTIONES.

¹⁹⁷ Consolationem de te habeo *ms omit*. de te coram ¹⁹⁹ Dulcia hodie *ms* dulcia verba, hodie mei appellatus est ¹⁹³ Sibi erat *ms* illi erat ¹⁹⁶ Heu Domine *ms* heu Domine, et magister ¹⁹⁴ Heu, Domine, talem gratiam mihi indigno præ cæteris contulisti quia dulcissima facies tua erat mihi simillima ms heu. Do-mine et Magister, die præterita, hæc facies amantissima mihi erat consimillima ^{sos} lleu modo apparet vultus mihi dissimilis. ms modo apparet multum dissimilis ^{soo} Pedes clavis ms pedes tui clavis ^{sor} Vulneratum : meum autem corpus vero undique apparet ex toto illæssm. ms Vulneratum apparet a planta pedis usque ad verticem : meum autem econtrario *** Juravitque quod nunquam ms juravit quod nec *** Cæteri ³¹⁹ Lamentantes super eum ms et lamentabantur super eum ³¹¹ Tuuc filius ms bis ms coram suis ³¹⁸ Sanus apparuit ms sanus et clarus apparuit ³¹⁴ Sepelire t ³¹⁵ Egi, quod ms incessi, quod ³¹⁶ Lacrymans rogavi : Chare Johannes ms omnes ms omit. omnes ohines ms omit, ohines ct filius ³¹⁸ Coram nobis ms coram suis ⁵¹³ Sanus apparuit ms sanus et clarus apparuit vellem ms sepelire vellent ³¹⁴ Egi, quod ms incessi, quod ³¹⁶ Lacrymans rogavi : Chare ideo miserabiliter clamavi : Johannes charissime ³¹⁷ Hihi injuriam ms mihi hanc injuriam *14 Sepelire *18 Me separarem ms me separes "" Expectare vellem donec ms exspectabo donec *** Tandem in ms tandem me accipiens et quasi violenter deducens in ²²¹ A. ista Domina et filio suo ms ista pulcherrima Domina et Filio ejus ²²³ Nobis. Judzei ms mihi. Judzei ²³³ Filio ejus Josepho post estendit ms filiis Joseph estendit ²³⁴ Hie-rusalem destrucntes ms Hierusalem destrucerunt ²³⁶ De muro excluserunt ms in muro invenerunt *** Vendiderunt. Explicit hic in editis : at in ms Thu. 519 hac nullo interjecto spatio subsequenter

amanda dignatio ! O Jesu mi dilecte, et Deus immensæ gloriosæ, vermis contemptibilis propter me fieri non despexisti ! O speculum ! O claritas angelorum! Ascendisti arborem crucis, et extendens

catum. O te, Jesu salus omnium ! O admiranda et A manus ac membra tua in ejus ramis effudisti floridum sanguinem per radices tui corporis. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo (Psal. cxv, 12, 13). Deo Gratias 297.

VARIÆ LECTIONES.

^{\$57} Hen sponsa mea dilecta cerne meas Quas pro te suffero pœnas. Ferre non expavi Quod agunt crux, lancea, clavi. Fel ego degustavi, Quia le vehementer amavi. Tu mihi redde vicem, Tu quoque tolle Crucem. Vides me nudum. Verberibus laceratum, In medio latronnm, Cruci ignominiosæ clavis ferreis affixum, Aceto in cruce potatum, Post mortem lancea latus vulneratum.

Ad hoc anima dixit: Ecce vox sanguinis sponsi mei Jesu dilecti clamat ad me de Cruce. O sponsa mea unica. vide dolorem meum. Ad hoc sponsa, Jesu, mihi dilecte, factus es pro nic opprobrium hominum. Qui est Dominus angelorum, attende, o anima mea, iste est dilectus tuus, cujus pedes pallidos, clavo perfossos, sanguine perfusos intueris. Vide non sine amaro planctu et lacrymis, non positium suaviter, sed distention crudeliter in ligno duro corpus Jesu delicatum. O te Jesu salus omnium i o admiranda et amanda dignatio ! O Jesu, mi dilecte, et Deus immensæ gloriæ. Vermis contemptibilis propter me fieri non despexisti. O speculum, o claritas angelorum ! Ascendisti arborem crucis, et extendens manus ac membra tua in cjus ramis elludisti floridum sanguinem per radices tui corporis. Quid retribuam Domino pro onunibus que retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo (Psal. cxv, 12,13). Deo gratias. Explicit narratio Beatæ Virginis Mariæ, de Passione Domini ad B. Anselmum.

DE MENSUBATIONE CRUCIS

LIBER

In illud Christi : Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam guotidie, et seguatur me (Lucæ 1x, 23)

Quoniam jubente filio tuo Christo : Perfecti estote, B sicut et Pater vester cælestis perfectus est (Matth. v, 48) : et Apostolo exhortante ut ad perfectionem feramur, omnibus modis ad perfectionem vitæ tendere debemus; tendentes autem sine ductore, errare possumus; optime consulit nobis in eo bonitas tua, Deus meus, qui eumdem unicum tuum nobis in ductorem tradere dignatus es, ut nobis factis et verbis viam veritatis ostenderet ac doceret. Cui etenim ut cum confidenter sequeremur perfectionis testimonium perhibuisti, dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complucui, ipsum audite (Matth. 1v11, 5). Ipse igitur, ut faceret voluntatem tuam, quoddam compendium viæ perfectionis brevibus sub verbis, sed plurimum ponderosis, nobis ostendit dice is : Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et sollat crucem snam, et seguatur me. In quibus. verbis ostendit paucitatem perfectorum libertate arbitrii eum sequi volentium ; ipse tamen vult noster esse ductor, initium viæ perfectionis, medium et finis, et qua intentione sit ambulandum. Singula autem in suis locis patebunt.

CAPUT PRIMUM.

Expenduntur primæ particulæ, Si quis, ubi de radicibus et remediis pusillanimitatis.

Paucitatem perfectorum innuis, Domíne, in eo quod dicis : Si quis, quasi aliquis ex multis vult post me venire. Et quare hoc, Deus meus, nisi ex quodam torpore et pusillanimitate nimia, eo quod plerique animum suum ad tendendum sursum cogere nolunt, et perfectam viam attentare non audent. Nascitur autem pusillanimitas ctiam nimio timore, maxime propter peccata prælerita, et quod minus propria respiciunt merita, propter utilitatem ; quod nimis timent impedimenta, et quod statim non sentiant se proficere, inter quotidianos lapsus, et quod tuam minus consideraut bonitatem. Ista etiam sæpe multos repellunt ne audeant attentare viant perfectam, imo et ipsos incipientes sæpe in tantum dejiciant ut procedere se posse desperent. Sed primum, scilicet nimius timor propter peccata præterita non debet nos impedire, quia si bene co utimur, omnia computantur nobis in bonum prædicandi nimiam bonitatem tuam, cognoscendi te, atque

liter tria damna sunt in peccatis, scilicet quod in eis meremur pænam æternam, demeremur æternam beatitudinem, tempus (quod pessimum est) sine amore et laude nostri Creatoris expendimus. Prima duo pertinent ad hominem; tertium vero ad tuum dannum pertinere videtur, Deus meus. Cum ergo ex indebita et nimia misericordia tua jam morti nos deputatos revocare digneris ad vitam tuam, tam fideliter ad te deberemus converti ut damna nostra dissimularemus, et modis omnibus instare, ut laudem tuam, quam negleximus, saltem in aliquo residuo nostri temporis suppleremus. Quantum est, Domine, dissimulare timorem pœnæ propter amorem tuum? At cur propter desiderium. beatitudinis nostræ minueremus famam laudis tuæ, B cum cam pati æternaliter meruissemus, etiam propter furorem tunm? Primum quæremus te laudare, qui es regnum Dei, ut dicis in Evangelio : Regnum Dei intra vos est (Luc. xvii, 21); et : Hoc adjicietur vobis ex superabundanti (Luc. x11, 31). Da nobis, Domine, charitatem non quærentem quæ sua sunt (I Cor. xiii, 5), sed quæ tua sunt, ut non cogat timor pænæ tibi servire pro peccatis, vel amor nostræ beatitudinis pro mercede, quia tempus et vires non sufficiunt nobis ad laudandum te, cujus bonitas exsuperat omnem sensum et sic pusillanimitatem timor non incutiet peccatorum. Terret ctiam nos quandoque nostrorum parvitas meritorum, ne ad persectionem vitæ tendere audeamus, quia ad eam promerendum non sufficient. Sed huic objicitur quia tu, Domine, jussisti nos emere, et adjunxisti quia gratis entere debemus. Dixisti enim : Sitientes, venile ad aquas (Isai. Lv, 1). Quid est, Domine, quo vinum fervoris in laude tua et lac mundæ conscientiæ absque ulla commutatione debemus emere, nisi quod tibi sufficit, quantumcunque parum sit, quod habemus tibi dare; imo et hoc ipsum quod damus tuum est? Inducit etiam pusillanimitatem quod indignos nos videinas, eo quod petimus : quod utrique verum est; quia si homo mille annis serviret Deo etlam ferventissime, non mereretur ex condigno dimidiam diem esse in regno cœlorum. Sed, Domine, non debemus considerare tantum nostram utilitatem, sed tuam laudem, cujus bonitas exsuperat om- D nem intellectum. Pusillanimes etiam facit nos quia nimia Impedimenta nostra videmus. Sed, Domine, si audacter te segui proponimus, pro certo habere debemus quod aufers quidquid nos retardat a laude tua. Quidquid enim non aufers secundum tuam voluntatem, libenter portare debemus. Stultitia enim nostra sæpe putat ea esse impedimenta quæ tua occulta sapientia ad nostrum ordinavit profectum. Quinto, terret quod non statim sentimus nos proficere, sed Domine, sæpe differs quod petitur, ut excites magis appetitum; non differs quod nolis dare, sed ut aucto desiderio abundantius possis dare. Sextum, quod retrahit nos, sunt quotidiani nostri defectus. Sed contra hoc est remedium, ut semper

amandi et laudandi. Notandum vero quod principa- A deputemus aliquam horam diei ad examinandum nos qualiter habeamus nos in interioribus et exterioribus, et quidquid invenimus quod nobis sit utile ad profectum, ad hoc firmissime laborare proponamus, et defectus quoscunque rejicere studeamus. Non autem terreat nos si forte nonnunquam aligua die contra propositum faciamus, qua non minus proponamus, quia longe facilius redit ad te, qui ex infirmitate facit contra propositum quam qui statum suum dissimulans se non proposuit emendare; imo quandoque major est ei pœna quam culpa, et bonitas tua malis nostris novit bene uti, sæpe faciens defectus nostros ad augmentum humilitatis processe, ut verum sit quod septies in die radit justus, et fortior resurgit (Pror. xxiv, 16). Septimo, pusillanimes nos facit, quod tuam non perpendimus bonitatem. Cum enim tibi orando loquimur, non deberemus te cogitare quasi durum ad exaudiendum, sed patrem benignissimum, qui otiam antequam oramus scis quid sit necesse nobis, et ex naturali bonitate tua in infinitum pronior es ad exaudiendum, quantum in te est, quam nos avidi ad rogandum. Da, dulcissime Domine, ut non simus pusillanimes, sed magnamini in infirmitatibus nostris; nos dejicere contendentibus medicinam tuarum gratiarum apponentes, non pusillanimes, sed magnamini te sequi firmiter proponamus, maxime si non est in nobis tanta fortitudo quod post te gigantem, qui exsultasti ad currendam viam (Psal. xvin, 6), currere possumus; hoc tamen remedium habemus, quod post le clamare possumus : Trahe nos post le (Cant. 1, 2), et clamorem nostrum audiat et exaudiat auris tua.

. CAPUT II.

De libertate, et ejus illicibus ad perfectionem ; expositio particulæ vult, in proposita Christi senientia.

Secundo innuis libertatem arbitrii segui volentium in via perfectionis, cum dicis : Si quis vult; quia hoc relinquis bominum voluntati; sed nunquid potestati? Non. Sed potestatem tibi, Domine, reservasti, cum omnis potestas a Deo sit (Rom. x11). Cur ergo causabitur homo contra te, si te sequi vult, et non potest? Certe ideo quod non te sequitur, quia licet non possil per se, lamen per le, qui non ideo reservasti libi potestatem nostri profectus, ut non possimus, qui omnia opera nostra operaris, sed ut magis admiremur et laudemus abyssum bonitatis tuz, quod eadem quæ tu facis in nobis, grata tibi sint et accepta, et judicas ea digna mercede, ita quod etiam calicem aqua frigida non dimittis absque mercede (Matth. x, 42); et eo ipso nostram alicujus voluntatem, quam adeo liberam propter tui similitudinem fecisti, ut cogi non possit. Multis etiam aliis modis ad viam veritatis et perfectionis nos allicere studuisti. Unde hoc merebamur, Domine, ut ad nos descenderes, et humaultatem nostram tam mirabiliter unires, et in ea tam humiliter cum homine conversareris, nisi quod nos ad perfectionem tui amoris sic

provocare volebas, ut dum visibiliter Deum cogno- A ut reficiat ne deficiant. Tandem assumet ad requiem. scimus, per hunc in invisibilium amorem rapiamur. Quis ergo home dignus erat ut Filius Dei mortem pro eo pateretur? Aut quis unquam meruit tuo corpore et sanguine refici, nisi quod tu, Deus meus, in hoc ostendisti aviditatem amoris tui circa nos, ut saltem ex multitudine et magnitudine tam mirabilium beneficiorum tuorum ad mutuam dilectionem accenderes cor nostrum, et in captivitatem amoris tui redigeres? Innumerabilia nimis sunt beneficia tua, Domine, quibus voluntatem nostram excitas, ut perfecte et ardenter te sequi velimus, maxime autem quæ provocaret; imo, si sic dicere liceret, cogeret voluntatem nostram tuæ consideratio bonitatis, cx qua omnia bona creata procedunt. Quia autem pauca B expertus est, et nondum exercitatus dete, qui spiritus es, spiritualiter cogitare voluerit, sic meditari de te poterit inchoare. Primo assumat in mentem suam aliquam animam virtutibus perfectam, et de illa ita specialiter cogitet, quasi nulli corpori sit conjuncta. Imaginetur autem in illa omnem perfectionem virtutum, quæ unquam de aliqua anima poterit cogitari, scilicet quam bona, quam dulcis, quam patiens, quam misericors, quam sapiens, quam charitativa, quam fidelis, quam pia, quam justa, quam vera, quam humilis, etc. Cum autem circa animam talia cogitaverit, cogitet quod hæc anima est similis creatori in virtutibus qui eam in similitudinem suam fecit, et postea transferat se ad Creatorem, ut omnia quæ in anima profecta poterunt inveniri, in Creatore in- C finita cogitet et immenso, et ea ipsa naturam suam esse, et sic quodam modo invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, conspiciat intellecta (Rom. 1, 20). Hic est quidem initialis modus cogitandi de te, Domine, quem qui sollicite seguitur meditando te, intrabit fontem vivum et dulcedinem tuæ naturæ, quæ quanto major est onmibus beneficiis tuis, tanto magis afficit nostram voluntatem, ut sequamur ardenter Jesum flium tuum ad laudem bonitatis tuæ nos informantem.

CAPUT III.

De sequentibus particulis, venire post me.

Tertio enim se dedit nostrum ductorem et instructorem, cum subdit : Venite post me. Quantumcunque curramus ferventer sequendo, nullus præcedit tc, et D Quod non simus nostri, sed Dei; ad illud, abnoget nullus vadit juxta te : Omnes nos oportet ire post te, quia tu es primogenitus in multis fratribus (Rom. vm, 29). Primo dicis, Domine, discipulis : Venite, et videte (Joan. 1, 39). Postea dicis, Venite post me, ut quod in te viderunt imitentur. Deinde dicis : Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos (Matth. x1, 28), etc., ut jugum tuum suave, el onus tuum leve (ibid., 30), quod qui susceperint hilariter possint portare ad gloriam Patris tui. Tandem dicis : Venite, benedicti Patris mei; percipite reqnum (Matth. xxv, 34). Sic, Domine, iste est fidelissimus legatus tuus, qui primo ponit se nobis in exemplum, cum dicit : Venite et videte; et postea invitat ad veniendum post se. Venientes ad se vocat,

ubi tamen requiem non habebimus nocte ac die. dicentes : Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth (Isai. v1, 3). Ibi absterges, Domine, omnem lacrymam ab oculis dilectorum tuorum, quoniam non erit amplius mors ultra, neque luctus (Apoc. xx1, 4), etc. Sed, Domine, quomodo istud possit esse, non bene potest comprehendere anima mea, quæ aliquo modo experta est quanta sit afflictio noscere te et non posse laudare le, cum et ipsa afflictionem generet propter gratitudinem, quod licet ei affligi, pro eo quod non potest laudare te, imo omnia quæ unquam ad laudem tuam cogitare, loqui, vel agere potest, afflictionem ei generant, quia his indignam se putat, et quia tibi in nullo poterit respondere. Si ergo anima incarcerata, in umbris collocata, sic insatiabiliter affligitur pro laude tua, quomodo satiabitur cum in meridie apparuerit ei bonitas tua, cum utique videat ad plenum eam non posse laudari. Si forte dicis mihi, Domine, quod hoc erit maximum gaudium ejus, quod perfecte cognoscet honitatem tuam, et illam tam immensam, quod eam non poterit aligua creatura plene laudare. Verum credo quod de bonitatis tuæ immensitate gandebit; tamen adhuc pænitet eam perfecte non posse laudare, nisi aliquo modo vulnera ejus alligarentur, et percussuræ plagæ ejas sanarontur, quia tunc primum oleum additum esset camino. Unde si placet tibi, Domine, cro.jo quod etiam pœna et affictio laudis tuæ, quam habet hic anima, ibi satiabitur et alligabitur palo laudis. cum tu qui reples in bonis desiderium nostrum (Psal. cn, 5), tantum dederis te laudare quantum desideramus, imo longe supra desideratum. Sie enim dixisti : Quia vos plorabilis el flebilis nunc, mundus autem gaudebit. Tristitia vestra vertetur in gaudium (Joan. xvi, 20). Sanata autem pœna, quam hic habuit, et impleto quod hic desideravit, aliam pœnam pro majori laudatione ibi, sicut nec hic, a se habere non potest. Tu etiam non dabis ei, qui omnia disvonis in numero, pondere, et mensura (Sap. 11, 21). quia tunc non crit tempus flendi, sed ridendi, cum apparuerit nobis tuus unicus Filius, si volunuus post ipsum venire.

CAPUT IV.

semetiosum.

Quarto ergo ostendit nobis initium vize, qua debemus post Christum venire, cum dicit, abneget semetipsum. Qui ergo in via perfectionis vult sequi Christum Jesum, laboret primo ut abneget semetipsum. Merito ergo debemus nos abnegare, cum nibil juris habeamus in nobis. Sunt autem septem causa, quarum quælibet sufficeret hominem compellere ut fatestur in se nibil juris habere. Prima, quia tu, Domine, nos creasti; sicut ergo nihil in nobis boni est, quod tu non creaveris, ita dignum est quod omnia bona nostra sint tua, quæ nullo modo licct auferri a te Sancto sanctorum, ne sacrilegium committamus. Cur ergo non abnegaremus nos, qui

206

nostri non sumus? Nam quandocunque aliquid a A quan te, tantum de se reservet tibi, quanto melionobis abnegamus, nec hoc abnegatum propter te conferizous, sed aliunde quantumlibet etiam modico temporis spatio donamus, mox alienum invadimus. Sccunda causa est, quia nos æternæ morti deditos tua morte pretiosissima redemisti, pro omnibus mortuus es, ut qui virunt jam sibi non vivant, sed ei qui pro omnibus mortuus est (11 Cor. v, 15), ut dicit Vas tuum electum. Ergo sicut omnes et totos redemisti, sic et omnes et toti tui sint. Qui vult ergo salvus esse, restituat tibi illum pretiosissimum sauguinem quem pro eo fudisti. Tertia, quia nos ingratos omnibus bonis tuis et aversos a te propter peccata a diabolo defendisti, postquam a te nostro Domino recessimus turpiter et inique, sub tua protectione esse merito non deberemus. Sicque nos ho- B que communiter natura omnibus hominibus admistis sine defensione captivos habens ad suam voluntatem, debuisset in æterna supplicia demersisse, nisi tu ex superabundanti bonitate nos defendisses ab eo, et ad pœnitentiam reservasses, et propter hanc causam proprie sumus tui servi, quasi ab hoste servati. Similiter tui sunt quicunque per tuam gratiam laqueos diaboli evitaverint, et ideo tibi nihil auferri debet ex eo quod vel te dante non cecidit, vel si ceciderat est erectum. Quarta causa est, quia cum ælernam morten peccalis nostris meruissemus, tu nos reduxisti ad vitam, cam dimittendo. Cur ergo tibi non vivemus nos penitas abnegando, a quo habemus quod æternaliter mortui non simus? Quinta causa est, quod eadem bonitate qua nos creasti. etiam conservas, ne in nihilum redigamur. Quomodo C enim aliquo subsistere valeanus, nisi te conservante? Si ergo tu es vita nostra, nulli alii vivere debennus, sicut nullo alio subsistere valemus. Sexta causa est securitas; qui enim se totum abnegat, ut Deum habeat, qui sibi periit ut tibi valeat, qui sibi nihil est ut tibi aliquid sit; si nihil in se habet, nihil sui amittere timet, sed semper securus est te quod tuum est conservare. Si minentur ei pœnæ inferni, vel ignis purgatorius, parum timore eorum afficitur, quia cantabit vacuus coram latrone viator: et se non timet perdere qui se abnegat. Si cnim tu eum, qui tuus est, ad pœnas mittere velles, semper tamen de te in bonitate sentiret, paratus sustinere quod velles, nec diceret : Cur ita facis? Cui prædicta sententia non placet; at ei, Domine, se abnegare, ut intelligat. Septima vero causa deberet maxime nos urgere; scilicet ut tibi vices redderemus sive responderemus quia puer natus est nobis, et filius datus est nobis (Isai. 1x, 6); qui das quotidie te nobis in cibum, et tandem dabis te nobis in præmium, et in mercedem magnam nimis. Domine, quid dignum poterit esse tantis beneficiis tuis? Quid ad hoc dignum poterimus dare? An oportet aliquid præter id nos penitus abnegare et tibi dare, dulcissime Domine? Si unus homo esset tanti quanti omnes creaturæ, quas unquam fecisti, quantus esset, si daret se totum tibi, qui dedisti te totum nobis, cujus bonitas in infinitum proponderat? qui se putat meliorem

rem se putat quam tu. Propter hujusmodi causam dicis : Si quie rult renire post me, abneget semetipsum (Matth. xvi, 24) ! imo, Domine, jam cogor, dicere (salvo verbo tuo) quod nullus semetipsum valeat abnegare. Quomodo enim se abnegabit, qui nunquam aliquid juris in se habuit? Sed , Domine, in hoc verbo ostendis maximam gratitudinem tuam, ut hoc tanti æstimes ut quicunque in se sibi aliquid juris usurpaverat, ulterius se tibi rapere non attentet. Da mihi, Domine, ut me abnegan, imo ut reddam quod rapui violenter. Debemus autem secundum legem ablatum reddere in quadruplum (11 Reg. xii, 6), ut non solum nos, sed et nostra reddamus, scilicet naturalia, fortuita et gratuita. Naturalia sunt, nistrat; quædam in anima tantum, ut intellectus et affectus; quædam in corpore, mediante anima, et quinque sensus interiores. Reddamus ergo intelleclum, sed suum proprium relinquentes, qui nos multum a cognitione veritatis impendit. Quandiu enim homo sensu suo ita innititur ut ab eo recedere noluit, vix sensum alterius quantum cunque rationalem apprehendit. Faciendum igitur est secundum Apostolum : Quicunque inter vos sapiens esse vult, stultus fiat, ut sapiens sit (1 Cor. 111, 18) Si enim humiliter se stultum reputaret ad tempus, tunc veram sapientiam a te, sive a luis apprehendere te posset, quia ubi humilitas, ibi sapientia (Prov. н, 2). Paulus enim creditur didicisse Evangelium in illis tribus diebus, cum cæcus esset (Act. 1x, 9). Reddamus etiam affectum Deo, semper postponendo postram voluntatem voluntati divinæ, et maxime in oratione nostra, quia in omni oratione nostræ utilitati suam debemus præponere voluntatem, imo sua voluntas, si ea recte utimur, semper est nostra utilitas. Sæpe autem venit de proprio sensu quia non credimus Domini voluntatem esse quidquid circa nos contingit, et ita abutimur ca, minus grate suscipiendo, sicut dicit Augustinus (l. x Confes. vi, 26) : • Optimus ille tuus minister est qui non hoc a te audire desiderat quod ipse voluerit, sed hoc velle quod a te audiet. > Sed cum his duobus, scilicet intellectu et affectu, et quinque sensus exteriores reddamus, mortificando eos ab omnibus vanitatibus, et ad tuum obsequium convertendo, jam aliquantulum habemus de prima parte quam nobiscum abnegare debemus, scilicet de naturalibns bonis. Secunda pars sunt fortuita, quæ dicere possumus temporalia, et amicos. Hæc enim omnia calcanda sunt, ne impediant tuum amorem. (Minus cnim amat te, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat, ut dicit Augustinus. > Valde deberet homo indignari, diligere modica quem tantæ dignitatis fecisti, ut ei liceat te amare. Occultius autem nocet nimius amor amicorum quam temporalium, quia tegit 👀 velamine charitatis, ita quod sæpe putet homo charitatem esse quod dilectio est carnalis, quæ ita dulciter et suaviter mentem captivam tonet, quod ne-

postquam fuerit absolutus. Sic totum cor nostrum tuo debemus amori, ut quidquid de eo alteri damus, tibi subtrahamus? Necessarium ergo est ut omnia, quæ fortuna nobis offert diligenda, sive res temporales, sive amicos, propter te abnegemus. Tertia pars restitutionis sunt gratuita, scilicet virtutes, quas in fontem suum penitus refundere debemus, nihil ex his nobis ascribendo, sed tibi, a quo omne donum perfectum (Jac. 1, 17), pro eis grates referendo. Si omnia, quæ in his tribus, scilicet bonis naturalibus, fortuitis et gratuitis, inveniuntur, abnegamus, nos tibi quod frandavimus in quadrúplum restituimus, et hoc sit nobis initium vitæ perfectæ, sic nosmetipsos penitus abnegare.

CAPUT V.

Excutiuntur verba illa, tollat crucem suam.

Quinto consideratum est quale medium perfectionis sit nobis propositum, ut ambulemus per ipsum, scilicet ut crucem nostram tollamus. Crux autem a eruciatu dicitur. Domine, si crucem nostram tuum servitium dicerem, secundum opinionem eorum hoc intelligerem qui nesciunt quoniam jugum tuum suave est, et onus tuum leve (Matth. x1, 30), nec sentiunt quam bonus et quam suavis tuus sitspiritus in nobis. Dico autem crucem esse cruciatum cordis, quem de hoc habere debemus quod non sumus ita fideles et ferventes in omni servitio tuo et laude tua ut deberemus. Hæc crux habet longitudinem, latitudinem, sublimitatem, atque profundum. Debemus ergo habere cruciatum, eo quod non tantum humiliamur C at deberemus, et hoc est profundum crucis. Non tantum amanius et laudamus, quantum bonitas tua exigit, et hæc est sublimitas. Non sumus tam fideles ut deberemus, et hæc est latitudo. Quod non semper continuamus, nec laudem tuam copiose extollimus, nec ab infidelitate toto nisu desistimus; et bæc est longitudo. Ad profundum humilitatis cogit nos primo propria cognitio; satis enim est homini, ad humilitatem, cognoscere seipsum, maxime si recordamur iniquitatum nostrarum antiquarum, quia inique in conspectu tuo egimus, Deus meus, quia revera tam fidelis nobis es quod etiam in peccatis nobis existentibus peccata dimittere, et gratiani tuam tam abundanter, sicut vellemus, largiri es paratus. Quanto majora quis de te præsumit, tanto magis necesse est eum humiliari, quia tanto nequius egit contra te pescando, quanto tu interim largius el benefacere cogitabas. Unde Bernardus : « Quanto beniguius de illo, tauto indignius de me sentire cogor. > Item, defectus quotidiani humiliant, eo quod ita instabiles in laude tua sumus, imo nunguam in eodem statu permanemus. Quanto tu quotidie pronior es ad indulgendum, tanto plus humiliat contra tuam delinquere bonitatem. Item, pondus gratiæ humiliat et deprimit, cam consideramus quod ea indigni somus, qui magis in inferno esse merueramus. Item, quod tu tantum humiliatus es pro nobis, Domine Deus meus. Item, quod in natura divinitatis tuze

sciat homo quam duris vinculis fuerit ligatus, nisi A omnem excedis humilitatem, cui si velimus similari necesse habemus humiliari. Item, quod adeo tam frigidi sumus ut nec amore, nec laude, nec in aliquo respondere tuæ bonitati possumus. Ilæc et multa alia, quæ magis communia sunt, ad humilitatem nobis sufficient, imo superbiæ nullum locum relinquunt. Valde autem necessaria est nobis profunditas humilitatis ad tuam sublimitatem, quía quanto quis se reputat indigniorem, tanto magis gratus est beneficiis; et quanto gratior, tanto magis laudabilior; et qui maxime gratus est, maxime te laudabit. Da igitur nobis, Domine, veram humilitatem, id est, ita cruciari, quod in hac vita non possumus ad plenum humiliari, ut sic habeamus crucis profundum. Sublimitas crucis est cruciari pro eo quod te ad plenum B laudare non possumus et amare. Quod causa amoris tui habemus, quæ lingua dicere, vel quis intellectus sufficiat capere, nescio. Si aliquid gratis amare volunius, ubi melius quam in te amorem nostrum locabimus? Si pro muneribus, quanto plura dabis? Sed quanto plus promittis, tanto magis gratis amari mereris. Si amare volumus cos qui nos amant, quanto æquius nos te amabimus? Et si exspectanus et desideramus ut quis extorqueat a nobis amari, nonne tu es Deus meus, qui tam crebro pulsas et mendicas ad ostium nostrum dicens : Præbe, fili, cor tuum mihi (Prov. xx111, 26), into et sæpe repulsus, le iterum ingeris impudenter. Si vero aliquid volumus diligere, quia bonum, cur non potius te immensum bonum, qui totum nostrum tibi vindicas affectum, ut bonitatem tuam amemus et laudemus? Si vero aliquid dignum judicamus amore nostro quod tanta fecerit pro nobis, cur non judicamus similiter de te, qui tot et tanta secisti pro nobis? Si vero consideramus passiones tuas, tu animum tuam pro nobis dignatissime posuisti, ut totam animam nostram possideres. Infinita sunt, Domine, quæ nos le amare compellant, quia omnia quæ creasti, tuam prædicant bonitatem, quam qui in omnibus non intelligunt, non tibi, sed suæ imputent czecitati. Sed quia e probatio dilectionis, exhibitio est operis (GREGOR.), > necesse habet anima sic se conformare ad dilectionem tuam, ut sicut te habes ad eam, sic semper se ad te habere uitatur. Maxime autem in istis. Primo, sicut tu amas semper, ita et ipsa semper amet, et hoc ostendere tibi nitatur, ut omnem affectum suum tuze contemperet voluntati. Sunt autem quatuor affectiones, ad quas aliæ reduci possunt, scilicet gaudium, dolor, spes et timor. Primæ duæ sunt circa præsentia, vel præterita, et aliæ duæ sunt circa futura. Sic igitur tibi confirmare nostras affectiones debemus, ut de omnibus quae tibi adversa sunt timeamus et doleamus; et quæ tibi honesta, de his speremus et gaudeamus. omnes alias affectiones de cordibus nostris effugan. tes. Quanta utilitas in hoc esset quod falsas et inutiles affectiones vitaremus? Utique si homo se vere secundum has quatuor affectiones examinaret, quando aliquos motus scutiret, quomodo tu com

PATROL. CLIX.

motuum nostrorum diligenter adverteremus, sape inveniremus esse vitii, quod putavimus esse virtutis, ct sæpe illo impedimur quo credimus promoveri. Secundo, siout sempor habes nos præ oculis tuis, ita eliam te semper debemus cogitare præsentem. Hoc cogit nos ab omnibus cogitationibus nostris, verbis, factis et moribus esse sub moderamine disciplinæ, quoniam non auderet sponsa inhoneste se habere sponso suo præsente, imo in omnibus intenderet sibi placere, et quærere ab eo consilium et auxilium, ut in omnibus secundum suam posset agere voluntatem. Cum autem in omnibus tibi placore intendimus, semper securam conscientiam babebimus, etiamsi se aliquid minus utile præter te intentioni nostræ ingesserit incidenter. Tertio, sicut B semper et continue servis nobis, omnia opera nostra operando vel sustinendo, ne esse desinamus, vel per alios, vel quocunque modo, ita nunquam particula dici bonæ debet nos præterire quin in tuo servitio expendamus. Quarto, sicut semper tueris nos, et custodis nos ab omnibus malis, sive per te, sive per suos, ita diligenter debemus nos abstrahere ab omnibus quænos possent in tuo servitio impedirc. Quinto, sicut largitas tua nunquam lassatur in dando, ita nunguam debemus voluntarie deficere in orando. Sexto, sicut semper es benignus in relaxando, ita nunquam debemus defectibus nostris terreri quin statim post culpam veniam postulemus. Quando chim cor hominis est distortum, et a te quodammodo alienum, multo est pronius ad levitates et ad quærendas exterius falsas consolationes quam fuerit dum apud te esset. Unde non est differenda acquisitio veniæ, ne diuturnior recessus difficiliorem reditum operetur. Taliter nos debemus ad te habere, et semper cruciari quod te tantum non amamus ut debemus. Quomodo autem te laudare debeamus, et de quibus gratias agere debeamus, est in principio supra dictum. Da nobis, Domine, toto desiderio ad amandum et laudandum te aspirare, et pro eo quod digne non possumus, cruciari, et hoc nobis tollendæ crucis sit altitudo. Latitudo autem crucis est fidelitas semper spiritum crucians et dilatans, ut omnem hominem subjiciat tuæ laudi ac servituti. Hac maxime facit hominem in oratione D tu, si tales nos tibi exhiberemus, qualem te nobis communem cogens ut quidquid sibi vel aliquibus specialiter suis desiderat, quia eos humiles quodammodo videt, nihil tamen hominum, sed totum ad laudem tuæ desideret bonitatis. Unde cum fidelitas maxime in oratione consistat, considerandum est qualiter debeat orare qui voluerit exaudiri. Debet enim orare sapienter, ardenter, humiliter, fideliter, perseveranter et confidenter. Sapienter, ut oret gua tuz laudi sunt expedientia et proximorum saluti. Si vero in quibusdam dubitamus utrum expediant, sicut salus corporis, et similia quæ quandoque nocere, quandoque prodesse possunt, pro his semper sub conditione est orandum, scilicet si tibi sit placitum et honestum. Ardenter, scilicet

eriperes? Domine, solus nosti. Si enim originem A devote vel ad minus seriose, ut cum bene videamus unid petendum sit a te, intente de corde nostro petamus, non alienis, sed propriis verbis cordis vel oris, quia utraque æque intelligis et auscultas. Humiliter, ut non de nostro merito, sed tantum de tua gratia confidamus. Quamvis enim peccata dimiseris, et quandoque aliquid tibi servire concedas, semper tamen tales nos reputare debemus, quales nosipsos peccando fecimus, qui nihil nisi malum per nos facere possumus. Fideliter, ut in oratione offeramus nos ad carentiam omnis gaudii et patientiam omnis pænæ quæ ad utilitatem nostram cedere valeat per tuum adjutorium, ut in exauditione desiderii nostri actio tuam laudem attollat. Sed, Domine, merebor sic offerendo me tibi, cum tamen, ut totus tuus, ad hoc teneat, etiam si nunquam volucris me exaudire. Perseveranter, ut nunquam cessare proponamus a desiderio omnium quæ tibi sunt laudabilia et honesta. Si qua vero in nobis vel in nostris supervenerit necessitas, quamvis pro hac semper cum intentione non possumus orare, tamen aliquoties, cum omni fidelitate qua possumus, pro ea orabimus, et deinceps voluntati tuæ nostrum desiderium committemus, semper primam fidelitatem, et si non in actu, tamen in habitu retinentes. Confidenter, ut postulemus in fine nihil hæsitantes. Sunt autem septem causæ quæcogunt nos tuæ confidere bonitati. Prima, quia justum omne desiderium tu das, et ad quid dares, nisi etiam velles exaudire? Secunda, quia non ad nostram utilitatem, sed ad tuam gloriam volumus exaudiri. Tertia, quia majora, quæ pro nobis secisti, animant nos ut etiam de minoribus confidamus. Omnia enim quæ petere possumus tam minora sunt quam quod dignanter pro nobis es incarnatus et passus. Quarta, quia tam facile est apud te in maximis, quam in minimis exaudire. Quinta, quia nos ad hoc provocat tuæ consideratio bonitatis. Sexta, quia intercessorem te, Jesu Christe, habemus, et omnes sanctos. Septima, quia infinitam ad nos habes bonitatem. Si enim modica dilectio quam ad te habemus ad hoc nos cogit, ut in omnibus tuæ voluntati libenter parere velimus, cur ldem de inæstimabili dilectione tua non præsumeremus? Alioquin fideliores vellemus apparere quam econverso non crederemus ? Sic, Domine, orabimus, et propter hoc in oratione confidentiam habebimus; nihilominus tamen cruciabimur, quod hoc digne exsequendo omnem hominem ad tuam laudem per effectum trahere non possumus et amplecti; et hæc spiritualis nostræ crucis est latitudo.

CAPUT VI.

De perseverantia in cruce : ad illud, quotidie.

Longitudo autem crucis tuæ toti vitæ nostræ debet commensurari, ut quamvis consideremus tecum esse jucundum, et te in domo tua laudare, et in abysso tuze dulcedinis absorberi, tamen non tadeat nos portare crucem tuam, cruciari scilicet in

magni est, Domine, si tecum sim in patria, ubi sum securus ab omni malo et ubi habeam quidquid volo? Da mihi, Domine, at nanquam me pungendo sic superent clavi timoris et miseriæ hujus vitæ, ut ante velim descendere vel saltem deponi de cruce quam a te, Domine, hoc fuerit mandatum. Sed neque hoc desiderarem, ut ab kac cito facias me deponi, sed nt semper mattem propter te pendere in cruce quam a miseriis his facias me in abscondito sepeliri. Tu enim, Domine, nec descendisti de cruce, nec sie te deponi petisti. Voluntas ergo semper affligendi pro augmento tuze laudis, crucis erit longitude. Si quis unit venive post me, tollat crucem snam quotidie, et sequatur me (Luc. 1x, 23), et sie currat per medium viæ perfectionis. Si nos tollamus, Domine, tu ipse R verbis et factis tuis principaliter quæsieris gloriam portabis. Finem autem viam perfectionis, id est perseverantiam in voluntate, semper pro te patiendi innuis in eo qued dicis quotidie. Si enim uno die, prins quam tu jusseris, crucem deponere volumus; cam quotidio non tollimus. Qui autem persevoraverit usquequo cam depenas, hic in abundanti laude tua seputerum ingreditor pacis æternæ. Quamvis in hoc verbe intelligere possumus quod sicut cruciatus pro

CAPUT VIL.

Exrensio postremorum verborum, et seguatur me.

Qua vero intentione in via ista sit ambulandum, innuis ultimo cum dicis, sequatur me. Quod tam de gressu corporis quam de mentis possumus intelligere. Quia multi non solum portantes crucem, seil et se suspendentes in cruce, to gressu corporis sunt secuti. Sequamur igitur to non tantum gressu bouorum operum, sed et intentione cordium, ut non solum consideremns quibus operibus nos præceseris, seil qua intentione feceris, et in hac te segui studeamus. Invenimus autem quod in omnibus cogitationibus, tni Patris. Tu ergo, Domine Jesu Christe, dirige intentionem nostram, ut in omnibus gloriam ejus quæramus et tuam, nos abnegando, profundum, sublimitatem, latitudinem et longitudinem crucis portando, et in en perseverando ad laudem et gloriam tuam, qui cum Patre et Spiritu sancte vivis ac regnas, Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

TRACTATUS **DE CONCEPTIONE B. MARIÆ VIRGINIS**

Principium, quo salus mundi processit, mibi con- C ouendum, quid mei similibus sit certa magis rasiderare volenti occurrit hodierna solemnitas, que conceptione beatæ Matris Dei Mariæ multis in locis festiva redditur ***. Et quidem priscis temporibus frequentiori usu celebrabatur ***, ab eis pracipue in quibus pura simplicitas et humilior in Deam vigebat devotio. At 231 ubi et major scientia et præpollens examinatio rerum mentes quorumdam imbuit et erexit, eamdem *** solemnitatem!, spreta pauperum simplicitate, de medio sustulit; et eam quasi ratione vacantem "a" redegit in nibilum "". Quorum sententia eo maxin e in robur excrevit quod ii, qui cam protulerunt, sæculari et ecclesiastica auctoritate divitiarumque abundantia præeminebant. Sed cum ego et priscorum simplicitatem et modernorum ingenii sublimitatem mecum revolverem, cecidit in mentem quædam divinæ Scripturæ verba in medio ponere; et quid judicii de singulis gerant, pro meo sensu pia consideratione perpendere, quatenus *** sua auctoritate probetur quid cui attri-

tione sequendum. Et de simplicibus quidem in ipsis verbis invenitur quod cum eis s't sermocinatio Dei. Illos vero quos multa scientia sine charitate perlustrat ferunt cadem scientia inflari potius quam veri boni integritate solidari. Cum ergo illos Dei sermocinatio instruat, et istos sua scientia quadam ventositate distendat, qui æqua discernere non verentur cui magis parti sit cedendum, precor, edicas, colloquio videlicet Dei inhærenti, an de sui cordis perspicacia ultra seguum tumenti. Et hi quidem ut nulla memoria de conceptione Virginis Matris in Ecclesia filii ejus flat, non sibi rationis *** videri affirmant, eo quod ex "" nativitate illius quæ ubique festive recolitur, conceptionis ejus exordium satis memoretur, nec enim, aiunt, nata esset, si concepta non fuisset. Et cum in lucem ex materni uteri secreto prodivit, clarum fuit quod in alvo parentis concepta sas in humanam formam concrevit. Cum itaque corporis ejus specificata compositio, et in hujus mundi latitu-

VARIÆ LECTIONES.

- Ms Cluniac. incipit : Tractatus B. Anselmi De conceptio :0 me Collains est cum mss. Ciumac. et Corb. -B. Mariæ Virginis ¹¹⁰ Ms Corb. et editio Ray que de conceptione... locis recolitur ¹¹⁰ Ms quibasdam presentibus temporibus... celebratur ¹¹¹ Ms Gorb. Atque. ¹¹² Ms Corb. tandem Corb. carentem ¹¹⁴ Ms Corb. vinculum ¹¹² Ms Corb. quantum ¹¹⁴ Ms Gorb. non sine ratione sas Ms Corb. a Ms 307 M.8 Corb. in 136 Ms Corb. in peccalis concepta

adhne informisimateria coloretur 140, quæ in nonnullis sæpe, priusquam plene in humanam effigiem transent, deperit et adnihilatur. Hac animi sui sagacitate perfuncti quodantiquorum simplicitas et perfecta in domina nostra *** constituerat charitas, festum scilicet de conceptione ipsins sacratissimæ dominæ sua qua se pollere gloriabantur auctoritatis ratione abolere non tinnerunt.

Visa ergo ratione summorum virorum in abolitione festivitatis Matris Dei proficientium ***, videamus etiam charitatem simplicium de tanti gaudii amissione gementium 243. Simplices sunt, et profundis rationibus philosophorum responsa quæ expetent, fortassis reddere nesciunt. Dicunt tamen 114 devota in Domini Matrem charitate fundari, non magni B ponderis *** sibi videri omne quod diguitati aut honori eins humana laude defertur, si meritis illius et insignibus comparetur.

Verumtamen dum ipsa insignia sua, ut dignum est, vievotione mundus ubique veneratur, quid sit quod supremam originem illorum 144 non pio oculo intuetur, nonnihil mirantur.

Tantorum enim bonorum consummatio, quæ per ipsam Domini Matrem toti creaturæ provenerunt, videtur admonere 147 mentem humanam pietatis affectu exordium suum considerare. Et utique eam venturam, ac Domini Matrem futuram tota Veteris Instrumenti 248 series pandit. Sed utrum ita a19 proxime nascitura quovis oraculo aut angelo nuntiata sit, sicut Dominus *** Christus filius ejus, aut beatus Joannes præcursor et baptista ejusdem filii ejus 151, aut illi vel ille de quibus, ut pene omnibus liquet, sacræ llistoriæ plenissime narrant, in divina pagina non habetur, in canonica Scriptura non reperitur. In quo quid dispensatori omnium rerum Spiritui sancto placuerit, non satis digne me posse considerare confiteor, abs re tamen et contra fidem esse non æstimo, si exordium conceptionis ipsius *** tam a simplicibus Ecclesiæ filiis æstimetur ***, ut tam sublime, tam divinum, tam ineffabile fuerit, ut in illud mens humana nulla perspicacitate assurgere possit.

Nec mirum : fundamentum siquidem et quasi quoddam seminarium 254 civitatis et habitaculi summi honi in eo ponebatur; et mansio lucis æternæ, et templum quod corporaliter inhabitaret ille incorporeus et incircumscriptus et creatus *** simul et vivificans omnia Spiritus parabatur.

Dicit forte aliquis: Quid enim, major et excellentior æstimari debet conceptio futuræ Matris Dei,

dine *** exhibitio veneretur a cunctis, supervacae illa A quam conceptio venientis in carne Filii Dei? Conceptio namque incarnandi Filii Del ab angelo, sicut Evangelium refert 286, coelitus prænuntiata et humanitus intellecta est. Si ergo aliquid excellentius et quod humanum intellectum supervolet, conceptionem B. Mariæ designasse æstimandum est, excellentior gloria et major dignitas in ejus quam in Christi Domini conceptione divinitus enituisse 387 verisimili ratione videtur. Non hoc dico, sed Filius Dei, candor lucis æternæ et ipse lux inaccessibilis, formam servi accepturus semetiosum exinanivit, suumque adventum ita humanis mentibus contemperavit ut capi posset et intelligi; nam si in divinitatis suze essentia veniens appareret, nemo caperet, nemo sustineret.

> Beata vero *** Maria Mater Dei futura, sicut eum, qui super omnia est incomprehensibilis, verum erat hominem ineffabili modo de sua substantia Virgo paritura, ac per hoc in divinitatis illius *** unitatem transitura, non *** absurde credi potest primordia conceptionis ejus tanta deitatis sublimitate præsignata, ut humanarum conceptio mentium ea plene penetrare non valeret.

> Hoc itaque "" pura simplicitas supplexque in Deum et in dilectissimam Matrem ejus puritas dilectionis æstimare de conceptione illius Dei genitricis non verelur.

Et ideirco *** ejusdem conceptionis dies festivis laudibus a cunctis fidelibus suo judicio merito celebraretur ***. De ipsa quippe, multis sæculis ante ortum ejus 160 vel conceptum 168, Isalam Spiritu sancia afflatum dixisse constat : Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet; et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ et in tellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientice et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini 106 (Isai. x1, 1-3). Hæc itaque virga quæ talem ex se protulit florem, nullo dissentiente, Virgo Maria fuit, et flos, qui de radice cjus ascendit, benedictus Filius, super quem et in quo omnis plenitudo divinitatis essentialiter requievit. Hæc igitur Virgo 107, tanti Filii dignissima parens, cum in alvo suæ parentis naturali lege concip retur, quis non concedat Dei sapientiam a fine usque ad finem pertingentem, n cuncta implentem, cuncta regentem, novo quodam et ineffabili gaudio cœlum, terram, et omnia quæ in eis sunt, perfudisse ***; ac ineffabili jubilatione pro sui reintegratione, quam per illam sibi eventuram divina et occulta inspiratione prævidebant, perlustrasse ^{ses}? Sed cum ipsa conceptio fundamentum, ut diximus, fuerit habitaculi 170 summi boni, si peccati VARIÆ LECTIONES.

³²⁰ Ms Corb. latitudinem ³⁴⁰ Ms. Corb. communicatur ³⁴¹ Ms Corb. Domina rerum /eg. puro Dominam nostram ³⁴³ Ms Corb. proficisci ³⁴⁸ Ms Corb. omit. ³⁴⁴ Ms Corb. enim ³⁴⁸ Edit. nec magni ponderis est Ms Corb. onit. ³⁴⁷ Ms Corb. videtur autem movere omnem ³⁴⁸ Ms Corb. testamenti ³⁴⁹ Ms Corb. Ms Corb. oniit. 254 ed. 181 Ms Corb. tanti 183 Ms Corb. et omittit ita *** Ms Corb. testalur **337** Ms Corb. emicuisse 158 Ms Corb. et edil. sss Ms Gorb. et trinus sacrarium *** ed. ita non 164 Ms Corb. ita 149 Ms Corb. et ed. iden 15 Ms Corb. et ed. Deitatem illius. Virgo 264 Ms 104 Ms Corb. celebretur ²⁶⁵ ed omit. vel conceptum 248 ed. multis fidelibus merito celebratur Gorb. et edit. hæc omit. 107 ed. omit. virgo 168 Ms Corb. et edit. profundissima *** ed. prævidebat, perillustrasso 17 Ms Corb. conceptio habitaculi fuerit

alleujus ex primæ prævaricationis origine maculam A fieri matrem suam, et quia voluit, fecit esse ; quasi traxit \$71, quid dicemus? utique voce divina dicitur ad Jeromiam : Priusquam te formarem in utero, novi te : et antequam exires de ventre, sanctificavi te; et prophetam in gentibus dedi te 172 (Jer 1, 5). De Joanne guoque angelus, qui eum nasciturum prænuntiabat. asseruit quod Spiritu sancto repleretur adhuc ex utero matris suze (Luc. 1, 15). Si igitur Jeremias, quia ¹⁷⁸ in gentibus erat propheta luturus, in vulva est sanctificatus, et Joannes, Dominum in spiritu, et virtute Eliæ præcessurus (ibid., 17), Spiritu sancto est ex utero matris repletus, quis dicere audeat singulare totius sæculi propitiatiorium, ac Filii Dei omnipotentis dulcissimum reclinatorium, mox in suæ conceptionis exordio Spiritus sancti gratiæ illustratione destitutum. Testante vero Scriptura : Ubi spiritus, ibi B libertas (II Cor. 111, 17), a servitute igitur omnis peccati libera fuit, quæ omnium *** peccatorum propitiatori aula, in qua et ex qua personaliter home fieret, Spiritus sancti præsentia et operatione construebatur. Quod si quis eam primæ originis peccato non omnimode expertem fuisse pronuntiat, cum illam ex legali conjugio maris et feminæ conceptam verissime constet, sententia catholica est. Ego a catholicæ et universalis Ecclesiæ veritate nulla ratione volo dissentire, magnificentiam 175 tamen operationum virtutis divinæ quadam quasi mentis lippitudine pro posse considerans, videor mihi videre quia si quid originalis peccati in propagatione ejus, et communis vitii exstitit, illud propagantium et non propagatæ prolis fuit.

Castaneam invicem attende : cum de sui videlicet generis arbore prodit nascitura, involucrum illius totum hispidum et densissimis aculeis undique septum apparet. Intus castanea concipitur, primo quidem nucleum lactei liquoris, nihil hispidum, nihil asperum, nec aliquibus aculeis noxium in sc habens, sed si aliquatenus servans illic in summa lenitate nutritur, fovetur et alitur, ac forma in sui speciem et habitudinem jam adulta, rupto involucro ab omni spinarum punctione et onere liberrima natura egreditur. Attendo.

Si Deus castaneæ confert ut inter spinas remota punctione concipiatur ***, alatur, formetur, non potuit hæc dare humano quod ipse sibi parabat tem-D plo in quo corporaliter habitaret, et de quo in unitate suæ personæ perfectus homo fieret, ut licet inter spinas peccatorum conciperetur, ab ipsis tamen spinarum aculeis omnimode exsors redderetur? pot sit plane, et voluit; si igitar voluit, fecit. Et quidem quidquid dignum unquam de aliquo extra suam personam voluit, perperam est eum de te, o beatissima feminarum, noluisse; voluit enim te

diceretur, Matrem suam te fecit ille rerum Dominus, Creator et gubernator; rerum, inquam, omnium, non solum intelligibilium, sed omnem intellectum transcendentium Dominus et factor te dominam et imperatricem constituit coelorum atque terrarum, et sic marium et omnium elementorum, cum omnibus quæ in ipsis sunt, domina et imperatrix exstitisti et existis, et ut ita esses, in utero matris tuzo a primordiis conceptionis, operante Spiritu sancto, creabaris *17. Ita est, bona Domina, et gaudemus ita esse. Nunquid ergo, dulcissima domina, nunquid tu tanta futura 178, Summi videlicet Mater unica, et omnium quæ fuerunt, sunt vel erunt, prudens ac nobilis post filium tuum imperatrix, nunquid in exordio tuo talis esse debuisti at omnium quorum te Dominum 179 gerere certissime novimus aut impuritati aut subjectioni potnisset addici? Ille assertor puræ veritatis, et a filio tuo jam in cœlo præsidente vas electionis cognominatus, omnes homines peccasse in Adam fatetur, vera utique sententia, et eui contradici nefas esse pronuntio. Sed cum eminentiam gratiæ Dei in te considero, sicut te non intra omnia, sed super omnia quæ facta sunt, inæstimabili modo contueor, ita te non lege naturze ut alios in tua conceptione devinctam fuisse opinor. sed singulari et humano intellectui impenetrabili divinitatis virtute et operatione ab omni peccati adjunctione liberrimam. Solum etenim peccatum fuerat quod homines a parte Dei dirimebat; et ut illud Fi-C lius Dei evacuaret, sicque ad placere Dei humanum genus revocaret, homo fieri voluit, et talis, ut nec in eo aliguatenus concordaret el, unde homo a Deo discordabat : quia ergo ita fieri oportebat, matrem de qua talis crearetur ***, mundam esse ab omni peecato decebat. Aliter enim quo pacto illi summa puritati caro tanta conjunctione uniretur, ut homo

ferenter hominis essent, et quæ hominis Dei 361 ? Adhuc propone tibi palatium, quod specialiter suis usibus sptum existat, construere volentem, in quo et ipse frequentiori et festiviori cursu conversetur, et omnibus ope ejus atque auxilio indigentibus mitiori et lætiori vultu respondeat, et auxilietur. Patereturne, quæso, in principio palatii fundamentum invalidum, et structuræ, quæ foret ædificandæ incongruum, et non cohærens? Non puto, si saperet, et propositum suum ad effectum perducere vellet. Ergo Sapientiam ante omnia sæcula proposuisse sibi habitaculum, quod specialiter inhabitaret, construere similiter indubitata fide tenemus. Quod autem habitaculum istud fuerit, jam dudum innotuit; hoc enim habitaculum illud sacrarium Spiritus san-

assumptus ita esset in unum, ut quæ Dei sunt, indif-

VARIÆ LECTIONES

are ed. olim 175 ed. magnitudinem 879 ** Ms Corb. et ed. qui 271 ed. contraxit ed. hæc omit. *** ed. recipialur *** ed. creatis *** ed. in tanta futura gloria *** ed. Dominium 200 ed. talis tollerctur ³⁸¹ Ms Corb. Explicit Anselaus de Conceptione B. Mariæ Virginis.

tia humanæ naturæ conjungi voluit et incorporari, et omnibus se pura mente confitentibus parcere et misereri; quod sacrarium, aula videlicet universalis propitiationis, cum operante Spiritu sancto construeretur, si fundamentum illius, scilicet initium sive primordium formationis beatæ Mariæ, corruptum fuit, ipsi certe constructuræ non congruebat nec cohærebat. Insciane fuit et impotens sapientia Dei et virtus mundum sibi habitaculum condere, remota omni labe conditionis humanæ? Angelis aliis peccantibus, bonos a peccatis servavit, et feminam, Matrem suam mox futuram, ab aliorum peccatis exsortem servare non valuit? In æternitate consilii fixum statuit eam dominatricem et reginam fore angelorum, et nunc inferiorem angelis natam, in consor- B tium acceptam esse credemus omnium peccatorum? Existimet hoc, et argumentis suis probet qui vult, ego donec ostendat mibi Deus aliquid dignius excellentia dominæ nostræ posse dici, quæ dixi, dico; quæ scripsi non muto; cæterum me et intentionem meam filio ejus, et illi committo.

Nihil tibi, domina, æquale, nihil comparabile est : omne enim quod est, aut supra te est, aut subtus te est: quod supra te est, solus Deus est; quod infra te, omne quod Deus non est. Ad tuam tantam excellentiam quis aspiciet? quis attinget? Et certe ut ad hanc excellentiam pervenires, in humillimo loco, id est in utero matris tuæ, purissima oriebaris. Quod si tali modo concepta et ordinata non fuisses, ad tantam celsitudinem non succrevisses.

Quisquis igitur de crementi tui magnitudine gaudet ac lætatur, de ordinatione ipsius crementi æquum est ut exhilaretur. Qui ergo a die beatæ conceptionis tuæ gaudium ejusdem conceptionis tollit Ecclesize Dei, aut non bene attendit, aut attendere negligit, vel nescit bonum quod inde processit omni creaturæ Dei. Sed immensitatem boni ipsius quis explicabit? Fateor non ego; longe enim a me et mei similibus, lioc est peccatoribus, tanta salus; verumtamen, ut autumo, quasi in ænigmate adverti aliquatenus poterit, si malum, in quod natura humana ex peccato Adæ corruit, ante mentis oculos præfigatur, et ita in ipsius mali contrarium, bonum animus considerare volentis defigatur.

Omne quippe bonum, ad quod homo conditus fuerat, perdidit in Adam, et idem ipsum bonum multo excellentius humana natura recuperavit in Maria. Duas siguidem beatitudines et duas miserias esse novimus. Harum beatitudinum et miseriarum unam majorem, alteram minorem esse constat. Beatitudo major, regnum coslorum; minor, qua primus homo potiebatur ante peccatum; major miseria, pœnæ infernales; minor, in quibus vivimus continuze tribulationes, et nos ipsarum beatitudinum experientia penitus ignari, experientia miseriarum sentimus nos usquequaque gravari ; sub una gemiaus; aliam, ne nos rapiat, formidamus. Conside-

cti esse fatemur, in quo et per quod eadem Sapien- A ratione etenim minoris, si vigilant' onime studium adhibemus, aliquantum quæ sit mejor miseria conjicere valemus, licet porro infra quam sit. Qualitatem vero beatitudinis vel minoris, nisi per contrariam miseriam in qua sumus, non facile percipere possumus. De majori autem beatitudine dictum æstimo quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se (1 Cor. 11, 9).

Ab his igitur beatitudinibus omni modo separati fuimus per prævaricationem nostri primi parentis, et utrique miseriæ infeliciter obnoxii facti. Mors namque per peccatum Adæ intravit in mundum, et ita in omnes homines pertransivit (Rom. v, 12), nec aliquis ante adventum filli sanctæ Mariæ inde poterat liberari. Et quæ mors ? Mors animæ primo qua homo perdidit vitam æternam, Deum videlicet ad cujus similitudinem factos fuerat. Infelix perdere, perdere quod summe est et vere, et sine quo nibil unquam bene habetur vel est ! Hanc miseram mortem et omni malo incomparabilem mors quoque corporis sequebatur, per quam anima, quæ adbuc in corpore degens vitæ cœlestis flatum amiserat, multo miserior claustris inferni submersa deperibat. Hanc inæstimabilem damuationem nemo qui evaderet, qui inde liberaretur nemo erat, liberandi potestas in tota creatura nulli rei accidebat; soli Deo qui hominem fecerat, et contra quem homo deliquerat, hæc liberandi potestas supererat. Sed quis? ipse offensus, ipse despectus, ipse ut parceret a nullo digne petebatur, de die in diem scelera multiplicabantur, et ira Dei ad puniendum potius quam ad parcendum provocabatur. At ille cujus pietas non exhauritur, cujus misericordia non exinauitur, cujus bonitas nunquam deficit, cujus majestas quod vult efficit, hominem ad similitudine:n sui creatum, ne totus in æterna damnatione periret, liberare instituit, et ordine, quo gratior esse non potuit, ipse videlicet qui hoc et per se faceret. homo fieri voluit, nec talis ut cæteri homines, sed ut ipse et assumpta humanitatis in una persona esset perfectus Deus et perfectus homo, ex animà rationali et humana carne subsistens ; sed tota humana natura in radice sui vitiata fuerat atque corscilicet quod per hanc dominam mundo provenit, p rupta, nec Deus corruptioni et vitio peccati potest consociari. Necesse igitur fuit ut natura, de qua se hominem facere volebat, et humana et munda ab omnis peccati contagio esset; quod non inveniret, cum, ut dixi, nihil incorruptum vitiata cunctorum radice existeret, sed qui bumanæ perditioni subvenire disponebat, Dei virtus et Dei sapientia nuncupatur. Itaque ad ownia quæ vult posse suppetit illi, nec sapientiæ illius ullus est numerus, quæ pertingit a fine usque ad finem, cuncta disponens (Sap. viii, 1). Poterat ergo de massa peccatrice naturam humanam ab omni labe peccati immunem facere, unde in unam personam sui susciperet, ut homo integer esset et divinitati suæ nihil minucret. Pratdestinata fuit et præordinata in hoc opus mirabile,

Maria, scilicet illa magni maris nobilissima stella, hoc est totius sæculi illustratio, et omnium in tenipestatibus diversorum casuum titubantium indeficiens levamen et consolatio, nec non ab æternæ mortis interitu paventium ac sub etus præsidium confugientium tutum juvamen atque redemptio.

Te igitur, domina, quam in tantum culmen prædestinavit et extulit divina potentia, quam tot prærogativis dotavit cuncta disponens Dei sapientia, quam sibi matrem elegit ad mundo subveniendum ipsa omnium salvandorum ineffabilis misericordia, crediderimne, quæso, te morte peccati, quæ per invidiam diaboli occupavit orbem terrarum, in 1110 conceptu potuisse gravari ? me namquo iterum alque ilerum ipsas, quas superius commemoravi, rationes considerante, animus hoc credere vitat, intentio abhorret, lingua fateri non audet.

Quod si dicitur te, si ante partum beati filii tui præventa corporis morte fuisses, originalis peccati legem aliorum more evadere non potuisse, incpte dicitur, nec tanti est ut ei respondeatur. Qualiter enim Mater Dei futura præordinata fuisses, si ad hoc te, qui præordinavit, Deus non perduxisset? Nom in Deo non est, est et non, sed simplex est in illo est. An mors valentior esse posset Deo, de cujus manu nemo valet quidquam rapere ? Nunc autem, quia tanti apud Deum præ omni creatura es, ut Mater ejus dignissime fieri meruisses, sicut ipse non tantum supercastus et mundus, sed ipsa castitas ipsaque munditia est: ita carne verum hominem paritura eras, munda præ omnibus jure esse debueras. Primordia itaque creationis tuz merito filii sanctæ Ecclesiæ debent venerari, si sancta, si casta, si a corruptionis vel peccati ruga illa credunt esse discreta.

Qui aliter sentiunt, quod melius approbant, credant. Ego, piissima domina, ego tuus qualiscunque servulus, ego scio, credo et confiteor quia inde ex radice Jesse pulcherrima, ac per hoc omni quod te aliquatenus docoloraret peccati vulnere aliena prodiísti, et integerrima permanens florem speciosissimum protulisti : florem, inquam, protulisti, et non qualemcunque, sed super quem septiformis Spiritus sanctus requievit, et odore vitæ perennis, D feteret, si aliquo eventu, utpote medicorum juvaodore salutis æternæ omnen: creaturam gratia divinitatis suz respersit atque replevit. Per hunc a peccato primi parentis liberamur, et mortem quæ per istud intravit in orbem terrarum evadimus, miserias quibus opprimebatur omnis caro ob meritum ipsius delicti, jam alias in re, alias in spe, conculcat ipsa caro redempta cruore ipsius floris, unici scilicet filii tui et dilecti. Per hunc quoque non modo paradiso, unde Adam fuit repulsus, restituimur, sed et regno.coelorum, quod non habuerit, sed habiturus erat si non peccasset, multo felicius illo et dignius invehimur. Nam si Deo inobediens non fuisset, nunquam Filius Dei homo fieret, in quo vel pro quo mortem patiens ac resurgens regnum cœlo-

et omnibus operibus Dei præstans et inenarrabile; A rum in substantia nostræ carnis dominandi jure penetraret.

> Nunc autem quæ gloria, quis honor, quæ jubilatio cordis, quæ jucunditas mentis, quæ securitas æternæ beatitudinis erit humanæ naturæ, quando illum sibi viderit concorporalem, quem omnis militia cœlorum adorat super se verum Deum, cum Patre et Spiritu sancto omnia regentem, omnibus imperantem, et æterne Patri suo consubstantialem et coomnipotentem ? Hanc gloriam, hanc tantorum bonorum possessionem nunquam humana natura adipisceretur, si Deus ipse, pro explatione peccati Adæ, in carne humana non nasceretur. Multo igitur felicius et dignius in regno cœlorum erinus quam si Adam non peccasset futuri essemus. Et quid erit, B lorte aliquis de memoria malorum, pro quorum integerrima abolitione interminabiles gratias agerent illi, quem præsentem semper habebunt. suo piissimo Redemptori quicunque ibi fuerint hemines ? Constat enim quod omnes omnium conscientiæ singulis patebunt non solum hominibus, sed (t angelorum et hominum et angelis et hominibus. Cum igitur cherubim et seraphim, throni et dominationes, alizque cœlorum virtutes, in conscientia singulorum cognoverint peccata illorum, seque talium viderint omnino insontes, quomodo fieri poterit ut cos non computent exinde viliores quam și nunquam eis aliqui tales dominati fuissent errores ? Quomodo ergo felicius et dignius erunt in societate angelorum, quorum vilitas nominatur ex communione peccati Adæ æstimatione ipsorum? peccare namque infelicitas et indignitas, non peccare vero felicitas et dignitas comitatur. Hæc si quis dicit, duci quidem ratione videtur, sed humana; nam cœlestia consideranti alia ab istis occurrit consideratio. Non enim illi angelici spiritus, quorum similitudinem, juxta promissum Domini, adepturi sunt post hoc sæculum quique justi homines, in eis considerabunt qui fuerint, sed qui sint, licet hi in memoria sua habeant qui fuerint, ad laudem scilicet et ad gloriam Salvatoris sui. Certe si aliquis in hac mortali carne positus aliquo gravi morbo, verbi gratia, lepra percussus, toto corpore vermibus scateret, et cunctis eum intuentibus horridus immane mine, vel respectu mira facientis Dei misericordize, integræ sanitati restitutus fuisset, et res eis qui. eum prius noverant innotuisset, mox hi qui illum aute abominabantur, si charitas in eis firma vigeret, ipsum videre, ipsum alloqui, in ipso gratiam Dei cuperent intueri, mirari, venerari, et ipsum duplici honore censeri habendum : ipse nihilominus. suæ infirmitatis non immemor, aliis etiam ignorantibus cam ultro et cum quadam sui augmentatione referret, ut primo et præcipue Dei gratia inde, seu medicorum perita scientia, seu sua longanimitas, vel devotarum precum cum beatorum operum diutina exhibitione instantia, vel medentium inflicta - asperitas a salutis desiderato effectu non deflexe

nis, quid putas in horum quodammodo similibus geritur in divinis? Equidem peccata, quibus Dei vultus offenditur, mentis humanæ vulnera atque putredines esse non nesciuntur. Quæ unde procedunt, nisi ex suze conditionis ingenita corruptione? Quæ corruptio, dum transierit in incorruptionem, nihil ulterius erit quod doleat, nihil quod alicui sordescat, nihil quod cuncta cernentis Dei oculos offendat. Pax igitur erit inter Deum et homines, quam nullus finis includat, nulla occasio scindat, nulla offensa obnubilet; videbitur enim ipse qui est ct ketabitur in commune in eodem ipso et ad ipsum, qui ab co quod est, aliud omnino esse non potest.

Deus meus, Deus meus, doce cor meum intelligeв re quid ibi futurum sit omnibus qui te hic dilexerunt, qui mortem tuam vitam suam in directione viarum suarum complexi sunt, qui tibi in sequenda voluntate tua per mandatorum tuorum custodiam adhæserunt. Vere, bone Domine, juxta vocem beati Apostoli tui, summe tu omnium bonorum, præstantissimus eris æternaliter in omnibus (1 Cor. xv, 28). Et quid boni poterit deesse alicui, cum te habuerit, qui fons es et perfectio omnis boni ? Quomodo itaque illi tui dilecti teque diligentes ad intuitum gloriæ tuæ perenni jucunditate gaudentes, angelicos spiritus dico : quomodo, inquam, poterunt eos præcipuo honore dignos non judicare, eos ut semetipsos non amare quos tibi concorporales, quos in forma humanitatis viderint tibi consubstantiales? Onomodo eos non immensa dulcedine amplectentur quorum mira vis animi, dum viverent in carne mortali, tantum in domandis voluptatibus suis pro tuo amore in se valuit, ut pateat omni creaturæ te pro eis non fuisse gratis hominem factum, natum, passum, mortuum ? Siquidem tibi hanc laudem pepererunt ut qui cos in terra homo factus perditos requisisti, te audirent, te diligerent, tuis monitis acquiescerent, et ad to læti pervenirent, sicque te nec in tuo consilio deceptum, nec otiose pro eis quæ passus es perpessum fuisse ostenderent. Non igitur cos omnino irrationabiliter dixi, Domine, ut æstimo, dignius atque felicius in regno tuo esse quam futuri essent, si Adam non peccasset.

Ad boc illa dignitas atque felicitas sese ingerunt considerationi meæ, a quibus humana natura nihilominus aliena existeret, si ob meritum peccati sui primus homo paradisum non perdidisset. Virginem Mariam, quæ super omnes muliercs beata hodie et benedicta colitur et prædicatur, quam summus et emnipotens Deus sibi in Matrem assumpsit, et universis quæ post se sunt secuni dominari constituit, cum in dextera ipsius unici beatique filii sui multitudo viderit hominum in regno illo beatitudinis adunatorum consistere, nonne felicem, nonne jucundum, nonne ultra quam quivis æstimare queat, statum suum judicabit in ejus consideratione ac n æsentia honoratum? Virginem, inguam, de sua

rat, prædicaretur. Si ergo hæe ita geruntur in huma- A propagine ortam, sibi pro conditione unius naturæ consimilem, præ oculis habebunt, angelis et ar changelis præsidentem, omnå utpote reginam omnium cum filio disponentem, seque dulci affectu amplectentem, sibi de collata gloria congaudentem; et fieri poterit ut ad hoc non in immensum exsultent, non se ineffabili jucunditate glorificationis conjubilent? Et quidem ad hanc dignitatem nec beatissima virginum, nec numerositas hominum electorum unquam ascendisset, si Filius Dei ad destructionem peccati Adæ de sinu Patris hominem ex ipsa Virgine assumpturus non descendisset. Igitur propter peccatores Maria facta est Mater Dei, quæ ideirco quod ea castior, ea sanctior, ea humilior in genere humano nulla potuit reperiri, merito debuit in tantam excellentiam ab eo, quo nihil castius, nihil sanctius, sublimius est nihil, adcisci, et in quid excellentius adcisci valeret, quam ut in perpetua virginitate permanens Deum de sua carne carnem factum generaret? Hanc excellentiam contulit Deus Virgini Mariæ, eo quod illam pudicitia cordis et corporis sibi præ omni creatura intellexit adhærere. O felix hærere! o hærere felix, hærere illi qui solus vere est, qui solus summe est, qui nunquam desicit ulli sibi non ficto corde hærenti? Huic, pia domina, quoniam, ut dixi, adhæsisti, hæsit et ipse tibi, et modo quo nec dulcius potuit adhærere. Quid enim inter duos dulcius, aut dignius valet esse quam esse matris ad filium, vel filii ad matrem? Et hoc utrumque vobis est, ut omnibus liquet. Sed hos bonores, has dignitates, hæc gaudia, quibus cœtus hominum cœtui admistus angelorum perfruitur, ob prævaricationem primorum hominum, num illis ascribere, num illis exinde jure debuere gratiosi existere? Non puto. Nec enim en intentione præceptum Dei prævaricati sunt, ut tot bona inde procederent, sed ut moduni conditionis suze, spreto Deo, superbi excederent. In eo quippe quo diabolum audierunt ut dii fierent, non intenderunt ut ad deitatem. qua se sublimandos sperabant, exterminandam Fil.us Dei aliquando ex sua stirpe homo fieret. Forte magis putavit Eva se Deum illico fore, et Adam sibi consentientem divinitatis suæ futurum consortem. O superbia intolerabilis ! o stultitia inæstimabilis ! o vanitas omni vanitati incomparabilis ! O Eva, quam Ð. propinquior veræ ac summæ deitati exstitisses, si in status tui humilitate Deo subdita perstitisses. Adam quippe, sicut Apostolus ait, in prævaricatione tua seductus non fuit (1 Tim. 11, 14), quia quod serpens pollicebatur, mendacium esse intellevit. Tu autem miserrime seducta (ibid.), et e vestigio multiplici perversarum cupiditatum semine imbuta, illecebrosa facundia illum ad tibi consentiendum illexisti, præsignans in hoc opere tuo veram fore futuram sententiam viri Dei, mulicres scilicet apostatare facere etiam sapientes (Eccli. x1x, 2). Necdum enim tibi praspositus fuerat ex sententia Dei, et ideo in perditionem tui et sui et universæ posteritatis nostræ illa femina sollicitatione prævaluisti. Obedivit namqua

Í.

re, væ non obedire, væ voci mulieris contra vocem Dei obedire, væ pro voce mulieris voci Dei non obedire; malum hoc, malum hoc. Hinc enim omnes tribulationes et miseriæ quas passus est mundus, quas patitur, quas patietur, exortæ sunt. Hinc deorsum sortitæ sunt, hinc robur et perseverantiam perdiderunt, hinc ignorautia omnis boni, hinc scientia et exsecutio omnis mali, hinc Dei contemptus, hinc dæmonum sub simulacrorum specie nefandissimus cultus, hinc mors vitæ præsentis, hinc illi miserior mors subiens dispendia vitæ sequentis. Non ergo debet vobis humana natura gratias agere quod sic in Filio Dei est exaltata et honorata, sed vobis utique, quod innumera mala, quod in geminam mortem corporis et animæ est dejecta et præcipitata; nec ulla esset spes hæc tanta mala aliquatenus evadendi, si flos ille speciosissimus per gloriosissimam virgam, de radice Jesse nobiliter ortam. non sumpsisset initium nascendi. Sed ipse in mundo natus ordine quo voluit, Spiritus sancti super se in gratiarum suarum plenitudine quiescentis, suis auditoribús dona distribuit, et mundum ab ignorantia veri boni, et aliis malis inde manantibus, quæ incurrit per Adam, potenter eduxit, atque adjamissam regui cœlestis conversationem jam álios in re, alios in spe misericorditer reduxit.

Patet igitur quid cui debeat genus humanum, cui quod in infima humiliatum atque prostratum, cui quod in summa est exaltatum et glorificatum. Vos C igitur, o Adam et Eva, vos, vos accusat; vobis vestra progenies mala quæ sustinet imputat, se per vos poradise exclusam, se miseriis continuis per vos intrusam miseranda lamentatione deplorat, et non immerito quidem. Causa evidens est, nec refragari potest. Quid igitur, Deus omnium, quid faccret opus manunm tuarum, ex prævaricatione horum parentum suorum perennibus pænis et æternæ morti obnoxium, si non venires? Si non subvenires, quo fugerel, quo delitesceret, quo evaderet? Utique consilium nullum, remedium nullum, nusquam proteciio ulla; sed venisti, et qualiter hac omnia adipisceremur, efficaciter ostendisti. Si ergo hi qui post adventum tuum, Domine, venerunt, non salvantur; non habent præter se ipsos, contra quos n æquo judicio inde conquerantur. Quid igitur facient? ut mihi quidem, Domine, videtur, ultiwum et unicum consilium est omnibus qui volunt salvari, ut primo tibi intimas ex corde pro omnibus beneficiis tuis grates exsolvant, te diligant, ac demum præcepus tuis obediant; sicque se ad te perventuros secura fiducia sperent. Sed ad hoc, pie Pater, quis idoneus? Utique nemo, nisi tuo fultus adminiculo. Tu enim summum omnium bonorum cs, qui et ipsum summum bonum es; nec quidquam boni potest esse, vel fieri vel haberi, nisi aut a te, aut per te, aut de te. Nihil itaque boni sine te valet quisquam f cere. Redemisti nos, Domine, Deus veritatis; ne proper scelera nostra exerceas contra nos judicium

voci tuze, postposita obedientia vocis Dei. Væ obedi- A tuze severitatis, volulsti fleri homo pro nobis: intende ut esse possimus quod ut essemus factus es unus ex nobis. Quod petimus, honor tuus est ut flat. Nam si non fit, videberis a proposito tuo quodammodo defecisse. Verum nulla disceptatio nobis est tecnm, quia Dominus es, et unum verbum tnum validius nostris mille. Si enim omnes justitiæ nostræ coram te sunt sicut pannus menstruatæ (Isa. LXIV. 6), quid erunt injustitiæ nostræ a seipsis et a nostris inimicis ante faciem tuam denudatæ? Væ, væ, quis hinc prodeuntem perturbare mentis confusionem, quis terrifici horroris explicare poterit immanitatem? Et si confusi horroris horridæque confusionis immanitas est modo nobis inexplicabilis, districta malorum examinatio in futuro examine cui erit tolerabilis? Ileu ! peccatores homines, quos hæc omnia mala ex Adam stirpe respiciunt, quid faciemus in istis? Desperabimus? Absit! Quid tunc? o fons David patens (Zach. xm, 1), in ablutionent menstruatæ flue ad nos, et consule quid expediat nobis. O pietas! vere bone Domine, video, videns gaudeo, gaudens amplector consilium quod per singularem misericordiam tuam providisti salubrius fore nobis. Et quod vel quale? Nimirum mente, vultu, voce ad eau redire, cujus supra meminimus, dilectissimam Matrem tuam, piissimam scilicet dominam nostram, a cujus contemplationis dulcedine. a cujus castitatis contemplatione, a cujus dignitatis consideratione, a cujus sublimitatis speculatione, in bas angustias, quædam animo non abolenda commemorando, devenimus, ipsamque pura devotione interpellare, ut nobis consulat, et nobis supereminenti, qua præeminet apud te, gratia subveniat. Procul dubio namque scimus eam tanti esse penes te, ut nihil horum quæ volet efficere, aliquatenus posset effectu carere. Salus igitur nostra in voluntate sua consistit, dum tamen quod vult potenter efficiat. Quod itaque consilium salubrius nobis, quos involvit finis sæculi, daret silius ejus finis cunctorum quam currere ad ipsam, quæ de carne sua generavit eumdem ipsum, sine quo non fit ulla remissio peccatorum, qui vere bonus, vere pius, vere volens misericordiam est. Et tu, domina, ad cujus subsidium nos mittit dilectissimus filius tuus, quid dicis nobis? ipse enim misericordia nostra est, et tu cjusdem misericorciæmater es. Quid, Inquam, dicis nobis ? Forsan, domina, ut sub alarum suarum protectione confugiamus. Bene; at licet misericordiam. illius, sicut decet, gratauter amplectamur, tamen. justitiam ejus non parum formidamus. Ne igiturquerentibus misericordiam obtendat justitiam suam, precamur, adesto nobis, et age causam ноstram pro nobis. Ipse namque magni consilii summus Angelus consuluit nobis venire ad te. Certe peccatores nos esse cognoscimus, et damnari meromur, et juste quidem, non negamus. Sed acquo justum esse profitemur ut voluntatem ipsius faciat qui voluntati sure in cunctis que agit concordara non detrectat. Et quis unquam voluntati illius mogis.

pletione voluntatis ejus nunquam otiosa fuit. Velis itaque solummodo, domina, ut ille justissimus judex nobis misereatur; profecto justum erit, nulla ratione obsistente, ut velle tunm perficiatur. Noli ergo, noli propter misericordiam, cujus mater esse probaris, nobis deesse, quia velle tuum non postponet in salute nostra, qui ut salvemur factus est per te frater noster. O mira operatio Conditoris I o immensa consolatio peccatoris! o domina, si filius time est factus per te frater noster, nonne et tu per illum facta es mater nostra? Hoc eniul jam mortem pro nobis subiturus in cruce dixit Joanni, utique Joanni, nec aliud quam nos in natura suæ conditionis habenti : Ecce, inquiens, mater ina (Joan. XIX, est enim unde desperes, non est quod formides; quidquid judicabitur de te, totum pendet ex sententia fratris et matris tuz. Ne ergo avertas aurem cordis tui a consilio illorum. Judex tuus, videlicet frater tuus, docuit te fugere ad subsidium matris sur, et ipsa eadem mater tua monuit te protectioni alarum filji sui fiducialiter inhærere, seque tibi, ne ejus justitia gravareris, non negavit affuturam.

Maria, quid dicemus? quali organo vocis, vel quali jubilo cordis exprimentus quantum tibi debemus? Utique, domina, quidquid intellexerimus, guidquid mente conceperimus, quidquid ore protulerimus, minimum est et quasi nihil ad ea quæ tibi ex æquo debemus. Tu namque ante omnem creaturam in mente Dei præordinata fuisti, ut omnium feminarum С castissima Deum ipsum verum hominem ex tua carne procreares, ut omnibus post suum Filium tuum regina cœlorum effecta gloriosa regnares, ut perdito mundo recuperationis aditum et vitæ perennis emolumentum præparares. Tu genus humanum æternitatis gloria nudatum, per beatæ fecunditatis tuæ virgineum partum, in pristinum statum reduxisti. Tu leges inferni, devicto per mortem filii tui principe mortis, evertisti. Tu denique conctis Deum ac Dominum, quem ignorabant, visibilem et propitiatorem exhibuisti. Per te, domina, vitam perditam in unigenito tuo recuperavimus; per te est, si quid boni sumus, sive possumus, sive habemus; per te ad æternam gloriam quicunque sumus perventuri D perveniemus. Tu post Deum summa ac singularis consolatio nostra. Tu felix atque beata gloriatio nostra, tu ad regna cœlorum ductrix ac subvectio nostra. Tu, quæsumus, esto in ipso beatitudinis regno cœlesti susceptrix et perpetua exsultatio nostra. Ergo secundum beatum et misericors consilium specialis misericordize, dulcissimze scilicet prolis tux, ad te confugimus; tu procura ne in vanum hoc fecerimus. Re etenim vera si defeceris nobis, nihil erit tutum nobis. Ne igitur tantum attendas injustitias nostras, ut quibus huc usque præ omnibus prædita fuisti, postponas misericordias tuas. Ei qui summe omnium est, nec ab co quod est mutari ullatenus potest, æternaliter hæres

concors exstitit quam tu, cujus subsistentia ab im- A et ea re, quæsumus, ne jugi misericordia, qua erga omnes hactenus usa es, alia sis quam te certissime scimus. Et utique, domina, non te decet a filii tui voluntate discrepare, qui ad miserandum generi humano se naturæ nostræ consortem vultui Patris sui non cessat perenniter demonstrare. Et ipsa naturæ nostræ demonstratio quid aliud est quan ad provocandum super nos misericordiam suam quædam ineffabilis pietatis incitatio. In ipso enim sibi complacuisse Pater ipse testatur; nec fieri potest ut quibus ipse vult misereri, non misereatur. Summus igitur Pater participibus Filii sui vult misereri, et ipse Filius eos ingerit pro se conspectui misericordiæ Patris sui; et tu unica Mater ejusdem unici Filii Dei repelleres ab uberibus misericordiæ 27). O peccator homo, gaude, gaude et exsulta; non B tuæ quos, ut dixi, et Pater Filii et idem ipse Filius vocant et revocant in sinum gratiæ tuæ? Tu exasperareris contra nos propter iniquitates nostras, cum Filius tuus, quem maxime offendimus, morti se tradidit pro delendis iniquitatibus nostris? Severior videlicet illo esses super nos, cum ejusdem conditionis sis, cujus et nos ; naturam tuam, domina, excedens. Sed fortasse tantum amas justitiam Dei contra peccantes in eum ut malis illum exercere vindictam quam exhibere misericordiam. Quod si ita est, cur, domina, cuidam olim ope tua magnopere indigenti, et quæ esses nescienti, matrem te potius misericordize dulci voce respondisti quam justitize, cum filius tuus non minus sit vera et incommutabilis justitia quam vera et appetibilis misericordia? Ka fortassis consideratione, quoniam si te matrem justitiæ diceres, magnam non solum ei quem in augustia positum omni misericordia (postposita justitiæ severitate) opus habere sciebas, verum etiam nobis pauperibus tuis spem veniæ tolleres, et singularis refugii ostium crudelem humani generis pcrsecutorem fugientibus quodammodo inimicis occluderes. Quis enim cum justitia Dei judicium subiens, non ut vestimentum conteritur, non deterius quam a tinea devoratur? Quapropter, pia domina, dulcis et clementissima Domini Mater, attende fragilitatis nostræ gravem necessitatem, et ostende super nos effectu te esse, quod jucundo affectu te esse cognovisti; quod si feceris, ad nos salvandos filio tuo ct Patri suo procul dubio concors eris. Benignissimus quippe filius tuus desiderat salutem nostram, et in tantum ut quo illam incommutabilem et æternam faceret, æternitatem suam momentanea mutabilitate nostra indueret. Verax quoque et justissimus Pater suus ita sibi per omnia complacet ut nihil corum nolit quæ illum velle intelligit. Velis itaque solummodo quod vult ipse, nihil restabit quod possit obsistere saluti nostræ. Sed te non velle quod Deus vult, nefas est vel opinari. Gaude igitur et exsulta, humana natura; omnia quippe tibi prospera Christus filius sanctæ Mariæ paravit, dum se ex ca propter te in substantiæ tuæ veritate creavit.

> Domina, domina, quod ego qualiscunque homuncio, et vere magnus peccator hoc corde imparo de te

describere, parce, quæso, parce et miserere. Nosti enim, pia domina, hoc me ita præsumpsisse, quia talem me confiteor esse ut nec cœlo nec terra me judicem dignum esse; et ideo nimis anxius vellem, si quo modo valerem, eniti quatenus aliquo miserationis suæ intuitu super me Deus intenderet, qui sua ineffabili gratia vel modicum sancti amoris affectum erga benignitatis tuz dulcedinem in me accenderet. Conlido quippe quoniam si hoc faceres, ab his quæ mergi poenis inferni sua miseratio tuaque subventio me forte redimerel. Quapropter, domina, ne indigneris quasi audaci et præsumptuoso, quia si quid horum in istis esse videtur, mea gravis necessitas compulit, et tua grandis et omni sæculo probata bonitas suasit. Ultima ergo atque summa votorum p præsens, et in omni loco æque potens es, aliquod meorum intentio est, ut vel in extremo examine justissimi filii tui si me, remota misericordia, severa sententia crudeli tortori damnandum tradiderit, subvenias, et me ad inferos rapienti occurras, ac manica misericordissimæ defensionis tuæ protectum, ne in æternum damner, eripias. Et quidem, domina, quondam parvulis, et forte mihi, si non fallor, boc a matronis, cum ad verbera raperentur a prædagogo, impensum reminiscor, et ob hoc illis nonnulli valde gratiosi fuerunt, ac pietatis viscera. quibus in eorum pia liberationi usæ sunt, magnifice prædicaverunt. Si ille igitur pro tantilla gratia, quibus, quæso, præconiis a cœli civibus, qui de peccatorum salvatione gratulantur, prædicaberis, cum mei magna peccatoris, ut dixi, miserta fueris? C litique beatus et bonus filius tuus Dominus Jesus dicit ita gaudium esse in cœlis, angelis Dei, super uno peccatore pomitentiam agente quam super nonaginta novem justis, qui non indigent pænitentia (Luc. xv, 7,10). Cum ergo pro pœnitente flat gaudium in cœlis, quoniam in eo quod illum malorum suorum prenitet, tendit ad salutem, quale gaudium erit, domina, quando aliquis liberatus ab omni malo pervenit ad ipsam salutem? Si igitur me a meritis pænis liberatum, æternæ salutis participem feceris, nimium totam curiam regni cœlorum exhilarabis. Quapropter, piissima domina mater, ne parvipendas enormem immanitatem criminum meorum, ut postponas magnitudinem gaudiorum pro remissione illorum congratulantium angelorum. Domina, domi- D uem genuisse. Amen.

meditari, fetido ore effari, pollutis digitis ausus fui A na, quid futurus vel facturus sim penitus ignoro; et ideo quidquid de me sit eventurum, præsentem postulationem ne oblivioni tradas; obsecro piissimain dilectionem qua diligis unicum filium tuum, ut me peccatorem a mortis auctore transferas in sortem vitææternæ; et tu, singulare præsidium omnium ail te confugientium, vere et unice fili hujus castissimæ Virginis dominæ meæ, rogo te per dilectionem, qua diligis ipsam dulcissimam Matrem tuam, seutiam quandoque per effectum, quod mihi per eamdem piissimam genitricem tuam opto impendi; tepido licet, tamen qualicunque affectu. Quod si multitudo scelerum meorum justitiam tuamad me damnandum magis erexit quam pietas Matris tuæ misericordiam tuam ad parcendum inclinaverit, tu, qui ubique mihi tuæ protectionis, quo ab inimicis meis abscondar, obstaculum inveni, ne præda dæmonum factus, detrudar in profunditatibus malorum infernit, ac si nihil merear exaudiri, saltem in inferno constitutum memoria et cognitione sancti nominis tui privari non sinas, ne Satanæ similis et cohæres justitiam tuam reprehendam, sicque æquitatis tua examen perversi murmuris obstituatione gravius feram. Bone Domine, bone, si in his omnibus aures misericordiæ tuæ mihi occludis, profecto non video quid amplius rogem, quod largitatem misericordiarum tuarum mihi impendat, et hæc ignorantia nimirum ex multitudine iniquitatum mearum mihi provenit. Nam si densis illarum tenebris obvolutus non essem, tu, qui lux es indesiciens, non mibi deficeres, sed ignorantiæ meæ tenebras radio tuæ claritatis abigeres, sicque in lumine tuo constitutus viderem te non esse Deum volentem iniquitatem (Psal. v, 5), et tamen nosse et posse habere cum pia voluntate inæstimabilibus modis subveniendi lapsis et oppressis miseria et iniquitate; et hoc, Domine, sic esse firmissime credo, ac per hoc intimo corde teneo et ore profiteor quia quidquid de me feceris, qualicunque videlicet malorum pondere presseris, nullo injustitize livore turbatus in his pertraberis. Sic quoque deletis ac dimissis peccatis nostris, talis esto erga nos propter dulcem amorem dilectissimæ Matris tuæ, ut 202 Virginis bumanam de suæ carnis substantia verum homi-

VARIÆ LECTIONES.

3

ses Ilicaliqua desunt.

SERMO DE CONCEPTIONE BEATÆ MARIÆ

Conceptio venerandæ Dei genitricis perpetuæ Vir- A obtemperaturum, si hoc evaderet naufragium. Proginis Mariæ, dilectissimi fratres, quemadmodum per multa signorum experimenta in Anglia et iu Francia, cæterisque climatibus muudi celebranda sit declarata, me narrantem audiat dilectio vestra.

Tempore namque illo, quo divinæ placuit pietati Anglorum gentem de malis suis corrigere suæque servitutis officiis arctius astringere, gloriosissimus Northmannorum dux Guillelmus eaundem patriam debellando subegit. Qui videlicet Guillelmus, tunc temporis rex Anglorum factus, Dei virtute et industria sua totius ecclesiasticse dignitatis honores in melius reformavit. Cujus piæ intentionis operibus invidens bonorum omnium inimicus diabolus, tum familiarium fraudibus, tum extraneorum incursil us multoties conatus est ejus obsistere successibus. Sed Domino protegente et timentem se regem glorilicante, ad nihilum deductus est malignus (Psal. XIV, 4). Audientes autem Daci Angliam esse subjectam Northmannis, graviter sunt indignati, et, suo quasi hæreditario jure privati, arma parant, classem aptant, ut cos adcuntes a data sibi divinitus patria expellant. Hoc comperto, prudentissimus Guillelmus quendam religiosum abbatem (Helsinum) coenobii (Romessiensis) accersitum in Daciam dirigit, ut inquirat hujus rei veritatem. At ille, ut vir sagacis ingenii, strenue regis negotium exsequitur, Quo fideliter peracto, ad Angliam reverti cupiens, mare ingreditur ; et cum jam maximam partem maris prospero cursu transissot, subito densis surgentibus un- C dique ventis, horrida tempestas cœlum commovit et undas. Fatigatis igitur nautis nec ultra jam obniti va'entibus, fractis remis funibusque ruptis, cadentibus velis, spes salutis amittitur nihil sibi nisi submersionis exitium miserabiliter exspectantibus. Cumque de salute corporum desperati, animarum solummodo magnis clamoribus salutem Creatori suo commendarent, et beatissimam Virginem Mariam Dei genitricem, miserorum refugium, et desperatorum spem devote reclamarent, ecce subito conspiciunt quemdam admodum reverendæ habitudinis virum, pontificali infula decoratum, quasi inter medias undas navi proximum. Qui vocans ad se abbatem (Helsinum), his verbis cœpit eum appellare : Vis (inquit) nus redire ? Cumque cum fletu id toto corde desiderate et hoc solum exspectare responderet, tunc ille : Scias (inquit) me ad te a domina nostra, Dei genitrice Maria, directum esse, ad quam dulciter reclamasti ; et si dictis meis obtemperare volueris, sanus cum comitibus tuis evades imminens periculum maris. Ille vero illico spondet se ci in omnibus

mitte, inquit ille, Deo et mihi quod diem conceptionis et creationis Matris Domini nostri Jesu Christi solemniter celebrabis, et celebrandum prædicabis. At ille, ut prudentissimus : Et quis, inquit, dies in hoc festo celebrandus erit? Sexto, ait, Idus Decembris, hoc festum solemnizandum tenebis. Et quo, inquit abbas, officio utemur in ecclesiastico obsequio? Omne, inquit, officium quod dicitur in ejus Nativitate dicetur in Conceptione, excepto quod nomen nativitatis mutabitur in nomen conceptionis. His dictis ille disparuit, et dicto citius sedata tempestate, abbas incolumis concito flatu applicuit littoribus Anglicanis, et quæ viderat et audierat quibus potuit notificavit. Statuit autem idem festum in cœnobio (Remessiensi) celebrari, et ipse quandiu vixit devotis obsequiis celebravit.

Et nos ergo, fratres dilectissimi, si portum salutis volumus apprehendere, Dei genitricis Conceptionem dignis obsequiis et officils celebrabimus, ut ab ejus filio digna mercede remuneremur.

Rursum hæc solemnitas alibi alio modo declaratur. Tempore namque Caroli regis Francorum illustrissimi, clericus quidam ordine diaconus Hungariæ regis germanus, Matrem Jesu toto corde diligens, ejus horas sollicitus decantabat. Parentum autem suorum consilio, nubere volens cum quadam adolescentula valde pulcherrima, accepta a presbytero noptiali benedictione, quadam die, missa etiam celebrata, recordatus quod ejusdem beatissimæ Virginis horas illa die, juxta morem solitum, non cautaverat, sponsam domum mittens, omnes ab ecclesia exire cocgit, et ipse juxta altare Virginis solus remansit. Cumque horas Dominicæ Matris decantaret, et banc antiphonam Pulchra es et decora, filia Jerusalem, dicerci, subito apparuit ei Virgo Maria cum duobus angelis, dextram ejus manum, et lævam tenentibus, dicens ei : Si ego sum pulchra et decora, quid est quod dimittis me, et sponsam aliam accipis ? Nunquid ego sum optime formosa ? Numquid ego sum pulchrior illa ? Ubi vidisti tam pulchram ? Cui ille stupefactus ait : Domina mea dulcissima, claritudo tua omnem mundi pulchritudinem excellit. Quid vis, domina, ut faciam? Ait illa : periculum maris evadere? Vis in patriam tuam sa. D Si sponsam carnalem, cui adhærere vis, amore mei dimiseris, me sponsam in cœlesti regno habebis ; et si Conceptionis meæ festum annuatim vi Idus Decembris solemniter celebraveris, et celebrandum prædicaveris, mecum in regno tilii mei laureatus eris. His dictis beata Virgo disparuit; clericus vero domum adire remuit, et absque parentum suorum consilio, ad abbatiam quamdam extra patriam illam post tempus exiguum meritis beatæ Mariæ semper Virginis, quæ quidem diligentes se decorat semper et beatificat, Aquileiæ episcopus patriarcha factus festum conceptionis B. Virginis die præfato, quandiu vixit, annuatim cum propriis octavis diligenter celebravit, et ubique celebrandum prædicavit.

Aliud etiam miraculum hujus festivitatis alibi divina inspirante gratia, a nobis declaratur. In pelago Gallico canonicus quidam, ordine sacerdos, solitos B. Mariæ Virginis horas canonicas decantare, a villa quadam, ubi cum uxore alterius fornicatus fuerat, rediens, ad oppidum in quo morabatur tendere curans, et pelagus Sequanæ transmeare cupiens, solus navem ingressus Dominicæ Matris horas navigando R canere coepit. Cumque invitatorium, Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum, diceret, et jam in medio fluminis esset, ecce turba magna dæmonum in profundo pelagi, una cum ejus navicula eum præcipilavil, et ejus animam repuit ad tormenta. Die autem tertia locum quo dæmones eum tormentis afficiebant, venit Mater Jesu cum niegna angetorum societate, dicens eis : Ut quid animam famuli nostri ita injuste affligitis? Nos, inquiuut, cam debemus habere, et merito, quoniam in nostris operibus capta est. Quibus Mater Jesu : Si illius debet esse cujus opera faciebat, ergo nostra debet esse, quoniam matutinas postras, dum vos eum peremistis, decantabat; unde magis rei estis, qui iniqua contra me egistis. His dictis dæmones huc illucque dispersi C fugerunt, et beata Maria animam reduxit ad corpus, et bominem ab utroque funere suscitatum per brachium arripiens, aquam a dextris et a sinistris quasi murum stare jubens, de profundo pelagi ad portum incolumem reduxit. At ille gaudens pedibus B. Virginis prostratus ait : Charissima domina mea, et Virgo speciosa Christo gratissima, quid tibi tribuam pro tantis beneficiis quæ mihi secisti? liberasti me de ore leonis, et de tormentis inferni gravissimis animam meam. Cui Mater Jesu ait ; Precor te, ne de cætero in adulterii peccatum cadas, ne fiat tibi novissimus error pejor priore. Precor te iterum ut de cætero festum conceptionis meæ devote celebres annuatim vi Idus Decembris, et ubique celebrandum prædices. Mox ut id dixit B. Virgo Maria, eo cernente D cœlos ascendit, et ipse eremiticam vitam ducens, quod sibi acciderat, cunctis audire volentibus narravit, et postea quandiu vixit, illud festum conceptionis solemniter et devote celebravit, et celebrandum prædicavit. Et nos, fratres charissimi, nostra archiepiscopali auctoritate corroboramus atque præcipimus ut nullus nostrum ita sit rebus temporalibus aut propriis delictis desperatus, quin B. Mariæ Virginis conceptionem celebret annuation. Sicut enim in sancta Ecclesia ejus extollitur nativitas, ita debet ejus extolli conceptio; nisi enim conciperetur, nunquam nasceretur. Sicut enim ad salvandum genus humanum olim fuit necessaria ejus

perrexit, et ibidem monachali habitu decoratus, et A nativitas, sic fuit necessaria ejus conceptio; jussu Dei concipitur et nascitur. Inde si divina ratio perspiciatur, spiritualis conceptionis ejus dies major fore approbatur quam ejus nativitatis.

> Res enim major exstitit, Adam a Deo creari quam filios Adæ de matre nasci; non est mirum si homo a Deo de matre nascitur. Erubescant igitur omnino insensati, qui tanta sacramenta, tantaque mysteria tenebris ignorantiæ excæcati ideo respuunt celebrare quod viri ac mulieris copulatio in conceptione Virginis exstitit; si enim ejus conceptionem, idcirco quod carnalis exstitit, stultis non placet hodie celebrare, tamen diem et nociem illam dignam, quamvis multis sit incognita, et tempus et horam spiritualis conceptionis ejus hodie celebrare delectet, qua ipse onimarum Creator animam suze matris dignam, et sanctissimam corpori virginali ejus ministrantibus angelis copulavit; quam etiam diem primam nostræ reparationis et salutis dispositor nostræ salvationis inter cæteros dies fecit, præelegit, et sanctificavit; nam duæ sunt conceptiones hominis (hoc omnibus peritis notum est), una qua carnalis copula viri ac mulieris agitur, alia qua spiritualis anima nova et pura Deo operante corpori divinitus adjungitur. Si non placet illi celebrare Dominicæ Matris carnalem conceptionem, saltem placeat celebrare ejus animæ spiritualem creationem corporisque cum anima copulationem. O quanta est dics illa, qua nostræ reparatricis anima digua creatur, et sauctificatur, et sanctissimo corpori unitur ! non est enim verus amator Virginis qui respuit colere diem ejus conceptionis. Erubescant iterum insani qui hune diem colere non volunt ideirco quia aliorum sanctorum conceptiones minime colere sancta consuevit Ecclesia. Maxima quippe rusticitas est eam aliis sanctis in hoc comparare, in qua Deus carnem humanam assumpsit, quain etiam super omnes angelos et archangelos in cœlis sublimavit; quamvis enim cæteris sanctis dies conceptionis corum non sit concessum ut celebretur, illi tamen a Spiritu sancto concessum est, quæ major et excellentior cunctis est. l'ulchre et digne dominationem super cateros sanctos illa debet høbere, per quam omnes sancti sønclificantur; dicitur enim Christus sauctorum Sauctus, et upsa sanctorum Sancia; et sicut sine more summus rerum Dispositor super onnes sanctos et sanctas illam dignitatem illi contulit, ut Verbum carneni factum Virgo conciperet et pareret, et post partum Virgo permaneret, sic ipse præ omnibus absque more hane dignitatem illi præbuit, ut conceptionis et nativitatis ejus solemnia sacrosancta in sancta Ecclesia celebremus. Quid longius? Dominicæ Matris conceptionem colere, Christi generationem est commemorare; nam ejus conceptio Christi generationis est linea. Quapropter Evangelium Liber generationis (Matth. 1, 1) ipsa die, sicut in Nativitate Domini, ante matutinales laudes bono more decantamus, et ad missam legimus. Merito ergo colitur et filii gene-

nativitas matris generatio est filii. Celebremus igitur (dilectissimi) hodie dignis officiis utramque ejus conceptionem venerabilem, spiritualem videlicet et bumanam, ut ipsius meritis et precibus, a sæculari-

101.104

ratio, et matris conceptio, quoniam conceptio et A bus curis et a cunctis malis mereamur eripi, et ad æterna gaudia perduci, præstante Domino nostro Jesu Christo filio ejus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita sæcula sæculorum. Amen.

MIRACULUM

DE CONCEPTIONE SANCTÆ MARIÆ

(Ex ms. Gem. Meticensi c. 40 ses.)

potentissimus, prostrato Anglorum rege Heraldo, ipsos Anglos bello strenue superando sibi subjecerat, quidam abbas, Elsinus nomine, in ecclesia apostolorum Petri et Pauli Sanctique Augustini, Anglorum apostoli, residebat, in qua ecclesia ipsius Augustini cæterorumque archiepiscoporum corpora sibi succedentium requiescunt. Hic itaque Elsinus certis ex causis in Ramesiensem Ecclesiam promotus, Domino Jesu Christo devotissime famulabatur, ejusque genitricem, servitium ejus faciendo devotissime, venerahatur. Contigit autem ut Danorum rex, audita Heraldi morte Anglorumque subjectione, venire in Angliam properaret et suo eam dominio subjugare, prostrato Guillelmo novo rege, ut ipse testabatur, ipsius terræ invasor, et eam in perpetuum possido- C ret. Quo audito, Guillelmus ad desendendum se præparavit, et ex circumjacentibus regionibus milites quamplurimos congregavit, et, ut erat callidus, urbes ac castella strenuissime munivit, et omnibus necessariis opulentissime replevit. Consilio itaque inito, Guillelmus rex cum optimatibus suis strenuissimum abbatem Elsinum, de quo supra retulimus, in Daciam misit, ut consilia ipsorum et acta diligenter inquireret, et corum in Augliam adventum, prout posset, averteret. Ascensa igitur puppe, prospero vento flante, in Daciam venit, ipsiusque terræ se regi præsentavit, et salutes ac munera atque servitia ex Guillelmi regis parte obtulit. Deinde omnia, ut sibi jussum fuerat, iuquisivit, quid dicerent et quomodo satagerent percunctari non destitit. Postquam autem omnia propter quæ illuc erat strenuissime complevit, proceresque terræ muneribus et promissis oneravit, in Angliam regredi voluit, sed rex Daciæ secum illum regredi permisit. Qui mox cum sociis navem conscendit. Naturæ igitur aplustria collegerunt, et in altum carbasa extenderunt, ac per frementia æguora itinera direxerunt.

Dum itaque per alta maris pergerent, contrarius ventus eis surrexit, mare funditus commovit, om-

Eo tempore quo Willelmus, Normannorum dux B nesque qui in navi erant formidine replevit. Timore igitur mortis contriti nimiumque perterriti, preces cum lacrymis Deo fundunt, et se graviter deliquisse miserabiliter gemunt. In tanto discrimine positis majora pericula occurrerunt, namque syrtes præ oculis aspiciunt, quas naucleri scamma dicunt. Tunc magis auxii et dubii velut in morte positi clamabant ad Deum fortius. O Deus clementissime, Pater misericordiæ, dignare nos respicere mersos pro nostre crimine. Respice, clementissime, de sede tuæ gloriæ, visita nos jam positos in extremo vitæ periculo. Assit nunc tua gratia! assit tua benignitas ! assit maxima bonitas ! assint bona gratuita dona ! Succurre nobis miseris, pietas ineffabilis, ne nos sorbeat infernus nunc pro nostris criminibus. Pie Deus, cognoscimus quod graviter deliquimus, pejora commeruimus, quia multum peccavimus. Benigna tua gratia fatentibus indulgeat, fatemur nostra crimina, tu dele tua gratia. Qui promisisti miseris qua hora ingemuerint et corda pœnituerint salvos protinus fieri, parce nunc confitentibus, miserere gementibus, miscrere nunc flentibus et vere prenitentibus. Maria, Mater Domini, ora pro nobis miseris, tuo filio, o domina, commenda nostra flamina. Namque mari sunt tradita misera nostra corpora, tuus Alius 'animas in requiem suscipiat.

> Cum igitur desperati sic clamarent, quemdam pontificalibus vestibus ornatum juxta navim assistere vident, qui Elsinum abbatem proprio nomine compelless, hoc ei retulit, inquiens : O tu, abba Elsine, veni surgens et mecum loquere. Dum autem, admirantibus omnibus quænam esset persona illa, abbas Elsinus surrexisset, præfata persona, ut credimus, angelica hæc ei infit: Si vis sanus effugere, si vis mortem evadere, si vis patriam cernere tuosque lares visere, promitte sidelissime Matri Christi piissimæ te facturum per celebrem conceptionis ipsius festum diem, in qua ipsa Virgo incomparabilis Dei futura Genitrix, in alvo matris concepta fuit, et doceto quoscunque potueris, ut percelebrem diem

VARIÆ LECTIONES.

²⁴³ In eodem ms. eodem charactere scripta leguntur plura alia miracula B. Mariæ precibus edita, quæ non majoris sunt fidei, inter hac unum est ac abbatissa sanstimonialis qua cum virginitatis et castitatis volasset propositum et prægnans B. Mariæ suas preces funderet, ob ea obstetricantibus rebus angelis liberata est.

hnjus agant solemnitatis. Tunc abbas Elsinus, ut A erat prudentissimus, hoc illi refert protinus: Quomodo faciam istud, qui diem quo istud faciam ignoro penitus. Dei nuntius respondit : In sexto Idus Decembris est dies celeberrimus hujus conceptionis; hunc ut celebres moneo, et celebrandum dicito quibus dicere potueris et qui scire voluerint. Tunc abbas Elsinus : Et quali, inquit, servitio jubes uti in hoc festo? Cui divinus nuntius respondit hoc velocius : Omne servitium quod dicitur in ejus Nativitate, dicitur et in Conceptione, sic ubi natalitium in Nativitate dicitur, Conceptio in hac celebritate dieitur.

Prædictus abbas postquam talia audivit, Deo gratias reddidit, et devotissime vovit se servaturum quod audierat divinitus jussum. Statim ut hoc vovit, tempestas eccidit, et serenitas rediit. Vento igitur prospero redeunt, et in Angliam alaeres veniunt. Statuit quoque in Ramesiasensi Ecclesia, cui ipse abbas præerat, ut hoc festum onnui anno solemniter sexto Idus Decembris celebretur, multosque ad celebrandum devotissime invitavit. Hujus solemnitatis celebrato ibus detur a filio ipsius Virginis Domino nostro Jesu Christo pax et longa vita, et post transitum hujus vitæ æterna requies concedatur. Amen. Explicit miraculum de conceptione sanctæ Mariae.

PASSIO

SS. GUINERI, FINGARIS, PIALÆ, ET SOCIORUM

Poscis' fulchiter satis, charissime, martyris sacri B Guineri sociorumque ejus admirabilem vitam, quam prius brevibus notulis retinebas, victoriæque triumphum latiori tibi explicari sermone. Cupio sane devotioni tuze parere devotus; et si non digne, ut gestorum fortium deposcunt magnalia, tamen pro ingenii facultate sanctorum laudibus occupabor intentus, quoniam laus militis gloria est imperatoris, et dum sanctorum virtutes narrantur, Christi gloria prædicatur. Spondet ergo devotio quod negat scientia, et sanctorum fides, quod non promittit facultas, totum corum præsumam de meritis. Nec de cloquii paupertate confundar, quosiam pro certo non in nitore sermonis consistere regnum Dei monstravit, qui ad sui gloriam prædicandam idiotas et С piscatores elegit.

CAPUT I.

Sancts Patricii prædicatio in Hibernia, et Fingaris principis conversio.

Gloriosus equidem et prædicandus ubique Domini confessor Patricius, cum in Cornubiæ partibus sanclis actibus morarctur intentus, admonitus est voce angelica ut Hiberniz insulam, fidem Christi in ea prædicaturus, adiret. Tunc fidelis servus et prudens. Domini visione comperta, sine mora surrexit, et locum sibi præsignatum a Deo, in nullo barbaræ et incredulæ gentis expavescens feritatem, expetiit. Cujus adventu, fama vulgante, præcognito, septem nominatse jam insulse reges cum pontificibus idolorum, cum satrapis ejusdemque gentis non minima D multitudine in sancti convenere occursum. Hos sanctus Domini fide integer et devotione plenus aggrediens, cœpit eis Evangelium Christi cum fiducia prædicare, et in Jesu evangelizare salutem. Verum

quia vas plenum absinthio, níst prius amaritudine pulsa, alterius liquoris non admittit dulcedinem, illi adhuc pleni spiritu superbo doctrinam salutis recipere noluerunt. Sed cernentes humilitatem, et vilitatem habitus attendentes, non thesaurum latentem interius, sanctum et vere apostolicnm virum penitus contempserunt. Fuit inter jam dictos reges nobilior unus ac potentior omnibus, nomine Clito. Huie erat Alius adolescens bonæ indolis, vocabulo Fingar, electione divina præcognitus et sancti Spiritus jam gratia perfusus. Hic ex universis solus sancto assurgens Patricio, quo potnit honore, virum Dei suscipiens cessit, et in loco quo sederat ipse, eum sedere fecit.

CAPUT II.

Fingaris ac sociorum pro fide exsilium.

Iratus pater severus, et indignatione grandi succensus in filium, dicens quod deorum suorum intenderet evacuare culturam, et novam Christianorum per sanctum Patricium introducere legem, regno expulit, ct solo fecit exhæredem paterno. Cui plures ex nobilibus Hiberniæ procreati adolescentes, dulcissimo amore conjuncti, pariter profecti coexsules, terra marique minorem in Britanniam pervcnerunt. Quo audito, judex Britanniæ in terram suam novos accolas adventasse, eos sibi exhiberi præcepit ses, et diligenter inquirens qui essent, ad quid vel 200 unde venissent, responderunt se de Hibernia pulsos; serioque proscriptionis suz ratione exposita, petierunt ut in provincia 387 sua locum habitandi atque *** licentiam eis concederet pro sua clementia. Ingenuitate vero adolescentum comperta, simulque exsilii causam dux agnoscens, summa eorum petitioni liberalitate assentiens, tantum eis terræ ad

VARIÆ LECTIONES.

⁸⁸⁶ Collata est cum ms Victorin. MMM. 18 in quo non est distinctio capitulorum ²⁸⁵ Exhiberi percepit ».⁶ exhiberi præcepit ²⁸⁶ Ad quod vel ms ad quid vel ²⁸⁷ Ut si provincia ms ut in provincia ²⁸⁸ Sua locum atque ms sua locum habitandi atque

habitandum concessit, quantum unus equitando A decessisset ab eis, ad eum iterum inquirendum se posset currere per diem; præcepitque venerationi habendos, et maxime Fingarem censuit excolendum. Domini igitur gratiam in omnibus consecuti diliguntur ab omnibus, ab omnibus honorantur, et cum indigenis de cætero novi hospites familiariter habitare cœperunt.

CAPUT III.

Occasio secessus Fingaris a saculo.

Sed cum jam providentia summi Dei tironem suum Fingarem suis arctius vellet applicare obsequiis, tali eum arte discrevit. Die quadam cum suis consortibus ad venandum egressus, repertum canes cœperunt agere cervum, qui cum canibus importune infestantibus ea qua illud animal solet fieri velocitate aufugeret, solus Fingar cum canibus, relictis sociis, prosecutus est fugientem. Quid plura? cervum retinuit, occidit; et detracta pelle frustatim 389 concidens per artus equo imposuit, quasi reversurus ad socios, qui eum nebula obducente perdiderant. Sed cuin respersam sanguine vestem ac cruentatas manus vellet abluere, huc illucque circumspiciens non inveniebat aquam, et labari cuspide in terra defixa, improvisi fontis gratissima manans vena defluxit. Laticis novi miratu fluenta, et illius virtuti factum deputavit, qui antiquum populum silice percusso potavit. Comparetur, si placet, factum antiquo 196 S. Clementis miraculo, nisi quod ille *** pede agni foutis cognovit thesaurum, iste acumine teli bullientem venam invenit. Denique cum lavandus se ad u fontem disponeret, inclinans se in aquam, per umbram formosi vultus sui pulchritudinem attendens, erat enim speciosus valde et decorus aspectu, cœpit laudare Deum et benedicere, qui tantam ei contulerat gratiam. Et ex illa hora se ei serviturum tota devotione spondens, soluto de capite equi freno, liberum quo vellet ire permisit; ipse vero inter saxa sub quodam specu latitans, quercuum glande aliquanto tempore vixit. Socii autem ejus per loca diffusi tota intentione quærebant eum, et cum non invenissent, anxii valde et dolentes reversi sunt ad habitaculum suum. Dominus autem Britanniæ cum audisset illum deesse, evocatis ad se sociis ejus, requirebat ab eis ³⁹² quo devenisset, vel quid de eo factum fuisset, et alligatos in custodia tradens, comminabatur jurans D retro, aptus est regne Dei (Luc. 12, 62). Nemo mise occișurum omnes, nisi ei veritatem indicarent : arbitrans ab eis in contentione vel litigio interruptum. Sed cur hominem occidissent, pro cujus amore natale solum reliquerant, laboresque sustinuerant infinitos, terræ margisque discrimina toleraverant multa? Denique tristitia, qua afficiebantur pro eo, non homicidas, sed veros monstrabat amicos, et tales quibus credi non de odio, sed de amicitia debuisset. Exposito tamen qualiter inventione cervi

offerunt, loca se monstraturos ubi socium perdidissent, si viros, qui eum sagacius scirent inquirere, destinaret. Itum est, et multo labore inventus ad præsentiam ducis cum honore adducitur ***; et cum dux, de ejus inventione lætus, facti benigne causam inquireret, respondit se omnino divinis mancipatum obsequiis, nec ulla unquam ratione ad sæculi deinceps posse redire officia; si tamen ei locum in quo constructo oratorio Deo quietius posset servire, pro sua vellet benignitate concedere, libenter susciperet. Dux vero beniguus ejus voluntati favere consentiens, locum assignavil, et totam insuper terram, quam ei et sociis ejus prius ad habitandum concesserat, liberam ab omni tributo perpetuam delegavit in dotem. Ingreditur igitur electus Domini Fingar locum ducis clementia consignatum, prædiis ac possessionibus dotatum amplissime atque ditatum, ac mente tota ac devotione in cœlestis solii habitationem intentus habitaculum sanctificationis, in quo Deus perpetuo laudaretur, instituit. Accingit se deinceps servus Dei fortins ad opera fortiora, carnem domat, roborat spiritum, et prosequendo seipsum, seipsum perficiebat in Domino.

CAPUT IV.

Regressus Fingaris in patriam, et regni recusatio.

Post tempus aliquod ad locum nativitatis admonitus hortatu angelico redire jubetur. Quo cum Domini in omnibus præsidio fultus rediisset, Hiberniam Christi legibus subditam, in confessione Christiani nominis gloriantem, et totam lavacro sancto perfusam invenit. Gaudent servi se dominum accepisse, Christiani fideles, consortem patronum; rogant eum, Clitone patre defuncto, suscipere regnum, cupientes defensorem talem habere cujus providentia gubernaretur regnum et nova adhuc Christianitas tueretur. Tibi, inquiunt, excepto quod fidei Christianæ te cupimus habere fautorem, ex genere regius *** honor debetur, ad te hæreditas pertinet, tibi hæreditario jure cedit possessio, Tum ipse : Parcite, inquit, charissimi; semel dedicatus sum Christo, illi soli me serviturum devovi. ad officia sæculi deinceps reverti non possum, quoniam nemo mittens manum ad aratrum, et respiciens litans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, ut placeat ei cui se devovit (11 Tim. 11, 4). Et cum rogantes pia importunitate instarent : In vanum, ait, fratres, tantis precibus laboratis; ego enim vobiscum diutius detineri' non possum. Sed si vultis

agere secondum meum consilium, eligite virum industrium ac fidelem, unum ex nobilibus patria, cujus providentia moderetur regnum, et Christianæ fidei tucatur religio; et illi germanam meam Pialam,

VARIÆ LECTIONES.

*** Frustratim ms frustatim *99 Cum antiquo ms omit. cum ^{\$91} Nam qui ille ms nisi quod illo *** Requirebat eis ms requirebat ab eis *** Ducis adducitur ms Ducis cum honore adducitur *** Regis ms Regius

in uxorem simu cum regno tradite. Fuerat autem A clarissima virgo Piala, nobilissimi regis Clitonis filia, soror S. Guigneri, jam lavacro sos purificationis regenerata in Christo. Sancti igitur instructi consilio virginem sacram alloquuntur de sponso. Ouibus illa, tota in amore Christi fundata, respondit : Sponsus mens Christus est, qui me per suam gratiam regni sui elegit consortem. Huic fidem promisi quam violare non debeo; et ideo alium sponsum, præter ipsum, non possum suscipere. Regni hujus gloriam contemno, quæ non debet dici gloria, quia non potest carere miseria; et ad regnum, quod promittit Dominus Jesus Christus, suspiro, ubi non est dolor, vel tristitia, sed perpetua jucunditas, et lætitia sempiterna. Cernens autem sanctus virginis intentionem in Christi solidatam amore, ita ut nulla posset ratione ad consensum conjugii flecti, ait : Sinite eam, Tratres, nolite contra Dei beneplacitum niti; ipse sic voluit, et sic futurum providit. Regnum istud Dei providentiæ committamus; ipse secundum suam voluntatem providebit tutorem ac defensorem. Et omnibus vale dicens parabat profectionem.

CAPUT V.

Rursus Fingar solum patrium descrit cum insigni comitatu.

Secuti sunt eum septingenti septuaginta viri, et septem episcopi, quos sanctus Patricios per aquam incorruptionis Christo genuerat, pleni Deo, et divina lege instructi, cupientes beate peregrinationis ejus C esse consortes in Domino, inter quos fuit supradicta' virgo Piala, soror beatl Guigneri. Sancto igitur consortio omnes adunati in Domino, simul cum patrono ad littus usque procedunt, repertoque pro voto navigio, navem omnes una conscendunt. Paululum jam altius navigando a terra discesserant, cum ecce virgo quædam, nomine Hya, nobili sanguine procreata, pervenit ad littus, felici sanctorum cupiens adunari collegio, cernensque procul a littore jam remotos; nimio anxiebatur dolore, et fixis in terra genibus, manus et oculos ad sublimia erigens, mente consilium e coclo efflagitabat devota. Et modicum inferius relaxans obtatum, contemplatur super aquas folium parvum, et protensa virga, an mergeretur; et ecce and oculis ejus coepit crescere et dilatari, ita ut dubitare non posset a Deo sibi illud obsequium missum. Et fide fortis, folium audacter conscendens, mirabiliter Dei virtute perlata *** alterum socios prævenit ad littus. Ilæsi-Landum non est de operibus Dei : nam qui transitaro populo mare Rubrum potenter divisit, et Elize Jordanem aperuit, et Petrum supra aquas currere fecit, ipse quomodo voluit, virginem suam transvexit.

CAPUT VI.

Appulsus in Cornubiam.

Socii vero datis velis æquoreos fluctus sccantes, prospero cursu applicuere Cornubiam, ad portum qui vocatur Heul, ubi jam prævenerat eos sacra virgo Ilya potentia Dei transvecta, et descendentes de navi quoddam habitaculum non longe a littore invenerunt, in quo virgo quædam sancta manebat inclusa, et nolens sanctus Guignerus cam inquietare, salutata virgine, ad alium locum transiere pransuri, ubi cum aquam deesse cerneret sanctus, plena de Jesu Christo fiducia præsumens, oratione præmissa baculum in terra fixit, et confestim limpidissima aqua sanctorum prosilivit in haustum. Post cibum vero proficiscentes inde, ad villam quamdam, quæ vocatur Conetconia, pervenerunt, ubi quædam mulier fidelis et timens Dominum, nomine Coruria, non modicam eis exhibuit benignitatem. Nam cum omnes habitacula ejus capere non possent nec, habere stramen in quo omnes possent pausare, detectis domibus, culmum, quo operiebantur, in sanctorum accubitum commodavit, vaccam unam eis mulier charitate plena in cibum dedit; qua occisa, et ejus carnibus, prout oportuit, diligenter paratis, pariter comederunt. Denique, cœna in gratiarum actione completa, jubet sanctus Fingar nudata carnibus ossa omnia congregari in unum, et desuper ejusdem vacce pellem deponia Tum confessores Christi omnes, qui cum eo erant, ad orationem invitat, dicens : Oremus, fratres, ut Dens pro cujus amore mulier officiosissime nobis istam servivit vaccam, ei restituat. Et oratione completa sub omnium oculis stans pulchrior quam ante fuerat, vacca apparuit. Deinde de lacte ejus sibi offerri mandavit; quo hausto, simpliciter deprecatus est Deum ut vena lactis uberior quam in aliis vaccis triplicaretur in ilfa; quod non solum in es, sed in omnibus "", quæ ex es processerunt, factum esse narratur. Mane autem facto, cum jam iter agere vellent, respicientes viderunt omnia habitacula retecta et reparata ita ac si nunquam discooperta fuissent. Tunc fideles, qui prævio S. Guignero Christi vestigia sequebantur, per singula loca cernentes multiplicari mirabilia Dei, magis magisque confortabantur, et in fide et amore quam manu gestabat, tangens illud volebat probare D Christi confirmabantur. Et bene Christus debuit talibus consolationibus suos confirmare testes et consolari, quos per palmam martyrii in proximo disposuerat coronare. Mane autem facto, pergentes gradiebantur per loca quædam silvestria.

GAPUT VII.

Martyrium Fingaris et sociorum.

Sonuerat jam, pervulgante fama, in auribus Theodorici regis Cornubiæ, in terra scilicet sua Christianam multitudinem advenisse; et timens odibilis Deo tyrannus ne populum snum ad fidem

VARIAE LECTIONES.

100 Lavacro ms jam lavacro 200 Prolata ms. perlata 207 Sed omnibus ms sed in omnibus PATROL. CLIX.

ipsum solvitur. Porro ab ipso contra ipsum non A Ecclesix, sed una est toto orbe terrarum diffusa, solvitur, qui propter amorem ejus, ut ei bene placeat, a filiis superbiæ et difildentiæ, a filiis discordiæ, (et ut apertius dicam) a filiis diaboli migrat ad filios pacis et spei, humilitatis innuo filios Dei. Qui enim sic transit, nonne fugit a sede diaboli ad sedem Dei? Qui autem judicent eum damnandum a Deo, qui ut ad patrem, ut ad Deum, ut ad amicum, fugit ad ipsum? Præterea qui sic transit, non ab Ecclesia ad Ecclesiam transit; non enim plures sunt

et uni Deo ubique servitur, uni regi militatur. Postremo beatus Benedictus qui stabilitatem præcepit firmare monachum, ab alio monasterio ad aliud venientem jubet suscipi, et si bonæ vitæ fuerit, et stabilitatem suam firmet, suadet. Quam dubia et brevis sit vita hominis, et quam infinita sunt. quæ sequentur bona vel mala, incessanter memorare.

MIRACULUM SANCTI JACOBI

A DOMINO ANSELMO EDITUM

De milite quem in agonia mortis a damonibus oppressum, beatus apostolus per mendici baculum et sacculum mulierculæ liberavit (1)

(Ex ms. Sangermanensi, n. 608)

Tres milites discesseos Ludunensis Ecclesize de B accedentes monent ut peccata sua confiteatura et est oppido Dumezai sibi condixerunt ut orandi caura Jacobum apostokum oris Galetize adirent, et profecti sunt. Qui cum essent in via peregrinationis ejusdem, mulierculam invenerunt, quæ res sibi necessarjas in sacculo quodam deferebat. Cum autem oquites intuita fuisset, rogavit ut sui miserti sareinulam quam ferebat, in suis jumentis amore beati apostoli, deportarent, seseque tanti labore itineris allevarent : quorum unus peregrinæ petioni annuens, ejus manticam suscepit et portavit. Igitur veniente vespera mulicr insecuta milites, de sua sarcinula sibi accipiebat necessaria. Et primo gallorum cantu cum peregrini pedites proficisci solent, equiti sacculum reddebat, sicque expedita lætior agebat. Taliter miles amore apostoli serviens mu- C Herculæ, ad locum orationis optatum festinabat : sed eum duodeeim dietis ab urbe B. Jacobi distarent, pauperem infirmatum invenit in itinere, qui cum ccepit orare ut sibi equum suum ad equitandum secommodaret, quatenus ad sanetum pervenire posset ; alioquin morerctur in via, quia amplius ambalare non poterat. Consensit miles, descendit, imposuitque mendicum super equum suum, ejusque baculum in manu sua accepit, ferens etiam proprio collo et sarcinulan mulierculæ quam susceperat. Sed cum ita pergeret, nimio solis fervore ae longi itineris solitudine constrictus informari ccepit. Quod ubi sensit, perpendens quia in multis sæpe multum offenderit, incommoditatem suam apostoli amore usque ad ejus limina pedibus cunte.... toleravit : D ubi apostolo deprecato, et hospitio recepto, et eadem molestia quam in via ceperat, lecto deculuit, et aliquot diebus ingravescente langore jacuit. Quod alii milites qui ejus socii fuerant videntes, ad cum

(1) S. Anselmo falso tribuitur.

- i

que Christianum refert petere quærat, suumque maturius exitum muniat. Hoc ille audiens facieur avertit, cl respondere non potuit, sicque per triduum sine verbi prolatione jacuit. Inde vehementer nicerore afflicti sunt, tuin quia de ejus salute desperaverant, tum maxime quia suæ salutem animæ procurare non poterat. Quadam autem die quando com citius spiritum exh lare putabant, Hlis circumsedentibus et exitum illius præstolantibus graviter suspirans locutus est. « Grates, inquit, ago Deo, es S. Jacobo domino meo, quia liberatus sum. > Quod qui aderant quærentes quid significaverit : (E.o. inquit, ex quo sensi me languore gravari, mecum tacitus cœpi cogitare quod ego vellem peccata mea confiteri, sacra unclione liniri, et Domini corporis perceptione muniri. Sed dum hæc in silen io traetarem, subito venit turba tetrorum spirituum, quæ me in tantum oppressit, ut neque verbo neque signo ex illa hora innuere potuerim quod ad meam salutem pertinuerit. Et quæ dicebatis bene intelligebam, sed unlia ratione respondere poteram : nam dæmones qui ad me confluxerant, alii mihi linguam stringebant, alii oculos meos claudebant, nonnulli quoque caput et corpus meum ad libitum suum huc et illuc me nolente vertebant ; sed modo paulo antequam loqui cœpissem, intravit huc S. Jacobus, ferens sinistra manu mulierculæ sacculum quem in via tuleram, baculum vero mendici quem portavi dum idem equitaret equum meum, ipsa qua infirmitas me cepit in manu dextra tenebat ; baculum enim habebat pro kaucea sacculum pro palma : et confestim quasi furoris indignatione veniens ad mer elevato baculo visus est percutere dæmones qui me tenuerant, qui protinus fugerunt territi ; quos iller

insecutos per angulum illum hine exfre coegit : A veritas declaravit. Postquam enim peregrinus ille, et ecce Dei et B. Jacobi gratia liberatus ab illis qui me premebant, loqui valeo ; ac citius mittite, et presbyterum accite, gui mihi sanctæ communionis viaticum tribuat; dintius enim in hac vita manendi non habeo licentiam.) Qui cum misissent, dum ille moram veniendi faceret, unum de sociis suis publice admonuit, dicens : (Amice, inquit, noli amodo-Girino domine tuo Calvo militare, cui hactenus adbæsisti, veraciter onim damnatus est, et in proximo mala morte moriturus. > De quo ita contigisse rei

bono fine quievit, et sepulturæ traditus est, reversis sociis et narrantibus quæ gesta sunt, prædictus Giai, rinus, cognomento Calvus, qui dives homo fuerat, eorum relationem pro somno duxit, nec se a pravitate sua quidquam emendavit ; unde non post inultos dies contigit dum militem armis interficeret, ipse quoque cjusdem militis lancea transfossus interiret. Ergo Regi regum Domino N. J. C. in sæcula szeculorum amen.

MIRACULUM GRANDE SANCTI JACOB

A Domino Anselmo Cantuariensi archiepiscopo editum, de peregrino qui amore apostoli se peremit, et B. Jacobus illum ad vitam, beata Dei Genitrice Maria auxiliante, de morte reduxit (2)

(Ex cod. ms.)

que invenis quidam morabatur, nomine Giraldus, qui arte pelletaria instructus, juxta faborem manuum suarum vivebat, et patre suo defuncto suis faboribus matrem suam sustinebat. Ilic sanctum Jacobum vehementer diligebat, ad cujus limina singulis annis venire et suam obedientiam solebal offerre. Uxore.n non habebat, sed solus cum matre sia vetula vitam castam gerebat. Sed cum diuscule se contineret, tandem vice carnis voluptate superatus cum juvencla quadam fornicatus est. Mane autem facto quia peregrinationi prius se disposuerat, cum duobus vicinis suis ducens secum asinum suum, ad Sanctum Jacobum ire cospit. Qui, cum in via. essent, invenerunt quemdam mendicum ad Sanctum C Jacobum proficiscentem. Hunc secum et gratia societatis, et potius amore sancti apostoli tulerunt; largientes ei necessaria victus. Pergentes igitur, plures cum lætilia dies hoc secerunt. Quoniam pacificæ ac charitativæ societati invidet diabolus, in humana forma satis honesta ad juvenem qui in domo fornicatus fuerat clam accessit, eique dixit : « Nosti qui sim ? > At ille : (Nequaquam. > Et dæmon : « Ego, inquit, sum Jacobus apostoles quem singulis annis jam ex multo tempore consucvisti visitare tuisque præmiis honorare. Scias quia multum gaudebam de te, quoniam quidem magnum bonum sperabam de te. Sed nuper antequam domum tuam exires, fornicatus es cum muliere, nec inde usque nunc pænituísti, nec confiteri voluisti; sicque per- p egre cum peccato tuo profectus es, quasi tua peregrinatio Deo et' mihi foret acceptabilis. Non ita fieri oportet : nam quicunque amore mei vult peregrinari, prius necesse est ut peccata sua per humilem confessionem aperiat, et postea peregrinando eadem commissa puniat : qui aliter fecerit, peregrinatio

(2) Fabula hac S. Anselmo falso tribuitur.

Prope Euchmensen sivitatem est vicus quidam in B grata non orit. . Hoc dicto ab oculis se videntibus evanuit.

> flis auditis homo contristari cœpit, proponens in animo suo se domum velle redire, suo presbytero confiteri; sicque cœpto itinere regredi. Hos itaque dum apud se tractaret, venit dæmon in cadem forma qua prius apparuerat, dicens ei : (Quid est quod cogitas in corde tuo, te domum velle redire : pænitudinem agere ut ad me digaius postmodum valeas redire? Putas te tantum scelus tuis jejuniis sive lacrymis posse delere ? multum desipis : crede meis consiliis, et salvus eris; alioquin salvari non poteris. Quamvis peccaveris, ego tamen amo; et propterea veni ad te ut tale consilium tibi tribuam unde salvari possis, si mihi credete volueris. i Cui peregrinus : . Ita, inquit, cogitabam sicut dicis : sed postquam ad salutem non prodesse hoc asseris, die quod tibi placet unde salvari possim, et libens exsequar. > At ille ; « Si, ingnit, pleniter a delicto emundari desideras, virilia, quibus peccasti, citius amputa. > Quo ille consilio territus dixit : « Si mihi hoc quod consulis fecero, vivere non potero, eroque mei ipsius homicida; quod sæpe audivi coram Deo esse damnabile. » Tunc dæmou Irridens : (0, inquit, insipiens, quam parum intelligis ca quæ tibi ad salutem possunt proficere ! Si taliter mortuus fueris, ad me sine dubio transibis, quia puniendo delictum tuum martyr eris. O: si esses tam prudens ut temetipsum interficere non dubitares, ego certe cum multitudine sociorum meorum statim ad te venirem, ac mecum mansuram animam tuam lætus acciperem. Ego, ait, sum Jacobus apostolus qui tibi consulo : fac ut locutus sum si ad meum vis venire consortium, et tui delicti remedium invenire. > Quibus dictis peregrinus animatus ad facinus, nocte. sociis dormientibus, cultellum extraxit, et quidquid virile fuerat in partibus illis sibi amputavit, deinde

ciens, ventrem confodit. Cum autem sanguis efflueret, et ille palpitando tumultuaretur, experrecti socii vocaverunt illum sciscitantes quid haberet. Qui cum illis responsum non daret, sed anxius extremum spiritum traheret, conturbati concite surgunt, luminaria accendunt, sociumque semivivum nec jam eis respondere valentem reperiunt. Ex quo stupefacti simul et magno timore percussi, ne mors illius sibi imponeretur si mane in eodem loco invenirentur, fugam incunt, ipsum vero in suo sanguine volutantem, asinum vero et egenum quem alere cœperant, derelinguunt.

Mane autem cum familia domus surrexisset, occisumque reperisset, non habens certitudinem qui eum occidisset, advocat vicinos et defunctum ad ecclesiam sepeliendum deferunt; ante cujus fores dum fossa pararetur, propter sanguinis fluorem illum deponunt. Nec multa interveniente mora ille qui mortuus fuerat. rediit, et in stratu funereo resedit. Quod qui aderant intuentes, perterriti fugiunt et exclamant; quorum clamore populi concitati accurrunt, quid acciderit inquirunt, et mortuum vitærestitutum audiunt. Qui cum propius accessissent, et eum alloqui cœpissent ; quæque circa eum acta fuerant libera voce coram omnibus enarravit. « Ego, inquit, quem a morte resuscitatum videtis, ab infantia sanctum dilexi Jacobum, eique, in quantum potui, servire consuevi. Modo autem dum ad eum pergere decrevissem, et fefellit me, dicens seesse sanctum Jacobum, > totumque ordinem, ut supra dictum est, enarravit; atque subintulit : « Postquam mihimet vitam ademi et anima coarctaretur de corpore, venit ad me idem malignus spiritus qui me deceperat, ducens secum magnam turbam dæmonum, qui confestim absque misericordia me rapuerunt, atque plorantem ac miserabiles voces emittentem tulerunt ad tormenta. Euntes ergo versus Romam tetenderunt. Verum cum ad silvam quæ inter urbem et villam quæ vocatur Labicau, sita est, venissemus, sanctus Jacobus insecutus nos post tergum nostrum advolavit, comprehensisque dæmonibus ait : (Unde venistis et quo tenditis?) Ajunt illi : «O Jaçobe sancte, ad te nihil pertinet; nam in tantum nobis credidit, ut semetipsum interficeret. Nos suasimus, nos fefellimus, nos habere debemus.» Quibus ille : « De hoc, ait, quod quæro nihil respondetis, sed Christianum decepisse jactando gaudetis. Unde malas habeatis gratias; meus enim peregrinus est quem vos habere jactatis, utique non vos sine pugna feretis.» Videbatur mibi Jacobus juvenis, et venusti aspectus, macilențus, medii coloris, qui vulgo brunus dicitur. Illo igitur cogente Romam divertimus, ubi prope juxta ecclesiam beati Petri apostoli erat locus viridis et spaciosus in planitie aeris, in quo sanctorum turba inenarrabilis ad concilium venerat. cui præsidebat domina venerabilis Dei Genitrix et perpetua Virgo Maria, multis et præclaris proceribus

versa manu ferrum erexit, ejusque acumine, șe inji- A dextrague levaque ejus considentibus. Quam ego cum magno cordis affectu considerare cœpi, nunquam enim in vita mea tam pulchram creaturam uspiam vidi : non magnæ sed mediocris staturæ, erat pulcherrima facie, desirabilis aspectu. Ante beatus apostolus meus advocatus pijssimus coram omnibus protinus exstitit, et de Satanæ fallacia qualiter me devicerat clamorem fecit. Quæ mox ad dæmones conversa: « O, inquit, miseri, quid quærebatis in peregrino Domini et filii mei, et Jacobi fidelis sui? Satis vobis posset sufficere pœna vestra, non esset opus ut cam augeretis malitia vestra. » Postquam locuta est illa beatissima, clementer super me sua lumina fiexit : dæmonibus autem magno timore conterritis, omnibus qui in concillo erant dicentibus eos contra apostolum, me fallendo, injuste fecisse, imperavit domina me ad corpus reduci. Sanctus igitur Jacobus me suscipiens confestim in hunc locum restituit. Taliter mortuus et resuscitatus sum. > Quod incolæ ipsius loci audientes, vehementer lætati, protinus eumdem in domum suam tulerunt, ac per triduum secum tenuerunt, divulgantes et demonstrantes illum in quo Deus per beatum apostolum Jacobum tam insolitam rem operatus est atque mirabilem. Nam plagæ illius sine mora sanatæ sunt, solis cicatricibus loce r vulnerum manentibus : loco vero genitalium crevit caro quasi verrucæ, per quam mittebatur urina. Expletis diebus quibus habitatores illum secum pro gaudio tenuerant, paravit asinum suum, et cum socio usque in hanc villam venissem, adveniens diabolus C paupere quem in via junxerat sibi, iter agressus est. Sed cum appropinquasset ad beati Jacobi limina, cc. e socii qui eum reliquerant regredientes obviaverunt illi; qui cum adhuc procul essent et duos illos asinum incitantes intuiti fuissent, locuti sunt ad invicem : « Similes, aiunt, homines illi sunt sociis nostris quos reliquimus, alterum mortuum, alterum vivum, nec animal guod minant differt ab illo, in guantum videtur, quod illis derelictum est. Postquam autem appropinguaverunt, et mutuis agnitionibus se cognoscere cueperunt, agnoscentes quod actum fuerat, vehementer exsultaverunt, et domum venientes rem per ordinem asserverunt. Sed qui resuscitatus fuerat postquam a sancto Jacobo rediit, hoc quod socii prius narraverant re ipsa confirmavit : nam ut res gesta est passim divulgavit, cicatrices ostendit, et etiam quod in secretiori loco, multis videre cupientibus demonstravit. Hunc hominem et omnia signa mortis ejus reverendissimus Hugo sanctus abbas Cluniacensis et cum multis aliis vidit, et pro admiratione hoc ubi relatus est szepius solitum se vidisse asseruit, et nos apostoli amore ne a memoria delerctur, litteris commendavimus, præcipientes omnibus ut per omnes Ecclesias festum tanti miraculi cæterorumque miraculorum sancti Jacobi v die Nonarum Octobris dignis annuatim celebrent obsequiis. A Domino fac'um est, etc.

EADMERUS CANTUARIENSIS MONACHUS. - NOTITIA HISTORICA.

341

ALIENA

ELUCIDARIUM SIVE DIALOGUS

COMPLECTENS

SUMMAN TOTIUS CHRISTIANÆ THEOLOGIÆ

(Est Honorii Augustodunensis excunte seculo duodecimo in Burgundia presbyteri et scholastici; quem vide infra.)

DISPUTATIO JUDÆI CUM CHRISTIANO

DE FIDE CATHOLICA

Scripta a domno Gisleberto abbate Westmonasterii, hactenus inedita

(Vide infra in Gilberto ad an. 1117.)

ANNULUS

SIVE

DIALOGUS CHRISTIANI ET JUDÆI

DE FIDEI SACRAMENTIS

Auctore RUPERTO abbate Tuitiensi. - Nunc primum editus

(Vide in RUPERTO, infra, ad annum 1155.)

ANNO DOMINI MCXXI.



CANTUARIENSIS MONACHUS, ORDINIS S. BENEDICTI

NOTITIA HISTORICA

(WARTHON, Anglia sacra, tom. II, præf. p. yu.)

individeus, quamplurima scripta posteritati trans-misit. De illo ubertim agunt Seldenus in Præfat. ad Hist. Nov., Baleus cent. 17, cap. 68, et alii. Ad episcopatum Santandreanum anno 1120 electus, dimisso episcopatu ad Cantuariam rediit anno 1121. Hune ab Elmero, Ecclesiae Cantuariensis priore, Baleus (cent. 11, c. 75) diversum facit, diversaque singulis opera inscribit. Huic favet Gervasius, qui, Eadmeri Historiam scepius citans, non alio quan Cantoris titulo illum cohonestat. Sie etiam Obitua-rium Cantuariense : Edmerus, prezemtor Cantua-riensis, obiit Idibus Januarii. Nota autem in fine Vitæ Auselmi addita in codice Lambethano (cod. 459 f) sie habet : Explicit Vita Auselmi, edita ab

1. J. J.

Eadmerus, monachus Ecclesiæ Christi Cantua- A Edmero ejus discipulo et hujus sanctæ Cantuariensis-riensis, Anselmi archiepiscopi discipulas et comes Ecclesiæ monacho et postes priore Ecclesiæ Christi Ecclesice monacho el postes priore Ecclesice Christi Cantuariensis. Paria ibidem ad calcem Vite metrice Anselmi exstant. Elmerum monachis Cantuar. abanno 1128 ad 1157 præsedisse in superiore tomo ostendi. Huic vero alium ab Edmero Cantore obitus diem Obituarium Cantuariense posuit. Eadmerum itaque historicum ab Elmero priore diversum Ba-leus recte statuisse videtur. Sunt tamen inter ea que Elmero idem anctor inseribit, nonsulla que Eadmero pollus deberi censeo. Magis insignem Eadmeri Historiam, que Novorum dicitur, el De rebus gestis Lanfranci, Anselanj et Radulphi archiepiscoporum agit, Joannes Seldenus edidit Londini 1623, f. Reliqua fere illius opera exstant in codice collegii corporis Christi Cantabrig, valde antiquo. et elegantissime scripto, vol. 338, in-4°, isthoc or- A consignaturum Eadmerus in fine superioris libri dine disposita.

Carmen de S. Dunstano.

Carmen de S. Edwardo rege et mariyre.

Epistola alterius ad Edmerum de matre S. Edwardi.

Epistola Nicolai ad Edmerum, utrum Ebóracensis Ecclesia primatum super Scotos habeat. Istam ex hoc ipso codice descriptam babes infra. Auctorem ejus fuisse arbitror Nicolaum, Ecclesiæ Wigorn. priorem, qui anno 1124 vivis excessit. Maximam enim Eadmero cum monachis Ecclesiæ Wigoru. familiaritatem intercessisse constat ex epistola quam de electione episcopi facienda ad hos monachos anno 1123 scripsit. Quinimo Nicolaus, in cœno-bio Cantuariensi sub Lanfranco archiepiscopo educatus, teste Malmsburiensi (Vit. Wilstani, 1. 111, e. 17), Eadmerum condiscipulum habuit. Vidit hanc epistolam Jocelinus, et in Antiquitatibus suis Britan. ejusdem compendium exhibitit. Graviter autem B allucinatus, tam auctoris sententiam male reddidit (pag. 19), quam de illius patria male sensit. Scotum enim fuisse existimavit.

Quale sit, quod Glastonienses dicant corpus S. Dunstani se habere. Hujus libri duplex apographum exstat in codice Lambethano sæpius memorato. In eodem subjiciuntur epistolæ Willelmi Warham, archiepiscopi et abbalis Glastoniensis de corpore S. Dunstani. Has ob argumenti similitudinem adjunximus. Easdem Ecclesiæ Cant. registrum babet.

Vita S. Wilfridi archiepiscopi Eboracensis. Hanc Mabillonius edidit Sæc. Benedict. III, part. 1, p. 196.

Vita S. Ogonis archiepiscopi Cant. Exstat in hoe tomo et apud Mabillonium Sæc. V, p. 283, Osberno perperam inscripta.

Vita S. Dunstani archiepiscopi Cant. Hanc cum libro De Dunstani miraculis sequenti in compendium redacio Surins edidit ad diem x Maii, dempta dun-taxat Przefationis parte maxima. Auctoris nomen G codici Suriano defuit. Legerat autem Surius apud plures Osbernum quemdam de Dunstani Vita commentatum fuisse. Huic itaque opus inscripsit, quamvis memoria nonnihil lapsus Osberti nomen pro Osberni reposuerit. Hujus Osberti ætatem in anno 1020 statuit, errore turpissimo, cum fere omnia Dunstani miracula sub ejusdem auctoris nomine ab ipso evulgata Lanfranci archiepiscopi mentionem ingerant, quin et nonnulla tempore Anselmi facta inibi legantur. Errorem Surio initum alii facile sectati sunt, et in his Baronius, qui Vitam istam Osberni nomine sæpius laudavit, et Spelmannus (Concil. Angl., p. 492), qui Osbertum Surii a nostris Osbernum recte dici affirmavit. Postquam genuinum Osberni opus prodiit, Vita Suriana Osberto de Clara, priori Westmonasteriensi, ascribi cœpit. (Floruit Osbertus ab anno 1108 ad 1140, quod ex epistolis ejus in bibliotheca Cottoniana asservatis constat.) Sic editores Actorum SS. Antuerpienses, D Ecclesia Christi Cant. Maii tom. IV, p. 344. Vere autem debetur Eadmero, De Gabriele archang qui Osberni opus ejusdem argumenti nunquam vidit, et hanc eodem circiter tempore contexuisse videtur. Antiquo tamen quodam Vilæ Dunstani auctore, eodem quo et Osbernus, usus, multa Osberno communia habei,

Liber de miraculis S. Dunstani. Illa se scriptis

pollicitus fuerat. Exstant apud Surium in compendium redacta.

Scriptum de ordinatione B. Gregorii.

De excellentia B. Mariæ. Habetur ad calcem Anselmi Operum a Gabriele Gerberonio editorum Paris. 1675, f.

Vita et miracuta S. Oswaldi archiepiscopi Ebor. Hauc typis exprimendam curavi. Aderat quidem in codice Cottoniano Nero E, 1, Vita Oswaldi antiquior. ex qua sua de Oswaldo omnia Eadmerus hausit, a monacho Ramesiensi tempore Ælfrici archiepiscopi Cant. scripta. Verum istam tum ob nimiam prolixitatem, tum ob affectatum dicendi genus rejeci. Incipit : Cum solerter Ilias et Odissea atque Æneidos Virgilii sint exarata. Hanc Eadmerus sere abbreviavit; omnia autem scitu digna retipuit, et opus longe utilius condidit. Porro Senatus prior Wigorniensis a Baleo (cent. ni, c. 10), et Folcardus monachus Cantuariensis ab Orderico Vitali (l. 11, ad an. 1108) Oswaldi Vitam scripsisse dicuntur. Iltriusque opus interiit. Aliam ex Chrodict. Sæc. V, p. 735. Diversa apud Capgravium reperitur, ex Tinmuthensis farragine, stylo imuutato, desumpta. Tinmuthensis Eadmeri librum vidit, et in multis imitatus est. Ejusdem denique Oswaldi Vita inter alias sanctorum legendas ab Elfrido Saxonice conscripta superest.

De beautudine perennis vite. Exstat ad calcem Anselmi Operum in editione nupera Parisieusi.

Vita S. Bregwini archiepiscopi Cant. Scripta est post mortem Radulphi archiepiscopi, qui anno 1122 obiit. Hujus Epitome a Johanne Tinmuthensi coucinnata est, quæ Osberno perperam inscripta in hoc volumine prodit. Postea facta nobis codicis Cantabrigiensis copia, luculentiorem Bregwini V.-tan ab Eadmero scriptam luci publicæ subducere noluimus.

Vita S. Anselmi archiepiscopi Cant. libris 11. Habetur in omnibus fere Anselmi Operum editionibus, et apud Surium die xx1 Februarii. Ubivis autem duo posteriora capitula desiderantur; quamvis ea in omnibus, quæ vidi, hujus operis exemplaribus mss. reperiantur, et ab Eadmero in Prologo ad librum De miraculis S. Anselmi laudentur. Inibi enim Eadmerus dicit se de miraculis Arnulfi comitis et Roberti monachi in calce librorum De Vita Anselmi egisse.

Liber de miraculis S. Anselmi. Eumdem codex Lambethanus sæpe dictus habet.

De conceptione S. Mariæ.

Vita Petri, primi abbatis carnoby S. Augustini, Cont.

Sententia de memoria sanctorum, quos veneraris.

De commovendo super se manum S. Petri apostoli.

De reliquis S. Andoeni et aliorum sanctorum in

De Gabriele archangelo.

Sec. Sur Sur

Alia Eadmeri scripta recenset Baleus (cent. 11, c. 68), atque alia quædanı Gerberonius evulgavit ad calcem Anselmi Operum. Vitam S. Anselmi. carmine heroico scriptain codex Lambethanus habet; Epistolas Eadmeri plures codex vetastus Cottonianus Otho A, 12.

EADMERI OPERA

LABORE AC STUDIO MONACHORUM CONGREGATIONIS S. MAURI RESTITUTA ET EMENDATA

PRÆFATIO

Ad novam editionem Operum Eadmeri

(Opp. S. Anselmi, edit. Paris. 1721.)

Eadmerus, quem Angli pronuntiant, Edmerus, et A corrupte recentiores scribunt Edinerus, cognomine Cantor, in Anglia natus, in Cantia educatus, numachus tandem C ntuariensis ordinis S. Benedicti factus est iu Salvatoris comobio congregationis Cluniacensis. Huic ab infantia mos erat semper nova quæ forte et maxime in ecclesiasticis rebus occurrebant, diligenti intentione considerare, ac memoriæ com-mendare, ut de se ipse loquitur (1. 11 Novorum). Quo studio in doctissimum evasit, sinceritate historiæ et orationis facundia præ cæteris illustrem. luse S. Anselmi Cantuariensis archiepiscopi auditor et discipulus, deinde convictor et amicus, exsiliorumque ac laborum ejus individuus comes, regis ira et odio nihil territus, ab eo nusquam recessit. Romam cum co profectus, urbane ab Urbano II susceptus et in magno honore habitus est, adeo ut ipsi Anselino Eadmerum præfecerit a cujus jussis totus penderet, id ipsum Anselmo enixius rogante ne obedientiæ meritum cateris pra'a us perderet. Auselmo denato B Catera in Anglia bibliothecis delitescunt, ex quibus privatam vitam Eadmerus aliquandiu duxit; sed eruere ea omni nostro studio, omni amicorum ope postmodum Ecclesiæ S. Andreæ in Scolia episcopum creatum ferunt (MALMESBUR. 1. 1 De gestis pontif.) Radmerum hunc non illum fuisse qui S. Albani cœnobio przefuit, et sub Ethelredi regis initia, circa an-num videlicet 980, decessit, optime notat Schlenus, Balæum et ejus exscriptorem Lelandum, et Pitsæum jure corrigens, cum Ladmerus hic non nisi uno post alterum sæculo floruerit, et humana posuerit anno 1121, Simone Dunehmensi teste. Hæc Anselmum inter et Eadmerum necessitudo suasit ut hujus et illins gpera una in lucem emendatiora prodirent, tum ne in diversas partes typi cos distraherent qui idem in omnibus senserunt; tum ut ca quæ Eadmeri stylo scripta sunt, et quæ hactenus inter Anselmi lucubrationes recensita fuere, ipsi Eadmero repouantur. Hæc autem Eadmerus scripsit.

S. Anselmi Vita, duobus libris disposita. Historia Novorum, sex libris distincta. Vita S. Tilfridi archiep. uno libro contenta. Historiarum collectanea uno libro descripta.

De gestis sui temporis liber unus. De libertate ecclesiastica, seu, de discordia inter Guillelmum Rufum, Anglorum regem, et Anselmum, volumen unum.

Querela super morte S. Anselmi, carmine elegiaco. De Laudibus S. Marice Virginis, liber unus.

De institutis Christianæ vitæ, liber unus.

De S. Dunstano, carmen.

Epistolas plures scripsit, et ab aliis accepit.

Pitsæus Eadmerum brevi stylo ab Edgaro rege usque ad Guillelmum primum Historiam per-strinxisse, et postea latius divagatum ad sua usque tempora fuisse colligit ex Lelando et Simone Dunelmensi; sed non aliam puto ab Historia Novorum in qua paucis ab Edgaro rege ad Guillelmum descendit

Ex his autem omnibus ea duntaxat publici Juris facta sunt. De Vita Anselmi libri duo, quos ad mss. fidem emendavimus. Historia Novorum. Sermo, sea liber de cœlesti beatitudine. Liber De excellentia sive de laudibus Virginis; Instituta vitæ Christianæ, seu liber de moribus, qui, ut reor, non est alius a libro Similitudinum Anselmi, quas Eadmerus collegit. eruere ea omni nostro studio, omni amicorum ope et quibuscunque impensis non valuimus, directis a l diversos hac de re schedulis. Eadmeri Epistolæ maauscriptæ habentur Cantabrigæ in collegio S. Bene-dicti. Liber De ecclesiastica libertate exstat ms. in bibliotheca archiepiscopi Cantuariensis. Historia Novorum ms. servatur Cantabrigæ in bibliotheca collegii S. Benedict., num. 78. Vila S. Wilfredi exstat Londini inter mss. Cottoniana; Vila S. Dunstani ms. habetur Cantabrigæ in collegio S. Benedicti, ubi exstant mss. alia ejusdem opuscula De monte humilitatia et de duobus ejus montis custodibus; sed hæc in libro Similitudinum emendata dedimus. lis igitur in scriniis delitescentes Eadmeri thesauros ut felicius inquirat, cui facilius els eos depromere, non solum non invidemus, sed obnixius exhortamur.

Illustria de Eadmero Testimonia habent Malmesburiensis in prologo De gestis regum, et alibi passim, C ubi in recensendis suorum temporum actis ejus sinceritatem et facundiam pluribus laudat; Pitsæus in Relationibus de rebus Anglicis, ætate 12; Trithemius, qui eum vocat Emondum; et alii qui de scriptori-bus ecclesiasticis dissernerunt, vel qui de rebus Anglicanis accuratius scripsere.



VITA SANCTI ANSELMI

(Vide supra in Anselmo.)

us Cantuarilies RIA NOVORUM EXDMERI PRÆFATIO

actos, intucor acta præcedentium anxie investigare (cupientes videlicet in eis unde se consolentur et muniant invenire), nec tamen ad hoc pro voto posse pertingere, quoniam scriptorum inopia fugax ea delevit oblivio, videor mihi videre magnum quid postoris præstitisse qui suis gesta temporibus, futurorum utilitati studentes, litterarum memoriæ tradidere. Quos nimirum si bono quidem zelo in hujusmodi desudarunt, bonam exinde mercedem recepturos a Deo crediderim. Hoc igitur considerato, penes me statui ea quæ sub oculis vidi vel audivi. brevitati studendo, styli officio commemorare, tum ut amicorum meorum me ad id obnixe incitantium voluntati morem geram, tum ut posterorum industrize, si forte quid inter eos emerserit quod horum B exemplo aliquo modo javari queat, parum guid muperis impendam. Et ea guidem hujus operis intentio præcipua est, ut designato qualiter Anselmus Beccensis comobil abbas fuerit archiepiscopus factus, describatur quamobrem, orto inter reges Anglorum et illum discidio, toties et tam diu exsulaverit a regno et quem eventum ipsa discidii causa inter cos sortita sit. Ipsa denique causa nova res huic nostro sæculo esse videtur, et a tempore quo in Anglia Northmanni regnare cœperunt (non dico prius) Anglis

847

 \mathbf{O}

Regnante in Anglia gloriosissimo rege Edgaro, et totum regnum sanctis legibus strenue gubernante, Dunstanus Cantuariorum antistes, vir totus ex virtutibus factus, Christianæ legis moderamine totam Britanniam disponebat, Hujus gravi operatione atque consilio rex idem et Deo devotus exstitit, et undique irruentium barbarorum impetas invicta virtute debellavit, evicit, compressit. Pacem itaque diesque felices Anglia circumquaque obtinuit, dum regis istius et Patris Dunstani corporali presentia poliri promeruit. Qui rex cum vitæ suæ diem ultimum propinquum fore sentiret, Edwardo filio suo regni habenas reliquit. Successor ergo gloriosi patris gloriosus Edwardus, a sancto Dunctano institutus, regnum, quo tempore vixit. strenuissime rexit. Verum, evolutis coronæ suæ pauculis annis, impia suæ novercæ fraude necatus, fratrem suum, Edelredum nomine, filium ipsius malæ mulieris, regni D quidem sed nullius probitatis hæredem sortitus est. Cui, quia per sanguinem fratris ad regnum aspiravit, gravi invectione præfatus antistes comminatus est

Cum præsentis ætatus viros, diversis casibus sub- A inaudita. Ex eo guippe quo Wilhelmus Northmanniæ comes terram illam debellando sibi subegit, nemo in ea episcopus vel abbas ante Anselmum factus est (1) * qui non primo fuerit homo regis, ac de manu illius episcopatus vel abbatiæ investituram per dationem virgæ pastoralis susceperit (2), exceptis duobus episcopis, Ernesto videlicet atque Gundulfo. Hi namque, unus post unum Roffensi Ecclesiæ præsidentes, ex more a venerandæ memoriæ Lanfrance archiepiscopo Cantuariensi, in capitulo fratrum Cantuariæ, ipso episcopatu investiti fuerunt. Hunc ergo morem quasi (3) Deo sacrisque canonibus contrarium Anselmus abolere, ac per hoc injustitias inde manantes resecare desiderans, regibus ipsis invisus effectus est, et patriam exire coactus. Fuerunt et alize ipsius exitus causze, sicut rerum gestarum series declarabit. Describentur etiam alia nonnulla, quæ et anté, et inter et post hæc in Anglia provenerunt, quorum scientia illos qui nos secuturi sunt penitus defraudandos pro nostro posse rati non sumus. Sed hæc in prologo paucis memorasse suffecerit. Cæterum narrandi ordinem aggredientes, paulo altius ordiendum putamus; et ab ipsa, ut ita dizerim, radicis propagine de qua eorum quæ dicenda sunt germen excrevit, brevi relatu progrediendum.

LIBER PRIMUS

quod ipse videlicet in sanguine victurus, quod barbarorum incursus atroci oppressione passurus, quod ipsum quoque regnum innumeris atque cruentis vastationibus conterendum foret edixit. Quæ prophetia viri Dei quam vera exstiterit, et in Chronicis, qui legere volunt, et in nostris tribulationibus qui advertere sciunt, videre facillime possunt, ne dicam in his quæ istius operis series per loca, veritate dictante, demonstrabit.

Translato igitur ad coelestia beato Dunstano, e vesligio, ut 'prædixerat ipse, barbarorum irruptioni Anglia patuit. Regis etenim desidia circumcirca innotuit, et ideo exterorum cupiditas opes Anglorum quam mores affectans, hac et illac, per mare, terram invadere, et primo propinguas mari villas et urbes, deinde remotiores, ac demum totam provinciam miserabili depopulatione devastare. Quibus cum ille nimio pavore percussus, non armis occurrere, sed data pecunia pacem ab eis petere non erubuisset, ipsi suscepto pretio in sua revertebantur, ut numero suorum adaucto ferociores redirent, ac-

* Revocatur Lector ad notas fusiores Joannis Seldeni, infra. EDIT.

præmia iteratæ irruptionis multiplicata reciperent , A Suani filii sui, obsides dantur, ac in Northmanma unde modo decem millia, modo sedecim millia, modo viginti quatuor millia, modo triginta millia librarum argenti consecuti sunt, omnia eis largiente præfato rege Edelredo, et gravi exactione totum regnum opprimente. Inter ista mala quartus a beato Dunstano Alfegus (4) Wentanus episcopus Ecclesiam Cantuariensem regendam suscepit, vir strenuus et ab infantia sua sacra religionis vita et habitu decoratus. Hic igitur, consideratis innumeris malis quibus totum regnum in immensum devastabatur, inhorruit; et quibus poterat modis operam dare cœpit quemadmodum immanitati nefandorum hominum possit obviari. Quod ipsi percipientes, et ne consuetis quæstibus privarentur, sibi ac suis providentes, in ipsum acerbo odio animati sunt. Unde vastata et B confiagrata civitate Cantuaria, civibusque ejus lacrymabili per cos sorte damnatis, ecclesiam quoque Salvatoris in ea consistentem flamma consumpsit. lpse Pater interea furentum manibus vinctus abducitur, trucidatis primo coram eo pene omnibus monachis qui sub ejus regimine in ipsa ecclesia Domino Christo famulabantur. Inde Alfegus naucellæ injectus, ad Grenewic vehitur, et crudeli custodiæ per septem menses mancipatus, dum malignantium iniquitati manus dare nullis minis victus acquiesceret, sævissima nece ab eis lapidatus occubuit. Hæc paucis commemoraverim non historiam texens, sed quam veridico vaticinio Pater Dunstanus mala Angliæ ventura prædixerit, scire volentium intellectui pandens. C Nec hic malorum finis exstitit. Acta sunt enim post hæc et alia per Angliam ingentia mala, ac pluribus annis semper sunt sibi ipsis in deterius acta. Inter quæ, monasteria quoque servorum et anciliarum Dei (5), quæ usque in quadraginta octo numero, tempore regis Edgari per Patrem Dunstanum, cooperantibus sanctis Oswaldo videlicet Eboracensi et Athelwoldo pontifice Wintoniensi, nova surrexerant. et magna ex parte diruta, et religio monachici ordinis in nihil pene redacta est. Transierunt in istis anni plures.

Regnante autem Edwardo, quem ex sorore Richardi comitis Northmannorum, Imma nomine, præfatus rex Anglorum Adelredus filium susceperat; monasteriorum, quæ usque id temporis destructioni supererant, plurima destructio facta est. Qua tempe- D state Godwinus Cantize comes magnanimus per Angliam terra marique habebatur. Hic orto inter illud et regem gravi discidio, exsul ab Anglia cum suis omnibus fere judicatus est. lvit itaque ad comitem Baldwinum in Flandriam, et Haraldus filius ejus in Hiberniam. Hinc, matre regis lmma defuncta, Godwinus et Haraldus in Apgliam reversi sunt, numerosis uterque navibus et valida militum manu vallatus. Quod multi principum regis agnoscentes, et bellum hinc inde moveri horrescentes, ut pax utrinque fieret institerunt. At rex Godwini versutias suspectui habens restitit, nec paci acquiescere voluit, nisi primo quibus sibi securitas pararetur obsides haberet. Vulnothus itaque filius Godwini, et Hacun filius

Villhelmo comiti, filio scilicet Roberti filii Richardi fratris matris suæ, custodiendi destinantur. Quibus gestis Godwinus, utpote hostis Ecclesiæ Cantuariensis (nam seducto Edzino archjepiscopo, villam ipsius Ecclesiæ nomine Folchestanum ei subripuit) mala morte post breve tempus interiit, et Haraldus filius ejus comitatum Cantiæ patri succedens obtinuit. Is, elapso modico tempore, licentiam petivit a rege Northmanniam ire et fratrem suum atque nepotem qui obsides tenebantur liberare, liberatos reducere. Cui rex : « Hoc, inquit, non fiet per me; verumtamen ne videar te velle impedire, permitto ut eas quo vis, ac experiare quid possis. Præsentio tamen te in nihil aliud tendere, nisi in detrimentum totius Anglici regni et opprobrium tui. Nec enim ita novi comitem mentis expertem, ut cos aliquatenus velit concedere tibi, si non præscierit in hoc magnum proficuum sui. > Ascendit itaque Haraldus navem suo quam regis consilio credens cum ditioribus et honestioribus hominibus suis, auro et argento vesteque pretiosa nobiliter instructis. Mare turbulentum navigantes exterritat, et navem undarum cumulus vehementer exagitat. Ejecta tandem (6) cum omnibus quæ ferebat in Pontivum fluvium qui Maia vocatur, a domino terræ illius, pro ritu loci, captivitati addicitur; et homines in ea consistentes diligentiori custodiæ mancipantur. Constrictus igitur Haraldus quemilibet ex vulgo promissa mercede illectom clam ad comitem Northmanniæ dirigit, exponere illi quid sibi contigerit. At ille festinato per nuntios mandat domino Pontivi Haraldum cum suis ab omni calumnia liberum sibi quantocius mitti, si pristina amicitia sua a modo vellet ex more potiri. Sed cum ille hominem dimittere. nollet, iterum in mandato accepit se necessario Haraldum missurum, alioquin certissime sciret Willhelmum Northmanniæ ducem armatum pro eo Pontivum iturum. Mittit igitur virum cum sociis, primo tamen eis quæ meliora detulerant simul ablatis. Hinc ad Willhelmum Haraldus veniens honorifice suscipitur. Et audito cur patriam exierit, bene quidem rem processuram si in ipso non remaneret, Willhelmus respondit. Tenuit ergo virum aliquot diebus circa se, et in mora illa, more prudentis, aperuit ei quod habebat in mente. Dicebat itaque regem Edwardum quando secum juvene olim **juvenis in Northmannia demor**aretur, sibi interposita fide sua pollicitum fuisse quia si rex Angliæ foret, jus regni in illum jure hæreditario post se transferret. Et subdéns, ait : « Tu quoque si mihi te in hoc ipso adminiculaturum spoponderis, et insuper castellum Dofris cum puteo aquæ ad opus meum te facturum; sororemque tuam quam uni de principibus meis dein in uxorem te, ad me, tempore quo nobis conveniet, destinaturum; necne filiam meam te in conjugem accepturum fore promiseris, tunc et modo nepotem tuum, et cum in Angliam regnaturus veuero, fratrem tuum incolumem recipies. In quo regno si aliquando fuero tuo favore confirmatus stoudeo

quia omne quod a me tibi rationabiliter concedi A rex et omnes alii optime nossent debere specialiter petieris, obtinebis. > Sensit Haraldus in his periculum undique, nec intellexit qua evaderet, nisi in omnibus istis voluntati Willhelmi acquiesceret. Acquievit itaque. At ille ut omnia rata manerent, prolatis sanctorum reliquiis, ad hoc Haraldum perduxit quatenus super illas jurando testaretur se cuncta quæ convenerant inter eos opere completurum. pisi communi mortalibus sorte præsenti vitæ præriperetur. His ita gestis, Haraklus, adepto nepote, in patriam suam reversus est. Ubi vero quid acciderit, quid egerit, regi percunctanti narravit. « Nonne dixi tibi, ait, me Willhelmum nosse, et in illo itinere tuo plurima mala huic regno contingere posse? > In brevi post hæc obiit Edwardus. Juxta quod illic ante mortem statueral, in regnum ei successit Ha-B raldus.

Dein venit nuntius in Angliam a præfato Willhelmo directus, expetens sororem Haraldi, juxta quod convenerat Willhelmo et illi. Alia etiam quæ, violato sacramento, servata non erant, calumniatus est. Ad quæ Haraldus hoc modo fertur respondisse : « Soror mea quam, juxta condictum, expetis, mortua est. Quod si corpus ejus quale nunc est vult comes habere, mittam, ne judicer sacramentum violasse quod seci. Castellum Dofris et in eo puteum aquæ licet nesciam cui, ut vobis convenit, explevit. Regnum quod nec dum fuerat meum, quo jure potui dare vel permittere ? Si de filia sua quam debui in uxorem, ut asserit, ducere, agit; super regnum Angliæ mulierem extraneam, inconsultis principibus, nec debere, nec sine grandi injuria posse adducere noverit. > Reversus nuntius responsa retulit domino suo. Quibus ille auditis, iterum ei amica familiaritate mandavit quatenus allis omissis, servata fidei sponsione, saltem filiam suam uxorem duceret, alioquin se promissam regni successionem armis sibi vindicaturam procul dubio sciret. At ipse nec illud quidem se facere velle, nec hoc formidare, respondit. Unde Willhelmus indignatus, magna spe vincendi belli ex hac Haraldi injustitia est animatus. Parata igitur classe, Angliam petit, consertoque gravi prælio llaraldus in acie cecidit, et Willhelmus victor regnum obtinuit. De quo prælio testantur adhuc Franci qui interfuerant : quoniam licet varius casus hinc inde D ex præcepto domini papæ Alexandri et prædicti regis exstiterit, tamen tanta strages ac fuga Northmannorum suit, ut victoria qua potiti sunt, vere et absque dubio soli miraculo Dei ascribenda sit, qui puniendo per hanc iniquum perjurii scelus Haraldi ostendit se non dominum esse volentem iniquitatem.

Rex itaque factus Willhelmus, quid in principes Anglorum qui tante cladi superesse poterant, fecerit, dicere, cum nihil prosit, omitto. Qui ex quo victoria usus est, quod fuit pridie Idus Octobris, inunctus permanens, in Nativitate Domini unctus est in regem apud Westmonasterium a beatæ memoriæ Ealredo archiepiscopo Eboracensi, et nonnullis episcopis Angliæ. Quam consecrationem licet ipse

fieri et proprie a pontifice Cantuariensi ; tamen quia multa mala et horrenda crimina prædicabantur de Stigando, qui co tempore ibi pontifex erat, voluit eam ab ipso suscipere, ne maledictionem videretur inducce pro benedictione. Usus ergo atque ieges, quas patres sui et ipse in Northmannia habere solebant, in Anglia servare volens, de hujusmodi personis episcopos, abbates, et alios principes per totam terram instituit, de quibus indignum judicaretur, si per omnia suis legibus, postposita omnia lia consideratione, non obedirent; et si ullus eorum, pro quavis terreni honoris potentia, caput contra enm levare auderet, scientibas cunctis unde, qui, ad quid assumpti fuerint. Cuncta ergo divina simul et humana ejus nutum exspectabant. Quæ cuncta ut paucis animadvertantur, quædam de eis quæ nova per Angliam servari constituit, ponam, æstimans illa seitu esse necessaria ad cognitionem eorum quorum causa maxime istud scribendi onus suscepimus. Non ergo pati volebat (7) quemquam in omni dominatione suaconstitutum Romanæ urbis pontificem pro apostolico, nisi se jubente recipere, aut ejus litteras, si primitus sibi ostensæ non fuissent, ullo pacto suscipere (8). Primatem quoque regni sui, archiepiscopum dieo Cantuariensem, si coacto generali episcoporum consilio præsiderct, non sinebat quidquam statuere aut prohibere, nisi quæ suæ voluntati accommoda, et a se primo essent ordinata (9). Nulli nihilomiaus cpiscoporum suorum concessum iri permittebat, ut aliquem de baronibus suis seu ministris, sive incesto, sive adulterio, sive aliquo capitali crimine denotatum, publice nisi ejus præcepto implacitaret aut excommunicaret, aut ulla ecclesiastici rigoris pœna constringeret (10). Quæ autem in sæcularibus promulgaverit, ea re litterarum memoriæ tradere supersedemus; quoniam et ca nihil nostri officii scribere refert, et ex divinis quæ juxta quod delibavimus ordinavit, qualitas illorum, ut reor, adverti poterit. Ut ita cœptum peragamus iter, de his satis dictum.

In hujus regni anno quinto Lanfrancus Cadon ensis cœnobii abbas, vir strenuus, et in divinis atque humanis rebus excellenti scientia præditus, Angliam advenit, et pauco post tempore archiepiscopatum Cantuariensem regendum suscepit. Sacratus est auteni in ipsa metropoli sede quarto Kalend. Septembris a cunctis ferme episcopis Angliæ. Hic Romam pro debito sibi pallio iens, Thomam archiepiscopum Eboracensem, quem ipse facta sibi de subjectione sua canonica professione Cantuariæ consecraveral, et Renligium Lincolniensem episcopum comites itineris habuit. Qui Romam simul pervenientes, urbane suscepti sunt, honore singulis congruo. Post quæ, statuto die Pater Lanfrancus apostolicæ sedis pontiüci Alexandro præsentatur. Cui, quod Romanam scientibus consuctudinem forte mirum videatur, ipse papa ad se intranti assurgens, cum, ut gressum

381

figerel, dulciter hortatus est. Ac deinde subdens : A tionis tramite inducerit, ac multiplicate illorum nue llonorem, inquit, exhibuimus non quem archiepiscopatui tuo, sed quem magistro (cujus studio sumus In illis, que scimus, imbuti) debuimus. Hinc quod ad te pertinet, ob reverentiam beati Petri te exsequi par est.) Residente igitur illo, Lanfrancus progressus humiliat se ad pedes ejus, sed mox ab eo erigitur ad osculum ejus. Consident, et læte inter eos ogitur dies ille. Sequenti luce, cum jam diversa negotia ia medium ducerentur, calumniatus est coram papa memoratum Thomam cum præfato Remigio, quod neuter illorum jure fuerit promotus ad pontificatum. Primus, ea scilicet re (11), quod sacri canones filios presbyterorum, quos religionis ordo non ornat, a sacrorum ordinum promotione removeant. Sequens vero pro eo quod, facta conventione, illum a Wil- B lhelmo, post rege facto, emerit, officio videlicet quo ei in excidium Angliæ properanti multifaria contentione ac multiplicibus impensis deservierat. Ad hæc illi nullam, qua excusari possent, pronabilem causam habentes, redditis baculis et annulis cum cura pontificali, ad petendam misericordiam conversi sunt. Quorum precibus sese Lanfrancus medium Injiciens, sicut erat vir pietate ac sapientia pollens, cos multarum rerum scientia fultos, novo regi in novis regni dispositionibus pernecessarios, multis præstare oratoria facultate ostendit. Quibus auditis, pontifex summus conversus ad eum : « Tu videris, inquit, pater es patriæ illius, ac per hoc industria tua consideret quid expediat. Virge pasterales, quas reddiderunt, ecce hic sunt, accipe illas atque dispensa prout utilius Christianitati regionis illius agnoscere poteris. > At ille, susceptis cis, illico in præsentia papæ revestivit præfatos viros, quemque sua. Dein Laufrancus stola summi poutificatus a papa suscepta in iter reversus Augliam cum sociis alacer advectus est; et a Cantuaritis debita reverentia receptus, primas totius Britanniæ confirmatus est. Post hæc, evoluto brevi temporis spatio, fama nominis cius et magnitudo prudentiæ ejus quaque insonnit, eumque apud hominum mentes clarum fecit atque spectabilem.

ls inter alios, imo præ aliis, crat memorato regi Willbelmo acceptus, et Dei rebus in cunctis non mediocri eura intentus. Quapropter magno semper D operam dabat, et regem Deo devolum efficere, et religionem morum bonorum in cunctis ordinibus bominum per totum regnum renovare. Nec privatus est desiderio suo: multum enim illius instantia alque doctrina per totam terram illam religio aucta est, et abique nova monasteriorum ædificia, sicut hodie apparet, constructa. Quorum ædificiorum constructoribus ipse primus excaplum prebens, Ecclesiam Christi Cantuariensem, cum omnibus officiais quæ infra murum ipsius curiæ sunt, cum ipso muro ædificavit. Qua vero prudentia, et quo paternitatis officio monachos in eadem Ecclesia consistentes a seculari vita, in qua illos invenit plus æquo versari, erezerit, omnique sanctæ couversa-

mero, qua cos dum vixit benignitate confoverit, cni unquam ad plenum declarare possibile crit? Quos, ut interim alia taceam, quia sine penuria et sollicitudine Dei servitio semper intendere desiderabat, apud regem sua sagacitate et industria egit, quatenus fere omnes terras, quas Northmanni de jure ipsius Ecclesize, cum primo terram coepissent, invaserant, el ellara quasdam alias que ante illorena introitum propter diversos casus perditæ fuerant. ipsi Ecclesiæ redderet. Verum de his ac innumeris aliis bonis, quibus insudando vitam suam consummavit, licet mihi quidem scribere opus non sit, propter quod et opera ejus ita parent, ut ipea se evidentius scripto demonstrent (12), et ipsemet de rebus ecclesiasticis quæ suo tempore gesta sunt. veracissimo et compendioso calamo se ripserit; tamen pro dulcedine memoriæ ejus, quæ prælibevimus paucis explicare gratum duzimus.

Hie ergo Lanfrancus cum Cantuariam primo venisset, et ecclesiam Salvatoris, quam regere susceperat, incendio atque ruinis pene nibil factam invenisset, mente consternatus est. Sed cum magnitudo mali illum cogeret desperare, rediit in se, animique fortitudine fretus sua commoditate posthabita domos ad opus monachorum necessarias citato opero consummavit. Quibus ubi per plures annos usi sunt, adaucto corum conventu, parvæ admodum visæ sunt. Destructis itaque illis, alias decore ac magnitudine prioribus multum præstantes ædificavit. Ædificavit et curiam sibi, ecclesiam præterea, quam spatio septem annorum a fundamentis ferme totam perfeetam reddidit; in cappis, casulis, dalmaticis, tunicia auro magnifice insignitis, palliis, et aliis ornamențis multis ac preciosis nobiliter decoravit. Erga fratres autem ipsius ecclesiæ quam bonus, quam pius, quam beneficus exstiteril, inde aliquautulum colligi potest, quod nec ex parentibus aut fratribus corum sustiners poterat penuria ulla quemquam affligi. Et, quod magis forte mireris, in usum acceperat non exspectare ut subvenire rogaretur, sed misericordize visceribus plenus, modo huic, modo illi ultro offerebat, auod egenti cognato per plurimum temporis auxilio esse valeret. In quo tamen semper ducebatur precipua discretione, considerato videlicet penes ac merito ac necessitate cujusque. Ad hac, quidan ipsius comobii frater singulis annis triginta solidos denariorum ad opus matris suz ab ipso Patre solebat accipere. Huic quadam vice solidi quinque de illis (nant divise per temporum vices conferebantur) ex præcepto ejus dati aunt; quos ipse in panno ligatos, matri loquens in manum sicut putahat clanculo dedit. At ipsa, alias mente intenta, quid filius faceret non advertit ; et ita nummis decidentibus, divisi ab invicem suns mater et filins, Post hac mandavit mulier filio suo, scire volens quid de nummis actum suerit, quos sibt se daturum spopenderat. Admiratus ille feeit cam vonire ad se. Et audiens rei eventum tristis effectus est, non tantum pre damno quod matri contigerat, sed us

hoc archiepiscopus sciens, ob incuriam suam irrita- A num : ministros quoque atque custodes qui modis tus, eum aliquatenus gratia sua privaret. Inter hæc, pius Pater pro more claustrum introiens sedit, ac fratrem a materno colloquio redeuntem mœstum intuens, remotis aliis, causam moestitize ejus secrete perquirit, audit et benignissimo vultu, sicut jugiter erat circa afflictos, ita respondit : c Et inde, fili mi charissime, contristaris? Denarios illos Deus alii prædestinavit et contulit, qui eis plus matre tua fortassis indiguit. Tace, et ne cuiquam inde loquaris diligenter attende. Ac ne quod actum est animum tuum vel modicum gravet, solidos septem pro illis quinque ad utilitatem matris tuæ tibi hodie dari præcipiam. Sed, ut dixi, inde id nemo sciat. > Ipsum quippe usum in dando habebat, ut danda hilariter daret, et nulli vel datum vel dantis personam cuivis B revelare concederet. Et hæc quidem de ipsius matris ecclesiæ monachis dicta sint. Cæterum quis unquam pauper clamavit ad eum, et despectus est? Quis peregrinorum de quocunque ordine hominum petiit opem ejus, et com assecutus non est? Quæ congregatio monachorum seu clericorum ad ipsum aliquando misit subsidium petens, et copiam largitatis ejus ultra quam sperabatur esperta non est? Testis horum que dicimus Itelia, Gallia, Britannia est, que usque hodie mortem Lanfranci miserando suspirio plangit. Quid referam de abbatia Sancti Albeni, quam intus et extra ad nihilum fere devolutem ipse, ut suam (13), instituto ei bonæ memoriæ Paulo abbate, a fundamentis reædificavit, et intus magna religione foris moltarum rerum donatione C auxit, honestavit, ditavit. In episcopatu Roffensi non multo plures quam quatuor canonicos et ipsos serumaosam vitam agentes sub Siwordo episcopo reperit. Qui episcopus ubi cum Ernesto quem ei successorem Lanfrancus statuerat, præsenti vitæ sublatus est, mouachus pize recordationis (14), Gundulfus nomine, ab codem ibi subrogatus episcopus est. Per hunc vetustam ccclesiam episcopatus cum fabrica adjacente subvertit, et nova quæque exstruxit. Clericos qui illic, sieut diximus, vitam agebant, aut in codem loco ad religionis culmen erexit; aut, datis aliis rebus, de quibus abundantius solito victum et vestitum haberent, in alia loca mutavit. Sedem etenim episcopalem monachici or- n dinis cultu instituit, ac delegatis terris et allis quæ sustentationi illic servientium Deo competebant, divitem de paupere, sublimem de humili, sicut in præsenti habetur, effecit. Sed quod de pauperibus foras muros civitatis Cantuariæ fecit, prætermittendum mihi in hoc opere fore non arbitror. Extra aquilonalem denique portam urbis illius lapideam domum decentem et amplam construxit, et ei pro diversis necessitudinibus hominum et commoditatibus habitacula plura cum spatiosa curte adjecit. Hoc palatium in duo divisit; viros videlicet variis infirmitatum qualitatibus pressos uni, parti vero alteri feminas se male habentes instituens. Ordinavit etiam eis de suo vestitum et victum quotidia-

omnibus observarent ne aliquid eis deesset, neque viris ad feminas, vel feminis ad vir s accedendi facultas ulla adesset. Ex altera vero parte vize ecclesiam in honorem beati Gregorii papae composuit. in qua canonicos posuit, qui regulariter viverent et præfatis infirmis quæ saluti animarum suarum congruerent cum sepultura ministrarent. Quibus etiam in terris, in decimis, et in allis redditibus tanta largitus est, ut ad sustentationem eorum sufficientia esse viderentur. Remotius vero quam a boreali, all occidentali portæ civitatis ligneas domos in devexo montis latere fabricans, cas ad opus leprosorum delegavit, viris in istis, quemadmodum in aliis, a feminarum societate sejunctis. His nikilominus pro qualitate sui morbi omnia quibus egerent de suis ministrari constituit, institutis ad hoc peragendum talibus viris, de quorum solertia henignitate ac patientia, ut sibi quidem videbatur, nemini foret ambigendum. Super hæc, in villis ad postificatum pertinentibus domos multas atque honestas partim de lapide, partim de ligno, sibi et successoribus suis ædificavit. Pro dignitate autem Ecclesiæ Cantuariensis quam quidam de episcopis, sed maxime Thomas archiepiscopus Eboracensis, ut novus Anglize civis, nimium conatus est ad exaltationem suz Ecclesize humiliare, quantos labores perpessus sit, et quemadmodum ipsum Thomam ad measuram antecessorum suorum humiliaverit, supervacaneum est atque dependens hic aliquid scribere (15). Ipse etenim inde veritate 'plena et totius regni assensu confirmata sub testimonio regii sigilli scripta reliquit. Qui eo quidem magis in istis laboravit, quod antiqua ipsius Ecclesiæ privilegia in ea conflagratione quæ camdem ecclesiam tertio ante sui introitus anno consumpsit, pene omnia perierant

Alias quoque consueludines quas priscis temporibus Ecclesiæ Cantuariensi, ut liberrima in cunctis existeret, reges Angliæ sua munificientia contulerunt, et stabiles in perpetuum manere sacratissima sanctione constituerant, quorumdam imprudentia perditas, sua prudentia recuperavit. Odo siguidem cpiscopus Bajocensis, ut de allis taceam, frater prædicti regis Willhelmi et Cantiz comes, priusquam Lanfrancus Angliam intrasset, magnus et præpotens per totum regnum habebatur. Hic dominatione qua Ammensum sustollebatur, non mode terras, sed et libertatem nominatæ Ecclesiæ nullo ei resistente multipliciter invaserat, oppresserat, tenebat. Que ubi Lanfrancus, ut erant, didicit; apud regem de illis agit sicut oportere sciebat. Unde præecpit rex, quatenus adunatis primoribus et probis viris non solum de comitatu Cantiæ, sed et de aliis comitatibus Angliæ querelæ Lanfranci in medium ducerentur, examinarentur, determinarentur (16). Disposito itaque apud Pinnedene principum conventu Goffridus episcopus Constantiensis, vir ea tempestate prædives in Anglia, vice regis Lanfranco justitiam de suis querelis strenuissime facere jussus, fecit. Lanfrancus enim valida ratione subnixus, A ordo non sibi astriaxerat, eniti cœperunt quatenus ex communi omnium astipulatione et judicio, ibi cuncta recuperavit que ostensa sunt antiquitus ad jura Ecclesiæ Christi Cantuariensis pertinuisse, tam in terris quam in diversis consuetudinibus.

Item alio tempore idem Odo, permittente rege, placitum instituit contra sæpefatam ecclesiam, et tutorem ejus Patrem Lanfrancum, et illuc omnes quos peritiores legum et usum Anglici regni noverat, gnarus adduxit. Cum igitur ad eventilationem causarum ventum esset, omnes qui tuendis Ecclesiæ causis quaque convenerant in primo congressu ita convicti sunt, ut in quo eas tuerentur simul amitterent. lose namque Lanfrancus non intererat, Talibus cuim, nisi necessitas summa urgeret, ei interesse moris non erat. Ipsi ergo in camera lectioni B divinse occupato quid gestum fuerit nuntiatur. At ille pil corde perterritus dicta adversariorum non recte processisse asseruit, et ideo cuncta in crastinum induciari præcepit. Sequenti nocte, adest in visu antistiti beatus Bunstanus, monens ne illum multitudo conturbet, sed de præsentia sui securus placitum mane ipsemet hilaris intret : quod et fecit. Suas itaque causas quodam exordio quasi a rebus quæ tractatæ fuerant vel tractandæ penitus alieno cuactis stupentibus orsus ita, processit ut quæ super eum pridie dicta fuerunt sic devinceret et inania esse monstraret, ut donec vitæ præsenti superfuit, nullus exsurgeret qui inde contra eum os aperiret. De his ita.

Super hæc suis quoque, et eisdem ferme diebus C omnes circiter qui ex clericali ordine per regem Willhelmum in Anglia constituti pontifices erant, monachos qui in nonnullis episcopatibus Angliz ab antiquo vitam agebant, inde eliminare moliti sunt. et regem ipsum in hoc sibi consentaneum effecerunt; in quo tamen se effectu polituros certi exstiterant, ut Walchelinus episcopus adunatos pene quadraginta clericos, canonicorum more, tonsura ac veste redimitos haberet, quos, ejectis monachis, Wentanæ Ecclesiæ cui præsidebat, mox intromitteret. Sola mora hæc peragendi, nondum requisita ab archiepiscopo Lanfranco licentia fuit. Ut autem cam dicto quoque citius impetraret, nulla menti ejus dubitatio inerat; sed aliter ac sibi mens sua n spoponderat exitus rei provenit. Nam ubi quod episcopus moliretur insonuit auribus ejus, illico facinus exhorruit, nec se dum viveret ut effectum quoque modo talis voluntatis obtineret consensurum asseruit. Ita ergo et clerici, qui succedere monachis fuerant per Walchelinum collecti, et in sua dimissi sunt, et monachi qui codere clericorum prejudicio quodam damnati erant, gratia Dei et instantia boni Lanfranci pristinæ conversationis in sua Ecclesia compotes effecti sunt. Nec ista pro. sedandis quorumdam animositatibus, quas ad dejecliquem monachorum conceperant, sufficere poterent. Namque pari voto, simili conamine, uno consensu, concordi animo pontifices, quos religionis

saltem de primatu Cantuariensi monachos eradicarent, intendentes se hoc facto facillime alios aliunds exclusaros. De illis etenim, potioribus, sicut eis videbatur, rationibus ad id agendum fulciebantur, partim ob sublimitatem primatis sedis, quæ dispositioni et correctioni Ecclesiarum per suas personas quaque per Angliam invigilare habet, partim ob alias multiplices causas quarum exsecutio, juxta quod ipsi confingebant, magis clericorum quam monachorum officium spectat. Deductus est in sententiam istam rex et alii principes regni, Lanfranco ut sui moris erat totis viribus obnitente, et omnjum molimini ac invidiæ viriliter resistente. Ne tamen post obitum suum fieret quod se superstite sciebat per auxilium Dei neguaguam perficiendum, nesciens mortis suæ diem vel boram, egit sagacitate et industria, qua pollebat, ut auctoritate Romanze et apostolicæ sedis monachorum habitatio in eadem Ecclesia confirmaretor, et inconvulsa dum szeplum duraret in perpetuum stabiliretur. Quod privilegio tali summus apostolicze antistes Alexander sedis ita scripto suo roboravit:

Alexander episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo fratri in Christo Lanfranco venerabili Cantuariorum archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Acception a quibusdam, > etc. Vide in Alexandro 11.

Quam vero secura libertate et libera securitste quæque ad jura Ecclesiæ Cantuariensis pertinentia potiri, sæpe fatus Pater Lanfrancus intenderit, et ex bis quæ paucis designavinus, et ex epistola quam ecce subscribemus cuivis scire volenti patere satis erit : quam epistolam de causis ecclesiasticis scriptam ea re maxime placuit allis omissis præsenti operi commiscere. Quatenus hi qui scientiam talem negotiorum non omnino expertes sunt, ex consuotudinibus aliarum Ecclesiarum animadvertant qua dignitate ipsam Ecclesiam inter alias constet eminere. Epistola igitur ista est :

« Lanfrancus gratia Dei archiepiscopus, dilectissimo fratri Stigando Cicestrensi episcopo, salutem.

« Clerici villarum uostrarum qui in vestra diœcesi existunt, questi nobis sunt quod vestri archidiaconi, repertis occasionibus, pecunias ab eis exquirunt, et a quibusdam jam acceperunt. Meminisse debet fraternitas vestra quia contra morem antecessorum. nostrorum et vestrorum vobis concessimus, eisque imperavimus quatenus ad vestras synodos irent, et ea quæ ad Christianæ religionis notitiam prodesse possunt, sine interpellatione vel discussione aliqua a vobis audirent. Si quæ in ipsis culpæ invenirentur, suspensa interim vindicta, ad postrum examen servarentur et nobis vel in miserendo vel in ulciscendo, sicut semper consuetudo fuit, obnoxii tenerentur. Mandamus itaque vobis ut male accepta sine dilatione reddi jubeatis, et ministris vestris ne ulterius id præsumant, servandæ charitatis studio,

Cantiam constituti sunt omnino præcipimus ne ad vestram vel alicujus episcopi synodum amplius cant, nec vobis nec aliquibus ministris vestris pro qualibet culpa respondeant. Nos enim cum ad villas nostras venerimus, quales ipsi vel in moribus vel in sui ordinis scientia sint, pastorali auctoritate vestigare debenus (17). Chrisma tamen a vobis accipiant, et en quæ antiquitus institute sunt in chrismatis acceptione persolvant. Sicut namque ea quæ antiquitus usque ad nostra tempora antecessores nostri habuerunt solerti vigilantia cupinous illibata custodire; ita aliis debita aliqua, quod absit ! usurpatione denegare nolumus. >

Ad hæc qua sagacitate (hoc enim paulo ante memoratum paucis replicare abs re non esse putamus), B qua, inquam, sagacitate memorabilis Pater Lanfrancus apud regem Willhelmum egerit ut per inspirationem gratiæ Dei ad hoc, eo imminente, perduceretur, ut quamplures terras nominatæ Ecclesiæ Cantuariensi diversis causis ac violentiis hominum ablatas, pro redemptione animæ suæ restitueret, et referre longum et æstimavi non necessarium. Earumdem enim terrarum et numerus et nomina eidem Ecclesiæ notissima sunt; et redditus illarum ex quibus hi qui sub domino ipsi loco deserviunt sustentantur, pro æterna ejus salute, oculis justi Iudicis, die noctuque consideranda ab eisdem insis præsentantur. Quid itaque de allis ipsius Ecclesiæ terris quæ in eadem qua olim ablatæ sunt direptionis injuria permanent, successoribus tanti provisoris C servorum Dei faciendum sit, fructus quem iste ex his quæ restituit consecutus est docebit eos, juxta quod sui curam habebunt. Re etenim vera et illas restituisset, si ultra quam vixit aliquanto tempore supervixisset. In hoc quippe illum gnara principis Lanfranci prudentia duxerat, et præfixo termino id se facturum spoponderat. Verum dum sponsionis suze effectu potiri non meruit, quanto studio quis, dum potest, bonis insistere debeat, exemplo sui præmonuit. Hæc et hujusmodi, quæ gloriosus Pater Lanfrancus magnifice operatus est, si quisquam uti sunt describere volet, copiosa materia est, ad opus grande sufficiens. Ego autem quia probabili et firma ratione, sicut cepi, in alia ducor; tantum adhuc de eo breviter dice, ipsum revera magnum et insupe-D rabilem Beclesiæ Christi defensorem et pium totius Anglise principem, ac in quantum sibi licuit bonum pastorem cunctis in ca consistentibus, dum vixit, Inisse.

Per idem tempus erat quidam abbas Becci nomine Anselmus, vir equidem bonus et scientia litterarum magnifice pollens. Contemplativæ vitæ totus inten-

HENSCHENH NOTÆ'.

· Willelmus obtenta de Haroldo victoria coronatus est Londini ad Anem anni 1066 et mortuus anno 1087.

b Ea nunc Sottepille nuncupatur, quasi villa inferior. · Simeon Dunelmensis ait, yuod Wilhelmus I, rex Anglize, « carlesti viatico munitas » excesserit : interim tam ipsc quam ceteri regem punitum insinuant, quod, oppido quodam in Francia occupato omnes

prohibcalis. Nos vero presbyteris nostris qui extra A debat. Hie toti Northmanniz atque Franciz, pro sua excellentis sanctitatis merito, notus, charus et acceptus, magnæ famæ quoque in Anglia habebatur, ac regi præfato, uecne Lanfranco archiepiscopo sanctissima familiaritate copulabatur. Hic cum nonnunquam pro diversis Ecclesiæ et aliorum negotiis ad curiam regis veniret, rex ipse, deposita feritate, qua multis videbatur sævus et formidabilis, ita fiebat inclinus et allabilis, ut, ipso præsente, omnino quam esse solebat, stupentibus cunctis, fieret alius. Hunc itaque et Lanfrancum videlicet viros divina simul et humana prudentia fultos, præ se magni semper habebat, et eos in omnibus quæ síbi, quantum officil eorum referebat, agenda erant, dulciori præ cæteris studio audiebat. Unde et consilio eorum ab animi sui severitate in quosdam plurimum et sæpe descendebat, et quatenus in sua dominatione ad observantiam religionis monasteria surgerent, studiose operam dabat. Quæ religio ne nata deficeret, procurabat Ecclesiarum pacem quaque tueri; et els quæ in asus servientium Deo proficerent, in terris, in decimis, in aliis redditibus, ex suo largiri. Hac tamen benevolentia super Ecclesias Northmanniæ respiciebat.

Hic ergo Willhelmus . cum vicesimo primo regni sui anno infirmitate qua et mortuus est, detentus apud Rothomagum fuisset, et se meritis ac intercessionibus Anselmi omnimodis commendare disposuisset, eum ad se de Becco venire et non longe a se fecit hospitari. Verum cum ei de salute animæ suæ loqui differret, eo quod infirmitatem suam paulum levigari sentiret, contigit ipsius principis corpus tanta invalitudine deprimi, ut curiæ inquietudinca nullo sustinere pacto valeret. Transito igitur Sequana, decubuit lecto in Ermentrudis villa b, quæ est contra Rothomagum in altera fluminis parte. Quidquid tum deliciarum regi infirmo deferebatur, ab eo illarum medietas Auselmo infirmanti mittebatur. Verumtamen nec eum amplius in hac vita videre, nec ei ut proposuerat guidguam de anima sua loqui promeruit. Tanta enim infirmitas occupavit utrumque, ut nec Anselmus ad regem Willhelmum, nec Willhelmus posset pervenire ad abbatem Anselmum. Et quidein Willheimus ita mortuus est, non tamen ut dicitur, inconfessus e; atque Anselmus evestigio est ab infirmitate relevatus, pristinæque saluti post modicum redonatus. Qui autem regio funeri interfuerint, quave pompa corpus ejus Cadomum delatum sit; quamque libera, imo quam servili calumnia in ecclesia beati Stephani sepultum sit, et dictu lugendum et auditu fatemur esse miserendum. Quæ enim conditio sortis humanæ non moveat ad pietatem, cum auditum fuerit regem istum qui tantæ

ecclesias in ca sitas, et cum his duos sanctos reclusos combussisset.

Historia Novorum, a parte posteriori libri i, exstat apud Bolland., Acta sanctorum, tom. II, April., p. 893, in ANSELNO, sub titulo : Vita S. Anselmi in ponelificatu. Notas inde mutuamur. Epir.

potentize in vita sua exstitit, ut in tota Anglia, in tota Northmannia, in tota Cenomanensi patria, nemo contra imperium ejus manum movere auderet. mox ut in terram spiritum exhalaturus positus est, ab omai homine, sicut accepimus, uno solo duntaxat serviente excepto, derelictum cadavere ejus sine omni pompa per Sequanam naucella delatum, et cum sepeliri deberet, ipsam terram sepulturæ illius a quodam rustico calumniatam qui eum hæreditario jure reclamans conquestus est illam sibi jam olim ab eodem injuria fuisse ablatam a? Quantus autem mæror Lanfrancum ex morte ejus perculerit, quis dicere possit, quando nos qui circa illum nuncia mort illius eramus, statim eum præ cordis angustia mori timeremus?

Defuncto itaque rege Willhelmo, successit ei in R regnum Willheimus filius ejus, qui cum regni fastigia fratri suo Roberto b præripere gestiret; et Lanfrancum, sine cujus assensu in regnum ascisci nullatenus poterat, sibi in hoc ad expletionem desiderii sui non omnino consentaneum inveniret: verens ne dilatio suæ consecrationis inferret ei dispeadium cupiti honoris, cœpit tam per se quam per omnes quos poterat, fide sacramentoque Lanfranco promittere justitiam, æquitatem et misericordiam se per totum regnum, si rex foret, in omni negotio servaturum; pacem, libertatem, securitatem Ecclesiarum contra omnes defensurum, necne præceptis atque consiliis ejus per omnia et in omnibus obtemperaturum. Sed cum posthac in regno fuisset confirmatus, postposita pollicitatione C su2, in contraria dilapsus est. Super quo cum a Lanfranco modeste redargueretur, et ei sponsio fidei non servatæ opponeretur, furore succensus : Quis, ait, est, qui cuncta quæ promittit implere possit? > Ex hoc igitur non rectis oculis super pontificem intendere valebat, licet a nonnullis ad quæ illum voluntas sua trahebat, ipsius respectu, eo superstite, temperaverit. Erat enim Lanfrancus idem. vir divinæ simul et humanæ legis peritissimus, atque ad nutum illius, totius regni spectabat intuitus. Qui cum de hac vita translatus fuisset °, quam gravis calamitas ex obitu illius Ecclesias Angliæ devastaverit, multa prætermittendo paucis ostendere placuit. Confestim enim rex foras expressit quod in suo pectore, illo vivente, confotum habuit. Nam mox, ut alia quæ perperam gessit omittam, ipsam (18) totius Angliæ, Scotiæ et Hiberniæ necne adjacentium insularum matrem, Ecclesiam scilicet Cantoariensem, invasit; cuncta quæ juris illius erant intus et extra per clientes suos describi præcepit;

• Joannes Bromton in Chronico satis pathetice rem describit additque « quod illa querela adeo omnes movit, ut prius viro conquerenti pro voto satisfacerent ut ac deinde exsequias mortuo adimplerent. »

Ex dispositione paterna id factum scribunt cæteri; co quod Robertus primogenitus, ob non relitam sibi libere Normanniam rebellans patri, apud

reliqua sub censu atque in suum dominium redigi jussit. Fecit ergo Ecclesiam Christi venalem; jus in ea dominandi præ cæteris illi tribuens qui ad detrimentum ejus in dando pretium alium superabat. Unde misera successione singulis annis pretium renovabatur. Nullam siguidem conventionem rex stabilem esse sinebat, sed qui plura promittebat excludebat minus dantem, nisi forte ad id quod posterior offerebat, prima conventione vacuata, prior assurgeret. Videres insuper quotidie, spreta servorum Dei religione, quosque nefandissimos hominum regias pecunias exigentes per claustra monasterii torvo et minaci vultu procedere, hinc inde præcipere, minas intentare, dominationem potentiamque suam in immensum ostentare. Qua de re quæ vel quot scandala, dissensiones, inordinationes ortas sint, reminisci piget. Super hæc, quidam ipsi Ecclesiæ monachi, malis ingruentibus dispersi ac missi sunt ad alia monasteria; et qui relicti multas passi tribulationes et improperia. Quid de hominibus Ecclesiæ dicam, qui tam vasta miseria, miseraque vastatione sunt attriti, ut dubitarem, si sequentia mala non essent, an salva vita illorum possent miserius atteri. Nec ista quæ dicimus in sola Ecclesia Cantuariensi facta sunt. Desævit immanitas ista eliam in cunctis per Angliam constitutis filiabus ejus, quæ viris suis, episcopis scilicet seu abbatibus decedentibus, in viduitatem ea tempestate cadebant. Et quidem ipse primus hanc luctuosam oppressionem Ecclesiis Dei indixit, nullatenus cam ex paterna traditione excipiens. Destitutas ergo Ecclesias solus in dominio suo tenebat. Nam allam neminem præter se substituere volebat, quandiu per suos ministros aliquid quod cujusvis pretii duceret, ab eis extra-

here poterat. Itaque planum erat ubique miseriam videre. Duravit autem fere per quinque annos (ut de aliis taceam) super Ecclesiam Cantuariensem hæc ipsa miseria semper in pejus proficiens, sibique ipst miserior deteriorque succrescens^d.

tus. Qui gravis gravis levastaere plaquod in t. Nam of gravis gravis levastaere plaquod in t. Nam of the platiam instruere, missis Beccum nuntiis, rogavit abbatem Anselmum Angliam venire, locum inspicere, eumque per monachos suos regulari conversatione t. Nam of the platiam instruere, missis Beccum nuntiis, rogavit abbatem Anselmum Angliam venire, locum inspicere, eumque per monachos suos regulari conversatione t. Nam of the platiam quodam quasi præsagio mentes quorumdam tangebantur, et licet clauculo nonnulli ad invicem loquebantur eum, si Angliam iret, archiepiscopum Cantuariensem fore. Quod quamvis omnino remotum æccepit; esset a voluntate ejus, et firmitas propositi sui se HENSCHENII NOTÆ.

Philippum Franciæ regem ageret.

• Mortuus est Lanfrancus anno 1089, Guilielmi II anno 11, quinto, aliis nono Kalendas Maii.

^d Anno Christi 1082.

• Hugo comes Crestrensis nepos Willielmi I ex sorore, vixit usque ad annum 1106, teste Knyghtono lib. 11, cap. 8, De eventibus Angliæ.

ۍ و.

12

teret animo ejus; tamen quia hoc non omnes intellizebant (providendo bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus) Angliam intrare poluit, ne se hujus rei gratia intrasse quisquam suspicaretur. Contigit interea comitem ipsum acri languore gravari. Quod mox Anselmo mandans, magnopere precatus est quatenus. antiqua familiaritate considerata, ad consulendum animæ suæ sine. mora veniret. Et si timor, iuquit, suscipiendi archiepiscopatus, ne veniat, eum detinet, fateor, inquit, in fide mea, quoniam id quod rumor inde jactat nihil est; ac per hoc indecens ejus sanctitati esse sciat, si nihilo tentus magnæ meæ necessitati subvenire detrectat. Perstat ille in non veniendo, et comes æque permanet in requirendo. Tertio itaque B mandat illi hæc : « Si non veneris, revera noveris quia nunquam in vita æterna in tanta requie eris, quin perpetuo doleas te ad me non venisse. > Quod ille audiens : « Angustiæ, ait, mihi sunt undique. Si Angliam ivero, vereor ne cui per hoc prava suspicio subrepat, et me causa consequendi archiepiscopatus illuc ire existimet. Si non ivero, fraternæ charitatis violator ero, quam quidem non solum amico, verum exhibere jubemur et inimico. Quæ denique si erga inimicum violata peccatum est, erga amicum quid est? Et certe amicus meus familiaris ab antiquo comes Cestrensis Hugo fuit, qui mel nunc, ut dicit, indiget. In necessitate probatur amicus. Si ergo propter obliquam, quam in me forsan homines habere possunt opinionem, amico meo in sua necessitate non succurro; meum certum, pro dubio aliorum, peccatum incurro. Commendans igitur me, atque meam conscientiam ab omni terreni honoris ambitione vacuam, Deo pergam, respectu sancti amoris ejus, morem gerere amico meo. Cætera ipse Deus agat, et me salva gratia sua ab omni sæcularis negotii impedimento pro sua misericordia immunem custodiat. > Exigebant etiam tum temporis Ecclesiæ suæ quædam valde necessariæ causæ ut Angliam pergeret; sed præfato illum cohibente pavore, nullo pro eis pacto volebat iter arripere. Contigit interea ut comitissæ Idæ a locuturus Bononiam iret, ubi cum per dies aliquot necessario detentus moraretur, mandatum est illi, a Beccensibus ne, si peccato inobedientiæ notari volet, ultra monasterium repeteret, donec transito mari suis in Anglia rebus subveniret. Profectus igitur, mare transiit, et Dofris appulsus est. Inde citato gressu ad comitem venit, ipsumque ab infirmitate jam convaluisse invenit. Detentus est tamen in Anglia fere mensibus quinque, detinente eum non solum abbatia quam disponere venerat. sed et

• Est hæc B. Ida, mater Godefridi Bullonis, gein regis Hiersolymitani : illius Vitam illustravimus ad diem 13 Aprilis. Plures ei epistolas S. Auselmus scripsit.

Vultus sanctus de Luca est imago Domini cru-

nunquam hoc onus subiturum, certitudinem promitteret animo ejus; tamen quia hoc non omnes intellizebant (providendo bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus) Angliam intrare noluit, ne se hujus rei gratia intrasse quisquam suspicaretur. Contigit interea comitem ipsum acri 'anguore gravari. Quod mox Anselmo mandans, magnopere precatus est quatenus. antigua familia-

> Thter hæc cum gratia Dominicæ Nativitatis, omnes regni primores ad curiam regis pro more venissent, contigit ut eorum optimi quique uno consensu inter se de communi matre regni quererentur quod viduata suo pastore tam diu et tam inaudita vexatione opprimeretur. Hujusmodi ergo de hoc ab eis consilium sumptum est, ut supplici prece dominum suum regem convenirent, quatenus orationes, quod posteris mirum dictu fortasse videbitur, per Ecclesias Anglix fieri ad Dominum permitteret, ut ipse sua pietate regi inspiraret quatenus instituto illi digno pastore, a tanta eam clade, et alias per eam relevaret. Quod cum illi una suggessissent, ipse licet nonnihil exinde indignatus, tamen fieri quod petebatur permisit, dicens quod quidquid Ecclesia peteret, ipse sine dubio pro nullo dimitteret quin faceret omne quod vellet. Hoc ita responso accepto, episcopi ad quos ista maxime pertinebant, Anselmum super reipsa consuluerunt. Et quod ipse orationis agendæ modum et summam ordinaret, vix obtinere suis precibus ab eo potuerant. Episcopis enim præferri in tali statuto ipse abbas fugiebat. Coactus itaque, juxta quod magis Ecclesiæ Dei expedire sciebatur, modum orandi cunctis audientibus edidit, et laudato sensu ac perspicacia animi ejus, tota quæ convenerat nobilitas regni, soluta curia, in sua discessit. Institutæ igitur preces funt per Anglorum Ecclesias omnes.

llæc inter evenit ut die quadam unus de principibus terræ cum rege familiariter agens promeantibus verbis in hoc, ut sic fit, sic ei inter alia diceret : Hominem tantæ sanctitatis nullum novimus, quantæ est, ut vere probamus, abbas Beccensis Anselmus. Nihil etenim amat præter Deum, nihil (ut in amni studio ejus claret) cupit transitorium.

Ad quod rex subsannans: (Non, inquit, nec archiepiscopatum Cantuariensem.) Cui cum alter referret: (Nec illum quidem maxime, sicut mea, multorumque fert opinio.) Obtestatus est rex quod manibus ac pedibus plaudens in amplexum ejus accurreret, si ullam fiduciam haberet se ad illum posse ullatenus aspirare. Et adjecit : (Sed per sanctum vultum de Luca b, (sic enim jurare consueverat) nec ipse hoc tempore nec alius quis archiepiscopus erit, me excepto.) Hæc illum dicentem evestigio valida

HENSCHENH NOT E.

cilixi, que creditur a Nicodemo sculpta, et circa aunum 702 e Syria in Hetruriam translata, Lucce collitur miraculis celeberrima : de qua videndi historici Lucenses, et post alios Franciottus Ne sanctis Lucensibus, pag. 155.

infirmitas corripuit, et lecto deposuit, atque in dies A ipse, et concordi voce subsequitur acclamatio omfrescendo ferme usque ad exhalationem spiritus egit. Quid plura? Omnes totius regni principes coeunt; episcopi, abbates et quique nobiles nihil præter mortem ejus præstolantes. Suggeritur ægro de salute animæ suæ cogitare, carceres aperire, captivos dimittere, vinculatos solvere, repetendarum pecuniarum debita perdonare, Ecclesias suo eatenns dominio, servituti subactas, locatis pastoribus, libertati restituere, præcipueque Ecclesiam Cantuariensem, cujus oppressione, inquiunt, totius in Anglia Christianitatis constat esse detestandam dejectionem. Hac tempestate Anselmus inscius horum morabatur in quadam villa non longe a Glocestria, uhi rex infirmabatur. Mandatum ergo illi est quatenus sub omni festinatione ad regem veniat, et ejus obitum sua præsentia tueatur et muniat. Accelerat ipse venire audito tali nuntio, et venit. Ingreditur ad regent, rogatur quid consilii salubrius morientis animæ judicet. Exponi sibi primo postulat quid se absente ab assistentibus ægro consultum sit. Audit, probat et addit. « Scriptum est : Incipite Domino in confessione, unde videtur mili ut primo de omnibus, quæ se contra Deum fecisse cognoscit, puram confessionem faciat, et se omnia, si convaluerit, emendaturum sine fictions promittat; ac deinde quæ consuluistis, absque dilatione fieri júbcat. » Laudatur hæc consilii summa, sibique hujus confessionis suscipiendi injungitur cura. Referaur ad notitiam regis quid saluti animæ illius magis ex- C pedire Anselmus dixerit. Nec mora, acquiescit ipse, et corde compunctus cuncta quæ viri sententia tulit se facturum, necne totam vitam suam in mansuetudine et justitia amplius servaturum pollicetur. Spondet in hoc fidem suam, et vades inter se et Deum facit episcopos suos, mittens qui hoc votum soum Deo super altare sua vice promittant. Scribitur edictum regioque sigillo firmatur, quatenus captivi quicunque sunt in omni dominatione sua relaxentur, omnia debita irrevocabiliter remittantur. omnes offensiones ante hæc perpetratæ, indulta remissione, perpetuæ oblivioni tradantur. Promittuntur insuper omni populo bonæ et sanctæ leges, inviolabilis observatio juris, injuriarum gravis, et quæ terreat cæteros, examinatio. Gaudetur a cunctis, D monachos quibus debeo consilil atque auxilii submibenedicitur Deus in istis, obnixe oratur pro salute talis ac tanti regis.

Interea regi a bonis quibusque suadetur quatenus communein totius regni matrem instituendo illi pastorem, solvat a pristina viduitate. Consentit libens, et in hoc animum suum versari fatetur. Quæritur itaque quis hoc honore fungi dignius possit. Sed cunctis ad nutum regis pendentibus prænuntiavit

nium, abbatem Anselmum tali honore dignissimum. Expavit Anselmus ad hanc vocem, et expalluit. Cumque raperetur ad regem, ut per virgam pastoralem investituras archiepiscopatus de manu ejus susciperet, toto conamine restitit, idque multis obsistentibus causis nullatemus fieri posse asseruit. Accipiunt igitur eum episcopi, et ducunt seorsum de multitudine, bæc ei verha dicentes : « Quid agis? Quid intendis? Quid contraire Deo niteris? vides omnem Christianitatem in Anglia fere periisse, oinnia in confusionem venissé, omnes abominationes emersisse, quaquaversum nos ipsos et quas regere deberemus Ecclesias Del in periculum mortis æternæ per tyrannidem istins hominis decidisse; et tu, cum B possis subvenire, contemnis ? Quid, o mirabilis homo, cogitas ? Quo fugit sensus tuus? Ecclesia Cantuariensis, in cujus oppressionem omnes oppressi sumus et destructi, te vocat, le sublevatorem sui et nostri anxia quæritat, et tu postposita libertate ejus, postposita nihilominus relevatione nostra, fratrum laboris participium abjicis, tui solus otiosam quietem appetis. > Ad hæc ille : « Sustinete, inquit • quæso, sustinete et intendite; fateor, verum est, tribulationes multæ sunt, et ope indigent. Sed considerate, obsecro. Ego jam grandævus sum ", et omnis terreni laboris impatiens. Qui ergo pro me ipso laborare nequeo, qualiter laborem totius Ecclesiæ per Angliam constitutæ suscipere queo? Ad hæc, sicut mea mihi conscientia testis est, ex quo monachus fui, sæcularia negotia fugi, nec unquam eis ex voto intendere potui, quia nihil in eis esse constat quod me in amorem aut delectationem sui flectere queat. Quare sinite me pacem habere; et negotio, quod nunquam amavi, ne non expediat. implicare nolite. To tamen, inquiunt, primatum Ecclesiæ nihil hæsitans suscipe; et i præ in via Dei. dicendo et præcipiendo quod faciamus, et ecce tibi manus dahimus, quod sequendo et obtemperando quæ jusseris non deficiemus. Tu Deo pro nobis intende, et nos sæcularia tua disponemus pro te. Impossibile est, ait, quod dicitis : abbas sum monasterii regni alterius, archiepiscopum habens cui obedientiam, terrenum principem b cui subjectionem, nistrationem. His omnibus ita sum astrictus ut nec monachos deserere possim sine illorum concessione, nec me a dominatu principis mei valeam exuere sine ejus permissione, nec obedientiam pontificis mei subterfugere queam, cum salute animæ meæ, absque ipsius absolutione. De his omnibus, aiunt, leve consilium, et facilis erit assensus omnium. Ait ille : « Nihil est omnino ; non erit quod inten-

HENSCHENII NOTÆ.

Grandævus crat annorum sexaginta.

» Robertus hic dux Northmanniæ erat, Guillielmi Conquestoris, ut dictum, primogenitus : cui North-manniam moriens pater dimiserat, utpote hæreditario jure ad cum spectantem : de aliis que acquisierat armis, credidit se, co propter rebellionem excluso, posse pro arbitratu disponere. Sed neque Northmanniam in pace possedit, omnia agente Guilleimo ut ca quoque parte fratrem excluderet, uti et fecit ; que fuse Northmanni et Angli tractant.

.

et pervicaciam ejus exponunt. Contristatus est rex, pene ad suffusionem oculorum, et dixit ad eum : « O Anselme, quid agis? Cur me pœnis æternis cruciandum tradis ? Recordare, quæso, fidelis amicitiæ, quam pater meus et mater mea erga te et tu semper erga eos habuisti, et per ipsam obsecro ne patiaris filium eorum me in corpore et anima simul perire. Certus sum enim quod peribo, si archiepiscopatum in meo dominio tenens vitam finiero. Succurre igitur mihi, succurre, domine Pater, et suscipe pontificatum pro cujus retentione nimis confundar, et vereor ne in æternum plus confundar. > Compuncti sunt ex his verbis quique assistentium, et Anselmum se excusantem, et tantum onus nec tunc quidem subire volentem, invadunt, talia cum quadam indi- B gnatione et conturbatione ipsi ingerentes : « Quæ dementia occupavit mentem tuam ? Regem turbas, turbatum penitus necas, quando quidem illum jam morientem obstinatia tua exacerbare non formidas. Hunc igitur scias quia omnes perturbationes, omnes oppressiones, omnia crimina quæ deinceps Angliam prement, tibi imputabuntur, si tu hodie per susceptionem curæ pastoralis eis non obviaveris. > Inter has angustias positus Anselmus, vertit se ad duos monachos, qui secum erant, Balduinum videlicet et Eustachium, dixitque illis : (Ah! fratres mei, cur mihi non subvenitis? > Dixit hoc (ecce coram Deo. quia non mentior) in tanta, sicut affirmare solebat, anxietate constitutus, ut si ei tunc optio daretur, multo læ:ius salva reverentia voluntatis Dei mori eligeret, quam archiepiscopatus dignitate sublimari. Respondit itaque Balduinus : « Si voluntas Dei est ut ita fiat, nos qui voluntate Dei contradicamus ? > Quæ verba lacrymæ, et lacrymas sanguis ubertim mox e naribus illius profluens secutus est, palam cunctis ostendens ex qua cordis contritione cum lacrymis verba prodierint. Audito hujusmodi responso, Anselmus : « Væ, quam cito, inquit, baculus tuus confractus est. > Sentiens ergo rex quod incassum labor omnium expendebatur, præcepit eis ut omnes ad pedes caderent si forte vel ita ad consentiendum illici posset. Sed quid! Cadentibus illis, cecidit ipse coram ejus, nec a prima sententia sua cadere voluit. At illi, animati in eum, seque ipsos, pro mora quam n objectionibus ipsius intendendo passi sunt, ignaviæ redarguentes, virgam huc pastoralem, virgam, clamitant, pastoralem. Et arrepto brachio ejus dextro, alii renitentem trahere, alii impellere, lectoque jacentis cœperunt applicare. Rege autem ei baculum porrigente, manum contra clausit et eum suscipere nequaquam consensit. Episcopi vero digitos ejus strictim volæ infixos erigere conati sunt, quo vel sic manui ejus baculus ingereretur : verum cum in hoc conatum suum aliquandiu frustra expenderent, et ipse pro sua, quam patiebatur, læsione verba dolentis ederet, tandem, indice levato, sed protinus ab eo reflexo, clausæ manui ejus baculus appositus est, et episcoporum manibus cum cadem manu compressus alque re-

ditis. > Rapiunt igitur hominem ad regem ægrotum, A tentus. Acclamante autem multitudine, vivat episcopus, vivant cpiscopi cum clero, sublimi voce hymnum Te Deum laudamus decantare cœpere, electumque portaverunt pontificem potius quam duxerunt in vicinam Ecclesiam; ipso modis quibus poterat resistence, atque dicente : « Nibil est quod facitis, nihil est quod facitis. > Gestis vero quæ in tali causa geri in Ecclesia mos est, revertitur Anselmus ad regem, dicens illi : « Dico tibi, domine rex, quia ex bac tua infirmitate non morieris ac pro hoc volo noveris quam bene corrigere poteris quod de me nunc actum est, quia nec concessi nec concedo, ut ratum sit.) His dictis, reflexo gressu. discessit ab eo. Deducentibus autem eum episcopis, cum tota regni nobilitate, cubiculo excessit. Conversusque ad eos, in hæc verba sciscitatus est : « Intelligitis quid molimini? Indomitum taurum, et vetulam ac debilem ovem in aratro conjungere, sub uno jugo, disponitis. Et quid inde proveniet ? Indomabilis utique feritas tauri, sic ovem lanæ et lactis et agnorum fertilem per spinas et tribulos hac et illac raptam, si jugo se non excusserit, dilacerabit, ut nec ipsa sibi nec alicui, dum nihil horum ministrare valebit, utilis existat. Quid ita ? Inconsiderate ovem tauro copulastis. Aratrum Ecclesiam perpendite, juxta Apostolum dicentem : Dei agricultura, Dei ædificatio estis (I Cor. 111, 9). Hoc arstrum in Anglia duo boves cæteris præcellentes regendo trahunt, et trahendo regunt, rex videlicet et archiepiscopus Cantuariensis. Iste sæculari justitia et imperio; ille divina doctrina et magisterio. Horum boum unus, scilicet Lanfrancus archiepiscopus mortuus est; et alius ferocitatem indomabilis tauri obtinens jam invenituraratro prælatus, et vos loco mortui bovis me vetulam ac debilem ovem cum indomito tauro conjungere vultis? Quae dico, satis intelligitis, et ea re quid cui velitis associare vellem consideraretis, considerantes ab incorpto desisteretis. Quod si non desistitis, en prædico vobis quia me, de quo lanam et lac verbi Dei, et agnos in servitium ejus, nonnulli possent habere (extra quam modo putetis) regia feritas diversis a se fatigatum injuriis opprimet, et gaudium, quod nunc de me quasi pro relevationis vestræ spe vos tenet multos (cum nihil consueti consilii aut sperati auxilii per me habere potuerint) versum in mæstitiam dolentes efficiet. Eogue proficietis ut Ecclesiam quam relevare a viduitate, tantopere satagitis, relabi in viduitatem etiam vivente pastore suo, quod pejus est, quandoque cornatis. Et hæc mala, quibus imputabuntur, nisi vobis qui tam inconsiderate regis feritatem et mean imbecillitatem conjunxistis? Cum igitur, me oppresso, nullus ex vobis fuerit, qui ei in aliquo audeat obviare, vos quoque procul dubio pro libitu suo non dubitabit undique conculcare. > Hæc dicens, ac erumpentibus lacrymis dolorem cordis simulare non valens, ad hospitium suum, dimissa curia, vadit.

Acta sunt hec anno Incarnationis Dominice mil-

lesimo nonagesimo tertio, pridie Nonas Martii, prima A Dominica Quadragesimze •. Præcepit itaque rex ut sine dilatione ac diminution for stiretur de omnibus ad archiepiscopy for the mathematic structure de omnisuo tempore in beneficio a rege tenebat, et abbatia sancti Albani b quam non solum Lanfrancus sed et antecessores ejus habuisse noscuntur, in e alodium (19) Ecclesiæ Christi Cantuariensis proredemptione animæ suze, perpetuo jure, transirent,

Anselmus autem post hæc in villis ad archiepicopatum pertinentibus ex præcepto regis morabatur, conversante secum ac victui suo exinde necessaria quæque procurante venerabili Gundulpho Roffensi episcopo ⁴.

Interea missi sunt a rege nuntii cum litteris in B Northmanniam ad comitem, ad pontificem Rothomagensem, ad monachos Beccenses, quatenus his quæ in Anglia de abbate Beccensi gesta fuerant, singuli quantum sua intererat assensum præberent. Sed quid? Plurima in hunc modum acta nihil apud eos profeceruni. Tandem tamen importuna ratione ac rationabili importunitate, Deo disponente, devicti, quæ de Anselmo cœpta crant, perfici concessorunt. et ne onus impositum subterfugeret, ei per obedientiam injunxerunt. Unde et litterse a singulis singulæ scriptæ sunt e, quæ in uno eodemque concordantes per nuntios Anselmo et regi sunt transmissæ, de quibus omnibus, unas huic opusculo inseram quatenus in ipsis et allarum sensus eluceat. Sint igitur hæ : « Frater Guilielmus archiepiscopus suo Domino et amico Anselmo, Dei benedictionem et nostram. De his quæ de vobis a me rex quæsivit, et de quibus ipse mihi scripsistis, sicuti de tanta re decuit hucusque diu multumque pertractavi, et amicorum meorum ac vestros, super hoc, consilium quæsivi. Qui utrinque voluissent, si possibile fuisset, et vestram semper, ut olim, habere præsentiam, et non facere unde offenderent divinam voluntatem. Sed quia ad hoc res venit ut utrumque impleri nequeat, sicut dignum est, divinam voluntatem nostræ præponimus, et nostram voluntatem divinæ subjicimus atque ex parte Dei et sancti Petri, omniumque amicorum meorum ac vestrorum qui secundum Deum vos diligunt jubeo, ut pastoralem curam Cantuariensis Ecclesiæ et ecclesiastico more benedictionem episco- D palem suscipiatis, oviumque vestrarum vobis, ut credimus, divinitus commissarum saluti deinceps invigiletis. Valete, viscera mea.

quam regi suæ sunt allatæ. Inter hæc, juxta quod Anselmus prædixerat, rex ab infirmitate convaluit. Mox igitur cuncta quæ infirmus statuerat boni. dissolvit, et irrita esse præcepit. Captivi nempe, qui noudum suerant dimissi, jussit ut arctius solito custodirentur; dimissi, si capi possent. recluderentur; antiqua jamque donata debita in integrum exigerentur; placita et offensiones in pristinum statum revocarentur; illorumque judicio, qui justitiam subvertere magis quam tueri defendereve curabant, tractarentur et examinarentur, ad miserorum utique oppressionem et pecuniæ direptionem potius guam ad alicujus peccati correctionem. Orta est ergo tam vasta miseria miseraque vastatio per totum regnum, ut qui illius recordatur parem se ei ante hane vidisse in Anglia, sicut æstimo, non recordetur. Siquidem omne malum quod rex secerat, priusquam fuerat infirmatus, bonum visum est, comparatione malorum quæ fecit ubi est sanitati redonatus. Quæ si qui scire velint de quo sonte manaverint, ex co perpendere possunt quod ipse prædicto Roffensi cpiseepo, cum illum, recuperata sanitate familiari affatu moneret, ut se amplius circumspecte secundum Deum in omnibus haberet, respondit : « Scias, o episcope, quod per sanctum vultum de Luca, nun quam me Deus bonum babebit pro malo quod milit intulerit. > Hæc de rege ad præsens succincte memorasse sufficiat, jamque ad destinatum narrandi ordinem sermo recurrat. Cum igitur Anselmus, secundum quod prælibavimus, litteras a Northmannia destinatas suscepisset, et rex de Dofris a colloquio Reberti comitis Flandrize Rovecestram, ubi tunc ipse Anselmus erat, venisset, in secretum locum Anselmus regem tulit, eumque taliter allocutus est : · In utroque dubius pendet adhuc, domine mi rex. animus meus, utrum videlicet acquiescam pontificatum suscipere, annon. Verum si me ad susceptionem illius ratio perduxerit, volo brevi prænoscas quid velim facias. Volo equidem ut omnes terras quas Ecclesia Cantuariensis, ad quam regendam electus sum, tempore beatæ memoriæ Lanfranci archiepiscopi tenebat, sine omni placito et controversia ipsi Ecclesiæ reștituas, et de aliis terris quas eadem Ecclesia and suum tempus habebat, sed perditas nondum recuperavit, mibi rectitudinem judiciumque consentias. Ad bæc volo ut in iis quæ ad Deum et Christianitatem pertinent, te meo præ cæteris consilio credas, ac sicut ego te volo terre-

HENSCHENIH NOTÆ.

• Fuit eo anno cyclo lunæ xr, solis x, littera Dominicali B, Pascha celebratum xvn Aprilis, dies Cinerum sive initium Quadragesimæ n Martii.

Abbatia S. Albani, in agro Hertfordensi, constructa ab Offa rege Merciorum, et a Lanfranco archiepiscopo instaurata et possessionibus aucta. Colitur S. Albanus xxn Junii, quo die Diocletiano est martyrio coronatus.

 Allodium est prædium liberum, nulli servituti obnozium, sive ex solido concessum sine onere, quod ipsum indicat vocis etymon Ål-od, quod est, plane vacuum. Consule Seldenum et Glossarium Spelmanni.

⁴ Gundulfus Roffensus ex cœnobio Beccensi assumptus fuerat, adnitente B. Lantfanco an 1077; et episcopatum magna cum laude tenuk usque ad vit Martii anni 1108.

• Maurilio Rotomagensi archiepiscopo supra memorato (qui mandatum Anselmo dederat non recusandi quatumcunque magnam prolaturam), Joannes successit an. 1067, Joanni Guillelmus hic anno 1079, et sedit usque ad 1110. num habere dominum et defensorem, ita et tu me A Dei profuturis promissionibus illectum, primatum spiritualem habeas patrem et animæ tuæ provisorem. De Romano quoque pontifice Urbano quem pro apostolico hucusque non recepisti, et ego jam recepi atque recipio, cique debitam obedientiam et subjectionem exhibere volo, cautum te facio ne quod scandalum inde oriatur in futuro. De his, quæso, tuæ voluntatis sententiam edicito, ut, ea cognita, certior fiam quo me vertam. > Rex itaque, vocato ad se Willhelmo a Dunelmensi episcopo, et Roberto comite de Mellento, jussit ut ei præsentibus, quæ dixerat, iteraret. Fecit imperata, et rex sibi per consilium ita respondit : « Terras de quibus Ecclesia saisita b quidem fuerat sub Lanfranco omnes eo quo tunc erant tibi modo restituam, sed de illis quas sub ipso non habebat, præsenti nullam tecum B conventionem instituo. Verumtamen, de his et allis, credam tibi sicut debeo. > Finierat rex in istis et ab invicem discesserunt.

Deinde, paucis diebus interpositis, rex ipse consensum quem a Northmaunis super Anselmo, juxta quod præfati sumus, expetierat, per epistolas accepit. Et veniens in villam suam quæ Windlesora o vocatur, Anselmum per se suosque convenit, quatenus et secundum totius regni de eo factam electionem pontifex fieri ultra non negaret, et terras Ecclesiæ quas ipse rex, defuncto Lanfranco, suis dederat pro statuto servitio, illis ipsis hæreditario jure tenendas, causa sui amoris, condonaret. Sed Anselmus nolens Ecclesiam, quam necdum re aliqua investierat, exspoliare, terras, ut petebatur, nullo voluit pacto C concedere, et ob hoc, orto inter eum et regem diseidio, quod primum quoque de pontificatu ejus agebatur, indefinitum remansit. Unde Anselmus oppido lætatus est, sperans se hac occasione a prælationis onere per Dei gratiam exonerandum. Jam enim cum virga pastorali curam quam super Beccum abbas susceperat, pro descripta superius absolutione, ipsi Becco restituerat. Et nunc eo quod terras Ecclesiæ injuria dare nolebat, episcopalis officii onus sese lætus evasisse videbat. Verum cum decurso non exiguo tempore clamorem omnium, de Ecclesiarum destructione conquerentium, rex amplius ferre nequiret, virum ad se Wintoniæ, a nato ibi conventu nobilium, venire fecit ac multis bonis et Ecclesiæ D

Ecclesiæ Anglorum suggipere suzsit atque persuasit. Ille igitur more et examplo prædecessoris sui inductus, pro usu terræ, homo regis factus est, et sicut Lanfrancus suo tempore fuerat, de toto archiepiscopatu saisiri jusqus est.

Venit posthæc Gantuariam vit Kalend. Octobris atque immensa monachorum, clericorum totiusque plebis alacritate susceptus ad regendam Ecclesiam Dei locum pontificis magno deductus honore conscendit. Eodem die venit Cantuariam a rege missus quidam nomine Ranulphus d, regiæ volontatis maximus exsecutor, qui, spreta considerationa pictatis ac modestiæ, placitum contra enm ipsa die instituit ; et ferus ac tumens, tantum Ecclesiæ gaudium conturbare non timuit. Que res cunctorum animos graviter vulneravit, conquerentiam ac nimis indigno ferentium tanto viro tantam injuriam fieri, ut nec primum quidem suze dignitatis diem permisteretur in pace transigere. Quorum indignationi hoc quoque non parum doloris adjiciebat, qued negotium unde agebatur ad jura Ecclesiæ pertinebat, nec in aliquo regalis judicii definitionem respiciebat. Igitur eo tempore nimis atroci plaga percussi sunt homines ipsius Ecclesize. Unde Anselmus vehementissime dolens, sed regi contraire non valens, ez præsentibus futura conjecit; et quia multas in pontificatu angustias foret passurus, intellexit atque prædixit. Accedens itaque ad novum sibique insolltum genus serviendi Deo, juxta Salomonem, stabat in timore, et preparabat animam suam ad tentationem, soiens omnes pie volentes in Christe vivere tribulationem necessario pati oportere.

Instante vero tempore suæ consecrationis, venit ex more Thomas . archiepiscopus Eboracensis, et omnes episcopi Angliæ, Cantuariam, éumque debita veneratione ibi pontificem consecravere pridie nonas Decembris. Duo tamen episcopi, Vigornensis f videlicet et Exoniensis⁸, infirmitati detenti, huic consecrationi interesse non valuerunt. Sed nuntiis apicibusque directis, absentiam suam coepiscoporum suorum præsentiæ hac in causa præsentem et consentaneam fore denuntiaverunt. Verum cum ante ordinandi pontificis examinationem Walchelinus b

HENSCHENII NOTÆ.

 Hunc Guilielmum Dunelmensem Malmestariensis depingit, ut foedum regis assentatorem, omniumque turbarum S. Anselmo sucitatarum signiferum', alias suo episcopatui utilem, quem tenuit varia fortuna usque ad an 1097.

b Saisire in possessionem mittere, alias investire, cujus composita dissaisire, possessione exuere; et resaisire, in possessionem restituere. Vox origine Gallica, et apud Gallos nunc violentam occupationem significans.

e De Windlefora villa pluribus agetur xx111 Aprilis, in Analectis post Acta S. Georgii, cap. 11, tanquam de Garteriani Ordinis natali loco.

d Ranulfum Dunelmensem coloribus suis describit

Malmesburiensis, tanquam consulterem et exsecutorem omnium de rebus sacris nundinationum per Angliam; qui Dunelmensem episcopatum oblato pretio emerit an. 1099, ac tenuerit an. 29.

• Thomas, hujus nominis primus archiepiscopus Eboracensis, inslitutus anno 1070, mortuus 1100. valde laudatur ascriptoribus.

Wigorniensis episcopus erat S. Wulstanus, an. 1062 consecratus, mortuus an. 1095, 19 Januari, quando ejus Acta illustravimus.

⁵ Osbernus Exoniensis episcopus, sedit ad an. 1074 ad 1103, ad quem est epistola infra l. 111, n. 15.

h Creatus est Wintoniensis episcopus Walkelinus

Wentanus episcopus, rogatu Mauritii • episcopi Lun• A aliorum ductus terrore, ovans ad tuam benignita doniensis cujus hec officium est, ecclesiastico more electionem scriptam legeret, mox in primo versu Thomas Eburacensis graviter offensus cam non jure factam conquestus est. Nam cum diceretur : « Fratres et coepiscopi mei, vestræ fraternitati est cognitum quantum temporis est ex quo, accidentibus variis eventibus, hæc Dorobernensis Ecclesia totius Britanniæ metropolitana suo sit viduata pastore, > subintulit dicens : (Totius Britanniæ metropolitana? Si totius Britanniæ metropolitana, Ecclesia Eboracensis quæ metropolitana esse scitur, metropolitana non est. Et guidem Ecclesiam Cantuariensem primatem totius Britanniæ esse scimus, non metropolitanam. > Quod auditum ratione subnixum esse, quod dicebat intellectum est. Tunc statim B scriptura ipsa mutata est, et pro totius Britanniæ metropolitana, totius Britanniæ primas scriptum est, et omnis controversia conquievit. Itaque sacravit eum ut totius Britanniæ primatem. Cum igitur inter sacrandum, pro ritu Ecclesiæ, textus Evangelii super eum ab episcopis apertus, tentus et peracta consecratione fuisset inspectus, hæc in summitate paginæ sententia reperta est : « Vocavit multos, et misit servam suum hora cœnæ dicere invitatis ut vepirent, quia jam parata supt omnia; et cœperunt simul omnes excusare. > Deinde jam consummato ordinationis suz die octavo, Cantuariam egrediens ad curiam regis pro imminente Nativitate Domini vadit. Quo perveniens, bilariter a rego totaque regai nobilitate suscipitur.

Ea tempestate rex Northmanniam fratri sue Roberto toto conamine auferre laborans, multam et immensam undecunque collectam pecuniam in hoo expendebat, adeo ut nonnullas etiam difficultates pateretur, quas regiam pati excellentiam incedens videbatur. Suasus igitur ab amieis suis novus pontifex, quingentas argenti libras regi obtulit, sporans et pollicentibus credens sese pro hoc ejus deinceps gratiam firmiter adepturum, et quæ Dei sunt intendere volentem lautorem in cunctis habiturum, nocno rebus ecclesiasticis intus et extra pacem tuitionemque illius contra omnes æmulos acquisiturum. Rex ergo tali oblatione audita, bene rem quidem laudando gem, ut fieri solet, ad hoc perduxerunt quatenus obla tam pecuniam spernendo recipere non acquiesceret.

 Tu, inquiunt, eum præ cæteris Angliæ principibus honorasti, ditasti, exaltasti; et nunc cum tua necessitate considerata duo millia, vel certe, ut levissime dicatur, mille libras pro agendis munificentiæ tuæ gratiis tibi dare deberet, quingentas (pro pudor!) offert. Sed paululum sustine, faciemque tuam super eo commuta, et videbis quod consueto

tem recuperandam quingentis quas offert totidem libras adjiciet. > Siguidem hunc ipse rex morem erga cunctos quibus dominatur, habebat, ut cum quis eorum aliquid ei pecuniarum etiam solius gratiæ obtentu offerebat, oblatum, nisi quantitas rei voto illius concurreret, sperneret. Nec offerentem in suam ulterius amicitiam admittebat, si ad determinationem suam oblatum munus non augeret. Opinati sunt ergo illi maligni Anselmum quoque hoc more terrendum atque ad explendam regis voluntatem aucta pecunia illico promovendum. Verum mentita est iniquitas sibi (Psal. xxvs. 12). Itaque mandatur illi regem oblatam pecuniam refutare, et miratus est. Aditoque rege, sciscitatus est utrum ab eo tale mandatum processerit, annon. Audit vere processisse, et statim postulans ait : « Ne, mi domine, precor, hoc facias ut quod inpræsentiarum offere suscipere abnuas. Licet enim primum sit, non tamen extremum archiepiscopi tui donum erit. Et fateor, utilius tibi est, et honestius a me pauca cum amica libertate, et sæpe suscipere, quam violenta exactione mihi multa simul sub servili conditione auferre. Amica nempe libertate me et omnia mea ad utilitatem tuam habere poteris, servili autem conditione nec me nec mea habebis. > Ad quæ, iratus rex : « Sint, inquit, cum jurgio tua tibi, sufficient mea mihi. Vade. > Surrexit ergo et exiit reputans apud se, forte non sine præmonitione, primo ad sedem suam introitus Dei evangelium lectum fuisse : Nemo potest duobus dominis servire (Matth. vi, 24). Et alacrior in ipsum reversus : . Benedictus sit, ait, omnipotens Deus, qui me sua misericordia immunem servavit ab omni infamia. Si enim hæc quæ obtuli rex gratiose suscepisset, profecto a malignis hominibus, qui exundant, jam ante pro episcopatu promissa, et nunc sub callida oblatione reddita fuisset putatum. Sed modo quid agam? Præsignatum utique munus pro redemptione animæ suæ pauperibus Christi dabo, non illi; et quo ei suam gratiam infundat, meque ab omni malo defendat, devotus orabo. > Quæsita dehinc per internuntios, sed quia pecuniam duplicare noluit, minime acquisita gratia ejus, a curia, sestivitate finita, recessit sollirespondit; sed quidam malignæ mentis homines re- n citus agens oblato munere, ut proposuerat, Christi pauperes recreare.

> Veniens autem in villam suam, quæ Herga [al. Berga] vocatur, dedicavit illic ecclesiam quam Lanfrancus quidem fabricaverat, sed morte præventus sacrare nequiverat. Inter quam dedicationem venerunt illuc duo canonici de Sancto Paulo ab episcopo Londoniæ missi, litteras ex parte episcopi deferentes, in quibus ut ipsam dedicationem, donec simul inde loquerentur, differret, deprecatus est. Dicebat

HENSCHENII NOTÆ.

an. 1070 ad 1097, laudatus præsul, nisi quod erga monachos iniquior fuerit : alibi Walchomus scribitur et forsitan melius.

* Mauritius Londiniensis institutus an. 1087, vi-

ginti annis sedem tenuit, et ecclesiam S. Pauli exustam restaurans, fecit opus tota Anglia famosissimum, nupero incendio Londiniensi consumptum.

hoc, licet in terra archiepiscopi fuerit, dedicationem illius ad se pertinere. Audiens hoc Anselmus et antecessorum suorum antiquam consuetudinem sciens, ratus est ab ipso ministerio pro hominum precibus non cessandum, nec fecit. Si quidem mos et consuetudo archiepiscoporum Cantuariensium ab antiquo fuit et est, ut in terris suis ubicunque per Angliam sint, nullus episcoporum præter se jus aliquod habeat, sed humana simul et divina omnia velut in propria diœcesi in sua dispositione consistant. Anselmus tamen nulli quidquam injuriarum, quasi lihera utens potestate, facere volens, diligenti postinodum inquisitione consuetudinis hujus certitudinem studuit investigare quatenus si eam ratam non R fuisse constaret, amodo ab ea temperaret, Supererat adhuc beatæ memoriæ Volstanus episcopus unus et solus de antiquis Anglorum Patribus, vir in omni religione conspicuus, et antiquarum Angliæ consuetudinum scientia apprime eruditus. Hunc Anselmus de negotio consuluit, et quo simplicem sibi veritatem innotesceret, postulavit. Quo ille suscepto, scripsit illi hæc :

« Reverendissimo ac beatissimo vitæ sanctitate et summæ sedis dignitate prælato, Anselno archiepiscopo, Wolsotanus servorum Dei minimus, Wigorniensis Ecclésiæ episcopus merito indignus, orationum obsequia, fideliaque ex charitate servitia.

« Novit prudentia vestra quotidianos labores et C oppressiones sanctæ Ecclesiæ, malignis eam opprimentibus et ipsis quos oportuerat eam tueri, auctoribus existentibus. Ad hos repellendos, et contra tales sanctam Ecclesiam defendere, sanctitas vestra locata est in summa arce. Ne igitur dubitet, non eam sæcularis potentiæ timor humiliet, non favor inclinet, sed fortiter incipiat, incepta cum Dei adjutorio perficiat; insurgentibus obsistat, opprimentes reprimat, sanctamque matrem nostram contra tales defendat. De his autem unde nobis dignitas vestra scribere et nostræ parvitatis consilium est dignata quærere, quantum recordari possumus, dicere non omittimus. Hanc denique unde consuluit causam ventilari nunquam audivimus, quia nullus aliquando exstitit qui hanc Cantuariensi archiepiscopo potesta- D dignitate quid quivis detraheret. tem adimere vellet, et ne dedicationem propriarum duntaxat Ecclesiarum publice faceret, defenderet. Exstant quippe et in nostra diocesi altaria, et quædam etiam Ecclesiæ in his scilicet villis guas Stigandus ., vestræ excellentiæ prædecessor, haud tamen jure ecclesiasticæ hæreditatis, sed ex dono possederat sæcularis potestatis, ab ipso dedicata nostris et antecessoris nostri temporibus, nobis inconsultis, nec antea nec postea inde calumniantibus, utpote

 Stigandus sedem Cantuariensem invasit anno 1052. et ab ea depositus, mortuus est sub finem anni 1070. Ferrarius ex Cambdeno putat haud longe Camæ-10duno fuisse Harlinges, in Essexia, ubi Idumani fluvii amplissimum æstuarium commodam quantæ-

anim ipsam ecclesiam in sua parochia esse, et ob A hanc spiritualem poleslatem ejusdem metropolitani episcopi esse scientibus. Judicium tamen hinc agitatum, aut hoc ex jure sibi judicatum aliquando minime audivimus, sed quod in nostra diœcesi eum fecisse libere agnovimus, in aliorum etiam facere posse credimus. Ecce quantum inde reminisci aut scire potuimus prudentiæ vestræ intimavimus, jam quid faciendum sit ipsa consideret. Valeat paternitas vestra, et oret pro nobis.)

Roboratus igitur Anselmus ex Istis, atque ex multis aliorum, quos longum est enumerare, testimoniis, secure deinceps suorum morem antecessor rum æmulabatur, non solum ecclesias inconsultis episcopis sacrans, sed et quæque divina officia in cunctis terris suis per se suosve dispensans.

Evolutis dehinc aliquantis diebus, ex præcepto regis omnes fere episcopi, una cum principibus Angliæ ad Hastinges b convenerunt, ipsum regem in Northmanniam transfretaturum sua benedictione et concursu prosecuti. Venit et Pater Anselmus, suis quam maxime orationibus per marina pericula regem protegendo ducturus. Morati vero sunt ibi rex et principes plus uno mense, vento transitum regi prohibente. In qua mora Anselmus sacravit, in ecclesia sanctæ Del genitricis Mariæ quæ est in ipso castello, Robertum º ad regimen Ecclesize Lincolniensis, ministrantibus sibi in hoc officio septem de suffraganeis episcopis suis d. De qua tamen consecratione quidam de episcopis atque principibus conati sunt contra Anselmum scandalum movere, intendentes ad hoc ut eumdem episcopum absolute absque debita professione consecraret. Quod nullo jure fulti ca solummodo re sunt aggressi, quia putabant se animo regis aliquid ex conturbatione Anselmi unde lætaretur inferre, scientes cum pro suprascripta causa adversus ipsum non parum esse turbatum. Sed Anselmus ex his pibil rancoris mente concipiens, placito vultu nulla ratione assensum eis præbere, nec episcopum, nisi primo suscepta professione ab eo de subjectione et obedientia sua, sacrare voluit. Rex quoque, ubi quid episcopi moliebantur audivit, asseruit se nullo pacto consensurum ut pro inimicitia quam contra archiepiscopum habebat, matri suz: Ecclesize Cantuariensi de sua

Eo tempore curialis juventus ferme tota crines suos juvencularum more nutriebat; et quotidie peaa, ac irreligiosis nutibus circumspectans, delicatis vestigijs, tenero incessu, obambulare solita erat. De quibus cum in capite jejunii sermonem in populo ad missam suam et ad cineres confluente idem Pater habuisset, copiosam turbam ex illis in pœnitentiam egit, et attonsis crinibus, in virilem formam redegit. Illos autem quos ab hac ignominia revocare nequivit, HENSCHENII NOTÆ.

vis classi præbet stationem.

· Tenuit Robertus episcopatum Lincolniensem ad an. 1122.

d Cantuariensis Ecclesiæ suffraganeæ sedes numerantur universim 11.

1.4.1

ÿ

ctione suspendit. Erat autem in his et hujusmodi prudenter ac libere agens. Necue solius justitiæ respectum præ oculis in omnibus habens, qualiter ad Dei servitium justitiamque colendam regem provocaret studiosius intendit.

Die igitur quadam ad eum ex more ivit, et juxta illum sedens, eum his verbis alloqui cœpit : « Mare te, domine mi rex, transiturum et Northmanniam toze ditioni subjugaturum disposuisti. Verum quo hæc et alia quæ desideras tibi prospere cedant; obsecro primum fer opem et consilium qualiter in hoc regno tuo Christianitas, quæ jam fere tota in multis periit, in statum suum redigi possit. > Respondit : « Quam opem, quod consilium ? Jube, ait, si placet, concilia ex antiquo usu renovari, quæ perpe- B ram acta sunt in medium revocari, revocata examinari, examinata redargul, redarguta sedari. Generale nempe concilium episcoporum, ex quo rex factus fuisti, non fuit in Anglia celebratum', nec retroactis pluribus annis . Quapropter multa crimina erupuerunt, et nullo qui ea recideret existente in nimium robur per pravam consuctudinem excreverunt. » At ille : « Cum, iuquit, mibi visum fuerit de his agam, non ad tuam sed ad meam voluntatem. Sed in hoc aliud tempus expendetur. > Et adjecit subsannans : (Tu vero in concilio unde loqueris?) Tunc ille : « Nefandissimum Sodomæ scelus, ut illicita consanguineorum connubia, et alia multa rerum detestandarum facinorosa negotia taceam, scelus, inquam, Sodomæ noviter in hac terra divulgatum jam plurimum pullulavit, multosque sua immanitate fœdavit. Cui, fateor, nisi districtius a te prodiens sententia judicii, et ecclesiasticæ vigor disciplinæ celerius obviet, tota terra non multo post Sodoma fiet. Sed conemur una, quæso, tu regia potestate et ego pontificali auctoritate quatenus tale quid inde statuatur, quod cum per totum fuerit regnum divulgatum, solo etiam auditu quicunque illius fautor est, paveat et deprimatur. > Non sederunt hæc animo principis, et paucis ita respondit : • Et in hac re quid fieret pro te? Si non, inquit Anselmus, pro me, spero fieret pro Deo, et te. Sufficit, dixit, nolo inde ultra loquaris. > Tacuit ille, sed mox verba sua vertit ad alia dicens : c Est et alind D calumniam imponat, et tamen tantum iratus est cui tuam industriam intendere vellem, et intendendo consilii tui manum extendere. Abbatiæ quamplures sunt in hac terra suis pastoribus destitutæ. Quamobrem monachi, relicto ordine suo, per luxus sæculi vadant, et sine confessione de hac vita exeunt. Unde consulo, precor, moneo, quatenus tanta re diligenter inspecta, seeundum voluntatem Dei, abbates illis instituas, ne in destructione monasterium et perditione monachorum tibi, quod absit, damnationem acquiras. > Non potuit amplius spiritum

 Spelmannus in Cata.ogo conciliorum, ultimum enerale concilium statuit Enhamense, quod hortatu Ælfeagi Dorobernensis et Wulstani Eboracensis ab

e cinerum susceptione, et a suæ absolutionis benedi- A suum rex cohibere, sed oppido turbatus, cum iracundia dixit : « Quid ad te? Nunquid abbatiæ non sunt meæ? Hem, tu quod vis agis de villis tuis; et ego non agam quod volo de abbatiis meis? 1 Ait: e Tuæ quidem sunt ut illas quasi advocatus defendas atque custodias, non tuæ autem ut invadas aut devastes. Dei scimus eas esse, ut sui ministri inde vivant, non quo expeditiones et bella tua inde fiant. Denique villas et quamplures redditus habes, unde pleniter administrare tua potes. Ecclesiis, si placet, sua dimitte. Pro certo, inquit, noveris mihi valde contraria esse quæ dicis. Nec enim antecessor tuus auderet ullatenus patri meo talia dicere : et nihil faciam pro te. > Intellexit ergo Anselmus se verba in ventum proferre; et surgens abiit.

57.10

Reputans autem in hujusmodi responsis nonnihil pristinam iram operari, et considerans offenso principis animo neguaquam posse pacem rebus dari; quo et rebus consuleret et liberius, favente sibi regali providentia, Deo fructificaret, humili per episcopos prece regem deprecatus est, ut in amicitiam sui sese gratis admitteret. • Quod si, ait, facere non volt, cur nolit edicat; et si offendi, satisfacere paratus sum. > Relata sunt ista ad regem, et respondit : · De nulla re illum inculpo, nec tamen ei gratiam meam, quia non audio quare, indulgere volo. > Quod cum episcopi viro retulissent, percunctatus est quidnam illud esset quod, quia non audiebat, preces suas exaudire nolebat. « Mysterium hoc, inquiunt, planum est. Nam si pacem ejus vis habere, necessario te oportet ei de pecunia tua copiose præbere. Jam nuper obtulisti ei quingentas libras; sed quoniam parum sibi visum est, noluit illas recipere. Nunc si vis nostro consilio credere, et quod in simili negotio facimus te quoque facere suademus : ipsas ei quingentas libras ad præsens da, et tantumdem pecuniæ quam ab hominibus tuis accipies illi promitte; et confidimus quod et tibi amicitiam suam restituet, et tuam ut voles pacem habere permittet. Aliam qua exeas viam non videmus; nec nos parl angustia clausi aliam exeundi habemus. » At ille continuo intelligens qui consilii hujus effectus prætenderet, ait: (Absit hic exitus a me! Nam cum ipse mihi juxta quod dicitis, nullam alicujus offensæ mihi ut nonnisi mille libris argenti pacari queat : forte si nunc novus episcopus hac eum donatione pacarem, ex ipsò usu alia vice similiter irasceretur, ut pari voto pacaretur. Amplius : Homines mei, post obitum venerabilis memoriæ Lanfranci antecessoris mei, deprædati sunt et spoliati, et ego cum hucusque nihil eis unde revestiri possint contulerim, jam cos nudos spoliarem, imo spoliatos excoriarem? Absit! Nihilo quoque minus hoc absit a me, amorem domini mei facto ostendere venalem esse Fidem ei HENSCHENII NOTÆ.

> Ethelredo rege indictum fuit, anno 1009 : sub novo autem Northmannorum dominatu mire collapsæ res ecclesiasticæ reformatione magna egebani. Infra

debeo et honorem, et ego illi hoc dedecus facerem, A Quo rex audito, dixit illum pro anostolico se nonscilicet gratiam suam quasi equum vel asinum vilibus nummulis emerem? Emptum denique amorem ejus utique tanti pendere postea quantum pretium pro eo datum æstimarem. Sed longe sit a me sublimitatem tantæ rei humili pretio comparare. Magis autem satagite, quo gratis et honeste me sicut archiepiscopum Cantuariensem et Patrem suum spiritualem diligat, et ego ex mea parte dabo operam ut me et mea ad servitium et voluntatem ejus juxta quod debebo exhibeam. > Dixerunt : (Scimus quod saltem oblatas ei quingentas libras non negabis. Respondit : « Nec ipsas utique illi amplius dabo, quia cum eas sibi offerrem suscipere noluit, et jam plurimam partem earum ut promisi pauperibus В dedi. > Nuntiata sunt ista regi, et jussit hæc ei contra referri : « Heri magno, et hodie illum majori odio habeo, et sciat revera quod cras et deinceps actiori et acerbiori odio semper habebo. Pro Patre vero vel archiepiscopo nequaquam illum ultra tenebo, sed benedictiones et orationes ejus exsecrans penitus respuo. Eat quo vult, nec me transfretaturum pro danda benedictione diutius exspectet. » Festinantius igitur a curia discessimus, et ipsum voluntati suæ reliquimus. Et ipse quidem in Northmanniam transiit, expensaque immensa pocunia eam sibi nullatenus subigere potuit. Infecto itaque negotio in Angliam reversus est.

Quem consistentem in quadam villa, quæ tribus milliaris a Scoflesberia distans llingheham vocatur, C Anselmus adiit, eique suam voluntatem in hoc esse innotuit, ut Romanum pontificem pro pallii sui petitione adiret. Ad quod rex : (A quo, inquit, papa illud requirere cupis? > Erant quippe illo tempore duo *, ut in Anglia ferebatur, qui dicebantur Romani pontifices a se invicem discordantes, et Ecclesiam Dei inter se divisam post se trahentes: Urbanus videlicet, qui primo vocatus Odo fuerat episcopus Ostiensis; et Clemens, qui Wibertus appellatus fuerat, archiepiscopus Ravennas. Quæ res ut de aliis mundi partibus sileam, per plures annos Ecclesiam Angliæ in tantum occupavit, ut ex quo venerandæ memoriæ Gregorius, qui antea vocabatur Hildebrandus, defunctus fuit; nulli, loco papae, usque au hoc lempus subdi vel obedire valuit. Sed Urbano jamdu- D orta sunt inter dominum nostrum regem et me, dum pro vicario heati Petri ab Italia Galliaque recepto, Anselmus etiam utpete abbas de Northmannia eum pro papa receperat, et sicut vir nominatissimus, nec non auctoritate plenus ejus litteras susceperat, eique velut summo sanctæ Ecclesiæ pastori suas direxerat. Requisitus ergo a rege a quo papa usum pallij petere voluisset, respondit : Ab Urbano.

tamen libro m, num. 6, videtur indicari aliquod generale concilium sub Lanfranco.

· Coeperat illud schisma sub S. Gregorio VIII, uti dicetur ad ejus diem natalem xxv Maii, contra quem erat Wibertus archiepiscopus Ravennas, agente Menrico imperatore anno 1083 creatus, et Clemens cictus. At mortuo S. Gregorio successit ei Desiderius abbas Casinensis, an. 1086 et Victor III dictus : cui

dum accepisse, nec suæ vel paternæ consuetudinis eatenus exstitisse, ut præter suam licentiam aut electionem aliquis in regno Anglize papam nominaret, et quicunque sibi hujus dignitatis potestatem vellet præripere, unum foret ac si coronam suam sibi conarctur auferre. Ad quæ Anselmus admirans in medium protulit quod supra retulimus, se videlicet antequam episcopus tieri consentiret, ei apud Rovecestram dixisse quod ipse abbas Beccensis existens Urbanum pro papa susceperit, nec ab illius obedientia et subjectione quoque-modo discedere voluerit. Quibus ille auditis, iræ stimulis exagitatus protestatus est illum nequaquam fidem quam sibi debehat simul et apostolicæ sedis obedientiam, contra suam voluntatem, posse servare. Anselmus igitur, salva ratione sua, quam de subjectione et obedientia Romanæ Ecclesiæ in medium tulerat, petivit inducias ad istius rei examinationem; quatenus episcopis, abbatibus, cunctisque regni principibus una coenatibus communi assensu definiretur utrum, salva reverentia et obedientia sedis apostolicse, posset fidem terreno regi servare, annon. Quod si probatum, inquit, fuerit utrumque fieri minime posse, fateor, malo terram tuam, donec apostolicum suscipias, excundo devitare, quam beati Petri ejus que vicarii obedientiam vel ad horam abnegare. Dantur ergo inducise, atque ex regia sanctione ferme totius regni nobilitas quinto Idus Martii pre ventilatione istius causze in unum apud Rochingheham coit.

Fit itaque conventus omnium Dominico die b in ecclesia quæ est in ipso castro sita ab hora prima, rege et suis secretius in Anselmum consilia sua studiose texentibus. Anselaus autem episcopis, abbatibus et principibus ad se a regio secreto vocatis, eos et assistentem monachorum, clericorum, laicorum numerosam multitudinem hac voce alloquitur : « Fratres mei, filij Ecclesize Dei, omnes. dico qui hic congregati estis in nomine Domiai, precor, intendite, et causæ propter quam ventilandam adunati estis, pro viribus opem vestri consilli ferte. Quæ autem ipsa causa sit, brevi qui noudum pleniter audistis, si placet, audite. Verba quædam quæ quamdanı videntur dissensionem generare. Nam, cum nuper licentiam adoundi Urbanum sedis apostolicæ præsulem juxta morem antecessorum meorum pro pallii mei adeptione ab eo postulassem, dixit se Urbanum ipsum pro papa necdum suscepisse, er ideo nolle me ad eum illius rei gratis properare. Quinetiam ait, si eumdem Urbanum aut **HENSCHENII** NOTÆ

> successit anno 1088 Qdo episcopus Ostiensis, Urbanus II appellatus.

^b Dominica v Quadragesimæ, quæ vulgo Dominica Passionis dicitur, incidit anno 1095 in diem v ldus Martii citatum, id est mensis prædicti diem u ac dein Pascha fuit celebratum xxv ejusdem Martii, littera Dominicali G.

in regno meo pro papa suscipis aut susceptum tenes, contra fidem quam mihi debes facis, nec in hoc me minus offendis, quam si coronam meam mihi tollere conareris. Unde scias in regno meo nullum te participium habiturum, si non apertis assertionibus probavero te omnis obedientiæ subjectionem Urbano de quo agitur, pro voto meo, negaturum. Quod ego audiens, admiratus sum. Siquidem abhas eram, ut nostis, in alio regno per misericordiam Dei conversatus ad omnes sine querela. Nulla vero spe vel desiderio pontificatus, sed quibusdam rationabilibus cansis, quas nullatenus omittere poteram, in hanc terram sum venire coactus. Ipso antem rege infirmato, omnes qui tunc aderatis ei ut matri suze et vestræ scilicet Ecclesiæ Cantuariensi per institutio- B nem pontificis ante mortem suam consuleret, pro voto consuluístis. Quid dicam? Suscepto consilio, placuit illi et vobis in hoc opus eligere me. Object plurima, subducere me præsulatui gestiens. nec acquievistis. Professus sum inter alia me hunc de quo nunc querela ista conseritur Urbanum pro apostolico suscepisse, meque ab ejus subjectione quoad viveret vel ad horam discedere nolle; et qui ad hoc tane temporis mihi contradiceret nemo fuit. Sed quid? Rapuistis me et coegistis onus omnium suscipere qui, corporis imbecillitate defessus, meipsum vix poteram ferre. In quo facto putabatis forsan mihi ad votum servire. Sed quantum illud desideraverim, quam gratum habuerim, quantum in illo delectatus sim, dicere in præsenti quidem, cum nihil prosit, super- C vacuum æstimo. Vorum ne quis in hac re conscientiam meam nesciens scandalizetur in me : fateor verum dico quia salva reverentia voluntatis Dei maluissem illa die, si optio mihi daretur, in ardentem rogum comburendus præcipitari, quam archiepiscopatus dignitate sublimari. Attamen videns importunam voluntatem vestram, credidi me vobis et suscepi onus quod imposuistis, confisus spe auxilii vestri quod polliciti estis. Nunc ergo, ecce tempus adest quo sese causa obtulit, ut onus meum consilii vestri manu levetis. Pro cujus consilii adeptione pelivi inducias ab eo die quo mihi præfata verba dicta sunt, in hunc diem; quatenus in unum connam possim, salva fidelitate regis, servare obedientiam apostolicæ sedis. Petivi, inquam, inducias et accepi, et ecce gratia Dei adestis. Omnes itaque, sed vos præcipue, fratres et coepiscopi mei, precor et moneo, quatenus istis diligenter inspectis studiosius, sicut vos decet, guo inniti queam mihi consilium detis, ita ut et contra obedientiam papæ nihil agam, et lidem quam domino regi debeo non offendam. Grave siquidem mihi est vicarium beati Petri contemnendo abnegare; grave, fidem quam regi me secundum Deum servaturum promisi, violare; grave nihilominus quod dicitur, impossibile mihi fore unum horum, non violato altero, custodire. » Ad hæc episcopi responderunt : (Consilium quod a

quemlibet alium sine mea electione et auctoritate A nobis petis, penes te est; quem prudentem in Deo ac bonitatis amatorem esse cognoscimus, et ob hoc in tam profunda re consilio nostro non eges. Verum sí, remota omni alia conditione, simpliciter ad voluntatem domini nostri regis consilii tui summam transferre velles, prompta tibi voluntate, ut nobis ipsis, consuleremus. Attamen, si jubes, verba tua ipsi domino nostro referemus, et cum audierimus quid inde sentiat, dicemus tibi. > Annuit ipse, et fecerunt ut dixerant. Præcepit itaque rex ut omnia in crastinum, guia dies Dominica erat, differrentur; et Anselmus ad hospitium suum, curiam mane repetiturus, reverteretur. Factum est ita. Et mane, juxta condictum, reversi sumus. Itaque Anselmus in medio procerum et conglobatæ multitudinis sedens, ita orsus est : « Si juxta quod a vobis, domini fratres, hesterno die, consilium de præsenti causa petivi, vel nunc dare velletis, acciperem. > At illi: « Quod heri respondimus, modo respondemus : scilicet, si pure ad voluntatem domini regis consilii tui summam transferre volueris, promptum, et quod in nobis ipsis atile didicimus, a nobis consilium certum habebis. Si autem secundum Deum, quod ullatenus voluntati regis obviare possit, consilium a nobis exspectas, frustra niteris; quia in hujusmodi nunquam tibi nos adminiculari videbis. » Quibus dictis conticuerunt, et capita sua quasi ad ea quæ ipse illaturus erat dimiserant. Tunc Pater Anselmus erectis in altum luminibus vivido vultu, reverenda voce ista locutus est; « Cum nos qui Christianæ plebis pastores, et vos qui populorum principes vocamini, consilium mihi principi vestro nonnisi ad unius hominis voluntatem dare vultis; ego ad summum pastorem, et principem omnium, ego ad magni consilii angelum curram et in meo, imo in suo et Ecclesiæ suæ negotio, consilium quod sequar ab eo accipiam. Bicit beatissimo apostolorum Petro : Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; et portæ inferi non prævalebunt adversus cam, et tibi dabo claves regni cælorum; et quodcunque ligaveris super terram, erit et 'in cælis ligatum; et quodcunque solveris supe terram, solutum et in çœlis (Matth. xvi, 18, 19). Communiter etiam apostolis omnibus : Qui vos audit, veniretis, communi consilio investigaretis, utrom- n me audit; et qui vos spernit, me spernit (Luc. x, 16); et qui tangit vos, sicut qui tangit pupillam oculi mei (Zach. 11, 8). Hæc sicut principaliter beato Petro, et in ipso cæteris apostolis dicta accipinus, ita principaliter vicario beati Petri, et per ipsum cxteris episcopis, qui vices agunt apostolorum, eadem dicta tenemus; non cuilibet imperatori, non alicui regi, non duci, non comiti. In quo tamen terrenis principibus subdi ac ministrare debeamus docet et instruit idem ipse magni consilii Angelus, dicens : Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo (Matth. xx11, 21). Hæc verba, hæc consilia Dei sunt. Hæc approbo, hæc suscipio, hæc nulla ratione exibo. Quare cuncti noveritis in communi, quod in his quæ Dei sunt vicario beati Petri obedientiam, et

competunt et fidele consilium et auxilium pro sensus mei capacitate impendam. Finierat Pater in istis. Omnes igitur assidentes oppido turbati, cum festinatione et magno tumultu surrexerunt, turbationem suam confusis vocibus exprimentes. ut eos illum esse reum mortis una clamare putares. Conversique ad illum, cum jurgio : « Scias, inquiunt, nos bæc verba tua minime domino nostro tua vice portaturos;) Quibus dictis ad regem reversi sunt. Quia ergo nemo cui verba sua regi deferenda tuto committeret, cum Anselmo remansit; ipsemet, ad regem ingrediens, quæ dixerat viva voce innotuit, illicoque reversus est. Ad quæ rex vehementer iratus, cum episcopis atque principibus, intentissime quærere cæpit quid dictis ejus obji- B Et ista quidem volebat propterea quod omnem aucere posset, nec invenit. Scandalizati ergo inter se, ab invicem sunt in partes divisi; et hic duo, [ibi tres, illic quatuor in unum consiliabantur, studiosissime disquirentes si quo modo possent aliquod responsum contra hæc componere, quod et regiam animositatem deliniret, et prælibatas sententias Dei adversa fronte non impugnaret. Solus inter hæc Anselmus sedebat tantum innocentia cordis sui, et ın misericordia Domini Dei fiduciam habens. Adversariis vero ejus conciliabula sua in longum protelantibus, ipse ad parietem se reclinans leni somno quiescebat. Facta itaque longa mora, redeunt episcopi cum nonnullis principibus a rege, hæc viro dicentes : Vult dominus noster rex omissis aliis verbis a te sub celeritate sententiam audire; de his C videlicet quæ inter illum et te dicta fuerunt apud llingheham, unde petisti inducias in hunc diem respondendi. Res nota est, et expositione non indiget. Verumtamen noveris totum regnum conqueri adversum te quod nostro communi domino conaris decus imperii sui coronam auferre. Quicunque enim regiæ dignitatis ei consuetudines tollit, coronam simul et regnum tollit. Unum quippe sine alio decenter haberi 'non posse probamus. Sed recogita, rogamus te, et Urbani illius qui offenso domino rege nihil tibi prodesse, nec ipso peccato tibi quidquam valet obesse, obedientiam abjice, subjectionis jugum excute, et liber, ut archiepiscopum Cantuariensem decet, in cunctis actibus tuis voluntatem do- n esse quod agitur, imo in istis magni doloris stimulis minini regis, et jussionem exspecta : necne quod secus egisti colpam agnosce, ac ut tibi iguoscat voto illius in quod a te, inde petierit sapientis more concurre, quatenus inimici tui, qui casibus tuis nunc insultant, visa dignitatis tuæ sublevatione, erubescant. Hæc, inquam, hæc rogamus, hæc consulimus, hæc tibi tuisque necessaria esse dicimus, et confirmamus. > Respondit : (Quæ dicitis audio, sed, ut ad alia taceam, abnegare obedientiam domini papæ nullatenus volo. Jam dies declinat in vesperam. Differatur, si placet, in crastinum causa ista; quo tractans mecum, respondeam quod Deus inspirare dignabitur. > Suspicati ergo illum aut quid diceret ultra nescire, aut metu addictum jam statim cœpto

in his quæ terrenæ domini mei regis dignitati jure A desistere, reversi ad regem persuaserunt inducias nulla ratione dandas, sed causa recenti examinatione discussa, supremam, si suis acquiescere consiliis nollet, in eum mox judicii sententiam invehi iuberet. Erat autem quasi primus et prolocutor regis in hoc negotio Willhelmus supra nominatus Dunelmensis episcopus, homo linguæ volubilitate facetus, quam pura sapientia præditus. Hujus quoque discidii quod inter regem et Anselmum versabatur, erat auctor gravis, et incentor, regique spoponderat se facturum, ut Anselmus aut Romani pontificis funditus obedientiam abnegaret, aut archiepiscopatui, reddito baculo et annulo, abrenuntiaret. Qua sponsione fretus rex, applaudebat sibi sperans illum vel abjurato apostolico infamem remanere in regno suo. ctoritatem exercendæ Christianitatis illi adimere cupiebat. Nec enim regia dignitate integre se potitum suspicabatur, quandiu aliquis in tota terra, vel etiam secundum Deum, nisi per eum quidquam habere (nota dico) vel posse dicebatur. Quam cordis illius voluntatem Dunclmensis intelligens, omni ingenio satagebat si quo modo Anselmum calumniosis objectionibus fatigatum regno eliminaret, ratus, ut dicebatur, ipso discedente, se archiepiscopatus solio sublimandum. Cum igitur regi persuasisset quæsitas Inducias Anselmo non esse dandas, comitatus quampluribus qui verba sua suo fulcirent testimonio, ad virum ingrediens, ait: « Audivi querimoniam regis contra te. Dicit quod quantum tua interest, eum sua dignitate spoliasti, dum Odonem episcopum Ostiensem sine sui auctoritate præcepti papam in sua Anglia facis, et sic spoliatum petis tibi inducias dare quo possis camdem spoliationem tuis adinventionibus justam esse demonstrare. Revesti eum primo, si placet, debita imperii sui dignitate, et tunc demum de induciis age. Alioquin noveris illum sibi ipsi odium Dei omnipotentis imprecari, nosque fideles ejus imprecationi ipsius conniventes acclamare, si vel ad horam inducias dederit, quas tibi in crastinum dari precaris. Quare jam nunc evestigio ad domini nostri dicta responde, aut sententiam tuze vindicem præsumptionis dubio procul in præsenti experiere. Nec jocum existimes urgemur. Nec mirum. Qaod enim, dominus tuus et noster in omhi dominatione sua præcipuum habebat, et quo eum cunctis regibus præstare cortum erat, hoc ei quantum in te est inique tollis, tollens fidem cum sacramento quod ei feceras polluis, et omnes amicos ejus magna in hoc confusione involvis. > Audiens hæc Anselmus patienter sustinuitmoxque ad tantæ calumniæ nefas ita brevi respondit : « Qui propterea quod venerabilis sanctse Romanæ Ecclesiæ summi pontificis obedientiam abnegare nolo, vult probare me fidem et sacramentum violare quod terreno regi debeo, adsit, et in nomine Domini me paratum inveniet ei sicut debeo et ubi debeo respondere. » Quibus auditis, aspicien-

-, 2007

referrent, ad dominum suum reversi sunt. Protinus enim intellexerunt quod prius non animadverterunt, nec ipsum advertere posse putaverunt, videlicet archiepiscopum Cantuariensem a nullo hominum, bisi a solo papa, judicari posse vel damnari; nec ab aliquo cogi pro quavis calumnia cuiquam, eo excepto, contra suum vel respondere. Ortum interea murmur est totius multitudinis pro injuria tanti viri submissa inter se voce querentis. Nemo quippe palam pro eo loqui audebat ob metum tyranni. Verumtamen miles unus de multitudine prodiens viro astitit flexis coram eo genihus, dicens : « Domine Pater, rogant te per me supplices filii tui ne turbetur cor tuum ex iis quæ audisti; sed memor esto beati Job vincentis diabolum in sterquilinio, et vindicantis Adam quem ipse vicerat in paradiso. Quæ verba dum Pater comi vultu accepisset, intellexit animum populij in sua secum sententia esse. Gavisi ergo exinde sumus et animæquiores effecti confidentes, juxta Scripturam, vocem populi vocem esse Dei. Quid agam? Si minas, si opprobria, si contumelias, si mendacia viro objecta singulatim describere voluero, timeo nimius judicari. Quæ tamen omnia pro fidelitate apostolicæ sedis æquanimiter sustinebat, et juvante Deo invicta quæque ratione destruebat, ostendens potius in veritate sese consistere atque in cunctis quæ negotii summa respiciebat Deum auctorem habere. Cum hæc omnia rex agnovisset, usque ad divisionem spiritus sui exacerbatus episcopis dixit : (Quid est hoc ? Nonne C mihi polliciti estis quod eum omnino ad velle meum tractaretis, judicaretis, damnaretis? > Cui Dunelmensis ita imprimis tepide et silenter per singula loggebatur, ut omnis humanæ prudentiæ inscius et expers putaretur. Et adjecit : « Nox est. Jubeatur ad hospitium ire, et nos jam piene agnita ratione sua cogitabimus pro te; usque mane. > Hinc ad regis præceptum repetivimus hospitium nostrum. Mane autem reversi, sedimus in solito loco exspectantes mandatum regis. At ille cum suis omnimodo perquirebat quid in damnationem Anselmi componere posset, nec inveniebat. Requisitus Willhielmus Dunelmensis quid ipse ex condicto noctu egerit apud se, respondit : « Nihil rationis posse afferri ad ener- n vationem rationis Anselmi, præsertim cum omnis, inquit, ratio ejus ianitatur verbis Dei, et auctoritati beati Petri. Verum mihi violentia videtur opprimendus : et si regiæ voluntati non vilt acquiescere, ablate baculo et annulo, de regno pellendus. > Non placuerunt hæc verba principibus. Et ait rex : « Quid placet, si hæc non placent? Dum vivo, parem mihi in regno meo utique sustinere nolo. Et si sciebatis eum tanto in causa sua robore fultum, quare permisistis me incipere placitum istud contra eum? Ite, lte, consiliamini; quia per vultum Dei si vos illum ad voluntatem meam non damnaveritis, ego damnabo vos. » Ad quæ Robertus quidam ipsi regi valde familiaris ita respondit : « De consiliis nostris quid

> • 1.

tes sese ad invicem, 'nec invententes quid ad ista A dicam, fateor, nescio. Nam cum omni studio per totum diem inter nos illa conferimus, et quatenus aliquo modo sibi cohæreant conferendo conferimus, ipse nihil mali econtra cogitans dormit, et prolata coram eo statim uno labiorum suorum pulsu quasi telas araneæ rumpit. > Et vos, episcopi mei, quid dicitis? Dixerunt : « Dolemus quod animo tuo, domine, satisfacere non valemus. Primas est non modo istius regni, sed et Scotiæ et Hiberniæ, necne adjacentium insulurum, nosque suffraganei ejus. Unde patet nos rationabiliter eum judicare vel damnare nullatenus posse, etiamsi aliqua culpa in eo, quæ modo non valet, posset ostendi. > Ait : « Quid igitur restat? Si eum judicare non potestis, nonne saltem omnis obedientiæ fidem ac fraternæ societatis amicitiam ei abnegare potestis? Hoc quidem, inquiunt, quoniam jubes facere possumus. Properate igitur, et quod dicitis citius facite, ut cum viderit se a conctis despectum et desolatum, verecundetur, et ingemiscat se Urbanum me domino suo contempto secutum. Et quo ista securius faciatis, en ego primum in imperio meo penitus ei omnem securitatem et fiduciam mei tollo, ac deinceps in illo vel de illo nulla in causa confidere, vel cum pro archiepiscopo aut patre spirituali tenere volo. > Actis ex hinc pluribus ac diversis contra virum machinationibus, quæ ab incepta sui propositi norma eum avelierent, nec in aliquo proficientibus, tandem sociatis sibi abbatibus, episcopi retulerunt Patri quod dixerat rex. suam pro voto illius abnegationem quam prælibavimus ingerentes. Quibus ille respondens, ait : « Quæ dicitis audio. Sed cum propterea quod me ad

beati Petri principis apostolorum subjectionem et fidelitatem teneo. Mihi omnem subjectionem, fidem et amicitiam, quam primati vestro et patri spirituali debetis, abnegatis, non recte proceditis. Absit tanien a me similem vobis vicem rependere. Verum fraternam paternamque vobis charitatem exhibens nitar, si pati non refugitis, vos ut fratres ac filios sanctæ matris Ecclesiæ Cantuariensis, ab hoc in quo lapsi estis trepido errore convertere, et per potestatem mihi a Domino datam ad viam rectitudinis revocare. Regi autem qui milii omnem in regno suo securitatem adimit, meque pro archiepiscopo vel patre spirituali habere se amodo nolle dicit, omnem cum fideli servitio securitatem, quantum mea interest, spondeo; et paterno more diligentiam, animæ illius curam, si ferre dignabitur, babeo, retenta semper apud me Dei servitio, potestate, nomine et officio pontificatus Cantuariensis, qualicunque oppressione vexari contingat res exteriores. > Ad hæc ille respondit : « Omnino adversatur animo meo quod dicit, nec meus erit quisquis ipsius esse delegerit. Quapropter vos qui regni mei principes estis, omnem fidem et amicitiam, sicut episcopi secerunt, ei denegate, quatenus appareat quid lucretur in ea fide, quam offensa voluntate mea servat apostolicæ sedi.» Dixerunt : « Nos nunquam fuimus homines ejus, nec tidelitatem quam ei non fecimus abjurare valemus.

587

AtcMepiscopus noster est; Christianitatem in hac A nendi animus ipsius Auctuaret, coce principes a laterta gubernare habet, et ea re nos qui Christiani gimus ejus magisterium dum hic vivimus declinare bón possumus, præsertim cum millius offenste macula mum réspiciat, que vos secus de illo agere. compellat. > Quod ipse repressa sustinuit ira rationi corum palam, ne nimis offenderentur, contraire præcavens. Igitur episcopi hæc videntes confusione vakus sui operti sunt, intelligentes omnium oculos in se converti, et apostasiam suam non injuste a cunctis detestari. Audires enim si adesses, nunc ab isto, nunc ab ille istum vol illum episcopun aliquo cognomine cum interjectione indignantis denotari; videlicet Judæ proditoris, Pilati vel Herodis, horumque similium. Qui paulo post singulatim requisiti a rege atrum omnem subjectionem et obedientiam, B nulla conditione interposita, an illam solam subjeclionem et obedientiam, quam prælenderet ex auctoritate Romani pontificis, Anselmo denegassent, cum quidam uno, quidam alio modo se hoc fecisse responderent; hos guidem, gui nulla conditione interposita, funditus ei guidquid prælato suo debebant se abiurasse professi sunt, juxta se sicut fideles et amicos suos honorifice sedere præcepit; illos vero qui in hoc solo quod præciperet ex parte apostolici sese subjectionem et obedientiam ill abnegasse dicere ausi sunt, ut perfidos ac suz voluntatis inimicos procal in angulo domus sontentiam suz damnationis ira permotus jussit præstofari. Territi ergo et confusione super confusionem induti in angulum domus secesserunt. Sed reperto statim salubri et C quo niti solebant domestico consilio, hoc est, data coplosa pecunia, in amicitiam regis recepti sunt. Anselinus autem sciens omnem sibi in Anglia securitatem a rege sublatam, mandavit ei dare sibi conductum quo cum suis portum maris tuto petens regno decederet, donec Deus tantæ perturbationi modum dignanter imponeret. Quo ipse audito gravi cordis molestia elangoit. Nam licet discessum ejus summopere désideraret, noiebat tamen eurs pontificatus dignitate saisitum discedere, ne novissimum scandalum, quod inde poterat oriri, pejus fieret priore. Ut vero pontificata Hlum dissaistret, impossibile sibl videbatur. Turbatus itaque, et episcoporum consilio per quod in has angustias se devolutum ħ querebatur omisso, cum principibus consilium iniit; quid facto opus esset inquisivit. Rogant illi quatenus vir cum summa pace moneatur ad hospitium suum redire, responsum regis super petitione sua mane recepturus. Fit juxta verbum illorum, et perturbatis etiam curialibus plurimis, hospitium repedavimus. Ratí sunt quippe hominem a terra discedere; et ingemuerunt. At ille lætus et alacer sperabat se perturbationes et onera sæculi, guod sempor optabat, transito marí, evadere. Cum igitur inter spem a regno discedendi, et metum in regno rema-

tere regis mane directi : « Rogat, aiunt, dominus nostor rer to votire ad se. > Ascendimus, ivimus et supremam de negotio notire sententiam avidi audire, in quo soliti eramus loco consedimus. Nec mora, veniunt ad Patrem nestrum proceres regui nounullis episcopis comitati, has ei dicentes : « Antiqua tui amioitia moti delemus discordiam istam Inter dominum regem of to esse exortam. Quare supjentes in pristinam concordiam yos revocare, prævidimus in presenti utile fore inducias utrinque de negotio dari, quatenus hine usque ad definitum aliquod tempus inter ves pace statuta, neo a te illi vel snis, nec ab oo tibi vel tuis quidquam fiat, quod concordize metas erumpat. Hec, inquam, utile fore przvidimus, et volumus dicas an velis in hoc acquiescere nobis. > Respondit : « Pacem atque concordiam non abjicio. Verumtamen videor mibi videre quid ista, quam offertis, pax habeat in se. Ne tamen ab aliquo judicer magis velle mee sensui quam aliorum in istis credere. concede suscipere qued domino regi, et vobis placet pro paeis custodia secundum Deum statuers, salva semper apud me debita reverentia et obedientia domini Urbani sedis apostolica præsulis.) Probant dictum; et referunt ad regis suditum. Dantur ergo inducise usque ad octavas Pentocostes «, ae regia fide sancitur quatenus ex utraque parte interim omnia, ut dictum erst, easent in pace. Et rex : c Si integritas, inquit, perfecta pacis istam que inter nos est controversiam ante hupe terminum non sedaverit, omnino qualis has die est, talis in præfinito termino induciarum definienda in medium revoceiur. >

His ista gestis, accepta a rege licentia, ad suam Anselmus revertit sedem, præsciens apud se pacem et inducias illas inano et momentaneum velamen esse odii et oppressionis mox fature. Quod in brevi postmodum patuit. Siquidem evolutis paucis diebus Balduinus monachum, in quod pars major consilium Anselmi pendebat, et duos clericos ejus rez ipse, præscripti diseidil causa, ab Anglia pepulit, et Anselmum in hoc facto atroci mœroris verbere permlit. Quid referam camerarium ejus in sua camera ante suos oculos captum, alios homines cius iniesto judicio condemnatos, depradatos, innumeris malis afflictos? Et bæç omnia infra dies induciarum et præfixæ pacis, regalis constantia fidei contra virum exercebat. Passa est igitur ca tempestate Ecclesia Cantuariensis in omnibus suis tam szovam tempestatem, ut fere universi conclamarent melius sibi absque pastore jam olim fuisse, quam nunc sub hujusmodi pastere esse. A cujus tempestatis descriptione temperantes modum præsenti volumini imponemus, caventes ne prolíxa fatultas et fatua prolizitas orationis legentes vel audientes, si forte aliqui fuerint, nimio tædio afficiat.

HENSCHENII NOTÆ.

· Festum Pentecostes, codem anno, in diem III Maif cadebat,

LIBER SECUNDUS.

Cum datarum dies industarum præstolaretur, et A oppressione reperient, qu. pro adipiscendæ anas hinc inde Ades utrorumque, Willelmi videlicet regis et Anselmi archiepiscopi, certis indiciis panderetur, regis scillect omnia que spoponderat in contrarium pervertendo, et pontificis sua sponsione servata patienter irrogatas injurias perpetiendo; Albanensis spiscopus *, Walterus somine b, ab Urbano sedis apostolicze przesulis Roma mistus Angliam venit, adducentibus oum duobus ciericis, Girardo scilicet et Willelmo, qui de capella regis erant. Siquidem ipse rex ubi sensit Anselmum suze voluntati in przeseripto negotio nolle obtemperare, clam et Anselmo ignorante, cosdem clericos Romam miserat, Romanæ statum Ecclesiæ per eos volens certo dignoscere. Erant namque Romæ in illis diebus, sicut prædiximus, duc pontifices, qui a diversis apostolici nancupubantur; sed quis corum canonice, quis secus fuerit institutus, ab Anglis asque id temporis ignorabatur. Seire itaque voritatem hujus rei Romam missi sunt hi duo clerici, caque cognita, jussi sunt sacris promissionibus illectum ad hoc si possent papam perducere, ut ipsi regi ad opus archiepiscopi Cantuariensis pállium, tacita persona Auselmi, destinaret, quod ipse rex, Anselmo a pontificatu simul et regno dejecto, cui vellet cum pontificatu vice apostolici postmodum daret. Hoe quippe disposuerat apud se; boc suspicatus est non injuria sibi concedi posse; hoc indubitato fleri promittebat opinioni sux.

Præfatus erge episcopus Angliam veniens, secum archiepiscopatus stolam papa mittente clanculo de- C tolit. Et silenter Cantuaria civitate pertransita, Anselmoque devitato, ad regem properabat nulli de pallio quod ferebat quidquam dicens, nullum in absentia ductorum suorum familiariter alloquens. Rex denique praceporat its Aori, nolons mysterium consilii sui publicari. Ille igitur enm nonnullis diebus ante Pentecosien ad regem venieset, et ei ad singula que sue voluntati accepta fore didicerat bonæ spei fulucia respondisset, nihil penitus ipsi pro Anselmo socutos est, quod pacem inter eos conciliaret, quod tribulationes in quibus pro fidelitate sedis apostolicæ desudabat mitigaret, auod cum ad sublevandum in Anglia Christianæ religionis cultum roboraret. Super quo multi qui prius cx adventu ipsius magni spe boni tenebantur, oppido admirati : e Papze, inquiunt, quid dicemus? Si aurum et argentum Roma przponit justitiz, guid subventionis. quid consilii, quod selaminis ibi deineeps in sua n domini pape Urbani in Anglia vivam permittere;

cause rectitudine non habent quod dent?)

• • • •

Sentiens itaque rex episcopum ex parte Urbani cuncta suz voluntati consiventia nuntiare, et ea, si ipsum Urbaaum pre papa in suo regno susciperet, velle apostellea anetoritate sibi dum viveret in privilegium promulgare, acquievit placifo, præcipiens Urbanum in omni imperio suo pro apostolico haberi eique vice beati Petri in Christiana religione obediri. Egit post line quibus modis poterat tyse rex cum episcope, quatenus Romani pontificis auctorisate Anselmum ab episcopata, regali potentia fultus deponeret, spondens immensum pecaniæ pondus ef st Ecclesize Romanie singulis annis datarant, si in hoc suo desiderio satisfaceret. Verum cum id nulla rationo fieri posso, docente episcopo, didicisset; deficiebat animo, reputans apad so nibil in requisitione vel susceptione Romani autistitis se profecisse. Attamen immutabile considerans good factum fuerat, consilio cum suis inito quærebat qualiter, servata singulari celsitudinis suz dignitate, viro sakem specie tenus amorem snum redderet, cui creduiiter iratus nihil poterat copitæ damnationis pro voto inferre.

Instante igitur die, in quem induciæ datæ sont inter ipsos, mandatum est Anselmo tanc in villa sun, quæ Murtelac dicitur, consistenti, et ibi solemnitatem Pentecostes celebranti, quatenus ad aliam villam snam, quæ Helsa vocatur, accederet, ubi muntil regis curiam suam in ipsa festivitate apud Windlesoram tenentis, ad com venire et verba regis illi et illius possent regi deferre. ivimus ergo illuc, et sequenti die venlunt ad illum pene omnes episcopi Angliæ, qui, præmissa pace sui, podetentim explorare aggressi sunt utrum aliquo modo illum ad hoc illicere possent, ut ipes jam lot ac tantis adversitatibus actus, vel tunc, data pecunia, regis amicitlam sibi conciliaret. Ad quod cam Hum more solito inflexibilem reperissent, tandem hujascemodi questibus eum interpellaro destilierunt, subjangentes hæc : « Si ergo pro adipiscenda amicitia ipsius nihil de this dare vis; dic, rogamus to, compendioso ac simpliei verbo quid vells? > Ait : « Dixi vobis jam quod / nunquam domino meo hanc contumeliam faciam, ut facto probem amicitiam ejus esse venalem. Sed si me sicut debet Patrem suum vult gratis diligere, et ut more archiepiscopi Cantuariensis, sub obedientia

HENSCHENH NOT &.

· Albanensis Ecclosis episcopus unus ex septem collateralibus, summo pontifici propriori dignitatio . gradu subservit.

b Waltero huie legato cardinali, tane in Anglia existenti, binas scripsit S. Anechaus apud Raymo dum lib. m, opistene 28 et 26.

gratiose suscipiam, eique pace ac securitate politus A aucioritatem : unde cum omnes silentio pressi consicut domino et regi meo fideliter et opportune deserviam. Si hoc non vult, scitis quod in hunc diem convenit inter nos. Det scilicet mihi conductum donec ad mare perveniam, et postmodum quod intelligam me facere debere faciam. Nihil ne nobis, inquiunt, aliud dices? > Refert : « Hinc, nihil, dominus papa Urbanus, aiunt, rogatu domini nostri re gis stolam illi archiepiscopatus per episcopum qui de Roma venit, direxit. Tuum igitur erit considerare quid tanto beneficio dignum regi rependas. Quod enim sine multis periculis magnoque labore atque constamine · obtinere non posses, ecce nullo interveniente gravamine, si in te non remanserit, habes. > Sensit in his Anselmus nimis implicitum negotium actitatum contra se, et anxiatus spiritu dixit. « O beneficium! cujus æstimatio quænam sit apud me, novit Dominus inspector conscientize meæ. > Dixerunt : « Quomodocunque facti hujus exsecutio sedeat animo tuo, laudamus et consulimus ut saltem quod in via expenderes, si pro hoc Romam ires, regi des, ne, si nihil feceris, injurius judiceris. Nec hoc quidem, ait, nec omnino hujus rei gratia quidquam illi dabo vel faciam. Ad nihilum tenditur, sinite.) Preterea que quantave super istis facta sunt, enarrare piget. Post quæ omnia rex, ut diximus, principum quorum consilio usus, posthabita omnis præteriti discidii causa, Anselmo gratiam suam gratis reddidit, et quemadmodum patrem regni spiritualem et episcopum Cantuariensem, quod sui officii foret illum quaque per Angliam exercere concessit. Quod cum Pater gratiosus accepisset, et donatis hinc inde retroactis querelis, curiæ illius apud Windlesoram se præsentasset, ac familiari alloquio in conspectu procerum et coadunatæ multitudinis ipsum detinuisset, ecce Walterus ille Romanus advenit. Ingressusque : En, inquit alludens. quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum (Psal. cxxxii, 1). Et sedens de pace quædam ex Dominicis verbis protulit, laudans eam inter illos revexisse, quam verecundabatur sua industria satam in eis non fuisse.

Cum autem de pallíi susceptione ageretur, et quidam pro captanda regis gratia virum ad hoc ducere molirentur, ut pro regiæ majestatis honorificentia, D rata sunt omnia. Et cæperunt simul omnes excusare illusi per manum regis susciperet; non acquievit. rationabiliter ostendens hoc donum non ad regiam dignitatem, sed ad singularem beati Petri pertinere

HENSCHENH NOTÆ.

• Tentonice kosten, Gallis coûter; barbare constare dicitur : hinc constamen, expense et sumptus faciendi.

^b S. Wulstano charissimus fuit hic Robertus Herifordiensis ab eoque, anno 1097 mortuo, etiam ipse admonitus de propinqua morte sua, hoc suo lapsu declaravit quam sit difficile non aliquando lædi eum qui pendet ab aula.

· Alias Sarisouriensis sive Sherbonensis : colitur autem Osmundus ut sanctus III Decembris. Cæteri autem novemdecim, qui sui archiepiscopi obedientise

ticuissent, statutum est ut a quo pallium in Anglia delatum est, ab eodem Cantuariam super altare Salvatoris deferretur, et inde ab Anselmo quasi de manu beati Petri pro summi, quo fungebatur. pontificatus honore, sumeretur. Acquievit istis multitudo omnis; et in quo ita fieret, præfixus est dies.

Post bac Anselmum a curia discedentem secuti sunt episcopi duo Robertus Herefordiensis », et Osmondus · Serberiensis, pœnitentiam apud illum agentes pro culpa suz abnegationis, quam cum aliis coepiscopis suis fecerant apud Rochinghebam. Oui misertus eorum absolvit eos in guadam ecclesiola, quæ se nobis obtulit ambulantibus proposita via. Ibi etiam Vilfrido d episcopo Sancti David de Gualis, qui vulgo Dewi vocatur, ipsa hora reddidit episcopale officium, a quo, exigente culpa ejus, jam antea ipsemet illum suspenderat.

Deinde Doroberniam properavimus, illic adventum Romani episcopi præstolaturi. Qui episcopus juxta condictum, die Dominica, quæ erat quarto Idus Junii venit, pallium in argentea capsula decentissime deferens. Itumque est obviam a monachis in ipsa metropoli sede Domino Christo famulantibns associato sibi fratrum conventu vicinæ beatorum apostolorum Petri et Pauli abbatiæ, cum numerosa clericorum nec non immensa laicorum diversi sexus ætatis multitudine •. Pater etiam ipse episcopis, qui ob hoc Cantuariam venerant, dextra lævaque stipatus ac sustentatus, sacro beati apostolorum principis muneri nudis pedibus, sed iudutus sacris vestibus devotus occurrit. Tali devotionis cultu, pallium super altare delatum ab Anselmo assumptum est, atque ab oninibus pro reverentia sancti Petri suppliciter deosculatum. Indutus co poptifex dehine summus ad celebranda missarum solemnia, magno cum honore adductus, altario præsentatur. Ad quam missam recitata est pro officio ipsius diei illa Evangelii lectio, quam in consecratione ejusdem pontificis diximus super verticem ejus inventam, hoc est : Homo quidam fecit cænam magnam, et vocavit multos, et misit servum suum hora cœnæ dicere invitatis ut venirent, quia jam pa-(Luc. xiv, 16), etc. Quod sic evenisse nonnullis admirationi fuit, præsertim cum hoc nullo præmeditante, nullo præordinante constiterit actum. Atta-

renuntiaverant, ubi sunt? Hi scilicet duo viri sancti primum emendandæ noxæ occasionem cupide amplexi sunt; ceteri quam parum curarent censuram commeritam, ipso absolutionis petendæ neglectu palam fecere.

d Hunc Wilfridum Menevensem in Wallorum Annalibus Guiffri appellatum scribit Godowinus De episcopis Anglia: obiit anno 1115 : de ejus absolutione quid censuerit Paschalis II indicatur infra **hb.** тя.

• Anno supra indicato 1095, littera Dominicali G.

fuerint dicere supersedemus. Verum ex his quæ pro rerum gestarum veritate suo loco, adjuvante Deo, dicemus, palam erit videre ipsa verba Domini nee prime in consecratione ejus super eo casa occurrisse, nec secundo in confirmatione ipsius consecrationis coram populo incessum fecta faisse.

Revocato post hæc prædicto Baldwing in Angliam, et rebus aliquanta pace sopitis, venit ad Anselmum quidam monachus comobii Sancti Albani, patione Ribernensis, nomine Samuel. Hic defuncto bonze memorize Bonate Dablinze > civitatis episcopo, a rege Hibernize, Murierdach e nomine, necse a ciero el populo in episcopatum ipsius civitatis electus est, atque ad Anselmum juxta morem B sui in tam rationabili causa regi extenderet. a quiantiquum sacrandus cum communi decreto directus. Quorum electioni et petitioni Anselmus annuens, hominem aliquandiu secum honorifice detentum, necne qualiter in domo Dei conversari deberet diligenter instructum, sumpta ab co de canonica subjectione sua ex antiquo more professione, promovit in episcopatus officium Wiptonize, oetava die subsequentis Paschæd, ministrantibus sibi in boc officio quattor episcopis suffraganeis suis. Qui novus pontifex tanti principis benedictione, ac litterarum pressato regi, clero quoque ac plebi Hiberniz pro testimonie suz consecrationis scriptarum astipulatione roboratus, in patriam suam cum gaudio rovertitur, atque in sedem suam cum honore pro usu suscipitur terræ.

Eodem, hec est tertio anne, pontificatus Anselmi, electus est Samson ad episcopatum Ecclesias Wigorneusis, et Girardus cujus • supra meminimus, ad regimen Ecclesiæ Herefordensis. Qui cum in summum promovendi sacerdotium ad Anselmum pro more venissent, needamque omnes inferiores ordines habuiseent, ordinavit eos pro instanti necessitate, ad disconatum et presbyteratum unum, et alium ad presbyteratum, in Sabbato jejunii quarti mensis, in villa Sancti Andreæ de Rovecestra f qua prope Lundoniam sita, Lambeta vocatur. In crastino autem sacravit ees Lundoniz in sede episcopali ad pontificatus honorem, ministrantibus sibì in hec

• Præconare, pro prædicare, sua præconia voce **D** edicere, dixere labenti Latinitate Hieronymus aliique : postea præconari invaluit in cadem significatione : ac tandem hic eam vocem usurpatam invenis

pro, præsagire. Donato Dublinensi episcopo constitute postmoiom scripsit epistolam 72, eunque reprehendit, quod a libros et vestimenta et alia ornamenta ecclesia (quæ dominus Lanfrancus archiepiscopus dedit avuncule ejus, domino Donato episcope, ad opus Ecclesiz, cui tua fraternitas pravidet) tu pro vo-luntate tua exponis, et ea extraneis das. > Traditur Donatus anno 1085 a Lanfranco ordinatus, obiisse anno 1095. Nepos autem ejus Samuel obilit, juxta Warzum, an. 1121.

< Huic regi Murierdach aliquot epistolas scripsit S. Anselmus; et inscribit Muriardacho, glorioso reai Hibernia.

men quid quidam inde dixerint, quid preconati · A quatuor de suffraganeis suis, Thoma videlicet archiepiscopo Eboracensi, Mauritio episcopo Lundoniensi, Boberto Tydfordensi seu Norwicensi, et Gundulfo Boffensi.

> Eo tempore Robertus comes Northmanniæ in expeditionem Jerosolymitanam proficisci disponens. fratri suo Willhelmo regi Angliz, Northmanniam spatio trium annorum pecuniæ gratis in dominium tradidit. Quz pecunia per Angliam partim data, partim exacta, totum regnum in immensum vastavit. Nihil ecclesiarum ornamentis in hac parte induisit dominandi cupiditas, nihil saeris altarium vasis, nihil reliquiarum capsis, nihil Evangeliorum libris auro vel argento paratis. Conventus est et Anselmus per id temporis, et ut ipse quoque manum auxilit busdam suis est amicis admonitus. Intellexit ille et rationis esse et bonestatis hoc facere, sed propriarum rerum tenuitate constrictus, unde explerer quod faciondum fore videbat, non habehat. Usua igitur consilio magnerum virorum Walchelmi videlicet Wentani pontificis, et Gundulphi Roffensis, necne aliorum, quorum in hujusce negotii consilio par credi judicabatur, de thesaure ecclesiæ Cantuariensis partim in auro, partim in argento, valens ducentas argenti marcas connivente majori parte conventus accepit, quod præfato regi cum illis quæ de suis habere poterat pro instanti necessitate ut rebus consuleret pariter contulit. Verum in hoc facto nullem successoribus suis quod initarentur exemplum relinquere volens, mox dominicam villam susm, que Peccheham vocatur, spatio septem annorum ejusdem Ecclesia juri concessit, quatenus ex redditibus ipsius villa, qui circiter triginta libra denariorum illis diebus erant, illatum Ecclesiæ damnum restitueretur. Et quidem éodem spatio ipsa Ecclesia cadem villa potita est; et silva, et villæ, et toti redditus ejus in novo opere, quod a majori turre in Orientem tenditur, quodque ipse Pater Anselunus inchoasse dignoscitur, consumpta sunt. Hæc ex gestæ rei veritate proponimus, ut ora obloquentium qui usque hodie Anselmo deprædatæ Ecclesiæ crimen intentant, si fieri potest, obturemus, optantes quatenus tanto viro detrahere desi-

HENSCHENH NOTÆ.

⁴ Anno scilicet 1096, die xx Aprilis.

• Additur in excuso, cujus supra meminimus: sed nulla uspiam mentio Giraldi tota historia præce-denti; ergo sic corrige, et Giraldus [nepos Walkelini Wentani episcopi] cujus supra meminimus. Hic anno 1101 promotus est ad archiepiscopatum Eboracensem.

f Lambeia notum adhuc nomen trans Tamesin, in Surreja Australi ripa, secundo ab urbe milliario, Alia plura dominia, ut Rochingeham, Ilingheham, Sæstesberia, quæ jam ante occurrerunt, et plura secutura, potuissent designato locorum situ expli-cari; si operæ pretium visam esset corum causa totas Anglici regni tabulas perlustrare; et esset qui exsoleta jam nomina, ubi requirenda sint, indicaret, Poterit postea curiosior aliquis hunc defectum suppiere.

nere lædant. Ipso quoque tempore camdem Ecclesiam res suas in majori quam solebat libertate, sua sanctione deinceps possidere constituit, et alia quadam-quæ antecessores ejus in dominio suo tenebant. jpsi Ecclesiæ perpetuo jure possidenda concessit. Ilis brevi per excessum, sed, ut reor, non superflue dictis, ad quod cœpimus revertamur. Igitur pacto inter fratres, regen videlicet Willhelmum et comitem Robertum, de præsato negotio facto, Willhetmus mare transiit, et traditam sibi a Roberto Northmanniam suze ditioni subegit.

Quo cum demoraretur, rex Hiberniæ, Murchertachus nomine, et Dofnaldus + episcopus cum cæteris episcopis, et quique nobiles cum clero et populo ipsius insulæ miserunt nuntios ac litteras ad Anselmum, innotescentes ei civitatem quamdam, Wataferdiam b nomine, in una suarum provinciarum esse ; cui ob numerosam civium multitudinem expediret episcopum institui, simulque petentes ipso quatenus primatus quem super eos gerebat potestate, et qua sugebatur vicis apostolicæ auctoritate, sanctæ Christianitati ac necessariæ plebiun. utilitati instituendo eis pontificem subveniret. Jam enim sæcula multa transicrant, in 'quibus cadem civitas absque providentia et cura pontificali consistens, per diversa tentationum pericula jactabatur. Elegerant autem idem ipsi in hoc officium quemdam suz gentis virum, vocabulo Malchum, eunque sacrandum cum communi decroto ad Anselmum transierunt. Decretum autem hoc est:

Anselmo, Dei gratia Anglorum archiepiscopo, elerus et populus oppidi Wataferdiæ, cum rege Merchertacho, et episcopo Dofnaldo, salutem in Domino.

e Pater sancte, cæcitas ignorantiæ nos diu detrimenta salulis nostræ sustinere coegil, quod magis eligimus serviliter Dominico jugo colla subtrahere quam liberaliter pastorali obedientiæ subesse. Nunc autem quantum proficiat pastorum causa agnovimus, cum aliarum rerum similitudines ad mentem revocamus, quia sine regimine, nec exercitus bellum, nec navis marinum audet attentare periculum. Navicula ergo nostra, mundanis dedita fluctibus, sine pastore contra callidum hostem qua ratione D pugnabit? Propterea nos et rex noster Murchertachus, et episcopus Dofnaldus, et Dermeth dux noster frater regis, eligimus hunc presbyterum Malchum, Walkelini Wintonensis episcopi monachum nobis sufficientissime cognitum, natalibus et moribus nobilem, apostolica et ecclesiastica disciplina imbutum, fide catholica prudentem, moribus temperatum, vita castum, sobrium, humilem, affabilem, misericordem, litteratum, hospitalem, suæ domui bene præpositum, non neophytum, habentem testimonium

Imo Domnaldus, episcopus Ardmachanus et Hiberniæ primas, ab anno 1091 ad an. 1105, quo obiit Juxta Colganum in indice Chronolog. ad Triadem sanctorum

. .

.

nant, ne quo se, quod sibi non prosit, peccati vul- A bonum in gradibus singulis (1 Tim. 11, 2-7). Hune nobis petimus a vestra paternitate ordinari pontificem, quatenus regulariter nobis præesse valeat et prodesse, et nos sub ejus regimine salubriter Domino militare possinus. Ut autem omnium nostrorum vota in hanc electionem convenire noscatis, huic decreto canonico promptissima voluntate siuguli manibus propriis roborantes subscripsimus. Ego Murchertachus rex Hibernize subscripsi. Ego Dermeth dux, frater regis, subscripsi. Ego Dofnaldus episcopus SS. Ego Idunan episcopus Midiæ SS. Ego Samuel Dunnelmensis episcopus SS. Ego Ferdumnachus Lagisjensium episcopus SS.

> Subscripserunt his multo plures, quos nos brevitati studentes notare non necessarium duximus

lgitur Anselmus considerans et intelligens eos justa et utilia petere, petitioni corum libens annuit. Electum ergo pontificem diligenter in his que sacra jubet auctoritas examinatum, ac multorum cum vitæ suæ testimonio, dignum episcopatu comprobatum, sumpta ab eo ex more de subjectionis sum obedientia professione, sacravit eum Cantuariæ quinto Kl. Januarii, assistentibus et cooperantibus sibi in hoc ministerio suo duobus episcopis mis, Radulfo scilicet Cicestrensi et Gundulpho Roffensi.

Post hos dies rez, Northmannia sibi ad votum subacta atque disposita, Angliam redit, ac interposito parvi temporis spatio, super Walenses, qui contra cum surrezerant, exercitum ducit, cosque post modicum in deditionem suscipit, et pace undique politus est. Sed quid? Cum jam multi sperarent quod hæc pax servitio Dei deberet militare, et attenti exspectarent aliquid magni pro emendatione Christianitatis, ex regis assensu, archiepiscopum promulgare, ecce spei hujus et exspectationis turbatorias littteras rex, a Gualis reversus, archiepiscopo destinat mandans in illis se pro militibus quos in expeditionem suam miserat nullas el nisi malas gratias habere, eo quod nec convenienter, sicut aiebat, instructi, nec ad bella fuerant pro negotii qualitate idonei. Præcepitque ut paratus esset de his, juxta judicium curiæ suæ, sibimet rectitudinem facere, quandocunque sibi placeret inde eum appellare. Ad quæ Anselmus : « Exspectavimus, inquit, pacem, et non est bonum; tempus curationis, et ecce turbatio. > Licet enim jam olim sciverit se, eodem rege superstite, in Anglia Christo non adeo fructificaturum, tamen quod rogatus de subventione Christianitatis nonnunquam solebat respondere se propter hostes quos infestos circumguaque habebat eo intendere non valere, jam tune illum pace potitum cogitaverat super hac re convenire, et saltem ad consensum alicujus boni fructus exsequendi quibus modis posset attrahendo delinire.

HENSCHENH NOTÆ.

^b Rectius Waterfodia, sub Casseliensi archiepi-scopo urbs episcopalis in Momonia, propter portus commoditatem hodie post Dublinium fere prima Iliberniæ, ad Siurii fluminis ostium.

. .

Sed no cordis ejus affectus perveniret ad effectum, A orta est instinctu maligni, quam dixi, causa discidii, ulique non ex rei veritate producta, sed ad omnem pro Deo loquendi aditum Anselmo intercludendum malitiose composita. Quod ille dignoscens, et insuper cuncta regalis curize judicia pendere ad nutum regis, nihilque in ipsis nisi solum velle illus considerari ce: tissime sciens, indecens æstimavit pro verbi calumnia placitantium more contendere, et veritatis suæ causam curiali judicio quod nulla lex, nulla æquitas, nulla ratio muniebat, examinandam introducere. Tacuit ergo nec quidquam nuntio respondit, reputans hoc genus mandati ad ea perturbationum genera pertinere quæ jam olim sæpe sibi recordabatur illata, et ideo hoc solum ut Deus talia sedaret supplici corde precabatur. Præterea videns ecclesias et monasteria solito intus et extra suis rebus spoliari, omnem in eis religionem exterminari, quosque sæcularium tam majores quam minores corruptæ vitæ semitas tenere multas, mala ubique fieri, et ista de die in diem, cessante disciplina, multiplicari roborarique. verebatur ne hæc Dei judicio sibi damno flerent, si guibus modis posset eis obviare non intenderet. Sed obviare sibi impossibile videbat, quod totius regni principem aut ea facere, aut eis favere perspicuum erat. Visum itaque sibi est auctoritatem et sententiam apostolicæ sedis super his oportere inquiri.

Cum igitur in Pentecoste 4, festivitatis gratia regiæ curiæ se præsentasset, et modo, inter pranden- C dum, modo alias, quemadmodum opportunitas se offerebat, statum animi regalis quis erga colendam æquitatem esset studiose perquisisset, eumque qui olim fuerat omnimodo reperisset, nihil spei de futura ipsius emendatione in eo ultra remansit. Peractis igitur festivioribus diebus, diversorum negotioram causze in medium duci ex more cosperunt. Quarebatur etiam quo ingenio przelibata causa contra Anselmum sic ageretur, ut culpæ addictus aut ingentem regi pecuniam penderet, aut ad implorandam misericordiam ejus caput amplius non levaturus, se totum impenderet. Interea Anselmus, accersitis ad se quos volebat de principibus regis, mandavit per cos regi se summa necessitate constrictum velle per licentiam ipsius Romam ire. Ad quod ille stupefactus, h no. > Dixeruni : « Si alla quæ dicas habes, profer. · Neguaquam, ait. Nec enim illum alicui tali peccato obnoxium credinus, ut necesse habeat inde singularem apostolici absolutionem petere, nec ita cujuslibet consilii expertem ut non magis illum sciamus apostolico quam apostolicum sibi in dando consilio poese succurrere. > Relata sunt Anselmo hæc, et respondit : + Potestas in manu sua est, dicit quod sibi placet. At si modo non vult concedere, concedet forsitan alia vice. Ego preces multiplicabo. > Ilis pro licentia dictis, statim omnis commentatio implacitandi Anselmum compressa omissa est, et nos immunes ab illa querela curia discessimus.

insequenti autem mense Augusto cum de statu regni acturus rex episcopos, abbates, et quosque regni proceres in unum præcepti sul sanctione egisset, el, dispositis his que adunationis illorum cause fuerant, dum quisque in sua repedare sategisset, Anselmus, corplæ petitionis suæ non immemor, rogavit regem quatenus quæsitam jam olim licentiam vel tune repetitis precibus non negaret. Sed secundo negat, sicut primo negarat. Postea conventu soluto. in mense Octobri Wintonize ad regem ex condicto venimus. Instantius itaque tam per se quam per alios regem pontifex orat, quatenus bono animo sibi concedat quod se jam tertio postulare necessitas sua sogebat. Hinc ille tædio affectus, itaque permotus ait : « Conturbat me, et intelligentem non conce-B dendum fore quod postulat, sua graviter importunitate fatigat. Quapropter jubeo ut amplius ab hujusmodi precibus cesset, et qui me jam sæpe vexavit, prout judicabitur mibi emendet. > Ad hæc ille': Paratum me potios sciat ratione ostendere quod justa peto, et quod ipse mihi in his non debeat juste contradicere. > Respondit : « Rationes suas non admitto; sed si iverit, pro certo noverit quod totum archiepiscopatum in dominium meum redigam nec illum pro archiepiscopo ultra recipiam. > Orta est igitur ex his quædam magna tempestas djversis diversæ parti acclamantibus. Quamobrem guidam permoti suaserunt in crastinam rem differri, sperantes eam alio modo sedari. Assensum est utrinque in istis, et divisi hospitium inimus. Mane autem regressi cum in loco apto sedissemus, ecce quidam episcopi cam nonnullis principibus ad Anselmum venientes sciscitati sunt quid secum ab heri de causa tractaverit. Dixit : « Non ea re concessi causam de qua agitis hesterno induciari, quasi ignoraverim quid hodie inde responsurus fuerim, sed ne viderer tantum meo sensul credere, ut nec una nocte ad sul discussionem dignarer aliorum consilio cedere. Nunc ergo sciatur quod in sententia, qua fui, sum, et ideo precor Dominum meum quatenus bona mente et alacri vultu, ut eum decet, mihi licentiam quam postulo det, indubitanter sciens quod causa meæ salutis, et causa sanctæ Christianitatis, et vere causz sui honoris ac profectus, si credere velit, ire dispu De licentia nempe supervacue loqueris. Non dabit.» · Si dare, ait, non vult, ego utique illam super me accipiam quod scriptum est : Obedire oportet Deo magis quam hominibus (Act. v, 29). > Ad hæc Walchelinus Wentanus episcopus aspiciens in eum dixit: « Et quidem dominus meus rex et proceres sui crédunt te esse hujusmodi moris ut non facile ab iis quæ certo incœperis movearis. Verum in hoc scilicet ut, spreto tanti pontificatus honore simul et utilitate, Romam petas, non leve est credere quod stabilis maneas. » At ille sciens animum viri, vivido vultu, ntentis in eum oculis, respondit : « Vere. » Quo

HENSCHENII NOTÆ.

• Anno 1097, ut infra indicatur.

dicto, ad regem roversi que audierant retulerunt. A Rege igitur consilia sua protelante, et summo pontifice cum suis sedente, occurrit animo episcopos requius esse debere in sue quod erat Dei quam in consilio regis terreni. Mittens ergo præcepit eos venire ad se. Erant autem hi Walchelinus episcopus Wintoniensis, Robertus Lincoliensis, Osmundus "Serberiensis, Joannes Bathoniensis . Qui cum lævaque dextra illius jussi consedissent, ait illis : « Fratres, ideo feci vos venire ad me quod vestri officii est ea yune Dei sunt præ cæteris tractare, disponere, servare. Episcopi enim estis; prælati in Ecclesia Dei estis. Si ergo ita fideliter et districte vultis in mea "parte considerare atque tueri rectitudinem, et justitiam Dei sicut in parte alterius perpenditis atque R tuemini jura et usus mortalis hominis, hocque mihi promittitis, exponam vobis sicut fidelibus et filiis .Dei quo tendat hæc mei præseutis consilii summs, -et audiam seguarque consilium quod mihi inde ve-.stra fida Deo industria dabit. > Dixere : « Loquenur, si placet adinvicem, et communem consensum referemus ad te. > Surgentes itaque in partem sese tulerunt, et habitis inter se nonnullis verbis miserunt Wentanum pontificem et episcopum Lincolinum ad regem percunctari de negotio voluntatem ac jussum illius. Edocti ergo propter quæ missi erant, ad socios reversi docuerunt eos quæ didicerant. Quid plura? Placuit eis in commune sequi voluntatem bominis terreni, illicoque reversi una ad Anselmum dixerunt ei : « Domine Pater, scimus te virum religio- c modo vere processerint, et audita revera processisse, sum esse ac sanctum, et in cœlis conversationem tuam. Nos autem impediti consanguineis nostris, quos sustentamus, et multiplicibus sæculi rebus, quas amamus, fatemur, ad sublimitatem vitæ tuæ surgere nequimus, nec huic mundo tecum illudere. Sed si volueris ad nos usque descendere, et qua incedimus via nobiscum pergere, nos tibi sicut nobis ipsis consulemus, et negotiis tuis quæcunque fuerint, ubi opus fuerit, sicut nostris, opem feremus. Si vero te ad Deum solummodo quemadmodum cœpisti tenere delegeris solus, quantum nostra interest in hoc ut hactenus fuisti et amodo eris, nos fidelitatem quam regi debemus non excedemus.) At ille ait : « Bene dixistis. Ite ergo ad dominum vestrum, ego me tenebo ad Deum. > Fecerunt ut dixerat, et re-D mansit Anselmus quasi solus. Facta deinde aliquantula mora, et unoquoque nostrum qui admodum pauci cum eo remansimus ad imperium illius singulatim sedente et Deum pro digestione ipsius negotii interpellante, veniunt prædicti episcopi cum aliquibus baronibus regni, inferentes viro hæc : « Mandat tibi rex quod sæpe diversis eum querelis exagitasti, exacerbasti, cruciasti. Verum cum tandem post placisum quod totius regni adunatione contra te apud Rochingeham habitum est, eum tibi sicut dominum

tuum reconciliari sapienter peteres, et afjutus meritis et precibus plurimorum pro te studiose intervenientium petitioni tuz effectum obtineres, pollicitus es ipsi te usus ac leges suas usquequaque deinceps servaturum, et eas sibi contra omnes homines fideliter defensurum. Quibus opem credulus factus, sperabat se de cætero quietum fore. Sed hanc pollicitationem, hanc fidem en tu patenter ipse egrederis, dum Romam non exspectata licentia ejus te iturum minaris. Inauditum quippe in regno suo est, et usibus ejus omnino contrarium quemlibet de snis principibus, et præcipue te quid tale præsumere. Ne igitur in hujuscemodi re ultra vel·a te vel a quovis alio te forsan, cum in aliquo læsus fuerit, imitari volente fatigetur, vult et jubet quatenus aut jurejorando promittas quod nunquam amplius sedem sancti Petri vel ejus vicarium pro quavis, quæ tibi queat ingeri, causa appelles, aut sub omni celeritate de terra sua recedas. Et si mavis interposito hoc sacramenta remanere quam recedere; tunc te ad judicium curize suze przecepit sibi emendare quod de re in qua non eras certus te perseveraturum, ausus fuisti cum toties inquietare. > Dizerunt, et ad regem protinus reversi sunt. Tunc Anselmus cum suis pauca locutus surrexit, atque ad regem nobis cum prosequentibus ingressus, ad dextram illius ex more assedit. Deinde mandatis que a nuntiis acceperat in audientia ejus singulatim recapitulatis, percunctatus est utrumnam a facie ipsius eo quo sibi dicta fuerant illico quid inde sentiret tali subintulit voce dicens : « Quod dicis me tibi promisisse usus et consuetudines tuas servaturum, et cas contra omnes homines tecum üdeliter defensurum, fateor verum esse. Cognoscerem, si eo illas pacto distinguendo proferres quo tunc temporis, quando promissio ipsa de qua agis facta est, cas fuisse distinctas indubitanter recordor. Scio quippe me spopondisse consuctudines tuas, ipsas videlicet quas per rectitudinem et secundum Deum in regno tuo possides, me secundum Deam servaturum, et cas per justiliam contra omnes homines pro meo posse defensurum. » la his verbis cum rex et principes sui cæca mente objicerent, ac jurisjurandi interjectione firmarent, nec Dei nec rectitudinis in ipsa sponsione ullam mentionem factam fuisse, rupit voces eorum Anselmus, et ait : « Papæ! si nec Dei nec rectitudinis mentio, ut dicitis, facta fuit, cujus tanc? Absit ab omni Christiano, absit, leges vel consuetudines tenere, aut tueri, qua Deo et rectitudini contrarize esse noscuntur ! > Cum ad hæc illi submurmurantes contra virum capita moverent, nec tamen quid certi viva voce proferrent, ad ea quæ cœperat subinferens Pater ait : « Sed quid asseris consuetudinis tuz non esse ut ego, causa salutis animæ meæ, causa regiminis Ecclesia Dei

HENSCHENH NOT #.

· Joannes Bathoniensis ab anno 1088 ad 1122 sedit, et sedem episcopalem, ex Wellensi civitate Balboniam transtulit.

14

rium? Pronuntio hane consuetudinem Deo et recutudini contraire, et ideirco ob omni servo Dei spernendam profiteor ac refutandam. Quod si per ista quæ dico quisquam probaturum se dixerit me fidem quam ibi debeo non servare, paratum me sicut et ubi debeo ad demonstrandom inveniet magis in hoc me tibi esse fidelem quam si secus agerem. At nunc ad hoc ostendendum non intendo. Scitur tamen qued omnis fides quæ cuivis homini legaliter promittitur, ex fide Dei roboratur. Sic enim spondet home homini. Per fidem quam debeo Deo, fidelis tibi ero. Cum ergo fides que fit homini per fidem Dei roboretur, Nquet quod eadem fides, si quando contraria fidei Dei admittit, enervetur. Sed disputatio rei hujas ₿ non est temporis hujus. Itaque fides quam debeo, et servitium ejus cogunt me ad caput christianitatis papam accedere, et ab eo pernecessarium Ecclesize Dei et mihi consilium petere, nec videtur quod aliquis Deum offendere timens hoe debeat prohibere. Nec enim, tu rex, æquanimiter ferres, si quilibet de hominibus tais potens ac dives ullum suorum fidelitati servitioque tuo intendentem præpediret, ac præpeditum minis et terroribus ab exsequenda utilitate tua prohiberet, verum debita in eum ultione violatz guam tibi debebat fidei reatum punires. > Tune rex et comes de Mellento, Robertus nominé, interrompentes verba ejus : (0 o, dixerunt, prædicatio est quod dicit, prædicatio est, non rei de qua agitor ulla que recipienda sit a prudentibus ratio. > Quibus cum quique procerum acclamarent, et os Patris suis vocibus oppilare laborarent, ipse inter ora perstrepentium, dimisso vultu, mitis sedebat, et clamores corum quasi surda aure despicie bat. Fatigatis autem eis a proprio strepitu, sedatoque tumulta, Anselmas ad verba sua remeat dicens : « Ad ea quæ jubes ut, quo securus de me possis amodo esse, jurem tibi quod nunquam amplius pro qualibet causa beatum Petrum vel ejus vicarium in Anglia appellem, dico hujusmodi jussionem tuam quí Christianus es omnimodis esse non debere. Hoc enim jurare, beatum Petrum est abjurare. Qui autem beatum Petrum abjurat, Christum qui cum super Ecclesiam suam principem fecit, indubitanter abjurat. Cum igitur propter te (o rex) Christum ne- n gavero, fateor, peccatum, quod in requirenda licentia admisi, judicio curiæ tuæ non segnis emendabo.» His verbis præfatus comes indignando subjungens, ait : « Eia, eia, Petro et papæ te præsentabis, et nos quidem non transibit quod scimus : > Cui Pater respondit : « Deus quidem novit quid vobis manebit, et mihi ad apostolorum suorum limina properanti, si sibi placet, auxiliari valebit. > Post hæc surrexit, atque ad locum unde exieramus reversos e vestigio nuntii regis subsecuti intulerunt. viro hæc : « Ecce ibis. Verumtamen scias dominum nostrum pati nolle te excuntem quidquam de suis tecum ferre. > At ille : « Equitaturas habeo, vestes quoque et supellectilem, quæ fortassis dicet aliquis

quod suscepi, beatum Petrum requiram et ejus vica- A esse de suo ? Here si non permitti ut meann habeam, noverit quod potius pedes an nudus shibe quam coepto desistam. > In istis princeps, pudoresuffusus, dictum suum non ita intellexisse so rospondit : « Nec enim dixi, ait, ut nudus aut pedes abiret. Attamen die qui erit undecimus ab isto, jubeo ut mare transiturus ad portum sit, et ibi nuntius meus ipsi obvins erit, qui dictabit ei quid ex permissu meo ille vel sui discedentes secum ferant.» His tali modo digestis, statim volebamus ad hospitium secedere. Sed Anselmus, doctus in patientia possidere animam suam, jucundo et hilari vultu ad regem revertitur, dicens ei : « Domine, ego vado. Quod si bono animo vestro fieri vobis placeret, utique et ves magis deceret, et orani bono homini aqceptius esset. At nunc rem in contrarium lapsam, licet moleste, quantum ad vos, quod tamen mea refert, sequanimiter pro posse feram, nec ob boc me ab amore animæ vestræ salutis, miserante Bomino, auferam. Nunc igitur, ignorans quando vos iterum visurus sim, Deo vos commendo, et sicut spiritaslis Pater dilecto Alio, sicut archiepiscopus Gantuariensis regi Anglise, vobis Dei et meam henedictionem antequam abcam, si cam non abjicitis, tribuero volo. > Tunc rex, « Benedictionem, ait, tuam non abiicio.) Mox ille surgens . levata dextra signum. sanctæ crucis super regem ad hoc caput humiliantem edidit, et abscessit, viri alacritatem rege oum suis admirante. Anno ab Incarnationo Filii Dei mitlesimo nonagesimo septimo acta sunt luso, ferta C quiata quæ fuit Idus Octobris.

> Venit dehine Cantuariam Anselmus, ubi sedes pontificalis, ubi totius regni caput est atque primatus. Postera die allocutis, et pro instanti negettomagnopere consolatis filiis suis, astante monachorum, clericorum, ac numerosa populorum multitudine, peram et baculum peregrinantium more coram altari suscepit, commendatisque omnibus Christo ingenti fletu et ejulatu prosecutus, egressus est. Ipso die ad portum Dofris ivinus, ibique clericum quemdam Willhelmum nomine a rege ex condicto, ut diximus, directum reperimus. Detenti. autem ibi sumus quindecim diebus, vento nobis transitum prohibente. In qua mora idem Willhelmus cum Patre intrans et exiens, et in mensa illius quotidie comedens, nibil de causa pro qua missus fuerat agere volebat. Die vero quintodecimo cum nos naulæ urgerent naves petere, et nos transité avidi ad hoc faligaremur, ecce videres rem miserandam. Patrem patriæ, primatem totivs Britannia, Willholmus ille quasi fugitivum, vel alicujus immanis sceleris reum, in littore detinuit, ac ne mare transeat ex parte domini sui jubet, donec omnia quæ secum ferebat, sibi singulatim revelet. Allats igitur ante illum bulgiæ, et manticæ rescratæ sunt, et tota supellex illius spe pecuniæ reperiendæ subversa et exquisita est, ingenti plebis multifudinecircumstante, ac nefarium opus, pro sui novitate, admirando spectante, et spectando exsecrante. Be

bus ergo eversis, sed nihil corum quorum causa A ecce dux idem armata militum manu stipatus, in eversæ sunt, in eis reperto, delusa sollicitudo porscrutantis est, et Anselmus cum suis abire permissus, Ltaque navem ingredimur, ventis vela panduntur, et post modicum orta aliquanta difficultate, sed ea respectu clementiæ Dei in brevi sedata, prosperrime marinos fluctus evecti Witsantdis^a, pro voto appulimus.

Rex autem Willbelmus abi audivit Anselmum transfretasse, confestim præcepit cuncta quæ illius juris fuerant in suum transcribi dominium, et irrita fieri omnia quæ per ipsum mutata vel statuta fuisse probari poterant ex quo primo venerat in archiepiscopatum. Desævit igitur quandoque per episcopatum tam sæva tempestas, ut tribulationes, quæ factæ sunt in illo post mortem venerandæ memoriæ R Lanfranei ante introitum Patris Anselmi, parvipensæ sint comparatione tribulationum quæ factæ sunt his diebus.

Nos igitur mane a Witsandis discedentes, et post dies ad sanctum Bertinum h venientes, magna plebis alacritate ac monachorum veneratione suscepti, quinque inibi dies morali sumus. Inter, a rogatus Anselmus a canonicis sancti Audomari ecclesiam suam visitare, ibique altare, quod in inhonorem sancti Laurentii martyris fecerant, dedicare, aequievit ille precibus eorum, ministerioque decenter expleto pransus abbatiam repetiit, objiciens chericis secum illum remorari petentibus Domini dietum, quod discipulos suos jubet de domo in domum non transire.

Post hæc nobis cæptum iter accelerantibus, fama viri muko celerius præcurrebat, et multiplici populos voce replebat. Unde turbarum concursus, clericorum cœtus, monachorum exercitus ci, quacunque veniebat, occurrunt; isti gaudio et exsultatione concrepantes, illi vexillis et sonoris concentibus Deo pro illius adventu conjubilantes. Verum sicut quidam ad venerationem et ministerium ejus omni studio parabantur, ita quidam e diverso alio spiritu acti, eum capere, eum suis rebus spoliare moliebantur. Sed ubi adest divina protectio, quid valet humana molitio? Transita Francia, Burgundiam intravimus. Percussæ autem fuerant aures ducis illius • terræ, diviti fama archiepiscopi Cantua- n riensis, per terram suam transire volentis. Unde succensus amore pecuniæ, quam copiosam illum ferre rumor disperserat, proponit animo eam ipsi auferre. Quadam igitur die cum in itinere essemus, et refrigerandi gratia a via paulisper declinassemus,

equis ocior advolat, et clamore valido quis vel ubi esset archiepiscopus interrogat. Quem cum sibi designatum mox equo sedentem torvo fuisset aspectu intuitus, subito pudore percussus, demisse vultu erubuit, et quid diceret non invenit. Cui Pater : (Domine, ait, dux, si placet osculabor te.) Et ille : « Osculari et servire tibi, domine, paratus sum, ac de adventu tuo in Deo gratiosus exsuito.) Dato igitur osculo pacis dicit ad illum Pater : « Causa roligionis Christianæ, vir venerande, Angliam exivi, et, miserante Deo, Romam ire disposui. Nunc autem videns te lætor et gaudeo, tum quia cognitionem et amicitiam tuam, tum quia securitatem et pacem in terra tua me et meos deinceps per te habere desidero. > Respondit : « Et quidem quod dicis multum amo et volo, meque tuis orationibus benedictionique committo. > Quibus dictis præcepit cuidam qui de suis ibi potentior aderat quatenus virum per terram suam conduceret, eique ubi opus haberet non secus quam sibi ipsi ministraret. Discedens itaque odium Dei omnipotentis omnibus imprecatus est, qui se ad insequendum hominem Dei concitaverant. « Nec enim hominis sed vultus, ait, angeli Dei fulget in co. > Unde sciant omnes qui ei scienter infesti sunt, quod maledicti a Deo sunt. Nos, huic Deo pro sua misericordia debitas ex corde gratias agentes, itinere cœpto perreximus.

Venimus vero Cluniacum tertio die ante Nativitatem Domini, ibique a toto illius monasterii monachorum agmine summa cum veneratione Pater suscipitur, et cuncta loci ipsius gaudio lætitiaque replentur. Quid deinde ? Donec ibi fuit, ut paucis dicam, singulari præ omnibus id loci venientibus reverentia habitus est.

Mittit interea auntium qui suum venerabili Hugoni archiepiscopo Lugdunensi ^d notificet adveatum. Erat quippe idem vir Anselmo jam ex multis præcedentibus annis notus, et, sanctæ dilectionis illius igne succensus, magno videndi eum desiderio fatigabatur. Quem etiam Anselnius in tantum diligebat, ejusque prudentiam atque consilii auctoritatem tanti pendebat, ut statuerit apud se summam negotii sui considerationi et dispositioni ejus, necue reverendi Ilugonis Cluniacensis abbatis • ex integro commendare. Hic itaque pontifex, audito Anselnum suis finibus accessisse, oppido lætatus est. Et dirigens ad eum quos familiariores ac digniores circa se habebat, quatenus Ecclesiam suam seque ipsum sine mora dignaretur invisere, obnixe depre.

HENSCHENII NOTÆ.

• Witsandis, celebris olim portus, nunc humilis vicus inter Bononiam et Caletum, vulgo Visan.

» Sithuense S. Bertini cœnobium, nunc iisdem cum castro S. Andomari mœnibus inclusum et mupitissimum Artesiæ oppidum, a prænominato portu distat leucis Gallicanis circiter decem; ut forte legi debeat, post diem, aut, post duos dies, ut summum.

• Hic dux fuit Endes primus, a quo fundatum

Cistercium anno sequente 1098, ut dicitor XXXX Aprilis in Vita S. Roberti abbatis Molismensis. Fuit autem Eudes natus patre Henrico, avo Roberto, ducibus Burgundiæ, proavo Roberto rege Francorum.

d Exstant plures epistolæ S. Anselmi ad Hugonem archiepiscopum et hujus ad S. Anselmum. Mortuus est anno 1106.

• Vitam S. Hugonis illustramus ad diem XXIX Aprilis, cum illustri mentione S. Auseini.

catus est. Mandavit insuper episcopo Matisconensi * A ut viro decenti bonore occurreret, et officiosissime deserviret. Quod ipse diligenter exsecutus est. Ubi vero Lugdunum venimus, qua veneratione ab ipso summo pontifice et suis omnibus suscepti sumus, et enarrare difficile, et dictu fortassis est incredibile. Quo cum demoraremur, didicit Anselmus ex his quæ fama ferebat, non multum suæ causæ profutu-.rum, si ipse in ulteriora procederet. Imbecillitas guoque sui corporis residuæ viæ laborem perhorrebat, et insidiæ quæ ab indigenis illarum regionum ea tempestate commeantibus et maxime religiosi ordinis viris struebantur, eum nonnihil retardabant. Itaque Lugduni resedit, cunctis valde acceptus et honorabilis.

Scriptam dehinc epistolam unam sedis apostolicæ præsuli destinavit, in qua quid illi de his quæ .acciderant suggesserit, quoque animi sui desiderium intenderit, tenor ipsius epistolæ quam subscribimus, designavit.

« Domino et Patri cum amore reverendo, et cum reverentia amando, summe pontifici Urbano, frater Anselmus, servus. Ecclesiæ Cantuariæ, debitam subjectionem et orationum devotionem.

« Novimus, domine reverende, et Pater diligende, quod Dominus noster Jesus Christus sublimavit sanctitatem vestram in Ecclesia sua ad consulendum et subveniendum his qui ad supernæ patriæ . requiem anbelantes, in bujus sæculi exsilio diversis . fatigantur tribulationibus. Hac igitur spe et consi- c deratione, ego humilis servus vester in angustiis -cordis mei ad sinum paternæ et apostolicæ pietatis vestræ, per exhibitionem præsentiæ meæ confugere disposui : sed hoc utique facere non possum sicut desidero. Cur autem non possim, per præsentium - latorem cognoscelis. Quoniam ergo per memetipsum præsentiam vestram secundum desiderium, meum audire nequeo, per litteras, ut possum, clementiæ vestræ angustias meas insinuo, quatenus ejus con-· solatione eædem angustiæ mitigentur, et anima mea desideratam tranquillitatem per affectum vestræ compassionis se adipisci gratuletur. Tanta enim est cordis mei tribulatio, ut nec verbis nec litteris . sufficiam illam exprimere; sed oro Deum qui novit occulta ut cam vos intelligere faciat, et per viscera D misericordiæ suæ viscera vestra ad ejus miserationem secundum desiderinm et necessitatem meam . commoveat. De hac tamen mea necessitate et meo - desiderio aliqua aperio, per quæ vestram pruden-- tiam posse intelligere quid mibi expediat non dubito. Notum est multis, mi Pater pie, qua violentia et quam invitus, et quam contradicens captus sim et detentus ad episcopatum in Anglia, et quomodo obtenderim repugnantiam ad hujusmodi officium, . paturæ, ætatis, imbecillitatis et ignorantiæ meæ, quæ omnino omnes sæculi actiones fugiunt, et in-

 Distat Cluniacum Matiscone leucis circiter quinque; et hinc secundo Rhodano die uno descenditur Lugdunun. Matisconensis autem episcopus

constabilitor exsecrantur, ut nullatonus illas toloraro possim cum salute animæ meæ. In quo archiepiscopatu jam per quatuor annos manens nullum fructum feci, sed in immensis et exsecrabilibus tribulationibus animæ meæ inutiliter vixi, ut quotidie magis desiderem mori extra Angliam quam ibi vivere. Nam si ita vitam præsentem sicuti eram ibi finirem, plus videbam animæ meæ damnationem quam salutem. Videbam enim multa mala in terrailla, quæ nec tolerare debeham, nec episcopali libertate corrigere poteram. Ipse quoque rex faciebat quædam quæ facienda non videbantur de Ecclesiis, quas post obitum prælatorum aliter quam oporteret, tractabat. Me etiam et Ecclesiam Cantuariensem multis modis gravabat. Terras namque ipsius Ec-B clesia, quas post mortem archiepiscopi Lanfranci, cum in manu sua archiepiscopatum teneret, militibus suis dederat, mihi sicut eas idem archiepiscopus tenuerat, non reddebat; sed insuper alias secundum libitum suum, me nolente, dabat. Servitia gravia et antecessoribus meis inusitata ultra quam ferre possem aut pati deberem, a me exigebat. Legem autem Dei, et canonicas et apostolicas auctoritates voluntariis consuetudinibus obrui videbam. De his omnibus cum loquebar, nihil efficiebam, et non tam simplex rectitudo quam voluntaria. consuetudines obtendebantur. Sciens igitur quod si hæc ita usque in finem tolerarem, in damnationem animæ meæ successoribus meis tam pravan consuetudinem confirmarem, nec de his placitare > poteram (nullus cnim aut consilium aut auxilium mihi ad bæc audebat dare) petii a rege licentiam adeundi vestram paternitatem, quatenus illi et cordis mei angustias ostenderem, et deinde ejus consilio et auxilio quod salubrius esset animæ meæ agerem. Qua de re iratus petiit ut de hujus licentia petitione quasi de gravi offensa illi satisfacerem, et securum illum facerem me deinceps nullo modo requisiturum pro aliqua necessitate apostolicum, nec saltem inde locuturum, aut si unquam hoc facturus eram, in præsenti hoc facerem. Sic itaque mare transii causa ad vos veniendi. Quod sicut dixi facere non possum. Quoniam autem impossibile est me hujusmodi vitæ concordare, aut animam meam in tali episcopatu salvari, tum propter rerum quas dixi qualitates, tum propter meas multimodas et sensus, et morum, et naturæ et ætatis imbecillitates. Hæc est summa supplicationis meæ propter quam ad vos ire volebam, ut sicut Deum animæ meæ, et animam meam Deo desideratis, per paternam et. apostolicam pietatem, quæ cor vestrum inhabitat, animam meam de vinculo tantæ servitutis absolvatis, eique libertatem serviendi Deo in tranquillitate reddatis; ne abundantiore tristitia sicut jam nimis passa est absorbeatur, et de dolore temporali ad æternum pertrahatur; deinde ut Ecclesiæ Anglo-HENSCHENH NOTÆ.

> tunc erat Raynaldus intra biennium vita functus. » Placitare est judicio experiri; et placitum, jadicium implacitare, in litem adducere.

latus vėstri consulatis. Omnipotens Dominus vestram sanctitatem nobis in suæ gratiæ prosperitate dia servet incolumem, et conterat Satanam et portas. inferi sub pedibus vestris. Amen. >

Inter hæc Romam usque vulgatum est archiepiscopum Cantuariæ primatem Britanniæ multo auri et argenti pondere onustum mare transiisse, Romam, pergere. Accensi ergo nonnulli cupiditate non bona. viam observant, exploratores ponunt, laqueos parant, ut eum capiant. His tamen quam maxime homines Alemannici regis a intendebant, ob dissensionem quæ fuerat illis diebus inter papam et ipsum. Supererat quoque ea tempestate Wibertus archiepiscopus Ravennas, qui de apostolatu quem contra jus invaserat pulsus, omni religiosæ personæ Romam petenti per se suosque modis qualibus. poterat struebat insidias. Unde quidam episcopi, monachi, et religiosi elerici ea sæviente persecutione capti, spoliati multisque contumeliis affecti, necali sunt. Spe igitur maxima manus iniqua sibi confisa est simili pœnarum genere sese Anselmum damnaturum. Sed ille, ut diximus, Lugduni remansit, reditum nuntiorum suorum ibi operiens. Cum vero malignantes illi moram ex adventu ejus extra spem paterentur, didicerunt a peregrinis eum valida corporis infirmitate tentum, a Lugduno amplius non promovendum. Quod dictum peregrinorum non fuit ex toto veritati contrarium. Infirmatus nompe fueral, ut de sanitatis illius recuperatione desperatio nos non parva teneret. Quo, illi audito, consternati sunt animo; et quod de Anselmi disturbatione spem habebant, perdiderunt. Verum languore magna ex parte sopito, et rumore qui populos de processu ipsius repleverat circumquaque exstincto, ecce quos Romam miserat nuntii veniunt, et quod omni excusatione sublata eum ad se papa properare præcepit referunt. Quid moror ? Nescius moræ apostolicis jussis obaudit, viæ se periculis, mortem pro Deo non veritus, tradit.

Discedentes igitur a Lugduno tertia feria quæ aute Dominicam diem Palmarum erat, venimus in subsequenti Sabbato ad villam quamdam quæ Aspera b dicitur, in qua cum hospitati atque refecti fuissemus, visum Patri est decentius inter mona- D chos qui in eadem villa cohabitabant, quam inter villanos, nocte illa nos conversari, tum propter religionem monachici ordinis, tum propter officium imminentis noctis atque diei. De re itaque mandatum monachis est et alacres assenserunt. Eramus quippe tres monachi qui hoc quærebamus, dominus videlicet et Pater Anselmus, præfatus Balduinus, et ego qui hæc scribo frater Eadmerus. Qui ita ibamus

· Henricus is fuit hoc nomine rex Germaniæ quartus, imperator tertius : contra quem anno 1094 in concilio Augustodunensi renovata excommunicatio fuerat, atque contra cæteros schismatis Guibertini fautores.

Anno 1098. At quæ hic villa Aspera dicitur. in

rum secundum prudentiam et auctoritatem aposto- A quasi pares essemus, nullo Patrem nostrum corama aliis dominandi jure sequente. Cum igitur monachi illi nobiscum, sicut peregrinis, vespertina hora loquerentur, et unde venissemus percunctarentur, respondimus de Franciæ partibus nos adventasse et Romain usque, si Deus concederet, ire velle. At illi : In nihil tenditis, inquiunt. Nam viam istam quam aggredimini nullus in habitu religioso peragere potest quin capiatur multisque injuriis afficiatur. Quod archiepiscopus Cantuariensis Intelligens, sapienti consilio usus est. Proposuit namque idem vir se pro sua, ut fertur, causa nuper Romam iurum, et venit usque Placentiam. Verum cum illic sequentis vize periculum didicisset, reversus est; et nunc Lugduni moratur. » Ad hæc Baldwinus ait : « Et ille bene quidem fecit, et nos quia servitio Dei, et obedientia spiritualis Patris ire compellimer, quantum nobia licuerit ducente Bomino progrediemur. Quando ultra non potuerimus, salva obedientia nostra revertemur. Ducat nos, aiunt, benignus Deus. > Celebrato igitur inter eos noctis oflisio atque diei, nos viæ reddidimus.

Ex hinc cum Romam prospero itinere pervenissemus, et Anselmus a papa decentissime susceptus de sui adventus causa requisitus fuisset, co illam ordine retulit quo in epistola sua quam a Lugduno, ul diximus, ei dixerit, ipsam digessit. Audit illo quæ feruntur, et subventionem pollicetur. Scribit litteras Willhelmo regi Angliæ, in quibus ut res Anselmi liberas in regno suo faceret ac de suis omnibus illum revestiret monet, hortatur, imperat. Scribit quoque Anselmus sub cadem materia litteras, et eas una cum litteris papæ ipsi regi destinat. Mansimus ergo Romæ decem diebus in palatio Lateranensi, cum papa degentes,

Præerat eo tempore abbas quidam, Joannes nomine, comobio Salvatoris quod prope Telesinam • urbem situm est. Qui Joannes, Romanus genere, discendarum studio litterarum jam olim Franciam venerat, ibique fama permotus Anselmi qui tunc Becci abbas erat, eum religionis proposito fervens adiit, eoque audito, Becci monachus factus est. Quod ubi post aliquot annos ud aures summi pontificis Urbani pervenit, Joannem ipsum ad se accercitum przefati coznobii abbatem fecit. Hie itaque agnito Patrem suum Anselmum Romam venisse, missis nuntiis omni studio deprecatus est, quatenus ad se veniret atque in sua quadam mansione cui salubris aura favebat, ad evilandas Romanze Urbis zegritudines, instanti dignaretur æstate conversari. Quibus ille auditis, supernæ pietati ac fraternæ sollicitudisi gratias egit, summoque pontifici relatas preces innotait. At ille : (O, inquit, divinse miserationis HENSCHENH NOTÆ.

> priori Vita dicitur Secusia, vulgo Susa, ubi erat monasterium S. Justi, at ibidem annotavimus

> · Telcsia urbs Samnii episcopalis, sub Beneventano archiepiscopatu, haud procul a confluentia Vulturi et Sabari fluminum in hodierna Terra Laboris olim celebris, nunc fere deserta.

prædestinstio i Vere etenim præmisit Deus Joseph A et omnino contra ægunn fatigari. Nam cum litteræ in Ægyptum ante Jacob Patrem suum. Quapropter, licet omnia quæ habeo, tuis utpote viri propter justitiam necne heati Petri fidelitatem exsulantis proposuerim necessitatibus servitura, tamen quia urbis istius aer multis et maxime peregrinæ regionis hominibus nimis est jusalubris, laudo ut cas quo vocaris, ne quod superna dignatio tibi providit negligere videaris. > Acquiescit Anselmus dicto pontificis, et exspectaturus quid rex Angliæ respondeat litteris papæ ac suis, partes ad quas invitabatur petiit. Occurritur ei cum lætitia et honore in omni loco ad quem ingreditur, et certatim ad ministrandum illi quique parantur. Ubi vero loco ad quem ibat appropinquavit, adjuncta secum fratrum caterva Joannes obviam vadit, et Patrem suum more boni alii magna cum reverentia et exsultatione susceptum monasterio introducit, Exinde quoniam calor ibi cuncta torrebat, ducit eum in villam suam, Sclaviam nomine, quæ, in montis altitudine sita, sano jugiter aere conversantibus illic habilis exstat.

His forme diebus Rogerus dux Apulize a dunato grandi exercitu, Capuanam civitatem b a sua ditione resilientem obsidebat. Et audita fama Anselni, directis nuntiis, rogavit eum venire ad se, cupiens illum videre et alloqui, atque per enm his qua saluti suze adminiculari poterant, informari. Ivit ergo Pater ad eum. Adhuc longe eramus, et ecce dux ipse copiosa militum multitudine septus Patri occurrit, ac in oscula ruens, ei pro suo adventu G gratias egit. Plures exhinc dies in obsidione fecimus, remoti in tentoriis a frequentia et tumultu perstrepentis exercitus. Cum autem inter hæc sedis apostolicæ pontifex Urbanus illo adventaret, et ei ab Anselmo ac principibus totius exercicus obviam itum esset, ingenti sæcularis gloriæ pompa prosocutus, ductus est in tentorium quod ei prope nos erat cæteris excellentius constitutum. Sicque donee civitas in deditionem transiit, obsidio illius dominum papam et Anselinum vicines habuit, its ut familia illorum magis viderçtur una quam dua, nes facile quivis declinaret ad papam qui non diverteret ad Anselmum.

Sed quid faeiam ? Si dilectioni, si reverentiæ, si honori, qui Anselmo ab universis inter quos habi- D tabat eo tempore et veniebat exhibebatur, scribendo singulatim immorari voluero, pon immerito indiscretionis argui potero. Tantum dico quod licet zex Auglize qui illum, ut prædictum est, de reguq suo pepulit, tam litteris quam largis muneribus omnes quos ratus erat ei posse detrimento existere conatus fuerit adversus eum commovere, tamen nihil profecit quin potius ex his perspicaciter intellectum est, virum simplicis justitize viam tenere,

quæ directæ fuerant, nullam ipsi qua jure argui posset culpani referendo inveherent, nec latores carum a litteris ipsis pejora dicendo dissentirent. factum est ut et viri justitia firmius crederetur, et injustitia hominis cum non æquo judicio fatigantis. magis ac magis publicata detestaretur. Quique igitur ex hoc illius cœperunt causæ favere, illius commodo, illius honori se suaque pro voto certatim impendere. Dux ipse, ad quem ipsa mandata præ cæteris lata fuerunt, non consideratis eis Patrem multis precibus ad hoc flectere nisus est, quatenus secum dignaretur remanere, et optimas terrarum suarum taus in villis quam in castellis seu eivitatibus, juxta electionem suam, dono accipere, casque in usus suos suorumque, dum viveret, proprio jure vindicare. Aliter igitur molimina regis in Anselmum processerunt ac ipse ratus fuerat. Obsidione dehing soluta, Anselinus cum papa ad Aversanam civitatem vadit. Papa civitatem, Anselmus multa prece invitatus abbatiam Sancti Laurentii, hospitandi gratia, petit. Igitur Anselmo ab ipsius coenobii fratribus perfectæ charitatis obsequium exhibetur, et loquenti solito more quæ Dei sunt auditus studiose præbetur.

Considerans itaque Anselmus apud se, quantam mentis inquietudinem et perturbationem fuerit passus in Anglia, et quomodo nullus, exceptis aliquibus monachis, eum gratia fructificandi Deo, audire voluerit, quantaque mentis tranquillitate potitus, et quam fructuoso studio sit a cunctis auditus postquam exivit de Anglia, omni desiderio fervebat curam Angliæ cum pontificatu deserere, et eis perpetim abrenuntiare, Huic quoque desiderio non parum roboris impendebat, quod omnium dubietate sublata videbat impossibile fore suos et Willhelmi regis mores in unum amplius concordare. Ad ea nempe quæ illum in Anglia positi facere solere cognoveramus, nova quædam quotidie ab his qui inde veniebant publice referebantur, in quibus ita contra Dei justitiam obfirmatus intelligebatur ut multi regionum illarum viri simul ac mulieres aliam de ec æstimationem haberent quam de Christiano. Christianos lex Christiana docet habere. De quibus pauca brevi perstringere placuit, ne solummodo, pudis verbis quæ dicunt, dici putentur. Quæ tamen, sicut illa accepimus simpliciter ponam, non astruens. vera an secus exstiterint, an non. Ferebant igitur hi qui veniebant quod codem fere tempore, cum idem rex Rothomagi moraretur, videri, qui in civitate ipsa degebant, ad eum convenire, conquerentes nonnullos ex suis, spreto Judaismo, Christianos tunc noviter factos fuisse, atque rogantes ut sumpto pretio illos, rejecto Christianismo, ad

HENSCHENU NOTÆ.

Sed videtur legendum esse mense Maio : alias enim nou potuisset adesse Auselmus, qui meuse Martie exente Roman solum attigerat.

· Aversa urbs inter Capuam et Nespolim.

Rogerius filius Roberti Northmanni, ducis Apulizo, successit illi anno 1086.

[»] Anno 1098 (comprehensa est Capua a Rogerio mense Martio. > Ha Lupus Protospata in Chronico.

Judaismum redire compelleret. Acquiescit ille, et A tum rei pro foribus przestolantem, invenit. In quem suscepto pretio apostasiæ, jubet ex Judæis ipsis adduel ad se. Quid plura ? Plures ex illis minis et terroribus fractos, abnegato Christo, pristinum errorem suscipere fecit.

Erat præterea, illis diebus, adolescens quidam Judæus, cui uno dicrum per viam forte eunti apparuit alter juvenis vultu ac veste decorus, qui interrogatus unde vel quis esset, dixit se, jam olim ex Judzeo Christianum effectum, Stephanum protomartyrem esse. « Sed ea, inquit, causa nunc de cœlo ad terras descendi ut tu, abjecta superstitione Judaica, Christianus efficiaris, et meo nomine, baptizatus in Christo, appelleris. > Dixit, et ab oculis éjus elapsus non comparuit. Adolescens autem timore correptus, illico presbyterum adiit, quid viderit, quidve audierit clara voce innoluit, seque in Christum credere confessus, baptismi gratiam statim adeptus est. Quod factum cum pater ejus agnovisset, acri cordis dolore afficitur. Et æstuans quonam modo suis sacris filium posset restituere, didicit quemadmodum Willhelmus rex Angiorum nonnullos hujusmodi pecuniæ gratis nuper Judaismo reddiderit. Ivit ergo ad illum, et qualiter perdidit filium suum querula voce deprompsit. Orat sibi misereri, èt uniei more a se dilectum paternis rogat legibus Imperiall sanctione restitui. Tacet ille ad rogata, nondum audiens quamobrem tali negotio sese deberet medium facere. Advertit Judzus mysterium cur suis precibus non responderet, et e vestigio sexa- c ginto marcas argenti se illi daturum, si judoismo restitueret filium suum, pollicetur. Juhente igitur rege, Juvenis ipse in conspectum suum adduciur, et rex illum has voce alloquitur : • Queritur pater tuns de te quod præter licentiam suam Christianus effectus es; hoc si ita est, præcipio tibi quatenus voluntati ejus satisfaciens, omni ambage seclusa judaismo te sine mora restituas.) Cui juvenis respondens : « Domine rex, ait, ut puto, jocaris. » At ille indignatus, « Tecum, inquit, jocarer, stercoris fili? Recede potius, et præceptum meum velocius imple, alioquin per vultum de Luca faciam tibi oculos erui.» Tune adolescens animæ quior factus, voce constanti ita respondit : « Utique non faciam. Verum noveris quia, si bonus Christianus esses, nunquam de ore D tuo talia protulisses. Christiani etenim est eos qui a Christo per incredulitatem separati sunt ei conjungere; non autem eos qui illi per fidem juncti sunt ab eo separare. > Confusus princeps in istis, contumeliis affectum juvenem cum dedecore jussit suis conspectibus eliminari. Qui expulsus patrem suuni even-

animatus, « Fili, ait, mortis, et pabalum externæ perditionis, non sufficit tibi damnatio tua aisi et me tecum præcipites in eam ? Ego vero cui jam Christus patefactus est, absit ut te unquam pro patre agnoscam quia pater tuus diabolus est ! > Dum ista ita dicontur, ad jussum regis introducitur ante cum Judæus, et alt illi rez : « Ecce feci quod rogasti, redde guod promisisti. > At itle : « Filius meus jam nunc et in Christi confessione constantior, et mihi est solito factus infestior, et dicis : Feci quod petisti, redde quod promisisti ? hno quod cæpisti, primo perfice, et tunc demum de pollicitis age. S'c enim convenit inter nos. Feci, dixit, quantum potai, verum quamvis non profecerim, minime tamen feram me sine fructa laborasse. • Angustiatusque Judzus ex his vix obtinuit, ut data medictate promissæ pecunize, alia sibi medietas laxaretur.

Præter bæc quoque, per id temporis ferebatur eum in tantam mentis elationem corruisse ut nequaquam patienter audire valeret, si quivis ullum negotium quod vel a se, vel ex suo præcepto foret agendum, poneret sub conditione voluntatis Del fieri. Sed quæque acta simul et agenda suæ soli industriæ ac fortitudini volebat ascribi. Quæ mentis elatio ita excrevit in eo nt, quemadmodum dicebatur, crederet et publica voce assereret nullum samctorum cuiquam apud Deum posse prodesse, et ideo nec se veile, nec aliquem sapientem debere beatum Petrum, seu quemlibet alium quo se juvaret interpellare. Hac fide in ipso proficiente, ad hoc quoque lapsus est ut Dei judicio incredulus flerel, injustitizeque illud arguens, Denn aut facta hominum ignorare, aut æquitatis ea lance nolle pensare astrueret. Exempli causa, quinquaginta circiter viri, quibus adhuc illis diebus, ex antiqua Anglorum ingenuitate, divitiarum quædam vestigia arridere videbantur, capti sunt, et calumniati (20) quod cervos regis ceperint «, maclaverint, manducaverint. Negant illi: unde statim ad judicium rapti judicantur injectam calumniam (21) examine igniti b ferri a se propulsare debere. Statuto itaque die, præfixi pænæ judicii pariter subacti sunt remota pietate et misericordia. Erat ergo miseriam videre. Verum omnipotens Deus, cui misericordiam et judicium canit Davidicus psalmus, innocentia eorum, servatis misericorditer ab exustione manibus omnium, cunctis ostendit, et malitia hominum eos impie destruere cupientium quam injusta fuerit, justo judicio declaravit. Igitur cum principi esset relatum condemnatos illos tertio judicii die simul omnes inustis mani-

HENSCHENII NOTÆ.

• Venationes, inquit Malmesburiensis, quas primo indulserat, adeo prohibuit, ut capitale esset supplicium, prendidisse cervum : > quam insaniam, perdentis hominem pro bestiola, egregie perstringit Joannes Sarisburiensis lib. 1 de hugis curialium, cap. 4.

quia mentionem fect et allus referendi locus non erit, licet multum a corpta narratione digredi videar, quiddam tamen dignum memoria dicam. Hic ergo confirmatus in reguo voluit conjugem babere puellam quamilam, filiam regis Scotie : dixitque D. Anselmo, tune temporis Cantnariensis urbis venerabili archiepiscopo, ut eam sibi benediceret, et B miemnibus unpuis henedictam in coujugium sociaset. Respondit archiepiscopus se nolle cam beneditere, nec suo consilio regem in conjugium eam sibi sociaturum, cum velum sanctimonialium, sicut ipse pro vero andiveral, gestasset super caput suum, quo se colesuis polius quam terreni regis monstrassel fore sponsam. Rex econtra dixit se promisisse ac etiam jurejurando confirmasse patri ejus, quod eam conjugent duceret : ideoque pro conservando juramento suo se cam non dimissurum, nisi canonico judicio fuisset determinatum : præcepitque ut ascito Eleracensi archiepiscopo congregaretur concilium episcoportun, abbatum et ecclesiasticarum persona-rum totins Anglize, ad definiendum ecclesiastica censura tautum negolium. In generali ergo concilio requisita est abbatissa illa, in cujus monasterio puella His foerat nutrita, strumme revera more sanctimomalium, velo capiti imposito, benedictione episcopali fuisset consecrata. Respondit abbatiesa publice co- C ram onmibus : « Revera pater ejus mihi eam commendavit, non ut sauctimonialis fieret, sed solummodo ut in ecclesia nostra propter cautelain, cum ceteris puellis nostris extraneis, nutriretur et litteris crudiretur. Cum autem adolevisset, nuntiatum est mihi quodam die, regent Guilielmum, domini mei Henrici germanum, qui tunc vivebat, propter ean videndam venisse; jaunque cum militibus suis ante januam ecclesiæ nostræ descendisse, utque januæ sibi orandi gratia aperirentur præcepisse. Hæc audiens nimiumque perterrita, ne forte illa, ut jurenis, regi placeret; et rex indomitus, qui omne quod sibi occurrisset illico facere volebat, visa pulchritudine puellæ aliquam ei illicitam violentiam facerel, qui tam improvisns et insperatus propter cam ridendam advenisset; in secretus cubiculum cam introduxi : rem sicut erat ei aperui, eaque volente relum unum capiti ejus imposui, quatenus co visa rex ab illicito complexu revocarctur. Nec me fefellit D spes mea. Rex siguidem, propter inspiciendas rosas et alias florentes herbas, claustrum nostrum ingressus; mos nt cam vidit, cum cæteris puellis nostris velum capite gestantem, exivit, et ab ecclesia recessii; aperte ostendens se non nisi propter cam remsse. Cum antem pater puellæ infra eaundem bebdomadam ad ecclesiam nostram venisset, velumque super caput filize suze vidisset, iratus velum conscidit, et ad terram projectum pedibus suis conculcavit, filiamque suam secum reduxit. > Inquisita deinde abhatissa quot annorum tune fuisset puella; respondit duodenum esse potuisse. Tunc rege mo-nente archiepiscopum ut juberet juxta hoc judicium fieri, episcopi et abhates, consilio accepto lectisque diversis capitulis canonum, in commune judicaverunt pro hujusmodi facto non esse prohibendum conjugium; cum quandiu infra legitimam ætatem sub tutela patris fuerat, nil ei sine assensu ejus facere licnerat. Finito judicio rex interrogavit archie-

piscopum, si quid in eo vellet calumniari. Respondit D. Anselmus se non illud calumniaturum, cum revera scouldum canonum decreta judicassent. Tunc rex, (Quandaquidem, inquit, judicium laudaris, volo ut mihi puellam desponsetis.) Sed D. Anselmus: « Judicium, inquit, non reprehendo; sed si majestas vestra mihi credere vellet, ut eam non duceretis consulerem : cum quomodocunque contigit, tamen velum super caput portavit; et sufficienter de fliabus regam aut comitum votis invenire possetis.» Rege vero in eo quod conceperat perseverante, subjunxit ille vir sanctissimus : « Vos quidem, domine rex, consilio meo prætermisso, facietis unod vobis placnerit : sed qui diutius vixerit, puto quod videbit Angliann non diu gavisuram de prote que de ca nata orit. Hec ego adolescens cum dixisse audivi, nunc vero magna ex parte video jam contigisse. Rex itaque de ea duos tilios et unam filiam genuit, e quibus filii jam adolescentes, dum ex Northmannia in Angliam redirent, fracta nave cum aliis multis in mari perierunt; filiam vero cum multis opibus sibi a patre transmissam Henricus imperator conjugent duxit, nuptiasque Leodii cum magna gloria célébravit : sed uno filio ex ea genito, celeri morte præventus cam viduam reliquit; que viduata rursus comiti Ande-gavensi nupsit. Cum subito patre ejus in urbe Rothomagensi defuncto, Anglorum proceres Stephanum counitem Boloniens m, Theobaldi counitis Campan ensis germanum, super se regem constituunt. Unde Robertus, Henrici regis ex concubina filius, graviter indignatus, contra eum palam rebellavit cumque prælio captum in que lam castello, qued sibi pater suus dederat, vincum reclusit; et sorori suze, ut cum tilio suo citius in Augliam transiret et regnum paternum susciperct, mandavit. Illa, putans se cuncla prospera reperturam, celeriter pertrans-ivit : sed secus quam crediderat, invenit : nam conjux Stephani, principibus sibi junctis, fortiter ei restitit. Ipse quoque Stephanus, post paucos dies quibusdam pactionibus lieberto reconciliatus et de vinculis eductus, rursus Anglorum regnum obtinuit: Sicque filia regis Henrici, vana spe se delusam fore, ingemuit. Et futurorum quidem incerti sumus : hoc vero unum aperte videmus, secundum prophetiam D. Anselmi, non diu gavisam esse Angliam de prole illus regime, que post velum pertatum Henrico nupserat: into diutina seditione vastatum ac oppressam, de pristinis divitiis ad magnam paupertatem devenisse. Non ergo contemnenda, sed potins reverenda et timenda sunt verba sepientium et Ecclesite prælatorum; cum et supradictam prophetiam Leonis papæ de Balduino comite Flandrensi, qui consanguineam suam duxit, et seguentem D. Anselmi de rege Anglorum, veras fuisse manifestum est., Hactenus Hermannus, utique ante annum 1153, quo Stephanus rex obiit : cujus verbis illustrandis immorari non vacat; unum dicimus ca habuisse nos tramscripta ex originali a Josepho Ignatio de S. Antonio carmelita discalceato, in iisque corrigendum fuisse errorem, quo identidem pater puelle vocabatur res David, qui frater fuit; nec nisi anno ab obitu patris

xxiv, ab hisce nuptus xx, Christi vero 1121 regnum

obtinuit, omnium filiorum Malcolmi natu minimus.

. . Anno 1101 Pascha celebratum fuit xxi Aprilis.

quatenus ei vice sui, manu in manum porrecta, promitteret, justis et sanctis legibus se totum regnum quoad viveret in cunctis administraturum. Hoc facto, sibi quisque quasi de securitate applaudehat. Postquam autem certitudo de adventu fratris sui regi innotuit, mox ille, coacto exercitu totius terræ, ipsi bello occurrendum impiger statuit. Exertitus vero grandis erat atque robustus, et circa renem fideliter cum suis in expeditione excubabat Pater Anselmus. At ubi Robertum ipsum cum sociis transfretasse insonuit, statim majores regni, guasi suz sponsionis immemores, ad illum, relicto rege, semet transferre parabant. Quod sic esse Anselmus certo relatu agnoscens, doluit; eoque magis, ne quid adversi regi accideret, intendere corpit. Sed talis vir quid de talibus ageret, ignorabat : nullum enim de tali crimine publice poterat calumniari, dum nulli testes adessent : et crimen ipsum non audebat reticendo nutrire, ne perjuri elfecti regem seducerent. Rex ipse, non modo de regni amissione, sed et de vita sua suspectus, nulli credere, in nullo, excepto Anselmo, fidere valebat : unde sæpe ad illum venire, principes quos magis a se labi timebat illi adducere; quatenus, audito verbo illius, et ipse a formidine relevaretur, et illis metus si a file quam sibi spoponderant aliquatenus caderent, incuteretur. Ipse igitur Anselmo jura totius Christianitatis in Applia exercendæ se relicturum, atque decretis et jussionibus apostolicæ sedis se c perpetuo obeditaram summopere promittebat. Quibus ita se habentibus Auselmus admatis principibus cunctis, omnem circumfusi exercitus multitudinem șimul et eos, silita a omni calumnia, quam exsecrabiles Deo et omni bono homini forent, qui fidem quam principi suo debebant quoquo modo violarent. ita indissolubili verborum ratione edocuit, ut cuncti, perspecto ipsum via virtutis incedere, illico spreta vita non sequius eligerent morte procumbere, quain violata fide sua regem seducere. Quapropter indubia licet assertione fateri, quoniam si post gratiam Dei fidelitas et industria non intercessisset Anselmi, Henricus rex ea tempestate perdidisset jus Anglici regni. Robertus igitur amissa fiducia quam in principum traditione habebat, et non levem de- D putans excommunicationem Anselmi, quam sibi ut invasori (nisi coepto desisteret) invehi certo sciebat; paci acquievit, et in fraternum amorem reversus est, exercitusque in sua dimissus.

liaque posthac, dum omnes intenti exspectarent aliquid tanto beneficio dignum in Anselmum a rege processurum, ecce ad curiam regis venire mandatur, responsurus de negotio quo de induciæ dilatæ fuerunt. Nuntii quippe jam Roma reversi, litteras a Paschale papa, qui Urbano successerat, regi desti-

• Silitus, participium passivum a sileo, priscæ latinitati ignotum, etiam S. Augustinus nsurpavit; De civit. lib. xv1: • Deinceps usque ad Abraham de

tate Anselmum inter se et regem medium fecerunt, A natas attulerunt, quæ quid in se continuerint, texouatenus ei vice sui, manu in manum porrecta. tus earum subter annexus declarabit.

> • Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Henrico regi Anglorum, salutem et apostolicam benedictionem. Legationis tuze verba, fili charissime, > etc. Vide in Paschali 11.

> Com igitur ad curiam venissemos, rex, usus consilio fratris sui et amicorum illius, qui acerbo contra Anselmum, pro regni amissione, odio erant inflammati, exegit ab contaut homo suus fieret, et cos quibus episcopatus vel abbatias se daturum dicebat, pro more antecessorum suorum consecraret, aut terrain suam sine retractatione et festinanter exirei. Cui ille respondit : c Dixi quemadmodum Romano concilio interfuerim, quidque ibi a sede B. Petri acceperim. Si ergo excommunicationi, cujus in hoc regno relator exstiti, memet alicujus rei causa suljicio, cui quæso deinceps adhærere potero, meo judicio excommunicatus. Nuntii hæc ipsa mutare directi, infecto negotio reversi sunt. Horum igitar quæ cum salute et honestate mea nequeo transgredi, me transgressorem fieri, non videtur sani consilii. Refert : Quid ad me? usus antecessorum meorum nolo perdere, nec in reguo meo, qui meus non sil, quemquam sustinere. > Dixit : « Audio quo tendant ista quæ dicuntur : exercitatus in ejusmodi sum. Attamen interim non extra terram, ut ipse jubet, sed ad Ecclesiam mean ibo, et faciendo quæ me debere facere intelligam, quisnam mihi vel meis aliguam velit violentiam inferre, considerabo. Acta sunt in hunc modum de his multa, sed eorum omnium hæc exstitit summa. Episcopis regnique proceribus, ut sub alio rege solebant, verba hinc inde ferentibus et in singulis regiæ voluntati parere certantibus, imo ne Romani pontificis obedientiæ subderentur summopere insistentitus, reversus est Anselmus ad sua, Deo in cunctis placere studens, et oppressionibus Ecclesiarum Angliæ gravi contritione cordis ingemiscens.

> Non multum temporis fluxerat, et ecce cum Pater suarum securus injuriarum, Ecclesiæ damnis nonnikil metueret, litteræ sibi amicabiles a rege transmissæ deferuntur : in quibus primo salutationis alloquin, cum perfectæ pacis oblatione soluto, rogatur venire ad regem, gesti negotli sententiam alio consilio moderari volentem. Auditurus itaque, num forte Deus sua gratia cor ejus tetigerit; quo mandatur, Wintoniam vadit, ubi episcopis terræque principibus sub uno coactis, communi assensu apud Anselmum actum est, quatenus sub aliis induciis, alii nuntii prioribus excellentiores ex utraque parte Romam mitterentur, Romano pontifici viva voce exposituri, illum aut a sententia necessario discessurum, ant, Anselmo cum suis extra Angliam pulso, totius regni subjectionem et commodum, quod inde singulis annis

HENSCHENII NOTÆ.

justorum aliquorum commemoratione, qui p.e. Deum colerent, siltum est per annos ampl.us quam mille. »

habere solebat, perditurum. Ab archiepiscopo igi- A tar missi sunt monachi duo, præfatus scilicet Balduians Beccensis, et Alexander Cantuariensis; non guidem ut eorum instinctu Romanus pontifex rigorem justitize causa Anselmi ullo modo exiret, sed partim ut curialibus minis testimonium, cui papa incunctanter crederet, ferrent; partim ut de negotio certam apostolicæ sedis sententiam Anselmo referrent. Ad ipsum vero negotium conficiendum directi a rege sunt tres episcopi, Hirardus, videlicet de llerefordensi, nuper factus archiepiscopus Eboracensis; Herbertus · Theodfordensis, Robertus · Cestrensis. Sed horum episcoporum duos sua quoque causa Romam agebat, Girardum scilicet adeptio pallii, et Ileribertum intentio recuperandi ablatam Ecclesize sure curam Christianitatis super abbatiam S. Edmundi C. Ante paucos siguidem annos Balduiuns ipsius coenobii abbas Romam adierat, et apud Alexandrum papam d privilegium ipsi abbatiæ acquisierat, per quod cam a subjectione omnium episcoporum, salva primatis obedientia, liberam effecerat. Quod factum Lanfrancus archiepiscopus moleste accipiens, ipsum privilegium abbati abstulit, nec illulei, nisi circa finem vitæ suæ, multorum precibus mouns reddere voluit. Præfatus ergo episcopus episcopatum Theodfordensem seu Norwicensem, in cujus parochia eadem abbatia esse scitur, suo jure non jure privatum esse ægre ferens, ut diximus, Romam ire ; et si forte posset, in antiquam dignitatalem Ecclesiam cui præsidebat restituere, admini- C culante æquitate, cogitabat. Hic itaque Herbertus, cum relictis sociis Burgundiam cum suis venisset, et partes Lugdunensis provinciæ impiger attigisset; comprehensus a quodam Guidone viro præpotente acfero est, et quod de Anglia episcopus esset, quodve pro damno domini sui Anselmi Cantuariorum archiepiscopi Romam iret, ab eodem calumniatus. Negat ille; nec ei creditur. Instat negando et dejerando : sed nequidquam. Tandem, prolatis sanctorum reliquiis, super eas jurare cogitur et asseverare, se nulla omnino ratione Romæ scienter quid acturum, quod aut honori aut voluntati Patris Anselmi videri posset obnoxium. Post quæ, ut pace ac securitate viri comitatus viæ reddi mereretur, ferme quadraginta, sicut fertur, marcas argenti non grata D ei largitate reliquit, quas suo negotio super Ecclesiam S. Edmundi Romæ adminiculaturas, Angliam egrediens, mage putavit.

Emensa dehine longitudine vize, nuntii Romam una veniunt; sui adventus causam, pro co quem præferebat tenore, apostolicis auribus suggerunt; tanti mali dirimendi consilium proni deposcunt. Audit ille quæ feruntur, et non invenit verba quibos exprimat quantum inde miretur. Cum tameu ah episcopis magnopere precaretur suis rebus præcavere, ao definita prædecessoris sui sententiæ rigorem, ut undique pax esset, temperare; assocuit se nec pro capitis sui redemptione hoc facturum, decreta, dicens indignando, et Institutiones sanctorum Patrum, minis actus unius hominis, dissiparem? Finieral in istis. Super hac scriptas epistolas regi et Anselmo, cuique suam, destinavit : regi interslia Ecclesiarum investituras judicio sancti Spiritus interdicens; et Anselmum, ut quæ agebal ageret et que loquebatur loqueretur, affectuose deprecans,firmata et apostolicæ sedis auctoritate roborata, in omnibus sui primatus diguitate. Quæ ut melius pateant, epistolas ipsas legentium oculis ecce præfizimus.

• Paschalis episcopus, servus servorum Dei, charissimo filio Henrico regi Anglorum, salutem et apostolicam benedictionem. Regi regum Dominogratias agimus, > etc., usque ad Ecclesiarum siquidem investituras nos, sancti Spiritus judicio, regibus et principibus, imo laicis omnibus, interdiciusus : nee enim decet ut a filio mater in servitutem addicatur, ut sponsum quem non optavit accipiat. Habet sponsum suum regem ac Dominum nostrum, qui te misericordia sua in potentia et probitate custodiat, et a terreno regno ad coelesta perducat. Amen.

Paschalis episcopus, servas servarum Dei, venerabili fratri et coepiscopo Anselano, salutem et apostolicam henedictionem. Non ignoras divinæ vo-hantatis esse consilium, » etc. Vide in Paschali II, infra.

Scripsit quoque, per idem tempus epistolam unam episcopo et clericis Ecclesiæ • Excestrensis, quane huic opusculo indere non omnino alienum putamus, quandoquidem illam futuris temporibus alicujus, negotio forte profuturam speremus. Est autem hæc. • Paschalis episcopus, servus sorvornun Dei, venerabili fratri Osberuo episcopo et clericis Excestrensis Ecclesiæ salutem et apostolicam benedictionem. Et Patrum sanzit auctoritas, » etc. Vide in Paachaki II.

HENSCHENH NOTAL.

^a Herberti Norwicensis Simoniacum ingressum, vera pœnitentia et meliori progressu emendatum, describit Malmesburiensis; mox infra Norwicensis appellatur, quia sedem (quam ante non multos annos Thetfordiam transtulerst Herfastus) ipte Norwiei locavit, et obiit anno 1119.

^b Robertus Cestrensis quoque sedem, quam Lichfeldia Cestriam transtulerat suns decessor Petrus, jam an. 1095 transtulerat Coventrium, perrexit tamen, ut bine apparet, uti titulo Cestrensi; qui deinceps exstinctus, demum ab Henrico VIII in schismate renovatus est; et qui sub Cantuarieusi fuerat, Eboracensi est subjectus.

• Abbatia hæc S. Edmundi regis et martyris est in agro Suffolciensi a rege Canuto constructa, de qua vide monastici Anglicani tomum 1, p. 284. Colitur dictus Edmundus 20 Novembris.

d Hoc privilegium datum anno Alexandri pape XI
 Christi 1071 exhibet hic in notis Seldenus p. 206.
 Excestria est Ecclesia et episcopatus Exonien-

• Excestria est Ecclesia et episcopatus Exoniensis; urbs ea in Devonia ad Iscam fluvium, Anglis Excester dicta, supra J. I, n. 43 et hic infra n. 49 vocatur episcopus Exoniensis.

ډ. ،

Reversis episcopis, et sliis qui Romam, ut dixi- A ipse ordo expostulat ut archiepiscopum naum pantimus, directi fuerant, rex adunatis Landoniæ principibus regni, Anselmum per internuntios ex more convenit, quatenus sibi aut consuctudines paternas ultra non negaret, aut regni sui cultor esse desineret. Respondit : « Inspiciantur si placet litteræ quæ allatæ sunt, et salva honestate mea; salva sedia apostolicze obedientia, quantum potero voluntati ejus morem gerere prætentabo. Si vult, ait, suæ videantur; meæ, sciat, hac vice non videbuntur.» Refert, « Cum igitur, inquiens, alia vice sibi eas ostendere placuerit, tunc et me ad cas quas modo habet, promptum habebit. > Respondit : (Nequaquam de litteris ago vel agam; sed an meze voluntati, omni ambage dimissa, in cunctis concurrere velit, edicat ut audiam. Quod auditum multis magnæ B admirationi fuit, dicentibus inter se quia si litterze voto ipsius concordarent, eas. etiam nolente Anselmo, ultroneus publicaret. Non ergo nobis co tempore innotuernnt. Attamen quo tam sollicitius sunt colatæ, co latius post aliquot dies sunt divulgatæ. Verum loctis atque relectis ooram omnibus, auditum præbere volentibus, litteris Anselmo directis, subjunxerunt episcopi, qui Roma venerant, se alia Romæ ab apostolico verbis accepisse, quam litteræ ipsæ vel ctiam illæ quas regi detuleraut continerent in se. Requisitique contestati sunt in episcopali veritate. papam ipsum regi verbis puris mandasse per se, quoniam, quandiu in aliis vitam boni principis ageret, de Ecclesiarum investituris æquanimiter flum toleraret; nec eum ullo excommunicationis C vinculo necteret, si religiosas personas per dationem virgæ pastoralis eis investiret; cur autem hanc tanti doni dignitatem ei per chartæ inscriptionem noluerit delegare, cam ferebant causam esse, videlicet, ne in aliorum notitiam principum prolata, ipsi eam sibi usurparent, Romani pontificis auctoritate contempta. Ad hæc cum hi, qui ex parte Anselmi missi fuerant, viva voce testarentur, papam nil cui-Hbet verbis mandasse, quod litteris aliquatenus adversaretur; objecerunt episcopi, se clam illis alia egisse, palam alia. Quod Baldwinus andiens, et infamom apostolicæ sedis inconstantiam, quæ notabatur, sustinere non valens, eos, sicut erat spiritu fervens, et boni amans, nonnihil etiam in istiusmodi dictis contra fidem et sacramenta, quæ se coram Romæ fecerant apostolico, agere calumniatus est. Orta igitur dissensio non modica inter proceres est. Hi etenim astruere nitebantur, semoto verborum incerto, scriptis sigillo papæ signatis, verbisque monachicis omnino credendum : illi econtra trium potius episcoporum assertionibus, quam verveeum pellibus atramento denigratis, plumbique massula oneratis, fore credendum, abjecto monachellorum testimonio, qui ubi sæculo se abrenuntiare professi sunt, omne, inquiunt, szeularis negotii testimonium perdiderunt. Ast hoc, ait Baldwinus, negotium seculare pon est. > Aiunt : (Et quidem te virum prudentem et strenuum scimus, sed

ficesque duos majoris testimonii quam te esse judicemus. - Et de litterarum, inquit, testimonie quid? . Responderunt : . Testimonium monachorum contra episcopos non recipimus, et ovinæ pellis reciperemus? Væ, væ, annt, ad ista quilibet religiosi, nonne et Evangelia pellibus ovinis inscribantur? O hinc simultatis detecta confusio! > Quid in his Anselinus agerei, quod se verterei, aliquandin dubitavit. Grave quippe judicavit quomodocunque ostendere, fidem se litteris apostolicis non habere; et fomitem gravis scandali vidit esse, verba tantarum personarum, in episcopali veritate illa vera esse contestantium, adversa fronte refellere. Textus autem litterarum hie est :

· Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venorabili fratri Anselmo, Cantuariensi archiepiscopo, solutem et apostolicam benedictionem.

« Adversus, » etc. Vide in Pascheli II ad an. 1118.

e Rex itaque ex his quæ episcopi dicebant, in sua sententia animosior factus constanter insistere cœpit, faventibus simul et incitantibus eum episcopis regnique proceribus quatenus sine retractatione sibi Anselmus hominium faceret, et eos quibus se daturum protinus episcopatus dicebat, consecraturum sponderet, servata in omnibus antecessorum consuetudine. Tunc ille : « Si suorum, dixit, verbis episcoporum litteræ concordarent, intellecta ratione forsan quod exigit facerem. Nunc autem, ne in ullo decipiar, electius videtur Romanum super his pontificem consulere quam in re tam ambigua seutentiam præcipitare. > Ad quæ, qui Roma venerant episcopi respondere : « Quæ diximus dicimus, quæ testati sumus confirmamus, inque his omnibus apostolicæ sedis testimonium, si nobis non credis, appellamus. Super hæc quoque tibi ex parte domini papæ, qui hoc jussit, denuntiamus quatenus consilio nostro te nihil hæsitans credas quia, dum voles, nos paratos habchis reipsa probare his quæ dieimus nihil duplicitatis inesse. > At ille : (Adversus ea quæ asseritis lites conserere nolo. Verum quia sentio ex illis quæ auditu secretius didici voluntatem procerum in loc unam factam esse, scilicet ut si rex investituras Ecclesiarum, sicut se facturum minatur, dederit, licet id me nec approbante nec consentiente faciet, ego causa vestri nec danti nec accipienti meam quasi excommunicatis communionem subtraham, donec nuntiis quos pro negotii hujus discussione Romam destinabo reversis pro certo sciam quid agam, solus ab eis discrepare nolo. Hoc interim observato penes me, ut nulla penitus ratione quemquam in officium sic suscepti honoris consecrem, avi cuivis alii consecrare præcipiam vel concedam. » Soluta in islis controversia est, et utrinque res sopita. Tunc rex tanquam oupitæ potestati donatus, exsultants et hilaris per dationem virgæ pastora-Hs illico duos de clericis suis duobus episcopatibus investivit, Rogerium videlicet cancella-

MISTORIA NOVORUM. - LIB. III.

rium a episcopatu Serberiansi, et alium Rogerium, A Simouiacæ hæresis subreptio in codom concilio damlarderarium b suum, pontificatu Herefordensi.

Per idem tempus celebratum est generale concilium episcoporum et abbatum totius regni in ecclesia beati Petri apostolorum principis, quæ in occidentali parte Lundoniæ sita est. Cui concilio præsedit Anselmus archiepiscopus Dorobernensis, considentibus secum archiepiscopo Eboracensi, Gerardo, Mauritio episcopo Lundoniensi, Willhelmo electo episcopo Wintoniensi, Roberto episcopo Lincolniensi, Samsone Wigornensi, Roberto Cestrensi, Juanne Barthoniensi, Herberto Norwicensi, Radulpho Cicestreusi, Gondulpho Roffensi, Herveo Pangorensi, et duobus noviter institutis, Rogeria scilicet Serberiensi et Rogerio Herefordensi. Osbernus autem Exoniensis, infirmitate detentus «, interesse non B potoit. In hoc concilio multa ecclesiastica disciplina necessaria servari Anselmus instituit, quæ postmodum sedis apostolic:e pontifex sua auctoritate confirmavit. Cujus concilii seriem, sicut ab eodem Patre Anselmo descripta est, huic operi inserere non lacongroum existimavimus. Scribit itaque sic :

Anno Dominica Incarnationis millesimo centesimo scendo, quarto autem præsulatus Paschalis summi pontificis, tertio regui Henrici gloriosi regis Anglorum, ipso annuente, celebratum est concilium in ecclesia beati Petri, in occidentali parte juxta Lundoniam sita, communi consensu episcoporum et abhatum et principum totins regni. In ano præsedit Anselmus, archiepiscopus Dorobernensis et primas , procuratores aut judices sanguinis. totius Britanniz, considentibus venerabilibus viris Gerardo Eboracensi archiepiscopo, Mauritio Lundoniensi episcopo, Willhelmo Wintoniæ electo episcopo, aliisque tam episcopis quam abbalibus. Iluic conventui adfuerunt, Anselmo archiepiscopo petente a rege, primates regni, quateaus quidquid ejusdem concilii auctoritate decemeretur, utriusque ordinis concordi cura et sollicitudine tutum servaretur. Sic enim necesse erat, cum multis retro annis, synodali cultura cessante, vitiorum vepribus succrescentibus, Christianæreligionis fervor in Anglia nimis refriguerat.

Primum itaque ex auctoritate sonctorum Patrum

nata est. in qua culpa inventi depositi sunt Guido abbas de Perscore d, et Wimundus de Vavestoch, et Ealdwinus de Rameseia, et alif nondum sacrati. remoti ab abbatils, scilicet Godricus de Burgo, Haimo de Cernel, Egelricus de Mideltune; absque simonia vero remoti sunt ab abhatiis pro sua quique causa, Ricardus de Heli, et Robertus de Sancto Edmundo, et qui erat apud Micelenci.

Statutum quoque est ne episcopi sæcularium placitorum officium suscipiant, et ut, non sicut laici, sed ut religiosas personas decet, ordinatas leges habeant, et ut semper et ubique honestas personas testes habeant suæ conversationis.

Ut etiam archidiaconatus non dentur ad firmam •. Ut archidiaconi sint diaconi.

Ut nullus archidiaconus, presbyter, diaconus, canonicus uxorem ducat, vel ductam retinea'. Subdiaconus vero quilibet, qui canonicus non est, si post professionem castitatis uxorem duxerit, sadem regula constringatur.

^f Ut presbyter, quandiu illicitam conversationem mulieris habuerit, non sit legalis, nec missam celebret, nec, si celebraverit, ejus missa audiatur.

Ut nullus ad subdiaconatum aut supra ordinetur sine professione castitatis.

Ut filii presbyterorum non sint hæredes Ecclesiarum patrum suorum.

Ne quilibet clerici sint secularium præpositi, vel

Ut presbyteri non eant ad potationes, nec ad pinnas ^s bibant.

· Ut vestes clericorum sint unius coloris, et calceamenta ordinata.

Ut monachi et clerici qui ordinem suum abjecerunt, aut redeant, aut excommunicentur.

Ut clerici patentes coronas habeant.

Ut decimæ nonnisi Ecclesiis dentur.

Ne ecclesiæ aut præbendæ emantur.

Ne novæ capellæ flant sine consensu episcopi.

Ne ecclesia sacretur donec provideantur necessa-

ria et presbytero et ecclesiæ.

BENSCHENH NOTÆ.

· Rogeri Sarlsburiensis pater Rogerus, ex paupere presbytero ad justitiarii summi evectus poten- D tiam sub hoc Henrico, cujus gratiam indignis artibus meruerat, cancellarii quoque dignitatem notho sui obtinuit: qui nunc episcopatu donatus, postea extremæ Henrici voluntati infidelis, auctor fuit, exclusa Mathilde filia, Stephanum regem eligendi.

Larderarius dicitur, penn-præsectus, a larderio, quod est penu, sic dictum quia in eo lardum conservatur. Non poterat dignioribus inchoare tam indignus promotor.

• Osbernus, non paucis annis lumine captus, vixit ad annum iv regis Henrici. . Ita Malmesburiensis. Ex quo supra statnimus an. 1403 obiisse.

^d Erant abbatiæ de Pershore in agro Wigorniensi, de Tavestoch in Devonia, de Remeseja in Huntindonensi comitatu, de Burgo seu Petroburgensis in Northamtonia, du Cernel in agro Somersetensi, de Middeltune in agro Dorsetensi. De fundatione et allis horum comobiorum rebus consulendum Monasticum Anglicanom.

• Multa eruditissime colligit Spelmannus In Glossario, ut ostendat, ad firmam dari fundum aut beneficium, cum traduntur sub obligatione præbendt annue convivii seu epuli, ad certam pecuniæ summam certumque dierum numerum taxati : et hinc nomen firmæ, non tantum pro villa seu prædio, sub annua pensione elocato, sed etiam pro convivio sumi anud auctores Anglo Saxonicos. Tale quid hic videretur prohiberi, utpote honestatem ecclesiasticam valde lædens, nisi mox infra simili phrasi et plane in sensu obvio prohiberetur monachis tenere villas ad firmam, id est sub annuo pretio conductas.

' Legalis dicitur, qui nullum habet impedimentum quominus in curia possit ex lege postulare et postulari, quales non sunt exconimunicati aut infames : hoc sensu in formulis judiciariis dicuntur probi etlegales homines : et hinc ducitur legalitas, ad bujusmodi honestam qualitatem designandam.

⁸ Pian Anglis, significat aciculam aut etiam clavum ligneum : sed quid ea vox ad competationem ? Ve. (25) Ne abbates factant milites ., et ut in eadem A qui post non multos institutionis suce dies multos domo cum monachis suis manducent et dormiaut, nisi necessitate aliqua prohibente.

Ne monachi pœnitentiam cuivis injungant sine permissu abbatis sui, et quod abbates eis licentiam de hoc dare non possunt, nisi de iis quorum animarum curam gerunt.

Ne monachi compatres, vel monachæ commatres fiant.

Ne monachi teneant villas ad Armam.

Ne monachi ecclesias nisi per episcopos accipiant, neque sibi datas exspolient suis redditibus, ut presbyteri ibi servientes in iis quæ sibi et ecclesiis necessaria sunt penuriam patiantur.

Ut fides inter virum et mulierem occulte et sine testibus de conjugio data, si ab alterntro negata B fuerit, irrita habeatur.

Ut criniti sic tondeantur ut pars aurium apparent, et oculi non tegantur.

Ne cognati usque ad septimam generationem ad conjugium non copulentur, vel copulati simul permaneant, et si quis hujus incestus conscius fuerit, et non ostenderit, ejusdem criminis se participem esse cognoscat.

Ne corpora defunctorum extra parochiam suam sepelienda portentur.

Ut presbyter parochiæ perdat quod inde illi juste debetur.

Ne quis temeraria novitate corporibus mortuorum, aut fontibus, aut aliis rebus, quod contigisse cognovimus, sine episcopali auctoritate reverentiam son- C ctitatis exhibeat.

Ne quis illud nefarium negotium quo hactenus homines in Anglia solebant (26) velut bruta animalia venundari, deinceps ullatenus facere præsumat.

Sodomiticum flagitium facientes, et eos in hoc voluntarie juvantes, in hoe eodem concilio gravi anathemate damnati sunt, donec preuitentia et confessione absolutionem mereantur. Qui vero boc crimine publicatus fuerit, statutum est, siquidem fuerit persona religiosi ordinis, ut ad nullum amplius gradum promoveatur, et, si quem habet, ab illo deponatur. Si autem laicus, ut in toto regno Angliæ. legali suæ conditionis dignitate privetur. Et ne vivere non noverunt, aliquis nisi episcopus facere præsumat.

Statutum quoque est ut per totam Angliam in onnuibus Dominicis diebus excommunicatio præfata renovelur.

Et hoc quidem Lundoniensis concilii textus est.

HENSCHENH NOTÆ.

rcor ne librariorum vitio, truncata vox popina in pinnas, abierit. Certe synodica Racherii episcopi Veroneusis ad presbyteros, Spicilegii Acheriani Varoneusis ad presbyteros, Spicilegii Acheriani tomo II, pag. 261, expresse hortatur presbyteros dicens : « Nolite in tabernis bibere. »

^a Quomodo illustriores antistites jus sibi arroga-

sui transgressores in omni hominum genere fecit. Sane quod ultimum de renovanda excommunicatione Dominicis diebus statutum fuit, ipsemet Anselmus rationabili dispensatione usus pestponi concessit. Finito concilio, Anselmus Lundonia discessit.

Præfatus ergo Rogerius, qui, ut diximus, in episcopatum llerefordensem assumptus erat, e vestigio in ipsa civitate Lundoniæ gravi inflrmitate percussus ad extrema deductus est. Qui, cum se proximum morti sentiret, misso nuntio cum epistola pogavit Anselmum quatenus præciperet duobus episcopis suis, Lundoniensi videlicet atque Roffeusi, ut eum, antequam moreretur, sub celeritate episcopum consecrarent. Quod ipse audiens insipientiam hominis admiratus paululum subrisit, nihilque respondens ad postulata, nuntium a se, sicut venit, vacuum emisit. Et ille quidem mox Lundoniæ mortuus est, et cancellarius regina, Reinelmus nomine, loco illius pari investitura subrogatus.

Mittens ergo rex rogavit Anselmum, quatenus pro suo jure hos noviter electos cum Willhehno jamdudum Wentauæ civitatis episcopo electo consecraret. Respondit : « Equidem Willhelmum libens consecrabo, sed quod de nuper investitis inter me et illum convenit, non mutabo. > At ille, nonni hil ab mimi tranquillitate mutatus, unum sine aliis il um, se vivente, non sacraturum, interposito sacramento, asseruit. Erat quippe idem Willhelmns in episcopatum Wentanze, ut przelibavinius, civitatis, Anselmo needum ab exsilio revocato, electus, sed ipse nec electioni consentire, nec baculum sibi a rege porrectum suscipere, nec rebus vel causis episcopalibus ullo volebat pacto intendere. Revocato autem Anselmo, clerus et populus ei insistere, ac ut clectum suum sihl præßceret, magno cœperunt opere postulare. Differt ipse, nec subitum præhet assensum. Tandem tamen et corum assiduitate, et ecclesiastica necessitatis consideratione promotus, connivente rege, Willhelmum in Ecclesian, exsultantibus cunctis et monachis ipsius Ecclesize festive procedentibus, adduxit, ac Wentani pontificatus curam ei, sab præsentia totius multitudinis dato baculo pastorali, delegavit. Hunc igitur ita electum visum est pontificali benedictione non esse jure defraudandum. Sed bujus criminis absolutionem iis qui se sub regula D cum rex illum sine aliis sacrarii permittere nequaquam, nec Anselmus eos cum illo sacrare ullatenus acquiescere vellet, præcepit rex ut Gerarous Eboracensis simul omnes sacraret. Quod ubi præfatus Reinelmus advertit, retulit regi baculum et annulum quos se injuria suscepisse dolebat, sciens quia maledictionem pro benedictione susciperet, si tali

> rint cum solemni cæremonia eingendi milites, sive in ordinem equestrem ascribendi, late probat Seldenus ad hunc locum, docetque ex Malmesburiensi, Guilielmum Rufum, favore B. Landfranci usum, < eo quod eum ipse Laudfrancus nutrierat et militem fecerat.)

ordine benedicendus se manibus Gerardi submitte- A tiam. Quid mihi de meis cum papa? Que antecessoret. Unde rex nimis iratus cum gratia sua curiaque privavit. Gerardus itaque, sociatis sibi cunctis episcopis Augliæ, residuos duos, id est Willhelmum atque Rogerium, spreta omni æquitate, statuto die Lundoniæ voluit consecrare, Anselmo in villa quæ nou longe est, Murtclac nomine, consistente et eventum rei præstolaute. Verum episcopis ad examinationem sacrandorum pro more paratis atque disposilis, Willhelu.us, amore compunctus justitiæ, mox inhorrait, et suis omnibus spoliari quam tam infando ministerio sub tanti mysterii administratione collum inclinare delegit. Quapropter episcopi, sua confusione percussi, infecto negotio ab invicem sunt illico divisi. Ad hæc totius multitudinis quæ rei exitum spectare convenerat, clamor insonuit, una voce Willhelmum recti aniatorem, et episcopos, non episcopos, sed justiliæ præcipitatores esse concrepantis. At illi, mentis suæ raucorem ex vultus immutatione pandentes, regen adcunt, illatæ sibi contumeliæ querimoniam coram illo depromunt. / Willhelmas in medium deducitur, patrati_delicti reus accusatur, minis non levibus hinc inde concutitur. ille stat nec avelli potest a recto, et ideo suis omnibus exspoliatus eliminatur a regno. Quærit Anselmus super istis a rege judicium et justitiam nequidquam. Iterum atque iterum preces et querelas, pro qualitate negotii suggerit, sed ille nec prece nec querimonía motus cœpto desistere voluit.

Subsequenti dehinc media quadragesima fore, rex C Cantuariam venit, quædam, ut ferebantur, regni negotia Dofris eum comite Flandrice tractaturus. Noratus autem triduo Cantuarize est, et quod de comitis agebatur adventu nihil fuisse agnitum est. Aguitum vero est quare venerit, et ipsius more occasiopatuit. In illis quippe diebus per suos convenitAnselmum quatenus sua jam diutina patientia delibutus palernarum consuctudinum amplius sibi nibil derogaret, no irritatus cogeretur actu monstrare qualiter ca que contra se faciobat sibi sederent in mente. Nam, sient per cos qui secretorum illius conscii erant nonmilis innotuit, disposuerat apud se ilium aut aliquo gravi corporis dámno læsurum, aut certa inhoneste trans mare pulsurum, ac demum omnia juri Ecclesite competentia direpturum, si eum ad ex- D secutionem suse voluntatis de nota querela non reperiret omnino paratum. Quibus agnitis, ita Pater Anselmus respondit : (Nuntii quos pro verbis que detalerunt episcopi Romam direxi, jam reversi sunt. el veritati attestantes, ut ainut, litteras attulerunt. lpsz, quezo, litterze inspiciantur, si forte in illis sliquid quod me voluntati suze condescendere sinat iuveniatur. Nequaquam, ait, ambages hujusmodi ultra non feram, finalem causæ volo habere senten-

res mei hoc in regno possederunt, mea sunt. Hæc si quis auferre mihi voluerit, quod inimicus meus sit, omnis qui me diligit certissime noverit. > Tunc prxsul ad ista : c Nihil corum quæ ipsius esse scio ipsi tollo, aut tollere volo. Verumtamen noverit quod nec pro redemptione capitis mei consentiam ei de iis quæ præsens audivi in Romano coccilio prohiberi, nisi ab eadem sede interdictorum absolutionis sententia prodeat, a qua constitutionis ipsorum vinculum prodiit. > Multiplicata sunt ergo verba istius discidii, tantumque gravata ut filii Ecclesiæ magno timerent ne Patrem summ protinus perderent. Ipsos principes, quorum consiliis rex innitebatur, consideratione futurorum malorum ingemiscentes lacrymis maduisse conspeximus. Fiunt preces et orationes ab Ecclesia ad Christum, et plo gemitu interpeflatur quatenus suæ pietatis intuitu sedet instantia" mala. Hæc inter, voce submissa rex antistiti mandat et multis precibus obsecrat quatenus ipse per se-Romam ire, et quod alii nequiverant sua siti industria conctur acquirere, ne ipse perdendo suorum jura antecessorum eis vilior fiat. Sensit Pater quo have vergerent, et respondit : « Differantur hæc, si placet, usque in Pascha, ut, audito episcoporum régnique primatum consilio qui modo non adsunt, re-' spondeant huic. > Terminata in istis ea vice causa est, et abinvicem sunt in pace divisi.

· Igitur in Pascha curiam venit, regni ingenuitatem » de negotio presens consuluit, communis consilii vocem unam accepit, regnum scilicet fore illum, tantæ rei gratia, viæ laboreni debere non subierfugere. Refert : « Dum in commune vultis at eam, ego corpore licet imbecillis, senioque confinis lier aggrediar, iturus quo consulitis, prout vires concesserie. Deus, omnium Anis. Attamen, si ad apostolicum pervenire potuero, noveritis quod ipso nibil quod vel Ecclesiarum libertati, vel meze possit obviare honeststi, meo faciet vel rogata vel consilio.» Dixe runt : c Legatum suum dominus noster rex snas preces regnique negatia apostolicis anribus expositurum tecum diriget, et ta solummodo iis quæ vera dixerit attestare. » Ait : « Quod dixi dico, nec vora dicenti, Deo miserante, contradictor existem. >

Finitis itaque paschalibus festis a curia discessis Anselmus, iter Angliam excundi quantoeius acceleratus. Vulneravorat enim quodammodo mentem ejus, quod rex nec per se nec per suos, ut dixi, aud.re volebat quid litterze Roma nuper allatze continerent in se. Quod ideo illum facere quidam opinati sunt, quoniam materiam earumdem litterarum ei jam revelatam per unum illorum ques Anneimus Romam direxerat sensing intellexerunt. Formidabat ergo Ansolmus no si varbis episcoporum in litteris ipsis papa non concordaret, pro investituria Ecclesiárum,

HENSCHENH NOTÆ.

^a Annus, ut mox docetur, erat 1103, quando Pascha cadebat iu xxix Martii.

Quomodo soli nobiles dicebantur ingenui; ita:

hie, nobilitas universa, vocatur ingensitas : plura huc reducta vide apud Spelmannum in Glossario.

••

. . .

quie factor fuerant, et cliam consecrationibus quo-A iter peregisse, stque incolumen cum suis omnibus rumdam abbatum, quos ca tempestate investitos. Robertus Lincolinus episcopus et Joannes Bathioniensis sacraverant, scepe dicta excommunicationis sententia tales nonnullos involverit, a quorum communione se nequaquam, sine gravi scandalo, cohibere valeret. Litteras etenim nondum inspexerat, præcavens ne si forte, mutato consilio, rex cas inspiciendas requireret, sigilloque exclusas reperiret, aliquid haberet quod earum auctoritati objicere non injuria posset. Festinato igitur ratus est Anglia excundum, ne illic, excommunicatis communicando, aliqua excommunicationis culpa involveretur. Venimus ergo Cantuariam, ubi non ultra quatuor dies demorati, accepta sacræ benedictionis licentia a monachis dilectissimis filis suis, necne a civium B circumfluentiumque populorum numerositate. mgenti pietatis affectu prosecuti ad portum maris properavimus. Itaque naves ingressi Witsandis appulimus. Acta sunt hæc anno incarnati Verbi millesimo centesimo tertio, v Kalend. Maii. Regia igitur pace suisque omnibus investitus mare transiit, et libera via per Bononiam iter Northmanniam venlendi assampsit, quorumque nobilium terræ non vili obsequio fretus.

Cum autem Becci fuisset (ubi qua devotionis, qua dilectionis, qua gaudii et omnis boni jncunditate susceptus sit, tacco, dum id nulli possibile dictu existimem) litteras ibi prænominatas sigillo absolvit. Quid itaque in eis invenerit, textus earum quem C subscribimus declarabit.

· « Paschalis episcopus, servus servorum Dei, Anselmo Cantuariensi venerabili fratri et coepiscopo, salutem et benedictionem.

· • Suaviseimas dilectionis tuz suscepimus litteras, etc. > Vide in Paschali II.

Cum autem de Becco Carnotum in festivitate Pentecostes, utpote propositum'iter inde acturus, Anselmus venisset, accepit ab Ivone * civitatis episcopo, et a multis non spernendi consilii viris, satius fore corptum iter in aliud tempus differendum, quam Italicis ardoribus ea se tempestate cum suis tradere cruciandum. Nimis etenim fervore æstatis ita ubique, sed maxime, ut ferebatur, in Italia, tunc temporis quæque torrebat, ut incolis vix tolerabilis, peregri- D nis vero gravis et importabilis. Quod Pater intelligeus, consilio credulus Beccum revertitur. Resedit erge illic usque ad medium mensis Augusti, monachorum ædificationi indefessus invigilans. Deinde posthac, in iter Carnotum reversus est. Quid agam? Si potentum occursus, si honores, si obsequia ei delata et ultra quam recipere vellet, oblata singulatim describere manum imponerem, nimirum allis occupatos tadio nimia prolixitatis afficerem. Quapropter paucis accipiatur dictum, eum, vallante ubique divino præsidio, summa pace ac prosperitate

Romam pervenisse.

Itaque, veniente illo, Gui'lelmus quidam a rege directus Anglorum, aliquantis diebus prævenerat Romanos in causam quam agitandam sciebat, sua sollicitudine pro voto traducturus regis. Qui Willbelmus simili modo contra eundem virum ab alio rege missus Romani venerat, et quemadmodum rei gestæ series supra designat, ils quæ tunc ecclesiastica gerebantur pro viribus opem impenderat. Ubi ergo adventus Anselmi summæ sedis antistiti nuntiatus, illico mandans illum deprecatus est quatenus diem illum atque sequentem a fatigatione sui apud Sanctum Petrum quietos duceret ac demum se ipsius præsentiæ Laterapis exhiberet. Ille paternæ pietatis mandatum gratiose suspiciens parct, quodque sibi a papa Urbano, ceu supra meminimus, in palatio Lateranensi datum fuerat, die tertia hospitium subit; dein papæ præsentatus honorifice suscivitur, ac pro ejus adventu ipse, et quæ confluxerat Romana curia vehementer se lætari fatetur. Die post hoc constituto, causa propter quam illo potissiunum venerat, in medium duci jubetur. Adest et Willhelmus legationi qua fungebatur toto studio curam impendens, hoc est ut regi Henrico omnes patris et fratris sui consuctudines et usus apostolica sedis auctoritate firmaret. Exponi etiam statum regni, regiamque in Romanos munificentiam, unde ampliorí quadam et digniori præ cæteris sublimitate ex apostolica largitione reges Anglorum probat antiquitus usos, enque re non solum molestum et indecens fore huic suorum antecessorum jura perdere, verum etiam, sicut se certo cognovisse ferebat, magno Romanis hoc ipsum damno futurum si contingeret, et dum forte locum recuperandi inventuri non essent, ab eis sero lugendum. Quid plura? Ducti sunt ils atque aliis necne perducti in causam regis Romanorum nonnulli, admittendæ rationis erse conclamantes quæ ferebantur, neque vota tanti viri ulla consideratione postponenda. Inter ista silet Anselmus operiens in omnibus examen summi pontificis. Nec enim verba sua dare volebat, ut mortis homo Ecclesiæ Dei ostium fieret, ne postposito Christo qui se ostium ovitma esse pronuntial, et per quem si quis intrat salvatur, et ingreditur alque egreditur et pascua invenit (Joan. x, 9), ovile intrare volentes aliunde ascenderent, ac si non ovium pastores, sed fures fierent atque latrones (ibid., 1). Ipse nihilominus pontilicum pastor cum ad cuncta silerei, et quid aulsque diceret, prudenti consideratione examinaret, æstimans Willbelmus jamjam illum pro favore Romanorum in se nihil eorum que quærebat sibi negaturum erupit et alt : « Quidquid hine indeve dicatur, volo norint quicunque assistant dominum nieum regem Anglorum nec pro amissione regni sui passurum se perdere investituras Ecclesiarum.,

HENSCHENII NOTÆ.

· Hic est ille scriptis et virtutibus celeberrimus tvo Carnotensis, anno 1092 ordinatus et 1115 vita

functos, cujus landes l reviter collectas ex Martyrologio Carnotonsi habes apud Sammarthanos,

Tune vir apostoliens paueis hare verba locutus est : A a papa obtinuit, sieque Romanoa fines remeandi via e Si quemadmodum dicis, rex tuus nec pro regni anissione patietur Ecclesiarum donationes amittere, scias ecce, coram Deo dico, quia nec pro redemptione sui capitis eas illi aliquando Paschalis p pa impune permittet habers. » Quo auditum oppido conturbavit Willhelmum, Romanis autem dicto pontificis acclamantibus optatum in commune est quatenus ista existimatio procul ab omnibus filiis. Ecclesize fieret, apostolicam videlicet sedem nunquam facturam ostium ovilis Doi laicum quemlibet. Quapropter aligned, aiunt, regi respondeatur qued et illum ac bene agendum paulatim demulceat, et aliorum offensam principum exinde Roma non incurrat. Itaque Romanorum consilio papa nonnullos paternos usus, interdictis omnino Ecclesiarum iuvestituris, regi concessit, eumque ab excommunicatione, quam antecessorem suum fecisse superius diximus, immunem ad tempus constituit, eis duntaxat qui a manu ipsius investituras susceperant vel deinceps susciperent, usque ad dignam tanti reatus satisfactionem, pro servanda ecclesiastici disciplina rigoris, sub excommunicationis catena retentis. Regia igitur causa quæ agebatur, tali modo Roma acta determinata est. Satisfactionem sane investitorum censurze ac dispositioni Anselmi papa delegavit.

Post hee Anselmus, actis cum pontifice suis et aliorum de Christianze religionis observantis multiplicibus causis, que post principale negotium sui itineris non vilipendendæ causæ fueront, redituni suum apostolica petiit benedictione tueri. Cui papa : · Bened'etlo, quam desideras; ita te comitetur ubique sicut ipsemet optas. Et ne a liminibus pastorum E clesiæ videaris immunis abscedere, en vice illerum tils scripta, suz auctoritatis sigillo roborata, mana mstra porrigimus, et ea que continent sub illorum testimonio tibi et successoribus tuis in perpetuum confirmamus. > Datis ergo litteris, osculatus Patrem, et nos qui cum eo eramus, Deo nos commendavit ac sie in pace dimisit. Litterarum autom series hrc est.

« Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Anselmo, Cantuariensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

a. Vide m Fraternitatis tuz postulationibus, > 100 Peschali II.

Nobis itaque Roma discedentibus, Willheimus remansit, asserens sese voto constrinxisse beatum Nicolaum adire, re autem vera Romæ moraturus, et si posset, Angelmo absente, quod co præsente nequiverat, antistitem a data sententia traducturus. Quod quia nequaquam facere potuit, persuasorias litteras regi deferendas, ne nihil videretur egisse,

mutavit. Quem nos, ductu gloriosæ Mathildis = comitissæ per Alpes b enntes, cum apud Flacen iam reperissemus, tam velocem hominis cursum a beato Nicolao admirati admodum sumus. Epistolæ quam regi detulit textus hic est :

· Paschalis episcopus, servus servorum Dei, illustri et glorioso regi Anglorum, Henrico, salutem et apostolicam henedictionem.

« In litteris guas nuper ad nos, » etc. Vide in 101 Paschali.

Ac nos, una cum Willhelmo Placentinos fines deserentes, protecti gratia Dei, sani et incolumes Lug lunum usque pervenimus, acturi illic festum quod instabat Dominicæ Nativitatis. Sed cum Willbeimus festinaret, nec nobiscum Lugdunum divertire vellet. separando se a Patris comitatu, dixit ei : c Putabam Rome causam nostram alio eventu processuram, et ideirco distuli ea quæ rex dominus meus tibi dicenda mandavit hucusque propalare. Nune. autem quia, citato gressu, ad eum redire dispono, que mandat ulterius abscondere nolo. Dicit quia si sic ad cum redieris, ut talem ta illi per omnia facias quales antecessorilms suis antecessores tui se fecisso noscuntur, tunc libenti animo taum in Angliam reditum volet et amplectetur. > Cui Pater : « Ne amplius dices ? --- Provienti loquor, ait. > Hac de repibil amplius dicto. At ille : « Scio guid dicas atque. intelligo, > Divisi ergo sunt in istis ab invicom, et. Anselmus summo cum honore et gaudio a venerabili Hugone Lugdunensi archiepiscope et toto clero susceptus, in majorem coclesiam ductus est, ibique at Pater et dominus loci ab omnibus habitus. Direcuis, interea nuntiis ac litteris ad regem Angliz, gestinegolii summam ianeluit, et quid a Willielme ex parte illius acceperit, inter alia non celavit. Que. litterz sunt hz :

. « Suo reverendo domino, Henrico ragi Anglorum, Anselmus Cantuarienuis archiepiscopus, fideleservitium cum orationibus.

« Quamvis per Willhelmum de Varelwaşt cognoscatis guid Rome fecerinus, tamen good ad mepertinet breviter estendam. Romam veni, causampro qua veneram, domino papa exposui. Respondit. se pequaquam velle dissentire a statutis autocessorum suorum, et insuper præcepit miki ut nullam haberem communionem cum illis qui de manu lua investituras acceperunt Ecclesiarum post bujus probibitionis notitiam, uisi premitentiam agerent, et sine spe recuperationis quod acceperant deservent, neque com episcopis, qui tales consectarunt, nisi ad apostolicæ sedis judicium se præsentarent. Horum omnium testis esse polest predictus. Willhelmus, si vult. Qui Willhelmus, quando ab invicem discussi-

HENSCHENII NOTÆ.

D

• Hæc est celebris comitissa Mathildis, sedi apostolieæ fideliseina; cujus Vitam Italice edidit Franciscus Maria Florentinius : de qua nos sæpe egimus, et potissimum xviii Martii ad Vitam S. Anschui -

episcopi Lucensis.

b Per Alpes, ut sape alibi, mons Apenninus intelligitur.

EADMERI CANTUARIENSIS MONACHI

mus, ex vestra parte commemorans amorem et he- A detis voluntatem, utrum sic, quemadmodum dixi, nignitatem quam semper erga me habuistis, submonuit me sicut archiepiscopum vestrum ut talem 'me facerem quatenus sic intrarem in Angliam, ut sic esse possem vobiscum sicut fuit antecessor meus cum patre vestro, et vos me codem honore et libertate tractarelis qua pater vester antecessorem meum tractavit. In quibus verbis intellexi quia nisi me talem facerein, reditum meum in Angliam non velletis. De amore quidem et benignitate gratias ago. Ut antem ita sim vobiscum sicut antecessor meus fuit cum patre vestro, facere non possum, quia nec vobis homagium facere, nec accipientibus de manu vestra investituras Ecclesiarum propter prædictam prohibitionem nie audiente factam audeo communicare. Unde precor ut mihi vestram, si placet, man- B

possim in pace vestra et officii mei potestate redire in Angliam. Paratus enin: sum et vobis et populo, divina mihi dispositione commisso, officii mei servitium pro vir bus et scientia mea, servata regulari obedientia, fideliter exhibere. Quod si vobis non placnerit, puto quia, 'si quod animarum detrimentum inde contigerit, mea culpa non erit. Omnipotens Deus sic regnet in corde vestro ut vos per omnia regnetis in grafia ejus.)

His ita gestis, ipse, paucis de suis secum retentis. Lugduni resedit in summa pace et quicte propriam prædicti pontificis domum inhabitændo, nuntios suos exspectans, et ne ad horam quidem ab iis quæ Dei sunt verbo se vel actu elongans.

LIBER QUARTUS.

Igitur uni Willhelmus Angliam pervenit, et gesti negotii seriem Henrico regi exposuit, rex illico omnes redditus archiepiscopatus Cantuariensis in suos usus redigi præcepit. Cura tamen ipsorum reddimum colligendorum duobus hominibus archiepiscopi ab ipeo rege delegata est, ea videlicet ut absre credere non est consideratione, ca pietate, ut c. tanto diligentius aliis hominibus et rebus ipsius domini sui studium impenderent ne vexarentur; ne opprimerentur, ne diriperentur, quanto majori fide ac sacramento eos illi astrictos fuisse cognoscebatur. Verum sive obtemperatum tam consideratæ pietati et piæ considerationi sit ab illis, sive non sit, dum non multum mea intersit, vane scribendi operam insumerem. Veniet namque Dominus tenebrarum abscendita illuminaturus, et singulorum meriils æqua lance sna præmia retributurns. Ego, ducente Deo, cœpto narrandi calle progrediar.

Evoluto igitur post hae aliguanto tempore, venit ad nos unus ex monachis Cantuariensibus, nomine Everardus, deferens Anseimo litteras regis, in quilins idem rex plane testabatur se corum que Wil-D thelmus dixerat discedens ab Anselmo, ut præfati summs, auctorem esse, hoc est, ut Anselinus Angliout non repedarel, nisi omnes patris ac fratris sui consustudines se illi servaturum primo promitteret. Quod dum Anselmus facere noluit, suis spoliatus Lugduni remansit, degens circa sæpe nominatum venerabilem Hugonem ipsius civitatis antistitem, anno integro et mensibus quatuor. Quæ autem mala ex hoc diutino exsilio ejus per Angliam quaque emerserint, vel cujusmodi studio illius ipsum exsilium, multi reditum illius desiderantes. eaque re minus rei ipsius veritatem considerantes, ascripserint, melins puto liquebit, si aliqua ex iis quæ illi a religiosis viris ac Deum amamibus scri-

pto mandata sunt, huje operi paucis infigo. Scribit itaque ei quidam servus Dei sic.

« Domino venerabili, et sancto Patri Anselmo. Cantuariensi archiepiscopo, illius devotissimus, et omnis familiæ Domini famulus, in Domino salutem.

« Considerata loci nostri et sensus inopia, merito decrevisse potuerim, Pater sancte, ne verhis simplicioris ingenii semel vel iterum impedirem sudium sanctæ mentis tuæ, in quo religionis insigne refulget, et quidam spiendet virtutis comes, nilor sapientize. Attamen extollit me, etiam supra me, tranquilla et beata gratia opinionis tuze, quatenus tibi qualiscunque est dirigatur serme noster, non ut te doceam qui vix humana indiges doctrina, sed ut tecum nostrum et tuum reminiscar dolorem. la cajus nostri sermonis exordio eo pacto convesire postulo cum reverentia tua, ut liceat mihi interim vindicare dulciores partes pie objurgantis, non amaras fraudes adulantis. Sanetitatem quippe tuam nosse velim quod animos nostros, quorum in te af-. fectus idem est, immoderatior tristitia absorbeat de

absentia tua qui, ni fallor, utilius nostro adesses periculo, ut saltem te consortem filiorum discriminis exhiberes, quam nostræ quodammodo et Ecclesiæ oblitus injuriæ absens permittas nos turbari ab. hostibus impuris et crudelibus, qui nec pudicitie parcant, nec saluti. Ego plane te, Pater sancie, co ipso infelicem arbitror. Nam qui eras sancise spei fiducia in tuos, si nunc urgeri Augliani tam inopinato hosto pigeret, quantum ingemisceres, quantum affectares succurrere, vel subire nobiscum nova acerbitatum genera? Sponte tua, nullo penitus.. cogente ereptus es periculis nostris, fortasse ne sentires quæ nos perpeti, et quod gravius est, spectare cogimur, sublimari ad sacros ordines quosdam de curialibus quibus nec canonica clectio, nec justitia

consentil. Quaniam dubium non est, si costem A adversus hostes nostros jam penetralibus insistentes verus Ecclesize ostiarius, qui Christus est, in sacra jara admitteret, neque posse perpetrari quæ quotidie cernimus in provincia nostra, principum injustam et immitem tyrannidem, rapinas pauperum, damna ecclesiarum, adeo ut locus corporis et sangninis Domini libertatem amittat. Gemere viduas. flere senes incommoda sua, eo quod eripiatur eis satis angusta, quam vix merentur, victus sui portio. Rapi virgines, et illicito incestari concubitu; quodque omnium primum malum est, ad dedecus honestatis nostra, sacerdotes uxores ducere. Et exceptis his, alia perplura flagitia quæ nefas est vel impossibile meminisse aut retulisse. Quod si dispensationis ecclesiasticæ regulam et antiquæ consuetudinis ordinem sollicita studuisses consideratione pen-B sare, nec tibi jaliqua exsulandi causa subriperet, nec alii occasione tux absentice tam grave discrimen incurrerent. Itane putas inimicorum Dei contumaciam inflectere, qui nec Deo crederent, nec veritati nisi inviti locum præberent? Qua vero ratione ad hoc paternitas tua aspiret, ignoro. Qui enim regendam navim suscepit, tanto amplius necesse est vigilet, quanto amplius procellas timet. Sed tune fortassis pro sola voluntate invidentium fugisse pudebit, cu.n videris ante tribunal Christi ducentes choros animarum illos fortissimos divini gregis arietes, quibus nec lupus nocuit, nec alicujus terror in fugam vertit. Quam beats erit tune memoria inter cæteros illius sanctissimi Patris nostri Ambrosii qui, sicut narrat ecclesiastica Historia, non erubuit Theodosio imperatori in faciem restitisse, et pro reatu suo limina ecclesiæ illi denegasse. Quid non impetraret talis affectus, et tauta constantia? Etiam, Pater sancte, si quispiam incarceratum et afflictum evisceraret, hoc modo recessisse non debueras. Quanto magis cum nihil horum expertus fucris, nec sedes tua tibi negata sit, sed pro uno verbo cujusdam Willhelmi fugere decrevisti, et relicto hoste, dilacerandas implis oves tuas dimisisti. Pudet ergo quod evenit recolere, quoniam omnes illi, vel pene omnes quos Ecclesiarum præsens ærumna exspectabat ad suæ necessitatis solatium, occasione timoris accepta, magis elegerunt tecum succumbere quam frustra sine te resistere. D Quid enim facerent quibus Pater decrat, et quibus caput non suppetebat. Proinde admonenda est sanctitas tua, non erudienda, ut matures adventum sanctæ matris Ecclesiæ, depellas opprobrium, et

· Gualo seu Galo, ex Bellovacensi episcopo, faens Parisiensis anno 1105. Consule Sammarthanos. Cæterum luec supra late relata sunt in Vita S. Anselmi, et omnia simul deduximus 18 Januarii ad Vitam S. Priscæ.

Fuit hic annus haud dubie 1105, quando nulla alibi illius concilii Lateranensis mentio, nisi apud auctorem Chronici S. Petri Vivi Sinonensis', idque ad annum 1109 his verbis : c Hoc anno in Lateran. ecclesia, præsidente D. Paschali II, indictione tertia, Nonis Martii factum est concilium : > ubi si in

festinum prætendas auxilium. Licet adhuc morbum ejicere, dum in superficie vulnus videtur apertum. Scio namque, si ad sedem tuam redire velis, in promptu multos, 'ut alunt, reperies qui tecum partes Dei viriliter defendant, nisi enervaverit eos tuz paternitatis defectus. Si Angliam, uti audivimus, suspendere vel excommunicare volueris, quid ego fratresque nostri faciemus qui semper tibi obedire præsto fuimus, remandare quæso digneris. Valc. >

Cum igitur hæc et nonnulla istis deteriora, exsulante Anselmo, per Angliam fierent, et quidam, malorum magnitudine afflicti, regi insisterent ut ipsum, scilicet patrice Patrem, qui ea corrigeret revocaret, ipse, tam religiositate viri inductus quam et immanium malorum exuberatione animo consternatus, fieri quidem de reditu viri, quod petebatur, se libenter velle fatebatur, sic tamen ut paternarum consuetudinum nibil sibi ab eo ulterius derogari ulla ratione pateretur. Unde nobis adhuc Lugduni degentibas nuntii Romam ab ipso rege directi sunt, qui modis omnibus elaborarent apostolicum ad hoc deducere ut Anselmum Angliam redire et regiæ voluntati juberet in cunctis subdi et obedire. Ad qnod dum minime illum flectere possent, sicut venerunt, infecto negotio reversi sunt.

In diebus illis Gualo • episcopus Parisiacensis de Roma veniens ad nos, reliquias corporis beate martyris Priscæ sibi Romæ datas attulit, et inde mihi in præsentia Patris Anselmi partem aliquantulam dedit. Quæ pars dum adınodum parva mihi visa fuisset, rogantem me ut donum antistes augeret, Anselmus compescuit, dicens sufficere quod habebam. « Cum enim, inquiens, os ipsum de corpore illius sit, donec co caruerit, integritatem sui non habehit. Quapropter si illud digne servaveris, et dominæ cujus est qua potes devotione in illo scrvieris, lam gratanter officii tui munus accipiet quam si toti corpori ejus deservires. > Acquievi dicto, et quod acceperam diligenti custodia servo. In secundo autem anno b adventus nostri a Ronia Lugdunum, ipse papa coacto Lateranis generali concilio, comitem de Mellento, cujus sæpe superius habita est mentio, et complices ejus qui regem ad investituræ flagitium sicut dicebatur impellebant. necne illos qui ab eo investiti fuerant, a liminibus sanctæ Ecclesiæ judicio Spiritus sancti repulit, et hoc ipsum per epistolam quam cece supponimus Auselmo sub celeritate innotuit :

HENSCHENII NOTÆ.

numero indictionis errorem irrepsisse credas, qui scriptori imposuerit ita ut pro tertia legatur decima tertia, hic annus 1105 habebitur : quo etiam abno Sabellicus et Antoninus scribunt coactum concilium 540 episcoporum, sed Florentize, quuil non facile credimus; multo minus errorem de jam tum nato Antichristo, qui ibi damnatus dicitur, fuisse Fluentii episcopi Florentini, qui nullas unquam Florentice fuit, vivente et præsidente tum adhuc Rainerio, enjus alibi facta montio.

449

430

e Paschalis episcopus, servos servorum Dei, vene- A samque pene totam sum ditioni subegerat. Potestas rabili fratri Cantuariensi archiepiscopo Anselmo, salutem et apostolicam benedictionem.

c De illata tibi injuria, » etc. Vide in Paschali. Hanc igitur epistolam postquam Anselmus suscepit, inspexit, intellexit se amplius frustra Lugduni Romanam opem præstolari, præsertim cum jam sæpenumero ipsi Romanæ sedis antistiti legatos et litteras de sui negotii consummatione transmiserit. et co usque nihil nisi quamdam quasi consolatoriæ exspectationis promissionem de termino in terminnm ab eo meruerit. Tertio quoque litteras suas regi Angliæ pro suarum rerum resaisitione direxerat, nec aliquid ab eo, nisi quod blandientem sibi dilationem ingereret, responsi acceperat. Consulto Itaque venerabili præfato Lugdunensis civitatis epi- B scopo Lugduno Franciam petiturus decessit, mœrente super hoc pontifice ipso et omni populo terræ.

Cum ergo Cluniacum ad Charitatem *, quæ cella Cluniacensis comobil est, venissemus, didicit Anselmus comitissam Bleisensem, majoris Willhelmi regis filiam, nomine Adalam b, apud castrum summ Bleisum e infirmari. Vertit itaque iter quo se Remis ire (sicut a Manasse d ipsius urbis antistite multis erat et obnixis precibus per internuntios interpellatus) disposuerat, et Bleisum abiit ad comitissam, omnem cujuslibet vituperii notam pro suo more ubique devitans. Ipsa siguidem comitissa in pluribus ei tam in hoc quam et in alio exsilio ejus magnifica liberalitate ministraverat, eumque sicut virum sanctum ac religiosum vitæ suæ, post Deum, institutorem elegerat atque tutorem. Si itaque illam extrema, ut dicebatur, agentem paterna præsentia non visitaret, notam justæ reprehensionis non evaderet. Igilur ubi ad illam venimus, camque languore sopito ferme convaluisse invenimus, detenti ab ea in ipso castro per aliquot dies decentissime sumus. In quibus diebus cum verba sæpe inter se conservent antistes et illa, antistes illam pro suo officio studiose ad bene agendum instigando, illa antistitem pro vitæ suæ qualitatibus, ut Patrem, quæ inquirenda esse sciebat interrogando, Anselmus comitissæ causam reditus sui Franciam ab ea Inquisitus innotuit, et quia fratrem ipsius Henricum, videlicet regem Anglorum, pro injuria, quam Dco, sibique jam per biennium et ultra fecerat, excommunicare venjebat non celavit. Quod illa audiens fraternæ damnationi vehementer indoluit, ac ut illum potius pontifici concordaret operam dare disposuit. Egit ergo apud virum ut Carnotum secum pergerel.

Ego tempore ipse rex in Northmannia erat, ip-

HENSCHENH NOTÆ.

* In Bibliotheca Cluniac. col. 1711, nominatur prioratus S. Maria Charitatis ad Ligerum Antissiodorensis diescesis, a Gaudrido episcopo oblatus Hu. goni Chuniacensi.

» Quanta jam pridem familiaritas inter Adalam et Anselmum intercesserit : ex epistola disce Ansehni ad Adaiam, quæ est ultima libri i.

nempe Roberti Northmannorum comitis, fratris scilicet ejusdem regis, ita cunctis ea tempestate viluerat ut vix ullus pro eo quidquam facere vellet quod pro terræ priacipe quaque gentium fieri solet. Pium etenim cor et terrenarum rerum minima cupido, quæ in eo juxta vigebant, hoc ei pepererant. Omnes igitur ferme Northmannorum majores illico ad regis adventum, spreto cossite donsino suo, et fidem quam ei debehant postponentes, in aurum et argentum regis cucurrerunt, eique civitates, castra et urbes tradiderant.

Cum itaque rex per legatos comitisse Anselmi adventum, et quamobrem relicta Burgundia Franciam venerit accepisset, qualiter animum viri a proposita intentione deflectere posset perquisivit. Inito igitur cum suis consilio, per nuntios deprecatus est comitissam quatenus ad loquendum sibi virum Northmanniam duceret, pollicens as in multis de querela pristina voluntati ejus, pacis gratia, condescensurum. Quid plura ? Statuto termino archiepiscopus et comitisea in castrum, quod Aquila . vocatur, pro colloquio regis, uti petiverat, una venerunt, et regen vehementi gaudio pro adventu Anselmi exsultare, ac non parum a pristina feritate descendisse repererunt. Beinde, habito inter eos colloquio, Anselmum rex de redditibus sui pontificatus revestivit, et in pristinam amicitiam ulriaque recepti sunt. Quibusdam igitur ad hoc sollicite operam dantibus ut antistes statim Angliam remearet rex annuit, sic tamen ut nulli corum qui a se investituras Ecclesiarum susceperant vel eos consecraverant, suam in aliquo communionem sul traheret. Cui conditioni Anselmus minime acquiesceus (obedientiam videlicet papæ in nullo præteraredi volens) extra Angliam manere delegit, conec ilii qui ad ipsum negotium et quædam alia, de quibus inter cos illa vice convenire non poterat, determinanda, ex condicto Romam mittendi erant reversi fuissent. Hæc autem inter ipsos acta sunt anno tertio exitus nostri de Anglia, xi Kalend. Augusti.

Pro magna itaque exsultatione quam ex hac reconciliatione Auselmi rex concepit apud se, videres illum, quandiu in przefato castro morabamur, non facile pati ad so venire Anselmum, sed quoties crat aliquid inter illos agendum semper ipsum ire ad Anselmum, Jam enim multis in locis per Angliam, Franciam alque Northmanniam fama vulgaverat regem ipsum ab Anselmo proxime excommunicandum, et ideirco el, utpote potestati non adeo amata, multa mala struebantur, que illi a tanto viro excommunicato efficacius inferenda putabantur. Quod

e Bleisum vulgo Blois, inter Aurelianum et Turonas, ad prædictum Ligerim.

^d Manasses H is fuit, Rends electus anno 1096, ct 1107 defunctus.

Aquila, vulgo l'Aigle, oppidum Norbtmanniz ad Riellum fluv, inter Mortaniam et Sagium.

Be sciens version a se viri sententiam magnifice A bendere audeat aut emendare contendat ? Et si veriletabatur. Denique omne malum quod eum exspectabat, averso Auselmo, ab co versum est reverso in amicitiam ejus Anselmo. Itaque ut homo citius in episcopatum suum ad suorum exsultationem ac totius patrize revelationem (rediret, (pollicitus est rex ita se nuntios suos Romam destinaturum ut in proxima Nativitate Christi curize suze Anselmus in Anglia posset adesse. Misit super hæc in Angliam litteras, præcipiens, ut omnes res et homines Anselmi, abicunque essent, in pace essent et quiete, nee ullus cos gravaret aut implacitaret, sed, ab omni debito liberi, que tenebánt cum honore tenerent, ac in canctis ad nutum Anselmi jussionemque. penderent. Hoc ergo dum hominibus ad archiepiscopatum pertinentibus innotuissent, mox quoddam quasi insperatum jubar solis illi emicuit, quod illos a pristinæ oppressionis immanitate et tenebris non modicum ejecit.

Cum posthac Anselmus Beccense comobium, et rex Angliam remeasset, ortis quibusdam occasiunculis, legati, qui Romam mitti debuerunt, dia ultra statutum terminum morati sunt. Unde veheméns admiratio multorum corda concussit, arbitrantium tantam de reditu viri dilationem diaboli esse seductionem, et aperte videntium immanem totius Christianitatis in Anglia esse destructionem. Quod melius, ut puto, liquebit, si quædam scripta de his oux ad nosin hac mora a quodam non contemnenda auctoritatis viro transmissa sunt brevi subinferam. C iverat, et, majori quam litteris queat exponi, honore Scribit staque inter alia sic.

c Charissime Pater et domine, quamvis optime scialis quid facere debestis et quid facere velitis, videtur tamen omni fere homini sano sensu sapienti omnino nibil aliud esse id quod inter vos et regen sub tam morosa exspectatione agitur nisi diabolicæ fraudis illusio et illadens dilutio, et, ut manifestius dicam, totins Auglorum Ecclesise, ac religionis ac legis Christianz quotidiana diminutio et summa destructio. Ecclesiarum namquo que tam diu manent pastoribus viduate possessiones diripiuntar. Ordo sanctæ religionis in eis neglectus annihilatur. Legis Christiauz rectores non jam rectores, sed præcipitatores, ac juxta regiæ voluntatis arbitrium et suum libitum, pene omnis justitiz sunt effocti D Roman dirigo, thi expediet. Te supplex igitur desubversores. De clericis quid dicam, qui circiter omnes revoluti sunt ad iniquitatem pristinam? Quid de laicis? losi quippe, sed principes maxime, vix nisi ex propria parentela conjuges sibi accipiunt, clam desponsant, desponsatas contra legem ecclesignificam scienter tenent et sibi defendunt. De Sodomitis vero, quos ipse in magno concilio usque ad poenitentiam et confessionem excommunicastis, et de crinitis, quos in Paschali postmodum solemnitate pontificali stola redimitus coram universo populo a liminibus sanctæ Ecclesiæ removistis, quid dicendum, cum, ut deberetis, non subvenitis, nec vel unus in toto regno existat, qui hæc et alia multa. Deo et omni servo Dei contraria, vice nostra repre-

tatem vultis audire, fateoromnia hac multo deterins fieri quam possint scripto edici in tantum ut ipse etiam rex testetur nunquam tantæ fortitudinis nequitiam in patria ista fuisse, sicut modo est. Hae autem omnia procul dubio vos solum respiciunt et vestræ sanctitati imputantur. .Videte igitur et intendite oneri quod suscepistis, et cui curam ejus vestri loco di ponendam commisistis, quando vos, qui talibus obviare constituti estis, pro nihilo tam diu regno in quo exercentur abestis. Considerate quoque, si vobis placet, si cor vestrum ita soli Des vacat et si in tanta securitale vestri jam conservamini ut talibus animarum miseriis alia vigilantia n condescendere non debeatis. Scio equidem et bene scio vos optime scire quid est quod facitis, sed ipsum scire vestrum perparum prodest nobis. Fructum ctenim communi utilitate ex tam diaturno negotio vestro nullum adhuc procedere videmus; mala autem solius vestri occasione in Ecclesia et populo Del undique succrescere omni die conspicimus. »

Et hæc quidem ille vir tot mala exosus scripsit, autumans Auselmum non nisi propria voluntate ab Ingressu Angliæ remorari. Sed revera rex Henrieus nullo eum pacto ingredi patiebatur, nisi postposita, ut supra meminimus, obedientia papæ, episcopis et abhatibus excommunicatis communicaret. Attamen Anselmo Remis consistente (illuc enim obnixis precibus antistitls et cauonicorum ipsius loci devictus festivoque occursu omnium id loci degentium susceplus, circa pontificem Manassen magna et officiosa charitate detentus, per plures dies ibi morabatur) misli el epistolam unam idem rez, quam ecce supponimus.

c Reverendissimo et amantissimo Patri Anselmo, Cantuariensi archiepiscopo, Henricus, Dei gratia, rex Anglorum, salutem et totius bonze voluntatis affectum.

« Venerabilis Pater, non tihi displicent quod corum iter, quos Romam ad negotium meum peragendum, dirigere decrevi, tandiu detinuit. Quod mox, at Willhelmus de Warelwast ad te perveneril, quem ad hoc negotiun: peragendum, sicul decrevimus. precor, et devotus exoro, ati enm eodem Willhelmo Balduinum de Tornaio Romam dirigas ad nostram rem tractandam, et Deo volente finiendam. Vale. » Ad hanc scripsit Anselmus epistolam hanc :

« Suo charissimo domino Henrico glorioso regi Anglorum, Anselmus archiepiscopus Cantuariæ,

fidele servitium cum orationibus. « Quod vestra magnitudo me in suis litteris tam houorifice tanto bonze voluntatis affectu salutat, gratias magnas ago, sicut debeo. Quod autem tam suppliciter me rogatis ut non mihi displiceat quod legatus vester Romam mittendus tantum moratur, utique vestram precem, quantum in me est, conteinnere non debeo, sed causa magis Dei est quam

ment; unde corde fideli el benigno animo vobis dice A meun cum ejus legalo mittore volebant, ne milli quo I tacere non debeo. Mihi quidem aliquid displicere, nisi cum propter Denn displicet, non est magrum, sed displicere Deo aliquid, nullatenus est contemmendum. Utique non parum displicet Den episcopum spoliari rebus suis, quod jam gratia Dei vobis inspirante correxistis; sed episcopum segregari a suo officio et Ecclesiam a suo episcopo, sine cause quam Bous approbet, nimis grave judicat. Expedit itaque anima vestra quatenus salagatis at ego, qualiscunque sim episcopus, Ecclesiz, quam Deus regiæ vestræ potestati custodiendam commendavit, et regné vestro in pace vestra celerius restituar, et mihi opportunitas utendi secondum possibilitatem meam, officio pro quo ibi posítus sum dutius non impediator. Valde quoque mili timendum est ne Deo displiceat et me dominus papa juste reprehendat, quia, postquam vos et ego simul convenimus apud castrum, quod vocatur Aquila, in tam longo tempore non illi misi legatum nostrum, per quem quid de tanta re inter nos factum et quid peragendum sit cognoscerct; et ego ejus consilium et jussionem acciperem. Quapropter periculosum est mihi din exspectare vestrum legatum, quem ante proximam Nativitatem Domini, sicut in verbis vestris intellexi, Roman rediturum speravi, præsertin cum nescio quo consilio quave ratione nullum terminum modo mihi constituitis. Quoniam igitur plus mihi debet esse de hoc quod ego Ecclesiæ mihi commissae præsens esse nequeo quam de ulla c terrena possessione, precor nt mihi aliquem proximam terminum nominetis per litteras vestras quando possim legatum vestrum Romam iturum exspeciare, quia ego non audeo differre, ut multima dicam, ultra proximam Nativitatem Domini, quip menm legatum mittam. >

Scripsit quoque sæpe memorato Roherto comità de Mellento tunc temporis in hunc-modum, utpote illi cujus consilio cuncta negotia sua rex fpse disponebat.

« Anselmus archiepiscopus, domino et amico Roberto comiti de Mellento, salutem.

· Vos scitis quia, quando rex et ego convenimus apud castrum Aquilæ, dictum fuit quod rex mitteret legatum suum Romam pro iis in quibus concordare D non poteramus nisi per dominum papam. Quod intellexi ut its fleret quatenus ante proximam Nativitatem Domini legatus rediret. Videtis autem quia dominus meus rex hoc quod tune dixit facere moratur. Sed hoc solum mandat mihi qui legatiun

displicent quin suus Lantum moratur, nullum mili constituons terminum, quando venturus est, Unde quidam opiuantur et: dicust quod rex nos multum curat festimare ut ego redeam in Angliana, et Ecclesia Dei, guam, Dous illi custo licudam commendavit, une jam fore per tres annos desolata est, suo vivo pastore ejus reditu et præsentia consoletur, et pro consilio anima sua , quo din private est , in illis qui hoc amant et desiderant lætificetur. Quapropter dico voltis quia valde timco ne ipse super ac provocet iram Dei, et super eos quorum consilio differt zam necessariæ rei, lam rationabili soccurrere, cum ad illum hoc pertinent et facere possit ut nibil perdat de ils quæ secundans Denni ad segiam pertinent potestatem. Sieut amious, et sieut mchiepiscopus, qualiscunque sinn, consulo illi et ils qui circa illum sunt, ut non plus studeant satisfacere voluntati suze quam voluntati Dei, quia Deus aliquando satisfaciet voluntati suz contra voluntatem illorum qui hec facinut. Consulite ergo illi et robia, priusquam Deus ostendat iram suam quam adhec suspendit, exspectans-ut humilionimi ad voluntation suam. Dens dirigat cum et consiliarios ejus ad vo rum honorem, et ad voram a i.itstem ejus. >

"Hæc iddirco ita describinus ut quicanque ista legit vel amit plane intelligat cui mala, que in Anglia exsulante Anselmo facta sunt, meranive exsilii ejus potissimum ascribere debeat.

· Haque posthae missi sunt Romann, ex parte quidem Anselmi, Baldwinus monachus, vir wägne sanctæ libertatis Ecclesiæ et onmis boni non fictus amator; et ex regis, Willhelmus sape superins memoratus, pro libertate Ecclesiae sicut solebat acturus. Quas vero quantasve oppressiones inter hæc tota Anglia oppressa sit, difficile dictu esse scio. Rex enim ipse a Northmannia digressus, quia cam totam co quo supradiximus modo sibi subjugare nequiverat, teversus in Angliam est, ut copiosiori pecunia fretus rediens, quod residuum erat, exhæredato fratre suo, sibi subjiceret. In cujus pecuniæ collectione nullus in collectoribus pietatis aut misericordiæ respectus fuil, sed crudelis exactio super omnes, ut nobis qui inde veniebant testabantur. desævit. Denique videres, sicut alebant eos guidein qui non habebant quid darent, aut a suis domunculis pelli, aut avulsis asportatisque ostiis domorum a penitus diripiendos exponi, aut ablata vili supellectile in summam penuriam redigi, aut certé aliis miscrabilibus modis affligi et cruciari. ^b In ees

HENSCHENH NOTÆ.

* Simile quid olim in Belgio usurpatum testatur præsens adhue usus in fosderatis provinciis, nt qui indictam publicitus contributionem pecuniarum nou statim exhibet, saltem monitus, ejus ostium a cardinibus revulsum apparitores auferant, ncc nisi pecunia vel cautione præstita restituatur.

b Id est, crimina enormia, et quasi foris seu extra omnem justiliam aut excusationem facta. Gallis forfait : de qua voce et quibusdam hinc ductis multa Spelmannus in Glossario, et alii plures : sed etymi rationem nullus attingit. Mox infra dicitur foris/actura, pecuniaria multa pro forisfacto exactá.

gitala quædam foris facta, objicichantur, et sic com adversus regem terræ defendendi se placitum ingredi non audebant, ablatis rebus suls in gravem ærumnam dejiciebantur. Sed hæc ab aliquibus levia dictu fortassis æstimabuntur, eo quod ista non solum sub rege Henrico, sed et horum similia multa facta fuerunt sub fratre ejus, ut de patre taceam, rege Willbelmo. Attamen ista illis graviora et intolerabiliora visa sunt, quoniam multo minus solito quod jam spollatis et exhaustis auferretur invenie. batur. Ad bæc. In concilio Lundoniensi societas molierum, ut in superioribus diximus, omnibus preshyteris et canonicis Angliæ interdicta erat, ipsumque interdictum, Auselmo exsulante, retentis vel corte resumptis mulieribus, a pluribus corum B liam Simonis (ibid., 3-5). Hi tocum przeliabuntur violatum fuerat. Hoc ergo peccatum rex impunitum esse non sustinens, suos ministros cos implacitare, el pecunias corum pro hujus peccati explatione præcepit accipere. Sed ubi perplures corum ab illa transgressione sunt immunes reperti, pecunia, quæ ad opus principis guærebatur, minorem guam exactores sperare poterant copiam administrabat. Quapropter mutata, imo super innocentes cum nocentibus sententia versa, omnes Ecclesiæ quæ parochias habebant sub debito positæ sunt, et unaquæque, indicta pecuniæ quantitate, per personam quæ in en Deo serviebat redimi jussa est. Erat ergo miseriam videre. Com enim exactionis istins tempestas ferveret, et nonnulii, quid vel darent non habentes vel rem inauditam exsecrati nihil pro tali causa dare vo- C suis et coepiscopis quorum littoras suscepit, sale- . lentes, contumeliose raperentur, incarcerarentur, cruciarentur, contigit regem ipsum Lundoniam venire. Adunati ergo, ut dicitur, ferme ducenti presbyteri, induti albis et sacerdotalibus stolis, regi ad palatium suum cunti nudis pedibus occurrerunt, una voce misereri implorantes. At ille forte, nt fit, ad multa divisus, nulla ad proces corum miseratione permotus est, vel saltem quavis cos, sicut homines omnis religionis expertes, responsi honestate diguatus, suis obtutibus festine abigi præcepit. Qui confusione super confusionem induti, reginam adeunt, et interventricem flagitant. Illa, ut fertur, pietate mota in lacrymas solvitur, sed, timore constricta, ab interventione arcetur. Ferebantur eo tempore n plura his in hujusmodi per Angliam acta. Sed nos brevitati studentes, pauca quæ dicta sunt pro intentione præzentis opusculi sufficere posse puta-101118

Attamén dicendum quod eo usque mala super Angliam ipsis dichus inundaverunt ut ipsi episcopi, qui semper libertatem Ecclesia et Anselmum eamdem libertatem sublevare tuerique nitentem, ut ex superioribus intelligi potest, cum principe deprimere nisi sunt, tantorum malorum immensitate compulsi, mandata Anselmo cum epistola dirigerent', et opem subventionis ejus proponi deposcerent, seque illum. amodo secutoros in Dei rebus, ut Patrem, promitterent. Sed hæc, ut opinor, melius liquebunt, si

autem qui videbantur aliquid habere nova et exco- A epistola ipsa subscribstur quam ei miserunt. Est igitur hæc :

> « Patri dilectissimo Anselmo, Cantuariensi archiepiscopo, Gerardus Eboracensis archiepiscopus, et Robertus Cestrencis, et Herbertus Norwicensis. et Radulphus Cicestrensis, et Samson Wigorniensis episcopi, et Willhelmus Wintoniensis electus, salatem.

« Sustinuimus pacem, et ipsa longius recessit, quæsivimus bona, et invaluit turbatio. Viæ Sion lugent (Thren. 1, 4), quia eas conculcant incircumcisi. Templum mæret, quia intra Sancta sanctorum et ad ipsam aram irrupernat laici. Exsurge, at olim senex ille Mathathias (I Mack. 11, 1). Habes in filiis tuis virtutem Jodæ, strenuitatem Jonathæ, prodenprælium Domini, et, si ante nos appositus fueris ad patres tuos, de manu tua suscipiemus hæreditatem laboris tul. Sed jam non est tihi pigritandum. Ut quid enim peregrinaris, et oves tuæ sine pastore percunt? Jam apud Deum nulla tibi remanet excusatio. Te enim non solum subsequi, sed et præire, si jusseris, parati sumus. Veni ergo ad nos, veni cito, vel nos aut ex nobis aliquos ad te venire jube, ne dum sejuncti a te sumus in sinistram te partem inclinent corum consilia qui sua quærunt. Nos enim jam in hac causa non quæ nostra, sed quæ Dei sunt quærimus. »

Rescriptum Anselmi au eos :

« Anselmus archiepiscopus Cantuariensis, amicis tem.

. « Condoleo et mente compatior tribulationibus quas vos et Ecclesia Angliæ sustinetis, sed ad præsens, secundum meam et vestram voluntatem, subvenire nequeo, quia nondum quid, et quantum confidere possim sum certus, donce per legatos nestros, quos in proximos Roma redituros exspecto, quid apud dominum papam effectrint cognoscam. Bonum tamen est et gratum mihi quia tandem cognoscitis ad quid vos perduxit, ut mitius dicam, vestra patientia, et quia promittitis mihi auxilium vestrum. non in mea, sed in Dei causa, et invitatis me non pigriter venire ad vos. Quamvis enim hoc modo facere non possim, quia rex non vult me esse in Anglia adhne, nisi discordem a jussione papæ et ejus concordem voluntati, et ego nondum certus sim quid possim, sicut dixi, tamen gaudeo pro vestra bona, voluntate, et episcopali constantia quam promittitis, et exhortatione quam mihi facitis. Ut autem aliquos ex vobis ad me venire faciam, sicut poscitis, ne, dum sejuncti sumus ab invicem, pervertant consiliom meuns qui sua querunt, ad presens non opinor oportere. Spero enim in Deo quia aullus cor meam a veritate, in quantum cognoscam, poterit avertere, et quia in proximo Deus mihi quid facere queam ostendet, et ego quam citins potero vob's notificabo. Quid autem vobis interim faciendum sit, prudentia vestra satis intelligit, sed tamen dico quia ego, in

PATROL. CLIX.

quantum sperando in Deo conscientiam meam sen- A sum episcopus pro spiritali cura quam pro terrena tio, pro redimenda vita mea non præberem assensum, neque ministrum aut exsecutorem ejus mali me facerem quod audio noviter super Ecclesias Angliæ promulgari. Valete.)

Inter hæc crebris de Anglia nuntiis Northmanniam venientibus, id quod de presbyteris Angliæ rex faciebat nimis divulgabatur, et non solum hos qui infamia ejus, verum et eos qui laude illius pascebantur, in odium et vituperium cjus adducebat. At Anselmus, tam malam famam de rege non ferens eumque a tanta injuria revocare desiderans, scripsit ei de negotio semel et iterum, totiesque responsi ejus scripta recepit. Quæ scripta eo quo missa sunt ordine subter adnotanda putavit, ratus ea futuris temporibus, exempli gratia, profutura, si altiori consilio Deus non sedaverit in regno Anglorum quæ sub oculis ejus hodie fiunt maxima mala. In quo tamen ab ils qui ista legunt vel audiunt petitum iri optamus, ne nobis succenseant quod scribendis epistolis tantum occupamur. Negotii enim, quod manu versamus, quædam et magna pars est, nec totum alicujus rei, ignotis partibus ejus, sciri potest. Ipsarum igitur epistolarum textus hic est :

· Henrico suo charissimo domino, gratia Dei, regi Anglorum, Anselmus archiepiscopus Cantuariæ, fideles orationes cum fideli servitio.

Ad me pertinet, si audio quod faciatis aliquid quod animæ vestræ non expediat, ut hoc vobis non taceam, ne, quod avertat, Deus irascatur et vohis, si facitis quod illi non placeat, et mihi pro taciturnitate mea. Audio quod vestra excellentia vindictam exercet super preshyteros Angliæ et foris facturam exigit ab eis qui non servaverunt præceptum concilii, quod ego cum vestro favore tenui apud Lundoniam cum aliis episcopis et religiosis personis. Quod hactenus inauditum et inusitatum est in Ecclesia Dei de ullo rege et de aliquo principe. Non enim pertinet, secundum legem Dei, hujusmodi culpam vindicare, nisi ad singulos episcopos per suas parochias; aut, si et ipsi episcopi in hoc negligentes fuerint, ad archiepiscopum et primatem. Precor igitur vos sicut charissimum dominum cujus animam diligo plus quam præsentem vitam corporis mei, et consulo sicut vere fidelis corpori et animæ vestræ, D scopali jam olim Willhelmus archiepiscopus Rothone vos contra ecclesiasticam consuetudinem in tam grave peccatum mittatis, et, si jam incoepistis, ut omnino desistatis. Dico enim vobis quod valde timere debetis quod pecunia taliter accepta, ut taceam quantum noceat animæ, non tamon, cum expendetur, adjuvabit terrena negolia quantum postea perturbabit. Denique vos scitis quia me in Northmannia in pacem vestram suscepistis, et de archiepiscopatu meo me resaisistis, et quod cura et vind cta talis offense, maxime pertinet ad archiepiscopatum, quoniam plus

· Blasphemare pro increpare, reprehendere, detrahere sæpe dictum invenias apud medil ævi scriptores : hinc per contractionem, quæ vocem hanc, alias Deum divosque spectantem, ad humanas contume-

possessione. Omnipoteus Deus sie et in hoe, et in aliis actibus vestris dirigat cor vestrum secundum voluntatem suam, ut post hanc vitam perducat vos ad gloriam suam. Amen.)

« Henricus, Dei gratia, rex Anglorum, Anselmo archiepiscopo Cantuariæ, salutem.

« In die sancti Gregorii apud Tenebrigge mibi fuerunt delatæ litteræ repostæ in tuo sigillo. Et per eas mibi mandasti talia unde multum miror quia quod feci credo me per te fecisse. Et in die Ascensionis Domini habebo omnes barones meos mecum congregatos, et per consilium eorum ita convenienter tibi re pondebo quod, cum tecum loquar, non credo to me inde blasphematurum . Et quidquid fiat alias, scito quod tui, quidquid ipsi fecerint, per omnes terras tuas in pace permanserint. >

« Suo charissimo domino Henrico, gratia Dei, regi Anglorum, Anselmus archiepiscopus Cantuariensis, fidele servitium et fideles orationes.

« Gratias ago Deo, et dignationi vestræ quæ in litteris suis promisit se convenienter responsuram mihi de hoc unde precatus eam fueram in litteris meis de sacerdotibus Angliæ, et oro Dominum, cujus consilium manet in æternum, ut ipse vobis consulat respondere et facere quod illi placeat, et unde fideles dilectores animæ vestræ gandeant. De hoc autem quod legi in litteris vestris quod creditis vos facere per me quod facitis, pro certo scitote, mi domine, quod non est per me, quoniam contra Deum facerem, si per me esset. Quapropter adhuc precor magno et fideli affectu quatenus in tali incepto nullius consilio persistatis. Valete. >

« Henricus rex Anglorum, Anselmo archiepiscopo Cantuariæ, salutem et amicitiam.

· De hoc quod mihi mandasti de sacerdotibus, scias quod ita decenter feci, at opinor, secundum quod facere debui. Nec tibi sit incognitum brevi intervallo temporis me transfretaturum. Et ex quo tecum locutus fuero, si qua commisi in his, omnipotentis Dei, et tuo consilio corrigam. Teste Waldrico cancellario apud Merlebergam. >

Dum hæc ita fiunt, ecce qui Romam missi fucrant redeunt. Suspensus autem fuerat ab officio epimagensis, et per hos nuntios intercesserat pro eo apud dominum papam Anselnus archiepiscopus Cantuariensis. Mandavit itaque ei dominus papa ut de causa ipsa quod faciendum intelligeret sua vice faceret, sciens eum a justitiz semitis nullius rei interventu seienter flecti posse. Ivit ergo Rothomagum, et in synodo clericorum, quæ tunc crat adunata, adventus sui çausam exposuit. Profert litteras Willh-lmus legatus regis quas, ex parte apostolici, de re Roma detulerat, et coram omnibus rechantur sic : HENSCHENIT NOTÆ.

> lias significandas restringit, dicitur lingua Francia blame et blamer vituperiam, vituperare, unde Northmanni, ex Gallia in Angliam traducti, accepere.

· Paschalis episcopus, servus servorum Dei, ve- A archivis Ecclesiæ cul præsidebat servabantur, sicut serabili frstri Willheimo Kothomagensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. quibus Anselmus admodum exhilaratus, actis cum

« Licet cause tuze qualitas, » etc. Vide in Pa-

Misit quoque dominus papa epistolam hanc Anselmo :

• Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Anselmo Cantnariensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

• Quod Anglici regis cor, > etc. Vide ibid.

His diebus venit Rothomagum Boemundus *, unus de nominatissimis Hierosolymitanæ viæ principibus, habens in comitatu suo quemdam Romanæ Ecclesiæ cardinalem, nomine Brunonem b. Huic erat magister militum, llgyrus + nomine, vir strenuus, et non ignobilis famæ inter suos. Hic, ab adolescentia sua notus Anselmo, multa fuerat ejus beneficia consecutus. Familiariter itaque cum eo agens inter plurima quæ ipsi de superatis bellis, de urbibus captis, de situ locorum aliisque nonnullis quæ in expeditione Hicrosolymitana acceperat delectabili allocutione disseruit. Quod multas sanctorum reliquios haberet, quoque modo eas adeptus fuerit aperuit. In quibus, imo super omnibus quas habebat, præcipue gloriatus est de capillis beatæ matris Dei Mariæ, quorum aliquos sibi datos ferebat a patriarcha Antiocheno d, ubi magistratum militum ipse sub Bocmundo agebat, Et ad hæc intulit : « Hos capillos, fateor, suscipere ausus non foissem, si me amor patriæ istius in qua natus fui et educatus ad hoc non animasset. Sperabam enim me huc quandoque perventurum, et ipsis hanc meam patriam sublimaturum. Quoniam igitur illa spe, protegente Domino, fraudatus non sum, duos ex ipsis huic Ecclesize quæ totius Northmanniæ principatum obtinet Christianitatis, dare disposui; duos abbatiæ Beati Petri, et Sancti Audoeni, duos monasterio ejusdem Virginis virginum, in quo sub tuo patrocinio ad ætatem hominis provectus sum, et duos tibi. Duodecim enim numero de illis mibi przefatus episcopus dedit, contestans illos, ab ipsa domina sibimet avulsos «, cum juxta crucem Filii sui stans gladius animam ejus pertransivit, secundum quod in antiquarum monumentis litterarum quæ

astruebat, scriptum reperit.) Et hæc ille. Super quibus Anselmus admodum exhilaratus, actis cum pontifice Rothomagensi et Boemundo ac Hierosolymitanis quæ videbantur agenda, Beccum revertitur. Ac crines, de quibus prædictus miles locutus fuerat, quoniam Carnoti, ubi familia et pene tota supellex Boemundi reditum ejus præstolabatur, remanserant, missi ab archiepiscopo Rothomagensi, et abbate Beccensi ^f religiosi ordinis viri sunt qui illos deferrent. Et factum est. Appropinquantibus eis qui quos Rothomagus habere debebat apportabant ipsi civitati, adjunctis sibi canonicis et omni clero civitatis, cum monachis Sancti Audoeni, ac totius populi innumera multitudine, pontifex longa processione devotus occurrit, et quanto potuit honore susceptos in ecclesiam detulit et sacratiori loco reposuit. Quatuor autem ex illis Beccum delati sunt, quorum duos ipsi loco residuos Anselmus reverenter sibi excepit. Mihique, utpote qui capellæ illius custos eram atque dispositor, custodiendos commendavit, quod usque hodie facio. Quid itaque de istis aliorum sensus habeat nescio. Ego tamen certissime scio dominum et reverendum Patrem Anselmum eos in magna semper veneratione habuisse, et meipsum sacro et grandi experimento sensisse magnum quid et mundo amplectendum insigne sanctitatis illis inesse. De bis ita.

Itaque Willelmus , ubi ad regem in Anglia venit, et ei quæ de negotio ejus ad Romanum pontificem acta fuerant enarravit, lætus ille ad audita, illico Anselmum ad Ecclesiam suam redire per eumdem Willhelmum postulavit; gui Willhelmus, ad nos post paucos dies reversus, Anselmum infirmum invenit, et valde conturbatus est. Erat enim tunc jam ad libertatem Ecclesiæ Dei cor habens, et, in quantum poterat, sollicite operam dans ut Anselmus suze sedi in pace et honore restitucretur. Timens ergo ne virum loci ac fratrum amor non minus quam ea qua gravabatur corporis invaletudo ab itinere Anglize præpediret, modis quibus poterat, tam per se quam et per nos qui secum eramus, agere cœpit, qualiter virum loco evelleret, et in iter quod desiderabat promoveret. Præmissis igitur precibus quibus eum magnæ auctoritatis apud illos habebantur, et in Dex parte domini sui regis Anglorum interpellavit

HENSCHENH NOTÆ.

 Boemandus, princeps Antiochiæ, duxit Carnoti anno 1106 post Pascha filiam Philippi regis Francorum, Constantiam dictam, ante nuptam Hugoni comiti Trecensi

^b Hic est S. Bruno, episcopus Signinus, colitar 18 Julii, sed non videtur cardinalis fuisse, vel ipse, vel alius eo tempore Brano dictus.

 Nomen tamen hic ligyrus non habet, quod seiam, in Orientali historia.

⁴ Gapta anno 1098 Antiochia, relictus est in sua dignitate Joannes patriarcha, egregius sub Sarracenis confessor : set hoc intra biennium ultro cedente, quod se hominem Grzeeum videret non commode przesse Latinis, electus est Bernardus, legati apostolici capellanns, Valentinas Francus, ut est apud Tyrium in fine lib. vr. Ab alterutro acceptæ reliquiæ fuerunt.

• Beccense monasterium intelligit, ut infra liquet, in quo priorem abbatem Anseimus egerat. f Licet hoc ut a rudi posteritate confictum, non

f Licet hoc ut a rudi posteritate confictum, non credamus; ipsos tamen capillos cum reverentia honoramus.

⁸ Willielmus de Monteforti hic fuit Roberti comitis de Mellento sæpe nominati consobrinus, ab ipso Anselmo per litteras Beccensibus mouachis commendatus, ut el prælationi aptissimus; quam tenuit usque ad annum 1314. Plura vide in Neustria pia Arturi du Monstier.

481

reditu visitaret, affirmabat, et affirmando promittebat regem ipsum penitus ad voluntatem ipsius in omne quod deinceps præciperet promptissimam mentem habere, nec ulterius a Romana Ecclesia velle dissentire. Et subjungens, ait : « Propterea obseero ut omnem moram rumpatis in veniendo, no forte ex adverso aliqua sæcularis aura prorumpat, quæ eum ab istis subvertat. > Hæc ille audiens Deo super admirabili dono ejus gratias egit, acceptaque licentia a fratribus inter quos jamdiu magno cum amore et honore habiti fueramus, in Angliam iturus Gemeticum a venit. Ubi renovata infirmitate qua, ut memoravimus, Becci gravatus fuerat, a loco progredi nequaquam potuit. Quapropter missis in Angliam nuntiis, intimavit regi quid sibi ne rediret obstabat. B Turbatur ille ad audita et vehementer indoluit, jurans, per verbum Dei, scilicet onmia damna æquanimius toleraturum quam Anselmi decessum. Remissis ergo celerrime nuntiis, orat virum sibi ipsi parcere ac omnimodis indulgere quieti. Præcepit quoque ut de iis quæ sui juris in Northmannia erant pro voto acciperet, et sibi ac suis exinde ministrari sufficienter juberet, seque in proximo transfretaturum exspectaret; quo ipse gratiose accepto, circiter mense uno ibi remansit. Mitigato deinde languore Beccum rediit, ratus sibi opportunius et honestius fore illic quam alias regium præstolari adventum. Ubi omnibus mira alacritate de reditu ejus exsultantibus, ecce lacrymabile malum concussit atque subvertit. gaudium ipsum. Nam tam gravis infirmitas iterum C invasit Anselmum ut de eo præter mortem nihil exspectaremus. Confluent episcopi et abbates terræ illius, ac de sunere ejus quique pertractant. Sed omnipotens Deus, sua pietate, ipsum contra omnium opinionem sanitati restituit, et multos magoo exinde gaudio lætificavit.

Igitur in Assumptione beatæ Mariæ rex Beccum venit, celebratoque ab Anselmo solemni missæ officio, una rex scilicet et ipse convenerunt, et tandem omnia quæ illos in diversa traxerant pacem et concordiam invenerunt. Siquidem Ecclesias Angliæ quas Willhelmus rex frater regis Henrici sub censum, ut longe superius retuli, primus redegerat, liberas ab eadem exactione rex in manus Anselmi reddidit, et se de ipsis, dum viveret, nibil accepturum quandiu essent sine pastore, promisit. Pro pecunia autem quam a presbyteris, ut præfati sumus, acceperat. eam emendationem spopondit ut ii qui nondum inde quid dederant nihil darent, et qui dederant tribus annis sua omnia in pace et quiete libera possiderent. Cuncta vero quæ de archiepiscopatu, exsulante An-

quatenus Angliam, cjus absentia desolatam, citato A selmo, suo jussu accepta fuerant se redditurum, cum in Angliam esset reversus, dato vadimonio pollicitus est.

> His et alfis que res expetebat inter viros composit's, Anselmus iter Angliam remeand indessus est. et, divino tutamine fretus, sanus et alacer cum suis omnibus Dofris est appulsus. Qua vero exsultatione, qua jucunditate, qua spe boni in Angliam veniens susceptus sit, reor, ex consideratione malorum quae paucis tetigimus illie ante reditum ejus provenisse, aliquantulum subintelligi posse; unde, ut diversæ ætatis et ordinis hominum gaudia sileam, de ipsa regina hoc breviter dixerim quod nec terrena negotia, nec pompa sæcularis gloriæ ulla poterant cam definere quin virum loca diversa adeuntem præcederet, et, monachis seu canonicis el pro more obviam procedentibus, ipsa procederet, hospitlaque ejns, sua providentia, dignis apparatibus adornaret.

> Itaque post hæc, il qui ecclesils ac monasteriis pro exigenda regia pecunia fuerant intromissi, ejecti sunt, et personis cujusque ecclesiæ res intus et extra ad communem utilitatem commendatæ. Presbyterorum etiam causæ, sicut regem Anselmo promisisse diximus, dispositie sunt, atque id ipsum per totum regnum divulgatum.

> Rex ipse inter bæc Northmanniam sibi bello subegit b, et id Anselmo per epistolam, quam ecce subscribimus, significavit.

« Henrieus rex Anglorum, Anselmo Cantuariensi archiepiscopo, salutem et amicitiam.

e Paternitati et sanctitati vestræ significamus Robertum comitem Northmanniæ, cum omnibus copiis militum et peditum quos prece et pretio adunare potuit, die nominata et determinata mecum anto Tenerchebraium acriter pugnasse •, et tandem sub misericordia Dei vicimus, et sine multa cæde nostrorum. Quid plura? Divina misericordia ducem Northmanniæ et comitem Moritonii, et Willhelmum Crispinum, et Willhelmum de Ferreris, et Robertum de Stateville senem, et alios usque ad quadringentos milites, et decem millia peditum in manus nostras, et Northmanniam dedit. De Hlis autem quos gladius peremit, non est numerus. Hoc autem non elationi vel arrogantiæ, nec viribus meis tribuo, sed dono divinæ dispositionis attribuo, quocirca, Pater reverende, supplex et devotus genibus tuze sanctitatis advolutus te deprecor ut supernum judicem, cujus arbitrio et voluntate triumphus iste tam gloriosus et utilis mihi contigit, depreceris ut non sit mihi ad damnum et detrimentum, sed ad initium bonorum operum et servitii Dei, et sanctæ Dei Ecclesiæ statu-

HENSCHENII NOTÆ.

. Gemmeticum, vulgo Jumiége, infra Rothomagum : monasterium amplum, ubi vero similiter navim conscensurus erat in Angliam trajiciendus Anselmus. > In autumno ejusdem anni 1106. Consule Orderi-

cum Vitalem ad dictum annum, ubi etiam captivos re-

censet, uti et Simon Dunelmensis aliique scriptores. Moritonii comitis castrum hoc fuit qued obsi-dentem regem aggressi hostes in vigilia S. Michaelis, istam de se victoriam dedere, ut scribit jam citatus Simon Dunelmensis.

tum tranquilla pace tenendum et corroborandum, A quandibet laicam manum investiretur in Anglia, ut annoe libera vivat, et nulla concutiatur tempestate bellorum.

lgitur ob pacem quam rex fecerat cum Anselmo hac victoria eum potitum multi testati sunt.

Northmannia ergo sub regia pace disposita, et duce Roberto com comite Moritonii in Angliam sub captione premissis, rex ipse in regnum suum reversus est. Adunatis' autem ad curiam ejus in Pascha terræ principibus, dilata est ecclesiarum ordinatio quam rex se facturum disposuerat, éo quod summus sedis aperiolicie pontifex Paschalis Franciam venerat ., et sibi ad concilium > quori Trecis erat celebraturus, a rege llearico et ab Anselmo archiepiscope, supe supra memoratos viros, Willhelmum et Baldwinum mitti mandaverat. Ratus itaque rex ali- B quid novi se in reditu illorum accepturum, in subsequens festum Pentecostes omnia distalit, quatenus, eis reversis, securius quæque, agnita pontificis voluntate. disponeret.

Soluta igitar curia Anselmus ad abbatiam sancti Eadmundi vadit crucem magnam ibi consecraturus, et alia quiedam episcopalia officia administraturus. Quibus expletis, cum jam rediturum se putaret gravi corperis infirmitate corripitur, et ingravescente languore ad extrema fere perducitur. Detentus autem est ibi propter ipsam infirmitatem usque ad octavas Pentecostes, et concilium quod, sicut diximus, dilatom erat, causa infirmitatis ejus, inducias in Kalend. Augusti accepit.

epistola ista :

« Paschalis episcopus, servas servorum Dei, venerabili fratri Anseimo, Cantuariensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

(Do presbyterorum filiis,) etc. Vide in Paschali 11.

In Kalendis erge Augusti, conventus episcoporam, abbatum, procerum regni Lundonize in palatium regis factus est. Et per tres continuos dies, absente Anselmo inter regen et episcopos satis actum de Ecclesiarum investituris, guibasdam ad hoc nitontibus ut rex cas faceret more patris ac fratris sui, non juxta præceptum et obedientiam apostolici. Nam papa, in sententia que exinde promulgata fuerat, minus stans, concesserat hominia que Urbanus papa æque ut investituras interdizerat, ac per boe regem sibi de investituris consentaneum fecerat, ut ex epistola quam supra descripsimus colligi potest. Dehinc, præsente Aaselmo, astante multitudine, annuit rex et statuit ut ab eo tempore in reliquum nunquam per dationem baculi pastoralis vel annuli quisquam episcopatu vel abbatia per regem vel

concedente quoque Anselmo ut nullus in prælationem electns pro bominio, quod regi faceret, consecratione suscepti honoris privaretur. Quibus ita dispositis, pene omnibus Ecclesiis Anglice, quæ suis erant pastoribus diu viduatæ, per consilium Anselmi ac procerum regni, sine omni virgæ pastoralis aut annuli investitura Patres a rege sunt instituti. Instituti quoque sunt ibidem et codem tempore ab ipsorege quidam ad regimen quarumdam Eccle iarum Northmanniz, quz similiter suis erant Patribus destitutæ.

Inter ista corpit Anselmus coram rege regnique episcopis atque principibus exigere a Gerardo archiepiscopo Eboracensi, professionem de sua obedientia et subjectione, quam non fecerat ex quo de episcopatu Herefordensi in archiepiscopatum Eboracensem, ut supra meminimus, translatum fuerat. Ad quæ cum rex ipse diceret sibi quidem non viderl necesse esse ut professioni quam ordinationis suæ tempore Gerardus fecerat aliam superadderet, præsertim, cum licet Ecclesiam mutaverit, idem tamen qui fuerat in persona permanserit, nec a prima professione absolutus exstiterit, Anselmus, ut præsentis quidem regis verbis acquievit ea conditione ut Gerardus in manum sibi daret se eamdem subjectionem in archiepiscopatu ei servaturum quam in episcopatu professus fuerat. Annuit Gerardus, et sua manu imposita manui Anselmi, interposita fide sua, pollicitus est se camdem subjectionem et obeluter hæc, ex parte apostolici allata est Anselmo C dientiam ipsi et successoribus suis in archiepiscopatu exhibiturum quam Herefordensi Ecclesiæ ab eo sacrandus antistes promiserat.

> : Exin statutum est ut qui ad episcopatum electr erant Cantuariam irent, et ibi dignitatis ipsius benedictionem ex more susciperent. Willhelmus itaque Wintoniensis, et Rogerius Serberiensis, ac Reinelmus tunc nuper Ecclesiæ Herefordensi restitutus episcopus, quorum supra meminimus, nec non Willbelmus qui legatione regis fungi solebat, tunc autem Execestrensi Ecclesize electus episcopus. Urbanns quoque Glamorgatensi Ecclesiæ •, quæ in-Gualis est, similiter electus episcopus, simul Cantuariam venerunt, et in Dominica die, quæ fuit tertio Idus Augusti d pariter ab Anselmo consecrati. sunt, ministrantibus et cooperantibus sibi in hoc officio suffraganeis ipsius sedis, Gerardo videlicet archiepiscopo Eboracensi, Roberto Lincoliensi episcopo, Joanni Bathoniensi, Herberto Norwicensi, Roberto Cestrensi, Radulfo Cicestrensi, Ranulfo. Dunelmensi. Ipso die priusquam eorumdem episcoporum consecrationem Anselmus faceret, præsentibus els et episcopis qui convenerant juxta manda-

HENSCHENH NOTÆ.

Anno sequenti 1107, Pascha fuit IIV Aprilis.

> Celebratum id est Id. Maii, sive circa Ascensionem Domini.

• Wallize pars meridionalis Glamorgania est, ad Sobrinæ æstuarium. Sedes episcopalis Landavia fuit (unde sub nomine Landavensium episeoporum de his alii agunt) de qua actum 1x Februaril, ubi de S. Teliao ejus loci episcopo. ⁴ Scilicet littera Dominicali F

465

tum domini papæ (nam hoc ei per litteras olim A consccretur, > Refert : « Non omnia facienda sunt mandaverat) reddidit Ealdwino virgam pastoralem abbatiæ de Ramesei, quam, ut supra meminimus, perdiderat in concilio Lundoniensi.

In subsequenti etiam quinta feria, sacravit in ipsa sede Robertum monachum cœnobii Sancti Petri Westmonasterii, ad regimen abbatiæ sancti Eadmundi.

Ordinatio autem abhatis Sancti Angustini per id temporis ea causa, ut ita dixerim, dilata est quod ipse qui in abbatem, scilicet Hugo monachus Beecensis, electus erat, nondum sacros ordines habebat. Ordinatus vero est ad diaconatum ab archiepiscopo in capella sua Cantuariæ cum multis aliis, in jejunio septimi mensis, et item ad presbyteratum a Willbelmo Exoniensi episcopo in eadem capella jejunio decimi mensis a. Anselmus enim infirmabatur, et partim ea re, partim propter imminens festum Nativitatis Christi, Cantuariam ad Anselmum idem episcopus jussus venerat. Post hxc cum Anselmus ordinationem ipsius abbatis accelerare vellet, eo quod res Ecclesiæ pessumibant, et quotidie in sui diminutionem intus et extra decidebant, voluit ut prædictus episcopus eum in abbatem ad altare Christi Cantuariæ solemniter (se astante) consecraret. Sed ubi monachis Sancti Augustini res innotuit, ad contradicendum animati sunt. Nam Ecclesiam suam privilegia habere commentati sunt per quæ abbatem suum non nisi in sede sua ordinari debere manifesta allegatione se probaturos asserverunt.Duravit autem hæc fabula illorum diebus nonnullis, Anselmo nullatenus assertioni eorum cedere volente. Tandem in initio quadragesimæ * cum Anselmus juxta Lundoniam pro colloquio regis venisset, quidam ex ipsis monachis quos ad rem exercendam ii qui domi remanserant pari voto selectos co direxerant, omissis privilegiis suis (quæ nulla vel non rata a rege et principibus comprobata sunt et damnata) per suos advocatos regi persuaserunt ut Anselmo mandaret abbatem in ecclesia Sancti Augustini ex antiqua consuetudine consecrare. Hujus mandati nuntii fuerunt Willbelmus episcopus Wintoniensis, et Rogerius Serberiensis, et Willbelmus Exoniensis, cum Giesleberto abbate, Anselmus : « Si rex me rogaret quatenus pro suo amore ipsum abhatem in ecclesia sua ordinarem, fortassis facerem, ea consideratione, eo intuitu quod antecessorum meorum, juris fuit et mei est indifferenter per Angliam, ubicunque voluntas tulit, episcopale officium administrare. Nunc autem quia mandat ut id faciam ex consuetudine, dico consuetudinis illud non esse. > At illi : « Si contra fidem nan esse dignoscitur, omnino vult ut in sua sede

quæ fidei contraria non sunt, alioquin plura inconvenientia fierent. Hoc quoque unde agitur, quamvis, si flerett, fidei contrarium non esset, fieri tamen ex consuctudine non debet, co quod nimis inconveniens esset. Ei quippe qui canonice mihi et Ecclesia nostræ per omnia subjici debet, subditus in hoc contra ordinem fierem. Ad hæc, archiepiscopus Cantuariensis primas est totius Angliæ, Scotiæ, Hiborniæ et adjacentium insularum, nec pro alicujus personæ consecratione, nisi solummodo regis ac reginæ, sedem snam ex consuetudine egreditur. Si ergo rex volt ut ego eumdem honorem exhibeam abbati Sancti Augustini quem sibi, parem eum vult in regno suo facere sibi. Quod ne flat consulo, sicut B ci cui fidem debco, quatenus se ab hac voluntate cohibeat. Re etenim vera dico quia si in unquam tanta inordinatio in Anglia facta fuerit, non modo regi, sed archiepiscopis, episcopis, principibus, et toti regno grande opprobium erit. > Dixerunt : « Eia, si eum in sede sua ordinare istis rationibus actus non vis, mandat ut in sua capella, se præsente, illum ordinari permittas ab aliquo episcoporum cui ipse præceperit.) Respondit : (Cur illum ab alio episcopo ordinari permitterem quem ego, gratia Dei, pro meo jure, uti debco, ordinare potis sum? » « Et hoc guidem, aiunt, mallet, ut illic eum tu ipse consecrares. > Dixit : « Si hoc fecero nonnullam injuriam faciam ipsi domino meo; meum quippe non est in capella ejus missam celebrare, nisi quando ipse debet a me coronari. Itaque si hoc facio pro abbatis consecratione, regius honor vilescet, et deinceps mei exemplo exigetur pro consuetudine quod hactenus fiebat statuto tempore pro solo regis honore. Verum quia ipse vult ut proxime consecretur, eo quod nondum confirmato abbate fluctuant res abbatiæ, si voluerit, hic in capella hospitii mei eum ordinabo, quoniam quidem mihi facile non est pro tam levi re hac vice Cantuariam ire. > Relata sunt ista regi et, approbata ratione Anselmi, laudavit ut omissis cunctis objectionum ambagibus abbas sacraretur, uti dixit Anselmus. Ordinavit igitur illum iv Kal. Martii, quinta feria primæ septimanæ Quadragesimæ apud Lambetham in capella Roffensis Westmonasterii a rege ad Anselmum. Respondit ergo D ecclesize, ubi tunc Anselmus erat hospitatus. Accepta ab eo professione, ex more, qua se Ecclesiæ Dorobernensi et archiepiscopis ejus canonicæ per omnia obediturum promisit. li ergo qui affuerunt multo honestius ipsum Cantuariæ poluisse sacrari dixerunt, et, quod major honor esset abbati, requirere patrem patriæ pro benedictione sua in metropoli sede quam in capella Roffensis ecclesia-Inter hæc Anselmus misit domino papæ epistolam bane :

HENSCHENII NOTÆ.

• Hunc passim Quatuor Temporum nuncupantur ista jejunia, co quod quater in anno habeantur : septimi autem et decimi mensis noninibus indicantur September et December, et infra nomine quarti mensis Junius.

b Anno 1108 bissextili, quando Pascha incidit in v Aprilis, et dies Cinerum in xıx Februarii litteris Dominicalibus ED.

e Paschali domino Patrique reverendo, summo A operam dare instituit qualiter auquo modo mala pontifici, Anselmus, servus Ecclesiæ Cantuariensis, debitam obedientiam cum orationum assiduitate.

« Non debeo tacere excellentize vestrze, quod per eam Dei gratia operatur in Anglia et in Northmannia. Rex qui dominatur Anglis et Northmannis obedienter suscipiens vestram jussionem, investituram Ecclesiarum, renitentibus muitis, omnino deseruit; quod ut faceret, Robertus comes de Meileuto et Richardus de Redueris, ut fideles vestri et filii Ecclesize veritatis attracti, monitis vehementer institerunt. Rex ipse in personis eligendis nullatenus propria utitur voluntate, sed religiosorum se penitus committit consilio. De me autem quantas debeo grat'as paternæ benignitati vestræ scribendo non R quo alio modo disperdere solebant. Quæ vero in sufficie reddere, sed eas in charta cordis mei scriplas lego assidue. Cum enim, sicut servi vestri dilecti fratres nostri Wilihelmus et Balduinus retulerunt, vitæ meæ corruptibilis curam ne cito deficiat tam benigna sollicitudine mihi gerere præcipitis, non modicum pietatis affectum magnitudinem vestram erga parvitatem meam babere monstratis. Omnipotens Deus vitam vestram nobis in onni prosperitate diu custodiat. >

Ilanc epistolam idcirco placuit huic operi admiscere, ut ea teste monstraremus quæ de investituris Ecclesiarum diximus rata esse. Ad quam cliam correctionem Mellentinus comes pro litteris quas ei, utsupra scripsimus, papa direxerat, perductus fuerit, hujus testimonio designare, pari voto cordi fuit. C Re etenim vera ab iis in quibus olim versatus fuerat quadam ex parte mutatus erat, si quidem justi amator istis consilium, illis auxilium, aliquibus utrumque, juxta quod ratio exigebal, sa pe exhibebat. Rex ipse Henricus, illius consilio in regni negotiis præstantius et efficacius cæteris credens, defuncti fratris sui regis vestigia sequi, sicut fatebatur, perhorrebat. Attamen præfatus comes nec Anglos diligere, nec aliquem illorum ad ecclesiasticam dignitatem provehi patiebatur.

Supra memorato Gundulpho Rolfensi episcopo de hac vita sublato, Anselmus ad eum sepeliendum Roffam ivit, qui, obsequio sub magna lugentium monachorum, clericorum de laicorum multitudine decenter expleto, res ipsius episcopii, sicut expedire D melius intelligebat, ad opus Ecclesiæ intus et extra suas videlicet ordinavit. Baculus autem episcopalis Cantuariam ab Erntilfo monacho Roffensi, qui ejusdem episeopi capellanus exstiterat, pro more delatus est, et in præsentia fratrum super altare Domini Salvatoris presentatus.

later ista rex Henricus considerans totum pene regnum in gravem ærumnam multis ex causis decidisse, per consilium Anselmi et procerum regni

quæ pauperes maxime deprimebant mitigarentur. Cujus boni exordium gnarus a sua curia ccepit. Tempore siquidem fratris sui regis hunc morem multitudo corum qui curiam ejus sequebantur habebat ut quæ pessandarent diriperent, et, nulla eos cohibente disciplina, totam terram, per quam rex ibat, devastarent. Accedebat his aliud malum : plurimi namque corum sua malitia · debriati [al. inebriati], dum reperta in hospitiis quæ invadebant penitus absumere non valebant, ca autem ad forum per cosdem ipsos, quorum erant, pro suo lucro ferre ac vendere, aut supposito igne cremare, aut, si potus esset, lotis exinde equorum suorum pedibus, residuum illius per terram effundere, aut certe alipatresfamilias crudelia, quæ in uxores ac filias eorum indecentia fecerint, reminisci pudet. Has ob causas quique, præcognito regis adventu, sua habitacula fugiobant, sibi suisque, quantum valebant, in silvis vel aliis locis, in quibus se tutari posse sperabant, consulentes. Huic malo rex Henricus mederi desiderans, indicto edicto omnibus qui aliquid eorum quæ dixi, fecisse probari poterant, aut oculos erui, aut manus vel pedes vel alia membra constanti justitia strenuus faciebat amputari. Quæ justitia, in pluri-

Item moneta corrupta et falsa multis modis inultos affligebat. Quam rex sub tanta animadversione corrigi statuit ut nullus qui posset deprehendi falsos denairios facere, aligna redemptione, quin oculos et inferiores corporis partes perderet; juvari valeret. Et quoniam sæpissime, dum denarii eligebantur, flectebantur, rumpebantur, respuebantur, statuit ut nullus denarius vel obolus integer esset. Ex quo' facto magnum bonum ad tempus toti regno creatum est. Here in szecularibus ad relevandas terrze ærumnas interim rex faciebat.

bus visa, cæteros integritatem sui amantes ab alio-

rum læsione deterrebat.

Divina pihilominus officia quoniam indigne per quorumdam sacerdotum manus eo usque tractabantur, sollicitus institut at et ipsa suo ritu caste celebrarentur. Multi nempe presbyterorum statuta concilii Landoniensis, necne viudictam quam in eos rexexercuerat, quorum superius mentionem fecimus, postponentes, suas feminas relinebant, aut certe duxerant quas prius non habebant. Quod incontinentiæ crimen rex subvertere cupiens, adunatis ad curiam suam in solemnitate Pentecostes apud Lundoniam cunctis majoribus regni, de negotio cum-Anselmo archiepiscopo et cæteris episcopis Angliæ tractavit, eosque ad malum illum exstirpandum regali auctoritate atque potentia fultos roboravit. Unde Anselmus archiepiscopus Cantuariensis, et Thomas electus archiepiscopus Eboracensis (nam

HENSCHENH NOT Æ.

- Debriars pro mebriare seepies in sanctorum Actis occurrit, vox utique apta licet aureo sæculo ignota, siquidem bria, ut volunt quidam, certam vini mensuram significabal; ut ebrius et debrius dicantur; quasi de velextra mensuram potus: sobrius, subniensura.

Gerardus tune nuper ad camdem curiam tendens A abierat) et omnes alii Angliæ episcopi statuerunt in præsentia ejusdem gloriosi regis Henrici, assensu omnium baronum suorum, ut presbyteri, diaconi, subdiaconi caste viverent, et feminas in domibus suis non haberent, præter proximas consanguinitate sibi junctas, secundum quod sancta Nicæna synodus definivit. lill vero presbyteri, diaconi, subdiaconi, qui post interdictum Lundoniensis concilii feminas suas tenuerunt, vel alias duxerunt, si amplius missam celebrare vellent, cas omnino a se facerent sie alienas ut nec illæ in domos corum, nec ipsi in domos carum intrarent, sed neque in aliqua domo scienter convenirent, neque hujusmodi feminæ ig territorio ecclesiæ habitarent ; si autem propter aliduobus ad minus legitimis testibus, extra domum colloquerentur. Si vero in duobus aut in tribus legitimis testibus, vel publica parochianorum fama aliquis corum accusatus esset, quod hoc statutum violasset, purgaret se adjunctis sibi secum ordinis sui idoneis testibus; sex, si presbyter; gainque, si diaconus; quator, si subdiaconus esset. Cui autem hæc purgatio deficeret, ut transgressor sacri statuti judicaretur. Illi autem presbyteri qui divini altaris et sacrorum ordinum contemptores præe igerent cum mulieribus habitare, a divino officio remoti et omniecclesiastico beneficio privati, extra chorum ponerentur infames pronuntiati. Qui vero rebellis ct contemptor feminam suam non relinqueret et mis-С sam celebrare præsumeret, vocatus ad satisfactionem, si negligeret, octavo die excommunicarentur. Eadem sententia archidiaconos (27) et canonicos omnes complectebatur, tam de mulieribus relipquendis quam de vitanda earum conversatione, et. de districtione censuræ, si statuta trangressi fulssent. Jurarent insuper archidiaconi omnes quod pecuniam non acciperent pro toleranda transgressione. hujus statuti, nec tolerarent presbyteros, quos scirent feminas habere, cantare vel vicarios habere, et si cos audirent calumniari, veritatem inde inquirerent. Similiter et decani hæc eadem per omnia jurarent. Qui vero archidiaconus vel decanus hoc jurare nollet, archidiaconatum vel decanatum irremulieribus, Deo et sacris altaribus servire eligerent, quadraginta dies pro transgressione præfati concilii ab officio cessantes, pro se interim vicarios haberent, injuncta eis pœnitentia, secundum quod episcopis eorum visum esset. Omnia vero mobilia lapsorum posthac presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum et canonicorum traderentur episcopis, et concubinæ cum rebus suis, velut adultera.

His diebus sermo habitus est de parochia episcopi Lincoliensis quas in minium tendebatur, soque pracessit (28) ut, quealam ratio Christianitatis id utile fore suadebat, regi et archiepiscopo cæterisque principibus regni visum fuerit, de ipsa parochia sumendum que lleret alter episcopatus (29), cujus cathedræ principatus poneretur in abbatia de Heli. Sed Anselmus, quem ipsius negotii summa respiciebat, sejens præter consensum et Romani, poutificis auctoritatem novum episcopatum nusquam rite institui posse, scripsit ei sic :

c Domino et Patri reverendo Paschali, summo pontifici, Anselmus Ecclosico Cautuariensis. debitam obedientiam cam adeli obsequio et orationibus.

· Quopiam robur dispositionum quæ utiliter funt quam honestam causam, cos colloqui oporteret, cum B in Ecclesia Dei de vestre pendet auctoritate prudentize, quando funt, ad veatrum referendze suut notitiam et judicium, ut, cum apostolico assensu fuerint confirmatie, nulla præsumptione a posteris quæ salubriter statutæ sunt queant violari, sed rata permaneant in perpetuum. In Anglia est quidam episcopatus, scilicet Lincoliensis, cujus dispeesis tam ampla est ut ad ea qua non nisi ab episcopali persona flori queunt unus episcopus plene sufficere non possit. Quod cum consideraret rex, et episcopi, et principes, et alii rationabiles et religiosi viri regui Anglorum, ad utilita em Ecclesia visum consilium est episcopatum præfatum in duos dividere, ita ut sedes opiscopalis in quadam abbatia, que sita est in insula vocata Heli, et est intra præfatam dicecesim, constituatur, monachis ibidem permanentibus, sient sunt multi episcopatus qui monachos in matre ecclesia habent, non canonicos. Quod libenter concodit ipse episcopus Lincoliensis, Robertus nomine, auja pro jis que assumuntur de sua Ecclesia ad instaurandum novum episcopatum in Heli, tantum Ecclesiæ Lincolionsi restauratur + ut ipso sufficiens et gratum sibi esse fateatur. Cui rei mibi, tum propter prædictam necessitatem, tum propter multitudinem prædictorum qui in hoc consentiunt, visumest ut, salva vestra auctoritate, assensum præberem. Precatur igitur suppliciter mea. parvitas, quatenus hec quod pro utilitate Ecclesiæ sic dispositum est estra auctoritate in perpetuum roboretur, ne a poscuperabiliter perderet. Preslyteri vero qui, relictis D teris ulla præsumptione (quod bene statutum fuerit) violetur. Oramus Dominum omnipotentem ut Ecclesiæ suæ vos in diuturua prosperitate custodiat b.

> Soluta curia, Anselmus ad villam suam, Murtelac nomine, ivit, ibique in subsequenti jejunio quarti mensis, multos ad sacros ordines promovit. Inter ques Ricardum quoque in præcedenti proxima solemnitate Pentecostes electum ad pontificatum Ecclesiæ Lundoniensis, ad presbyteratum ordinavit.

HENSCHENH NOTÆ.

· Dato scilicet uno Eliensis abbatiæ manerio Spaldwich, de quo infra Godwinus de episcopis Anglia duo alia addit Biccleswort et Bokden; asserens abbatiam Eliensem tam divitem fuisse, ut suo abbati plus redderet, quam episcopis suis binæ ternæve nonnullarum sedium Anglicanarum.

b Postulationi pontifex annuit, sed objerat Anselmus antequam negotium conficeretur.

rum Petri et Pauli Cantuariam venions, die ipsius festivitatis in capitulo præsentibus Ecclesiæ fratribus et multis aliis tam monachis quam clericis, nec non et laicis, dedit Radulpho abbati Segii 4, viro equidem bono et religiuso, et ipsi ecclesiæ valde familiari, episcopatum Roffensem, accepto prius ab ipso coram omnibus hominio ac fidelitate. Quam fidelitatom se illi, et cunctis legitimis successoribus ejus Ecclesizeque Cantuariensis perpetuo servaturum promisit, et hoc super quatuor Evangelia jurando confirmavit. la crastino autem misit eum Rovecestram, et cum co Willheimum archidiaconum snum, ut illum ex sus parte ipso episcopata investiret. Eiusdem quoque negotif causa misit et Antonium monachum illuc, qui subprioris officio in monasterio B et clero et populo monachus quidam Dunelmensis. Cantuaricasi fungebatur. Nam. ex quo Ernulphus ipcius Ecclesiz prior apud Burgum b abbas fuerat factus, usque id temporis nullus in prioratum successerat.

Eodem tempore rex Northmanniam ire parabat. Anselmus autem ad benedicendum illi portum maris ubi transire debehat ab eo invitatus advenit. Sed nocte, cum sequenti mane brachiolum maris quo regis hospitium ab hospitio Anselmi dirimebatur regi loculurus transire deberet, adeo infirmatus est ut ad regen accedere nullo pacto valeret. Quod ub? nontiatum est regi, el per Willhelmum episcopum Wintoniensem et ejusdem nominis episcopum Exccestrensem præcipiendo mandavit ne ad se ullatenos iret, sed plenæ indulgeret quieti. Per cosdem C quoque semetipsum quo pergebat, et filium suum quem in regno relinquebat, cum toto regno commendavit tuitioni ejus, ut quidquid statueret, ratum esset; fritum, quod prohiberet. Rogavit etiam illum. propter amorem sui, consecrare supra memoratum Richardum Landoniensi Ecclesise electum pontificem, apud Cicestram, quoniam prope erat, et episcopi, quos adjutores ac ministros in officio ipso haberet, præsto. Causa autem propter quain hoc ita festinato fieri volebat, illa dicebatur esse quia cumdem Richardum, in sæcularibus multum valentem , longe versus occidentales Angliæ flucs ad sua negotia exercenda transmittere sub celeritate disponebat. At Anselmus consideratis quibusdam rationabilibus causis renuit, nec episeopum sacrare in Cicestra, sicut petebatur, acquievit. Verumtamen ne nihil pro rege, qui cuncta quæ tunc petebantur pro Anselmo faciebat, facere videretur, eumdem episcopum pro amore illius in capella sua apud. Pagaham consecravit, vn Kal. Augusti, ministrantibus ei in hoc officio Willhelmo episcopo Wintoniensi,

 Abbatia Segiensis in Northmannia est, vulgo Saint-Martin-de-Seez, de cujus sundatione facta anno 1050 vide Neustriam piam Arturi. Radulphus autem anno 1114 ad archiepiscopatum Cantuariensem translatus fuit.

Petroburgense in agro Northannoniensi monaterium, de quo multis vi Martii, ubi de SS. Kine-

Deinde al festivitatem gloriosi-simorum apostolo- A Regerio Serberiensi, Radulfo Cicestrensi, et Willhelmo Execestrensi, accepta prius ab co pro more de obedientia et subjectione sua professione.

> Posthæc venit Anschnus Can:uariam, et Ibi cum magno honore sacravit præfatum Radulphum, Roffensi Ecclesize electum episcopum, quinto Idus Augusti, ministrantibus sibi in hoc Willhelmo episcopo Wintoniensi, Radulfo Cicestrensi, et Richardo Luudoniensi. Qui Richardus, antocessorum suorum tf., morem] secutus, honesto munere honoravit inso die matrem suam ecclesiam Cantuariensem, juxta quod statutum fuerat a rege quanto impetravit ab Anselmo ut cum' sacraret apud Pagaham, sicut diximus.

> Inter hæc electus est ab Alexandro rege Scotiæ nomine Turgodus º, ad episcopatum Sancti Andreæ de Scotia. Cujus consecratio dum ultra quam expediret demoraretur, tum propteres quia Thomas Eboracensis Ecclesiæ antistes electus nechum fuerat consecratus, tum propter quædam alia, quæ longum est enarrare, Ranulphus Dunelmensis episcopus proposuit eumdem electum in præsentia ipsius Thomæ apud Eboracam consecrare, associatis sibl episcopis Scotize et Orcadarum insularum. Verum quia id præter consensum et auctoritatem Cantuariensis episcopi rite fieri non posse sciebat, mandavit ei de negotio per militem quemdam, et ut cjus consilio et concessione sacraretur deprecatus est. Ad quæ scripsit ei epistolam hanc :

> « Anseimus archiepiscopus Cantuariæ, Ranulfo episcopo Danelmensi salutem.

> « Mandastis mibi per quemdam militem, Scollandum nomine, quod volebatis ut electus episcopus ceclesite Saneti Andreze de Scotia sacraretur, et hoc velebatis fieri meo consilio et mea concessione. Sed hoc nec debet nec potest canonice fleri ab eodem electo archiepiscopo, nec ab alio per illum, priusquam ipse fat archiepiscopus canonica consecratione. Quapropter nec consulo nec concedo (imo interdico) ne fat ante consecrationem ejusdem electi archiepiscopi, nisi a me, si forte hoc necessitas exegerit. Vale. >

> Post hæc Anselmus considerans Thomam episcopalem suam benedictionem non ita expetere, sicut debebat, scriptam hanc cpistolam ei direxit

> Anselmus archiepiscopus Cantuariensis, amico suo Thomæ, electo archiepiscopo ecclesiæ Eboracensi, salutem.

« Canonica auctoritas præcipit (30) ut ecclesia cpiscopatus ultra tres menses non maneat sine pastore. Quoniam autem regi placuit consilio baronum

HENSCHENII NOTÆ.

burg et Kineswitha filiabos Pendæ, sororibus Peadæ, regum Merciorum.

e Hic est Turgotus, ante prior Dunelmensis, cui Historiam Dunelmensem, sub nomine Simeonis Dunelmensis editam, vindicavimus xx Martii ante Translationem corporis S. Cuthberti pag. 125.

suorum et nostra concessione ut vestra persona A bet. De electo episcopo Sancti Andrez de Scotia. eligeretur ad archiepiscopatum Eboracæ, uon debet per vos terminus salubriter constitutus diutius differri. Unde miror quia post electionem vestram non requisistis ut consecraremini ad quod electi estis. Mando itaque vobis ut octavo Idus Septembris sitis apud matrem vestram ecclesiam Cantuariensem ad faciendum quod facere debetis, et ad suscipiendam consecrationem vestram. Quod si non feceritis, ad me pertinet ut ego curam habeam et faciam quæ pertinent ad episcopale officium in Eboracensi archiepiscopatu. Præterea audivi quod vos priusquam consecremini facere vultis ut electus episcopus Sancti Andreæ de Scotia apud Eboracam consecretur. Quod nec vos facere debetis, nec ego concedo, sed omnino interdico ne flat, aut de illo aut de aliqua persona quæ in regimen animarum debet provehi ab archiepiscopo Eboracensi, quia non pertinet ad vos dare, vel concedere alicui regimen, aut curam animarum, quia nondum accepistis. Valete. >

Ad illam scripta est epistola hæc :

· Dilectissimo Patri et venerabili domino Anselmo, sanctæ Cantuariensis Ecclesiæ archiepiscopo. Thomas Eboracæ metropoli electus, licet indignus, salutem et amicæ fidelitatis obsequium.

· Gratias ago vobis, reverende Pater, quod me semper dilexistis et audivistis, et de proventu meo exsultavit, et lætatum est cor vestrum in Domino. Dominus Deus retribuat vobis pro me! Quod ad consecrationem meam venire distuli, causa fuit non una nec parva qua me detinuit. Pecuniam quam pro facultate mea magnam causa veniendi ad vos contraxeram, ultra spem meam, et nimium diu moratus totam dispendi Wintoniæ a qua citius discedens, ad vos venire disposueram. Placuit autem domino nostro regi ut cum ille legatos Romam pro causa sua mittebat, ego cum eis meum mitterem ad requirendum Ecclesize nostræ pallium. Festinanter igitur consilio regis ad propria reversus ad hoc opus quæsivi, et adhuc quæro pecuniam, sed parum, nisi . graviter mutuatam, invenio, quoniam dominus Girardus archiepiscopus occlesias nostras et homines et ipsum dominium nostrum multum pauperavit. Et certe rex promisit mihi quod vobis colloqueretur, et lilationem meam apud vos excusaret. Termino a D vobis constituto (Domino auxiliante) ero apud sanctam Cantuariensem Ecclesiam, si opportune potero, suscepturus et facturus quæ debeo. Quod si non potero, cum mibi paternitas vestra mandavit ut quindecim diebus ante vobls renuntiarem, precor benignitatis vestræ sanctitatem, ut decem diebus ante vobis renuntiare possim •, mihi concedatis, Litteras vero paternitatis vestræ requiro in testimonium personæ et electionis nostræ quales debetis et scitis oportere. Hoc modo vestra sanctitas meze parvitati debet, hoc vestra Ecclesia nostræ denegare non doquod audistis, rumores sunt quibus credere non oportet. Facile ergo est interdici, quod, ut fieret, non a me excogitatum est. Vivere vos sanum lætum. que, diuque Deoque nostra Domino nostro supplicat Ecclesia. Sanctæ Cantuariensis Ecclesiæ congregationem saluto, et oro ut pro me orot. Valete.»

Rescriptum Anselmi ad eumdem Thomam :

· c Anselinus archiepiscopus Cantuariensis, amico suo Thomæ, electo archiepiscopo Eboracensi, salutem.

« Mans latis mihi in litteris vestris quod, termino a me vobis constituto (Deo auxiliante), Cantuariæ eritis, si opportune poteritis, suscepturus et facturus quod debetis. Rogastis quoque ut si id efficere non valetis, concederem quatenus id mihi x diebus ante renuntiare possetis. Sed et Willhelmus clericus nuntius vester precatus est me ex vestra parte quatenus ego ipsum terminum adventus vestri aliquantum extenderem, ut ad nos opportunius possetis venire. Quod et ego causa vestri amoris et opportunitatis libenter facio. Ne itaque opus sit vos mihj quidquam ante de vestro adventu renuntiare, submoneo vos ut die Dominico, qui erit quinto Kal. Octobris, Cantuariæ sitis ad faciendum quod facere debetis, et ad suseipiendam consecrationem vestram. Præterea quod dicitis in litteris vestris vos pecuniam quærere ut Romam mittatis pro pallio Ecclesiæ vestrænon concedo. Et puto quod id frustra faceretis, quoniam nullus debet habere pullium antequam sit consecratus. Litteras quas requiritis in testimonium personæ et electionis vestræ, cum mihi locuti fueritis et ostenderitis cui cas dirigere debeo, libenter fatiam pro vobis sicut pro amico, quod facere debeo. Valete. .

Ratus ergo Anselmus non esse abs re præmunire dominum papam de negotio pallii, quod sibi Thomas se mandaverat requisiturum, scripsit ei epistolam hanc:

c Domino et Patri vere diligendo et reverendo Paschali, summo pontifici, Anselmus servus Ecclesiæ Cantuariensis, debitam obedientiam cum fidelibus orationibus.

« Quoniam fortitudo et directio Ecclesiarum Dei maxime pendet ex auctoritate paternitatis vestræ post Dominum, quando ratio exigit ad ejus libenter recurrimus auxilium et consilium. Archiepiscopus Eboracensis, Girardus nomine, migravit de hac vita, et alius, Thomas nomine, loco ejus electus est. De quo rumor est quod quæritur ei pallium antequam sit consecratus, et mihi faciat professionem secundum antiquam consuetudinem antecessorum meorum et suorum. Hicc est igitur summa precum mearum in hac re, ut, antequam consecretur et mihi debitam obedientiam (sicut dixi) profiteatur, et hoc factum esse litteris nostris cognoscatis a vestra excellentia pallium non suscipiat. Quod non dico idcirco quod illi pallium invideam, sed quoniam quidam autu-

HENSCHENH NOTÆ.

a le vel aliis litteris vel per nuntios verbotenus factum oportuit : quando hæc limitatio supra non exprimitur.

HISTORIA NOVORUM. - LIB. IV.

cessum fuerit, confidat se professionem debitam mihi posse denegare. Si enim hoc contingeret, scitota quia Ecclesia Angliæ sciuderetur, et secondum sententiam Domini dicentis : Omne regnum in seipsum divisum desolabitur (Luc. x1, 17), desolaretur, et vigor apostolicæ disciplinæ in ca non parum debilitaretur; ego quoque nullatenus remanerem in Anglia. Non enim deberein aut possem pati, ut (me in ca vivente) primatus Ecclesiæ nostræ destrucretur. Hoe ipsum et eodem affectu suggero reverentize vestrze de Lundovia, si ejus episcopo pallium petitur (quod nunquam habuit) ut scilieet ad hoc nullatenus assensum præbeat. Quidam namque concinnant, sub hac specie boni, primatus Cantuariæ dignitatem quemadmodum non oportet humiliare. Misi sanctitati vestræ in hoc anno post Pentecoston litteras per Bernardum servientem domini Petri cameraril vestri, quod rex Anglice conqueritur quod sustinetis regen Teutonicum dare investituras Ecclesiarum sine excommunicatione, et ideo minatur sine dubio se resumpturum suas investitoras, quoniam ille suas tenet in pace. Videat igitur prudentia vestra sine dilatione quid inde agere debeatis, ne quod tam bene ædificastis irrecuperabiliter de. struatur. Rex enim noster diligenter inquirit quod de illo rege facitis. Oramus Dominum Deum ut nos lætificet de diuturna prosperitate vestra.

Rescriptum domini papæ ad Anselmum :

e Paschalis episcopus servus servorum Dei, dile- C cto fratri Anselmo Cantuariensi archiepiscope, salutem et apostolicam benedictionem.

c Litteras tuæ dilectionis recepimus, per quas affabilitatis tuæ dulcedinem recognovinus, etc., usque ad: Rex vero si in paternæ nequitiæ tramite perseveraverit, beati Petri gladium, quem jam educere cæpimus, procul dubio experietur *. Datæ Beneventi av Idus Octobris. >

Supra memoratus Thomas inter ista, mutato priori consilio, Cantuariam statuto sibi termino, prohibitus a canonicis suis, sicut per litteras Auselmo mandavit, venire non potuit, et ob hoc quid sibi inde foret agendum, consilium ab eo petivit. Ipsi quippe canonici scientes Anselmum ætate simul et debilitate fatigari, rati sunt eum citius huic vitæ n sultrahendum, et ideo mota calumnia Ecclesiam Eboracensem parem esse Cantuariensi Anselmo scripserant. In que tamen electum antistitem Ecclesiæ suæ Cantuariam ire debere pro benedictione sua cognoverunt, sed professionem de subjectione sua pontifici Cantuariensi eum facere debere negavernnt, ac ne facerel, quantum in eis fuit, ex parte Dei et Romanæ Ecclesiæ prohibuerunt. Quod quali fama ipeos canonicos apud multorum mentes notaverit, et, me tacente, conjicere possunt qui quid

• Et expertus est, non quidem à Paschali, à quo aplivo investituras extorsit Henricus V, rex Germanize anno 1111, codem cum liber fuit nequidouam

mant, et ettam procurant ut, si hoc a vobis con- A jurís ex antiquo Ecclesia Cantuariensis super Ebocessum fuerit, confidat se professionem debitam mihi posse denegare. Si enim hoc contingeret, scitote quia Ecclesia Angliæ scinderetur, et secondum dere, ad litteras Thomæ scripsit hæc:

> « Anselmus archiepiscopus Cantuariensis, amico suo Thomæ, electo archiepiscopo Eboracensi, sulutem.

• Mandavi vobis charitative plusquam semel, quatenus ad matrem vestram Ecclesiam Cantuariensem veniretis, ad suscipiendam henedictionem vestram, et ad faciendum quod debetis et non venistis. Quapropter eadem dilectione vobis adhuc mando quatenus apud ipsam matrem vestram sexto Idus Novembris sitis, ut faciatis quod debetis, et suscipiatis benedictionem nostram. Præterea, quia 3 consilium petitis, consulo vobis ut non incipiatis aliquod quod non debetis contra Ecclesiam Cantuariensem. Nam pro certo sciatis quia omnibus modis quibus possum ad hoc me impendam, ut desua dignitate Ecclesia ipsa meo tempore nihil perdat. Valete. >

Non venit sed directa epistola hæc inter alia scripsit:

« Causam qua differtur sacratio mea, quam nemo studiosius quam ego vellet accelerare, qui protulorunt non desistunt corroborare. Quamobrem quam periculosum, quam turpe sit contra consensum Ecclesiæ (cui præfici debeo) regimen ipsius invadere, vestra discretio noverit. Sed et quam formidabile, quam sit evitandum sub specie benedic ionis maledictionem induere! »

Ex his Anselmus advertens Thomam clericorum suorum magis quam suo, quod petiverat, consilio inhærere, fecit episcopos venire ad se, et cum els negotio tractans, quid præcipne foret agendum disquisivit. Probant illi duos adhuc episcopos ad eum dirigi, qui illum ex parte Anselmi et omnium episcoporum Angliæ moneant, cæptæ rebellioni renuntiare, et siquidem id facere nolit, suadeant ei Cantuariam pro benedictione sua, secundum quod se facere debere cognoverat, venire, ibique (si possit) probet se a subjectione quam Anselmus exigebat debere liberum esse, et, hoc si queat efficere, sacratus redeat in sua cum pace. Placuerunt ista Patri. Et hac agere missi sunt episcopi duo, Lundoniensis videlicet, quia decanus Ecclesice Cantuariensis, et Roffensis, qui ejusdem Ecclesia propring alque domesticus esse dignoscitur. Hi ergo, iter aggressi, mandaverunt Thomæ, et occurrit eis apud Suthwellam villam suam. Exponent ei pro quibus venerint. At ipse nuntium suum, quem Northmanniam ad regem miserat, et plures de suis, quos ad se longe inde pervenire mandaverat, se exspectare respondit. Qui cum venerint, inquit, audito eorum consilio, faciam quod potissimum mihi faciendum laudaverint. Reversi in istis episcopi sunt.

HENSCHENII NOT R.

Sutrina Acta retractante: sed a Callisto II, cui eas ipse coactus est restituere, anno 1122 in concilio Wormatiensi.

Post hæc, brevi temporis spatio interposito, nun- A tudine professi sunt, profitcaris Quod si in iis qua tius ex parte Thomæ ad Anselmum directus, litteras, quas ecce scribimus, sigillo regis inclusas ei porrexit.

e Henricus, Dei gratia, rex Anglorum, Anselmo Cantuariensi archiepiscopo, charo Patri suo, salutem ct amicitiam.

« Mando vobis ut reexspectetis æquo animo et bona voluntate benedictionem Thomæ Eboracensis archiepiscopi usque ad Pascha, et quidquid inter vos inde actum est. Ego enim, si infra prædictum terminum in Angliam rediero, consilio episcoporum et baronum meorum vos ju te et honorifice inde concordabo. Quod si tam cito non rediero, taliter inde agam, quod fraterna pax et bona concordia inter vos erit. >

Ad hæc nuntio petenti quid Anselinus vellet dare B responsi, dixit : « Se regi qui sibi litteras misit non Thomæ responsurum. > Delegata igitur legatione hujus rei Odoni decano Ecclesiæ Cicestrensis, et Alboldo monacho conobii Sanctæ Mariæ Beccensis, destinavit cos in Northmanniam ad regem narrare illi totum quod præsentis dissidii tenore, inter se et Eboracenses actum exstiterat. Rogarent etiam illum quatenus sur auctoritatis ingenuitate et provisione satageret, ne integritas Christianitatis in duo divisa scinderetur in Anglia, ceruis existens quod seissionem, juxta Domini dictum, desolatio sequeretur (Luc. x1, 17). De induciis autem quas Thomæ Eboracensi archiepiscopo dari mandaverat, pro certo sciret quod prius pateretur totus membratim dissocari quam de negotio, in quo illum contra antiquas sanctorum Patrum sanctiones, si injuste et adversus Deum erexisse sciebat, vel ad horam illas aliquando daret. Reversi nuntii, referent regem æquo animo ac benigno verba Anselmi suscepisse, pollicitumque se per auxilium et misericordiam Dei re ipsa ostensurum, quod integritatem Christianitatis diligeret in Anglia, non scissuram.

Inter hæc languor qui corpus Patris Anselmi graviter affligebat gravior sibi ipsi de die in diem fiebat. Notæ tamen rebellionis non immemor, scripoit Thomas epistolam hane :

 Anselmus minister Ecclesiæ Cantuariensis, Thoinæ electo archiepiscopo Eboracensi.

« Tibi, Thoma, in conspectu omnipotentis Dei, n ego Anselmus archiepiscopus Cantuariensis et totius Britanniæ primas loquor. Loquens ex parto ipsins Dei, sacerdotale officium quod meo jussa - in parochia mea per auffraganeum meum suscepisti, tibi interdico, atque præcipio ne te de aliqua cura pastorali allo modo præsumas intromittere, donec a rebellione quam contra Ecclesiam Cantuariensem incoepisti discedas, et ei subjectionem quam antecessores tui, Thomas videlicet et Girardus archiepiscopus, ex antiqua antecessorum consue-**HENSCHENI INOTÆ.**

· Mallem legere injussu : alias non apparet cur potuerit ab exercitio presbyterii canonice suscepti prohiberi : necdum enim pro contumaci damnabatur,

cœpisti magis perseverare quam ab eis desistere delegeris, omnibus episcopis totius Britannize sub perpetuo anathemate interdico, ne tibi ullus corum manus ad promotionem, pontificatus imponat, vel, si ab externis promotus fueris, pro episcopo vel in aliqua Christiana communione te suscipist. Tibi quoque, Thoma, sub codem anathemate ex parts Dei interdico ut nunquam benedictionem episcopatus Eboraceusis suscipias, nisi prius professionem quam antocessores tui Thomas et Girardus Ecclesiz Cantuariensi fecerunt facias. Si autem episcopatum Eboracensem ex toto dimiseris, concedo ut officio sacerdotali, quod jam suscepistis, utaris. »

Hanc epistolam omnibus episcopis Anglize, singulam singulis, cum suo sigillo direxit, unicuique mandans atque præcipiens, per sanctam obedientiam guam Ecclesia Cantuariensi debehant, ut, secundum quod in illa scriptum erat, se erga ipsum Thomam deinceps tenerent.

Post hæe xi Kal. Maii defunctus est Cantuariæ in metropoli sede gioriosus Pater Anselmus, et die sequenti, que fuit Cœna Domini, in majori ecclesia ad caput venerande memoriæ Lanfranci prædecessoris sui, honorifice sepultus, anno Incarnati Verbi millesimo centesimo nono, regni vero' Heurici gloriosi regis Anglorum nono, pontificatus autem ipsius Anselmi xvi, ætatis vero septuagesimo sexto,

Itaque post brec, pancis diebus evolutis, venit Angliam missus a venerando summo pontifice Paschale, clericus quidam (Ulricus nomine b) cardinalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Hic pallinm Eboracensi Ecclesiæ secum ferens, ubi didicit Anselmam vitam finisse (nam obitum ejus, qui tunc nuper acciderat, non longe extra Angliam famæ certitudo pertulerat) consternatus animo, quid potissimum sibi foret agendum dubitabat. Pallium etenim ipsum Anselmo primitus deferendum a Romano pontifice sumpserat, et ut demum juxta consilium ac dispositionem ipsius inde ageret, ab eodem præceptum acceperat.

In subsequenti festivitate Pentecostes, rex Henricus curiam suam Lundonize in magna mundi gloria et diviti apparatu celebravit. Qui transactis coronz snæ festivioribus diebus, cæpit agere cum episcopis ct regni principibus, quid esset agendum de consecratione electi Ecclesia Eboracensi. Ad quod recitata est coram eo epistola, quam proxime supra scripsimus, ipsi electo ab Anselmo destinata, interdicendo videlicet illi benedictionem, si primo non faceret Ecclesiæ Cantuariensi professionem. Quam Robertus comes de Mellento sibi expositam uti intellexit, sciscitatus est quisnam episcoporum eamdem epistolam suscipere ausus fuerit præter assensum et imperium domini regis. In qua interroga-

 Ulricus, sive Ulfricus, creatus cardinalis dicitur anno 1105, et natione Anglus.

• • •

ł

movere, qua cos regiæ majestati obnoxios faceret, remoti a multitudine, habito consilio, statuerunt apud se suis omnibus, si regia sententia hoc forte comitis instinctu dictaret, se malle despoliari quam iis quæ Anselmus de præsenti querela pra:ecperat non obtemperare. Erant autem hi, Richardus Lundoniensis, Willhelmus Wintoniensis, Robertus Lincoliensis, Herbertus Norwicensis, Rogerius Serberiensis, Radulphus Roffensis, Reinelmus Herefordensis, Robertus Cestrensis, Joannes Bathoniensis, Radulfus Cicestrensis, Willhelmus Exoniensis. Istis ergo, firmato consilio, ut diximus, inter se, visum est Samsonem Wigornensem episcopum accersendum, et quam de negótio sententiam ferret etiam ipse perquirendum. Factum est, et respondit : B Licet hunc gui in pontificatum Eboracensem clectus est, olim ex conjuge filium susceptrin, eique juxta sæculum et carnis naturam honoris ac dignitatis profectus jus æquissime debeam, multo maxime tamen id matri meæ Ecclesiæ Cantuariensi debeo, quæ me in eum, in quo sum, honorem provexit, et gratiæ quam a Christo Domino meruit me per pontificale ministerium participem fecit. Quapropter notum omnibus esse volo me et litteris Patris nostri Anselmi de causa quæ nunc inter nos agitur factis modis omnibus obediturum, nec unquam assensum præbiturum, ut is qui electus est in episcopatum Eboracensem aliquatenns consecretur, donec de subjectione sua Ecclesiæ Cantuariensi debitam et canonicam obedientiam profiteatur. lyse enim præsens fui quando frater meus Thomas archiepiscopus Eboracensis tum antiquis consuetudinibus, tum invincibilibus allegationibus actus, eamdem professionem Lanfranco archiepiscopo Cantuariensi, et cunctis ejus successoribus fecit. > His dictis, illico simul omnes episcopi ad regem reversi sunt, constanter et litteras super quibus comes sciscitatus fuerat, se suscepisse, et contra eas nulla ratione quidquam acturos asserentes. Ad quæ, cum idem comes caput agitaret, autumans jam in illos quasi de contemptu regis crimen injiciendum, dixit rex : « Quidquid in iis aliorum sententia serat, de me constat quia cum episcopis sentio, nec vel ad horam excommunicationem Anselmi subjacere aliquatenus volo. > Quibus D auditis, gavisi sunt omnes. Et agentes Domino grates pariter conclamaverunt Anselmum adesse, et quam non poterat in corpore degens, jani mundo absentem causam Ecclesize suz determinasse. Deinde in laudibus eximit principis demoratum est, at ut ipse dignitatem primatus Ecclesiæ Cantuariensis humiliari a nullo permitteret postulatus, siguidem in hoc, dicunt, consuetudines antiquæ et earum confirmationes, astipulatione totius regni sub magno rege Willhelmo factæ, necne privilegia quæ his priora existent ab apostolica sede ipsi Ecclesize

tione episcopi advertentes comitem velle calumniam A collata corrumperentur, scinderentur, annihilarentur. Acquievit istis rex, et jussit ipsarum quoque seripta auctoritatum, quæ Ecclesia Cantuariensis habebat, sub celeritate afferri, allata recitari. Quod ubi factum est, intulit : « Quid amplius quæritur ? Auctoritates, et privilegia apostolicæ sedis et quæ in præsentia patris et matris meæ, sub testimonio et confirmatione episcoporum, abbatum, et procerum regui definita sunt ut quasi de epistola Anselmi penitus taceatur, ego in quæstionem mitterem, ego novis ambagibus əgitari permitterem? Imo sciat Thomas se aut subjectionem et obedientiam Ecclesiæ Cantuariensi ejusque primatibus, ut antecessores sui professi sunt, professurum ant archiepiscopatui Eboracensi ex toto cessarum. Eligat erge quod vult. Consideratis itaque Thomas auctoritatibus quibus Ecclesiam Dorobernensem niti et circumvallari videbat, spretis clericis subs quorum se consilio credidisse sero dolebat, se contra ipsas auctoritates nobe stare, sed morem antecessorum suorum sequendo, et ipsis acquiescere et Ecclesiam ipsam deinceps semper diligere velle dixit et honorare. Præcepit igitur rex ut professio quam Thomas erat facturus in sui præsentia dictaretur, scriberetur; sigilioque suo charactere, ut vocant, rotundo erat imprimenda, ne quid in ea quovis molimine, antequam eam profitendo Thomas legeret, mutaretur, servaretur inclusa. > Quod et factum est.

> Dominica ergo die quæ fuit v Kal. . Julii convenerunt, jubente rege, Richardus Lundoniensis, Wil-Ibelmus Wintoniensis, Radulphus Roffensis, Herbertus Norwicensis, Radulphus Cicestrensis, Ranulphus Dunelmensis, et Herveus Pangornensis episcopi in ecclesia beati Pauli Landonize pro consecratione Thoma. Inter solitam ergo examinationem, suo loco professionem de subjectione et obedientia sanctæ Ecclesiæ Derobernensi exhibenda Richardus Lundoniensis episcopus, qui Thomam erat sacraturus, ab illo exegit. Professio igitur, sicut erat sigillata, sibi coram omnibus oblata est, fractoque sigillo evoluta et lecta ab eo est ita : « Ego Thomas Eboracensis Ecclesize consecrandus metropolitanus, profiteor subjectionem et canonicam obedientiam sancta Dorobernensi Ecclesiæ, et ejnadem Ecclesiæ primati canonice electo et consecrato, et successoribus suis canonice inthronizatis, salva fidelitate domini mei regis Henriei Angiorum, et salva obedientia ex parte mea tenenda, quam Thomas antecessor meus sanctse Romanse Eeclesise ex parte sua professus est.)

Intererat huic officio prior Ecclesiæ Dorobernensis (Conradus nomine) et ex monachis ejusdem loci quamplures, qui pro hoc ipso, quoniam res eos maxime respiciebat, illo convenerant. Lectam itaque professionem cum a Thoma sibi oblatam Richardus antistes Lundoniensis accepisset, eam nominato

HENSCHENH NOTÆ.

* Erat perperam excusum iv Kal. Julii, qui anno 1109 littera Dominicali C incidit in feriam secundam.

priori et fratribus tradidit, dicons : « Hanc, fratres A decanus Ecclesiæ Cantuariennis, et , item justa inet domini mei, in testimonium auctoritatis vestræ Ecclesia suscipite, et ipsam vobis factam in memoriam posteritatis servate. > Deinde a Radulpho Cicestrensi episcopo dictum in populo est ipsam consecrationem ex recto et antiqua consuetudine debere fieri Cantuarize. Et adjecit : « Verum quia ipsa civitas, defuncto Patre nostro Anselmo, nunc quidem pontifice caret, visum regi sacratisque ordinibus regni est atque principibus, eam hic atque ab bujus sedis cpiscopo præ aliis potissimum celebrandam, eo intuitu, ea ratione quod episcopus Lundoniensis inter alios episcopos est decanus Ecclesiæ Cantuariensis, et ideo speciali quadam dignitate cæteris anteponendus. > Ita ergo in episcopatum. Eboracensem Thomas consecratus est, suscipiens a B ministro quod suscipere detrectavit a magistro. Dum ergo vitæ præsenti superfuit •, pænitudo hujus facti ab animo ejus non recessit, se infelicem, nec tanti Patris benedictione dignum fuisse pronuntians.

Quibus peractis, præfatus Ecclesiæ Romanæ cardinalis, audito rege curizque regis consilio, pallium quod detulerat, Eboracam detulit, ipsoque pontificem ejus investivit, sicque Romam redeundi iter repetiit.

Inter hæc Herveus episcopus Pangornensis, cujus supra meminimus, ab Ecclesia sua, quam olim dimiscrat, penitus translatus est, et novo episcopatu, quem rex et principes dudum in Heli statuendum, juxta mentionem inde superius factam, decreverant inthronizatus. Quod quidem ut adipisci mereretur, multa prece, multis multarum rerum promiss'onibus, nu torum quoque officiorum exhibitionibus, vix post obitum strenuissimi l'atris Anselmi obtinere potis fuit.

lpso anno apparuit stella, quam cometam quamplurimi nominabant. Visa est autem in mense Decembri circa lacteum circulum, crinem in australem cœli dirigens plagam.

In subsequenti Nativitate Domini Christi, regnum Angliæ ad curiam regis Lundoniæ pro more convenit, et magna solemnitas habita est atque sublimis. lpsa die archiepiscopus Eboracensis se loco primatis Cantuariensis regem coronaturum et missam spe- D rans celebraturum ad id omnino paratum semet exhibuit. Cui episcopus Lundoniensis non acquiescens, coronam capiti regis imposuit, euraque per dextram induxit Ecclesiæ, et officium diei percelebravit. At cum ad mensam regis ventum esset, et de loco sessionis inter eosdem episcopos dissensio mota fuisset, noluit eos rex audire, sed utrumque a prandio suo remotum, pransurus hospitia sua præcepit adire. Et quidem quod cpiscopus Lundoniensis ita fecit (ut alia taceam) ea ratione usus est quod et

 Superfuit autem Thomas usque ad Februarium anni 1114, etiam hinc laudandus, quod cum letalem ejus morbum negarent medici posso sanari absque stitutionem beati Gregorii Anglorum apostoli, tunc prior alterius exstitit, quia prius eo suerat ordinatus. Cujus nimirum prioratus gratia se sub tanta festinatione, ut supra diximus, licet alignd in populo prædicaretur, in pontificatum ordinari gnarus, expetiit, quemadmodum nobis testati sunt qui animi ejus absque dubio secreta noverunt, et ipsemet a me percunctatus familiari affatu asseveravit. Sed de sessione prandii regalis tunc inter episcopos, res ita remansit determinanda judicio futuri pontificis Canluariorum.

Per id temporis, acta est causa presbyterorum Angliæ, et districtius quam tempore Patris Anselmi; a consortio mulierum coerciti sunt. Quamplurimi namque illorum, ex obitu Patris Anselmi non modicum exhilarati, promiserant sibi, eo de medio sublato, licitum fore quod, ipso superstite, sibi illitum fuisse condoluere. Sed in contrarium res lapsa est. Rex enim qui plus Deo a multis timebatur, sua lege eos constrinxit quatenus, vellent nollent, concilii Lundoniensis (quod supra notavimus) saltem oculis hominum fierent exsecutores. At si ipsi prcsbyteri deterius agere, quasi in damnationem et contumeliam Anselmi pro hoc elaboraverunt, ipsi viderint. Onus suum quisque portabit. Scio quippe quoniam si fornicatores et adulteros judicabit Dominus, consanguinearum, ne dicam sororum vel filiarum stupratores, non effugient judicium cjus. Nec quod eos Anselmus ab illicitis amplexibus prohibuit, ulla suarum iniquitatum excusatio erit, sed nimirum unusquisque recipiet, prout gessit. Quod si aliquis dixerit Anselmum melius fecisse, si tacendo toleraret, quod prohibitum in pejus pullulaturum fortasse procederet, dicere poterit divitem illum evangelicum qui ad coenam quam præparavit multos vocavit, servum suum non debuisse ad convocandum invitatos destinare, eo quod contigit simul ne venirent omnes excusare. Et hanc ipsam Evangelii lectionem, tam in consecratione ipsius Anselui super eum repertam quam et in pallii ejus susceptione in populo lectam, ea forsitan præsignasse nou alienum a veritate est credere. Quoniam pene omnibus quæ prædicando docuit vel docendo prohibuit, excusatio objecta est, et in nullo verbis cjus efficaciter obtemperatum. Legat, qui vult, textum concilii Lundonieusis, ct, inspectis statutis ejus atque præceptis, perpendat quis els obediat, quis corum exsecutor existat, quis non ea quasi inania ducat. Ecce, ut plurima taceantur, abbates quidam qui in ipso concilio pro Simonia dispositi fuerunt, aut illas quas perdiderunt aut alias abhatias, dato pretio per laicos adepti sunt. Item qui presbyteri dicuntur sive canonici jam tepescente regis edicto, apud episcovos suos et archidiaconos infami com-HENSCHENH NOTÆ.

> usu femiuæ, castus maluerit mori, quam episcopa, lem dignitatem tali macula contaminare.

mercio id effecerunt ut aut suas quas reliquerant, A damque nominatæ Ecclesiæ dignitatem satis suffant alias quæ magis placeant, spretis prioribus, libere meretriculas ducant. Ad hæc criniti quos a Patre Anselmo a sanctæ ecclesiæ liminibus certissime novimus excommunicatos, in tantum abundant tantumque se de crinium suorum feminea et ignominiosa longitudine jactitando magnificant, ut qui crinitas non est, rustici vel presbyteri proboso vocahulo denotetur. Cætera horum indignitate non minus indigna, ne corum amatores, cum mea nihil Intersit, gratis offendam, silentio premam. Tantum dico quia quid futura dies sit paritura nescio; in præsenti scio quam pauci (de sæcularibus dico) inveniuatur, qui via quam illustris Pater Anselmus docendo monstravit, ad cœnam Domini puro ac simplici corde properare contendant. Exivit Angliam semel, R exivit secundo, ad modum videlicet præcepti quod erangelico servo suo Dominus fecit. In quibus exitibus quod ingentem multitudinem prædicando, admonendo, castigando cœnæ Dominicæ de alienigenis introduxerit, nos qui itineris ejus et laboris comites fuimus omni remoto ambiguo scimus. Avertat igitur omnipotens Deus ab illis vocatis, ad quos adducendos primo missus est, sententiam quam idem Dominus intulit : Dico scilicet vobis qued nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit conam meam (Luc. 11v, 24).

His ita digestis, præsens opus, cui quidem ut operam darem, sincera dilectio quam orga heatæ memoriæ Patrem Anselmum superna pietas mibi indigno concessit babere, maxima inter alias causa C et apostolicam benedictionem. fuit, Ani addicam. Prius tamen, et ab iis qui modo sunt, et ab eis qui post nos Alii Ecclesiæ Cantuariensis, id est Dorobernensis (Deo donante) futuri sunt, paucis petitum iri precamur, ne nobis, qui ista scripsimus, quasi in pihil laboraverimus, ipsi succenseant, judicantes fortassis apud se ea quæ gloriosum et magnificum Patrem Lanfrancum suo tempore constat fecisse, ad tuendam conservan-

cere et superabundare. Et nobis utique de illis quæ ipse fecit (quantum quidem ad negotia spectat quorum gratia illa fecit) nullum allud quam illorum judicium est vel aliquando fuit. Unde ut tantum onus scribendi assumeremus, quasi nostro opere opora ejus aliquatenus fulcire cogitaverimus, amentia esse videtur in mentem alicui cadere, præsertim cum nostra, que illis continuantur, non nisi per illa robur unde subsistant salva rerum quas descripsimus veritate sortiantur. Atlamen (quod pace connium dictum est) guzzo accipiatur non parum ad exterminandum scandalum quod Eboracenses super ipsam Ecclesiam moverunt et confirmare nisi sunt, ut de aliis taceam, ipsa epistola profuit, quam pize recordationis Paschalis papa Girardo polatifici Eboracensi de professione quam episcopo Cantuariensi facere debebat pro Anselmo direxit. Siquidem eadem epistola Cantuarize cum sigillo papæ remansit, quam Girardus, ut vir in ecclesiasticis disciplinis educatus, illius auctoritatis præcepto non egens, factam in episcopatu professionem Anselmo (sicut mentio inde superius habita declaravit) interposita fide sua, firmaverat. Textum autem ipsius epistolæ hic, ut omnibus qui legere vel audire ista dignantur, innotescat, subscribemus, et eum in laudem nobis Dei terminum hujus operis constituemus.

· Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Girardo, Eboracensi episcopo, salutem

(Onanguam prave adversus nos, etc.) Vide in Paschali.

Hinc igitur et in omni opere suo laudetur ipse, et benedicatur, qui idem in se manens innovat omnia, transfert regna, et quem vult super illa constituit, vivens et regnans ante et ultra omnia smeula Deus. Amen.

LIBER QUINTUS.

Et huc ex aoundanti.

Anglia notam indidimus, plane indicat nos ibi deliberasse totius operis metam ponere, imo modis omnibus posuisse. Translato etenim eo de hac vita cujus amor ipsius Historiæ describendæ causa præcipua fuit, videlicet domino et gloriosissimo Patre Anselmo Anglorum summo pontifice, ratus sum, visa mora pontificis substituendi, me, si ultra procederem in scribendo, aut inania forte scripturum, aut in privato conversantem non multa, quæ scribenda ratio expeteret, pleniter agniturum, tacita incertitudine vitæ meæ quæ nunc quidem mihi non certior est

Terminus quarti libri Historiæ, cui Novorum in D quam tunc fuit. Verum inter hæc, ex his quæ scripseram certo comperiens me multorum voluntati aç dilectioni morem gessisse, placuit seriem rerum describendo illis annectere, juxta quod Deus, omnium finis, dignabitur inspirare. Eo siquidem respectu quo illa pluribus accepta esse deprehendi sperabam et ista oneri non affutura. Prius tamen quani illa aggrediar, quibusdam qui adhuc præfato pontifici, vere sancto, detrahere non verentur, eo scilicet quod nec sæcularium, nec ecclesiasticarum rerum exstructionibus ipse (ut dicunt) in sua manu omnia tenens ita studium impenderit, sicut antecessor illius venerandæ

memorist Pater Lanfrancus suo tempore fecit, paucis A monachi per bonum Anselmum potiti sunt, multum rationem ostendere in mentem venit, quatenus inspecta negotii qualitate, ex ipsa veritate perpendant an amodo sit eis silendum super hoc, an non.

Utique cum idem Anseimus primo pontificatum Cantuariensem regere suscepteset, ita omnes terras ad ipsum bonorem pertinentes vastatas invenit, et omnes redditus a Willhelmo filio majoris Willhelmi regis direptos, ut unde subsisteret (nota loquor) non haberet. Quamobrem fraudatus redditibus, quibus a festo sancti Michaelis (nam paulo ante boc festum Cantuariam venerat) usque in Nativitatem Domini vivere debuit, summa necessitate coactus. de lis quibus ab ipsa solemnitate usque in Pascha victurus erat, victum sibi ministrari faclebat. Sicque subsequentium terminorum redditus, in præceden- B tibus terminis paulatim et discreto moderamine sumens, vix tertio sui introitus anno, ad statum a prædecessoribus suis statutum in his pertingers potuit. Quid autem angustiarum, præter has a rege Willhelmo et suis passus sit per illos tres et quarto, qui subsecutus est, anno, in primo et secundo nominatæ llistoriæ libro, ntpote qui eis affuimus, nonnullis digessimus. It igitur in tribulatione et atroci persecutione quatuer annis in Anglia degens, quinto puisus ab codem rege est, et totus archiepiscopatus invasus, ac per tres continuos annos, hoc est donec rex idem sagitta interiit, usque in immensum, vastatus. Anselmus vero inter hæc patria eliminatus, dum unde se suosque procuraret de suis ab Anglia nihil c habere mereretur, ab externis necessaria mutuatus est, nolens quidem gravis esse his inter quos morahatur, nec gratis accipere omnia quæ sibi offerchantur. Deinde revocatus a rege llenrico qui in regnum fratri successerat, et res suas in supremam paupertatem redactas reperit, et exactores pecuniarum quas nutuo acceperat, de transmare quotidie venientes vacuos a se dimittere, considerata æquitate, honestum esse non judicabat. Si in istis angustiabatur, nulli mirandum. Super bæc, pax inter illum et regem diutina firmitate non duravit. Vexatus itaque gravi modo per biennium est, ac demum extra terram exire seductus. Exivit, nec, nisi quarto sui exitus anno pene peracto, redire (sicut descripsimus) potis fuit. Tandem reversus duobus annis supervixit, D psimus narrandi exordium sumentes. tertio transiit, debitis quibus se in peregrina patria sustenta verat vix solutis. His ita se habentibus, qua, quæso, ratione poterat terrenis operibus operam dare, quem tam assiduæ oppressiones et suarum rerum destructiones non cessabant fatigare? Ea tamen quæ per se ipsum non valebat, per fideles Ecclesiæ suæ filios, livore carens, et nihil usque sæcularis gloriæ guærens exercebat. Nam res monachorum posuit in dispositione eorum, constituens eis in priorem post Henricum, Ernulfum, post Ernulfum, Conradum (ipsius loci monachos) ad quorum nutum negotia Ecclesiæ cuncta referrentur, et communi consilio fratrum tractarentur, disponerentur, terminarentur. Ex libertate igitur, qua in res suas

per omnom modum Ecclesia aucta est, in recuperatione videlicet plurimarum terrarum, quas guidam laici tenentes in hæreditatem sibi vindicabant, in diversis ornamentis, inque omni decore domus Dei, ita ut pauca et indecora visa fuerint Ecclesize ornamenta, comparatione decoris et multitudinis illius quæ in his diebus perducta sunt. Super hæc, ipsum oratorium, quantum a majore turri in orientem porrectum est, ipso Patre Anselmo providente, disponente auctum est. Et hæc quidem omnia de rebus ecclesize acta sunt, sicut et multa que per Lanfrancum facta fuerunt. Anselmo de suis præter illa plurimam pecunite quantitatem in augmentum domus Dei conferente. Ex his vero quas in dominio suo possidebat, et offerendæ majoris altaris medietatem (liam medictatem enim Pater Laufrancus contulerat) et quasdam terras ad subsidium monachorum antiquius pertinentes, tune autem in alios usos distractas, et pallia valde bona quamplurima, ac nonnulla alia decori domus Dei competentia, juri Ecclesiæ perpetuo possidenda concessit. Ad hæc, postquam de secundo exsilio revocatus est, ut quadam pace potitus, dedit in opera Ecclesize denarios, qui singulis anuis de parochianis Ecclesiis in Pascha matri Ecclesiae pendi solent. Æquius enim esse judicavit cos ab Ecclesia cui pro signo debitæ subjectionis conferuntur possideri quam a sæculari potestate, quasi suos, obcunte episcopo, auferri, co quod illos quoque pontifices, pro suo officio, antehac, juri proprio vindicabant. Nec eo defuncto aliter ac ipse disposuerat, in his a rege actum est, sed in eo statu quo Ecclesiam Pater ipse moriens reliquit, toto temporis spatio quo pastore carebat, ejus instituta mutare consilii esse non autumans, eam conservabat. Pax igitar qua potita est, cui post Deum ascribenda sit satis elucet. Detractores itaque tanti viri et tam magnifici benefactoris Ecclesiæ Christi parcant, obsecro, liuguæ suz, parcant, obsecro, animze suze. Nam si bos qui secrete detrahunt proximo suo perseguitur Deus, timendum fateor ne illos qui publice et contra æquum pravis verbis corrodunt Patrem suum destruat Deus. His hoc modo pro negotii necessitate succincte propositis, accedamus ad res gestas, ab illis quæ descri-

Igitur ubi beatus et felix præsul Anselmus ab ærumnis vitæ labentis in beatitudinem vitæ permanentis translatus est, omnia ad episcopatum quidem Can. tuariensem pertinentia, morem fratris sui Willhelmi regis secutus, in suum dominium rex Henricus redigi præcipit, rebus monachorum in ea qua illas Pater Anselmus posuerat libertate et providentia persistentibus. Unde et tunc multa in decorem domus Domini Christi facta sunt. Quapropter cum maligni quidanı regi suggessissent monachos insanire, et quæ regalibus expensis magnifice possent adminiculari, in superfluos usus ab eis quotidie profligari, ipse (ut vir prudenti bonitate conspicuus). « Quid, inquit, in externas expensas, in sæcularia aliqua,

487

nachi ponunt? At, si in augmentum et gloriam domus Dei eas expendunt, benedicatur Deus, qui et illis hujnsmodi animum inspiravit, et hanc mibi suo munere gratiam tribuit, ut meis diebus mea mater Ecclesia crementum potios capiat, quam detrimentum. > Sic itaque et Ecclesia proficiebat, et ne a quovis infestaretur, regia censura prospiciebat. Agebat quoque in ea curam pontificalis officii Radulphus Roffensis antistes, et ei intus et extra, si qua emergebant, assiduus propugnator erat atque fidelis. lpse ecclesias in omnibus terris totius pontificatos Cantuariensis intus et extra Cantiam inconsultis episcopis, uti petebatur, dedicabat. Ipse quæ ad Christianitatem pertinent, in eisdem terris, prout res exigebat, sedulus ministrabat. Et hac ita inte- B gro quinquennio quo a transitu Patris Anselmi Ecclesia ipsa viduata permansit, in filiis ac rebus ejus agebantur. Quo tempore pene peracto, rex Henricus et monitis domini papæ, et precibus fratrum Cantnarieusium, aliorumque multeriim, imo, quod maximuni est, instinctu Dei permotus, episcopos et principes Anglize in unum apud Windleshoram fecit venire, eorum consilium in constituendo pontifice Cantuariensi volens habere. Invitati etiam sunt præfatus Radulphus Roffensis episcopus, et prior ac nonnulli fratres Cantuarienses curiam venire, ignorantes certitudinem causse, propter quam invitabantur. fvimus ergo illuc, quamplures vero nobis cuntilus obviantes, et se a curia venire, et nos C ab eo quo suerant super ipsum demutata sunt, ac absque omni contradictione abbatem Abendonice, Faricium nomine, archiepiscopum habituros asseverabant. Quod nos, industriam hominis probatam habenies, gaudenti animo amplectebamur, placeret soluminodo Dei voluntati, in quo totam spem nostram locaveramus. Quid multa? Ad curiam venimus, et ecce omnia plena erant de abbate quæ audieramus. Et revera regia voluntas hoc proposuerat, ac propter idipsum jussus a rege idem abbas curiæ se præsentaverat. Animus tamen episcoporum, et quorumdom magnatorum in aliud vergebat, præoptantium videlicet aut quemlibet episcopum de ordine clericali, aut clericum aliquem de capella regis in opus illud ascisci. Verum ubi eis objectum est nollum a beuto Augustino (31) nisi de monachico ordine unquam D pontificatui Cantuariensi præsedisse, uno duntaxat excepto, qui et ob hanc præsumptionem, et alia quædam perverse ab eo commissa depositus per Ramanum pontificem fuit, et ea re tam antiquam et authenticam consuetudinem, cum nulla ratio vel necessitas exigeret, subverti non oportere, desistere cœpto, quod plurimo conatu perficere laborabant, compulsi sunt. Disponente igitur providentia summi Dei in prænominatum Roffensem episcopum, subito versa episcoporum sententia est, illum scilicet in primatem totius Britanniæ constitui cupientium, et assensum regis in hoc sibi cooperari postulantium. Ad quod rex, statim mutata mente quam in promotione abbatis habchat, libens in es que de episcopo

....

in vana vel ordini suo contraria opera res suas mo- A suggerebantur animum transtulit, velleat tantumnodo monachi, natuque majores et populi Cantuarienses. Nec mora; requiritur quale sit in istis velle corum, et vota omnium inveniuntur esse unum. Refertur in turbam negotii summa, et in laudem Dei laxantur pro hoc omnium ora. Sic electus in pontificatum Cantuariensem Radulphus Roffensis episcopus est, et inexplicabilis lætitia omni multitudini quæ confluxerat exinde procreata. Mira namque affabilitas, quæ ad cunctos in eo vigebat, et eum magnopere diligi et honori ejus aggaudere quemque bonum faciebat. Audires interea (si adesses) multos una conclamare : (Vere cor regis in manu Dei; quocunque vult inclinat illud (Prov. xx1, 1). > Acta sunt has anno incarnationis Dominicæ millesimo centesimo quartodecimo, vi Kalend. Maii, quinto die peracto quinquennio a transitu gloriosissimi Patris Anselmi. Venit dehine Cantuariam xvi Kal. Junii, et gloriose a clero et populo susceptus est, atque ab episcopis (qui ob hoc convenerant) loco pontificis sublimatus. Egit autem primos introitus dies sui, în magna gloria et diviti rerum apparatu. gaudentibus cunctis, et Deum collaudantibus quod jam tandem, post diutinam exspectationem, Ecclesice suz pastorem non de externis, sed de domesticis

instituere dignatus sit.

Post hæc, semolis a dominatu ils qui pontificatui dominari solebant, locavit suos ut siki guidem melius videbatur, et sensus plurimorum necne voluntas fama illius quæ antehac ab omnibus prædicabatur, a multis, vulgi more, sinistrorsum detrahebatur. Inter hæc rex Henricus Northmanniam ire parabat. Francos suosque vicínos sibi inimicitias exstruentes paci subigere qua præditus erat industria volens. Sed ne quid in Anglia, se abeunte, remaneret indispositum, monasteria cuncta, quæ jamdiu cura pastorali fuerant destituta, consilio episcoporum ct principum suorum, locatis personis, in hoc officium ordinavit. Quod si aliqui eorum' lupi magis quam pastores effecti sunt, ipsi viderint; rex eos ut pastores, non lupi essent (sicut credi fas est) collocavit. Quod tamen credibilius forte videretur, si non omnes ex alienigenis, sed aliquos saltem ex indigenis terræ, non usquequaque Anglos prorsus, tali ministerio substituisset. Vitæ etenim meritum ac regularis observatio disciplinæ, nec non prudentia rerum administrandarum quæ oportebat, eis qui respuchantur, non minus quam iis inerat qui assumebantur. Unum eos, natio scilicet dirimebat. Si Anglus erat, nulla virtus, ut honore aliquo dignus judicaretur, eum poterat adjuvare; si alienigena, solummodo quæ alicujus boni speciem amicorum testimonio prætenderent, illi ascriberentur, honore præcipuo illico dignus judicabatur. Verum in istis nemo cujusvis injustitiæ Deum accuset, cum ejus dispositioni cuncta subjaceant, cum nihil injuste usquam disponat, cum interea nihil flat sinc causa. Quæ dum ita

SP

memoria Pater Lanfrancus suo tempore fecit, paucis A monachi per bonum Anseimum potiti sunt, multum rationem ostendere in mentem venit, quatenus inspecta negotii qualitate, cx ipsa veritate perpendant an amodo sit eis silendum super hoc, an non-

Utique cum idem Angelmus primo pontificatum Cantuariensem regere suscepisset, ita omnes terras ad ipsum honorem pertimentes vastatas invenit, et omnes redditus a Willhelmo filio majoris Willhelmi regis direptos, ut unde subsisteret (nota loquor) non haberet. Quamobrem fraudatus redditibus, guibus a festo sancti Michaelis (nam paulo ante hoc festum Cantuariam venerat) usque in Nativitatem Domini vivere debuit, summa necessitate coactus, de lis quibus ab ipsa solemnitate usque in Pascha victurus erat, victum sibi ministrari faciebat. Sicque subsequentium terminorum redditus, in præceden-B tibus terminis paulatim et discreto moderamine sumens, vix tertio sui introitas anno, ad statum a prædecessoribus suis statutum in his pertingere potuit. Quid autem angustiarum, præter has a rege Willhelmo et suis passus sit per illos tres et quarto, qui subsecutus est, anno, in primo et secundo nominalæ Historiæ libro; ntpote qui eis affuimus, nonnullis digessimus. It igitur in tribulatione et atroci persecutione quatuor annis in Auglia degens, quinto puisus ab codem rege est, et totus archiepiscopatus invasus, ac per tres continuos annos, hoc est donec rex idem sagitta interiit, usque in immensum, vastatus. Anselmus vero inter hæc patria eliminatus, dum unde se suosque procuraret de suis ab Anglia nihil c pontifices, pro suo e habere mereretur, ab externis necessaria mutuatus est, nolens quidem gravis esse his inter quos morahatur, nec gratis accipere omnia quæ sibi offerchantur. Deinde revocatus a rege llenrico qui in regnum fratri successerat, et res suas in supremam paupertatem redactas reperit, et exactores pecuniarum quas mutuo acceperat, de transmare quotidie venientes vacuos a se dimittere, considerata æquitate, honestum esse non judicabat. Si in istis angustiabatur, nulli mirandum. Super hæc, pax inter illum et regem diutina firmitate non duravit. Vexatus itaque gravi modo per biennium est, ac demum extra terram exire seductus. Exivit, nec, nisi quarto sui exite anno pene peracto, redire (sicut descripsimus) p fuit. Tandem reversus duobus annis superv tertio transiit, debitis quibus se in peregrina posustentaverat vix solutis. Ilis ita se habentibus quaso, ratione poterat terrenis operation dare, quem tam assiduze oppu rerum destructiones non cess tamen qua per se ipsum num Ecclesize suze filios, livore com sæcularis gloriæ quærens eser nachorum posuit in disposition eis in priorem post Henrice nulfum, Conradum (ipsing nutum negotia Ecclesian muni consilio fratrum terminarentur, Ex liLon

per omnom modum Ecclesia aucta est, in recuperatione videlicet plurimarum terrarum, quas quidam laici tenentes in hæreditatem sibi vindicabant, in diversis ornamentis, inque omni decore domus Dei, ita ut pauca et indecora visa fuerint Ecclesiæ ornamenta, comparatione decoris et multitudinis illius quæ in his diebus perducta sunt. Super hæc, ipsum eratorium, quantum a majore turri in orientem porrectum est, ipso Patre Anselmo providente, dist -nente auctum est. Et hæc quidem omnia de relati ecclesiæ acta sunt, sicut et multa quæ per Lante cum facta fuerunt, Anselmo de suis præter iller rimam peceniæ quantitatem in augmentum 🐇 Dei conferente. Ex his vero quae in domin possidebat, et offerendæ majoris altaris me (liam medictatem enim Pater Laufrances lerat) et quasdam terras ad subsidium to antiquius pertinentes, tunc autem in a tractas, et pallia valde bona quamp nolla alia decori domus Dei competto siæ perpetus possidenda concessit. de secundo exsilio revocatus (-potitus, dedit in opera Eccl gulis annis de parochianis 1 Ecclesize pendi solent. $A \in \mathcal{A}$ ab Ecclesia cui pro signa runtur possideri quat suos, obeunte episco cabant. Nec co de his a rege actu Pater ipse not pastore care antumans. est, cui tracto facto

in vana vel ordini suo contravia nachi ponunt? At, si in annum doinus Dei eas expendent, beund illis hujnsmodi animum impiravit. munere gratiam tribuit, at units Ecclesia crementum peties oppiat. tum. > Sic itaque et Ecclesia v quovis infestaretur, regia censuro hat quoque in ea curam pontiticali Roffensis antistes, et ei intus mun gebant, assiduus propugnatur en lpse ecclesias in omnibus terris a Cantuariensis intus et extra Can episcopis, uti petebatur, dedicalati Christianitatem pertinent, in musi res exigebat, sedulus ministratual. gro quinquennio quo a transite In clesia ipsa viduata permansit, in ti agebantur. Quo tempore pene pene et monitis domini papæ, et press tearicusium, aliorumque multeru mum est, instinctu Dei permutas, cipes Anglize in unum apud her venire, eorum consilium in o Cantuariensi volens habere. præfatus Radulphus Ruffensin ac nonnulli fratres Cantman ignorantes certitudinem can tabantur. Ivimus ergo ilinc, m cuntibus obviantes, et se absque omni contradictione Faricium nomine, prelinepase appingverabant. Quod nos, indust melicet habentes, gaudenti animo an mitensis, soluminodo Dej voluntati, in m etrensis locaveramus. Quid multa ? _____ mis. Quod ecce omnia plena erant de marte rit, sacratus Et revera regia voluntas bec gento, quæ in idiosum jussus a rege idea uxpedire pertaverat. Animus tamen me

magnatorum in aliud version dis dominus papa licet aut quemlihet entriensis destinavit, aut elericum aliquem destinavi a ratione; sunt ascisci. Verum ubi eise

Augustino (34

salutem et apostolicam

tes, a etc. Vide ibid. plus archiepiscopus, consilio proxime supra nominatoirchidiaconatum ipsius Ec-), clerico videlicet honestote conversationis ad omnes. n capitulo, præsente fratrum ricorum ac laicorum multitumedium adducta, facto prius dem Joanne, tactis Evangeliis, fidelitatem Ecclesiæ ipsi per

um, dum viveret. ous rex jussit omnes egni ad curiam suam per totam terram disariorum generale con-.mmi papæ, cujus supra .a, et nova quædam tanof correctione Christianæ ne promulgaturum. Itaque ut Octob., conventus omnium in palatio regis factus est, celebratione et Christianitatis disperserat nihil fuisse quæ unfo tandem advertit. Venit tamen matus Anselmus, qui pallium Canat, deferens epistolam ex parte apoepiscopis Angliæ, hunc textum ha-

Henrico illustri regi, et episcopis Anglici alutem et apostolicam henedictionem.

muliter Ecclesia Dei fundata sit, > etc. Vide

der ad hæc, consilio cum episcopis habito quid oper his et quibusdam aliis quæ animum suum plurimum offendebant papæ responderet, placuit in commune ut suos nuntios milteret, per quos quæ vellet securius papæ mandaret. Nam ante hos dies quidam Romanæ Ecclesiæ cardinalis, functus legatione apostolicæ sedis, Cono nomine, Franciam venerat, et ibi, juxta suæ legationis officium, generalia concilia celebrans, episcopos Northmannia ab episcopali officio suspensos excommunicavit, eo quod conciliis tertio vocati interesse noluerant. Quæ episcoporum excommunicatio, animum regis valde reddidit conturbatum, et rationis esse duxit sup r his papam convenire, maxime quod in hujusmodi visus sit privilegia patri et fratri suo, sibique a Romana Ecclesia jam olim collata, se non promerente scidisse. Ad hæc itaque agenda directus est Willhelmus antistes Exoniensis, papæ notissimus, utpote qui sæpe ad eum tempore gloriosi Patris Anselmi, pro negotiis quæ tunc inter reges Angliæ et eumdem Patrem versabantur, ab ipsis fuerat regibus destinatus. Nec enim cæcitas quæ visum ei tulerat ab ipso itinere illum poterat excusare, quia præterita gesta ejus fiduciam regi præbebaut illum pro posse, juxta morem suum, suæ causæ fideli er velle insistere.

Interea clerici Meneuwensis Ecclesiæ, quæ sub patrocinio beati Andreæ et sancti David in Walis fundata consistit, episcopum sibi defuncto episcopo suo Walfrido, a rege Henrico postulavere, et electus est in hoc opus Bernardus quidam, capellanus reginæ, vir probus et multorum judicio, sacerdotio dignus. Electus est autem Sabbato jejuni septimi mensis, et eodem die ad presbyteratum a Wentano episcopo Willhelmo apud Suthwercham consecratus. De promotione vero pontificatus, quam mox in cra-

494

sint, nullus sibi de iis que Deus non approbat, plau- A bro præfatæ Historiæ meminimus, ad regimen abdat, quoniam unde isti coronam, inde illi novit æquo ... batiæ Sancti Edmundi. judicio pœnam prærogare. Sed de his, hac interim vice sufficiat. Dies enim mali sunt.

Dum itaque rex Ecclesiarum dispositioni, ut diximus, operam daret, postulatus a pontifice Cantuariorum est, quatenus sibi monachum Ecclesia Cantuariensis, tunc quidem abbatem Burchorum, Ernulfum nomine, redderet, ut eum Roffensi Ecelesiæ loco pontificis sibimetipsi subrogaret. Et hoc quidem faciebat, tum quia sapientiam ac religionem hominis compertam habebat, tum quia ignotam personam super ipsam Ecclesiam vel inter fratres Cantuarienses immittere nolebat, tum etiam quia se ex vicinitate ipsius multum sperabat adjuvandum ia dispositione rerum suarum. Quod rex perpen-B dens, libenter annuit. Abductus igitur abbas a Burcho est, et Cantuariæ in capitulo fratrum ab archiepiscopo iv Kal. Octobris episcopatu Roffensi, ex antiquo more investitus, convenientibus ad hoc eumque eligentibus monachis, clericis, et laicis ad ipsum episcopatum pertinentibus, et alia hominum multitudine copiosa. Qui electus, licet Ecclesiæ Dorobernensis monachus esset professus, tamen antequam episcopatu per virgam pastoralem investiretur, tactis Evangeliis, promisit se et fidelitatem Ecclesiæ Cantuariensi et antistiti ejus per omnia servaturum, et nullo unquam molimine aut occasione se intromissurum, vel assensum præbiturum, ut Ecclesia Cantuariensis dignitatem aut potestatem quam super C Roffensem Ecclesiam eatenus habuit, ullo modo perderet. Ut enim ista sponsio fieret archiepiscopus (qui Roffensis episcopus fuerat) omnimodo expedire sciebat. Moratus est autem ipse electus Cantuariæ 'pene quindecim diebus post hæc, ac demum vi Id. Octobris ab archiepiscopo Rhopham perductus atque in sedem pontificalem digno cum honore a clero et populo susceptus. Eadem die fluvius, Medewege vocatus, ita ab australi pontis parte, prope castrum civitatis, per nonnulla milliaria in se defecit, ut in medio alveo sui etiam parvissimæ naves, ob penuriam aquæ, elabi minime possent, nec hunc defectum solus ille fluvius, ipsa die, passus est. 'Tamisia nihilominus eidem illa die defectui patuit. Nam inter pontem et regiam turrim, sub ponte D etiam in tantum fluminis ipsius aqua diminuta est ut non solum equi, sed et innumera bominum et puerorum multitudo illud pedibus transvadarent, aqua vix genua corum attingente. Duravit autem hic aquæ defectus a medio noclis præcedentis usque ad profundas tenebras noctis subsequentis. sicut hi testati sunt, et hucusque testantur qui præsentes ista viderunt, et transvadantes transvadantium socii exstiterunt. Similem quoque aquarum defectum ipso die apud Gervemutham, et in aliis locis per Angliam certo relatu contigisse didicimus.

Dehinc Kal. Novemb. Radulphus archiepiscopus sacravit Cantuariæ in metropoli sede Alboldum, Beccensis conobii monachum', cujus in quarto li-

His diebus missi sunt Romam nuntii, qui pallium archiepiscopo Cantuariensi ab apostolica sede deferrent. Fuerunt autem hi, Joannes monachus Sagii, qui paulo ante hos dies in abbatem Burchorum post præfatum Ernulphum electus fuerat et cousceraus, Warnerius monachus Cantuariensis, et Joannes clericus filius sororis archiepiscopi, qui Romam venientes litteras regis Anglorum et archiepisconi, conventus quoque fratrum Ecclesiæ Cantuariensis, et singulatim omnium pene episcoporum Angliz domino papæ detulerunt. Quorum litterarum unas de omnibus hic pomere non abs re æstimavimus, volentes et aliarum sensus per illas agnosci. Sunt igitur hæ:

· Domino sanctæ universalis Ecclesiæ summo pastori, Paschali, conventus Ecclesiæ Christi Cantuariensis, fideles orationes et totius sanctæ devotionis obsequium.

· Notum esse non dubitamus, > etc. Vide in Paschali II.

Ad hæc, qui missi fuerant, legationis suz officium, qua præditi erant prudentia, apostolicis auribus suggesserunt, sed responsum, quod eis alicujus cause suæ effectus spem promitteret, primo recipere non meruerunt. Locuti sunt his et illis sibi non notis et respondebatur eis sicut ignotis. Fluctuabant ergo, nec quo se tuto verterent advertebant.

Erat illis diebus Romæ Anselmus nepos Anselmi domini archiepiscopi, domino papæ familiaris, ct ab eo abbas Sancti Sabæ confessoris effectus. Qui, in diebus beati avunculi sui plurimo tempore in Anglia degens, pro mansuetudine sua ab indigenis terræ quasi unus eorum diligebatur. Hic, audito præfatos nuntios advenisse, alacer ad eos Lateranis venit, et in cunctis quæ negotii sui tenor exigebal, erga eos morem veri amici sequens, exercuit. Quid plura? Romanum pontificem, et quorum consilio nitebatur communicata instantia, ita cause illorum fautores effecit ut gratis omnino voti sui compotes fierent, et ipsum Anselmum (qui pallium, pro quo iverant, ex parte beati Petri et domini papæ Cantuariam deferret) tradente illum eodem summo pontifice, per manum acciperent. Quibus peractis nuntii Roma regrediuntur, Anselmo pro lis quæ sua intererant cum papa relicto. Venientes igitur in Northmannia ad regem, quid egerint edisserunt, et suz industriæ meritas laudes excipiunt. Inde directo nuntio in Angliam, qui archiepiscopo gesta referret, ipsi adventum præfati Anselmi trans mare præstolantur. Qui adveniens a rege cum honore suscipitur, ac pro sua sollicitudine dignitati regni Anglorum impensa dignæ grates persolvuntur. Traditis deinde litteris ipsi a papa directis, post aliquot dies cum eo exacto, Angliam nuntii qui Roma venerani, comitatus impiger tendit. Litterarum textus quas regi detulerat, hic est :

· Paschalis episcopus, servus servorum Dei,

dilecto filo Henrico Illustri Anglorum regi, salutem A omnia et in omnibus exhibiturum, dum viveret, et apostolicam benedictionem.

« Cum de manu Domini, » etc. Vide in Paschali.

Igitur Anselmus Angliam ingressus, archiepiscopum adiit, a quo decenter susceptus, decenter est per plurimum tempus ab eo detentus. Die ergo Dominica, quæ fuit v Kal. Julii, convenerunt in metropoli sede Cantiæ episcopi, abbates, quique nobiles et innumerabilis quaqueversum coacta hominum multitudo. Itaque juxta quod fuerat præordinatum, præfatus Anselmus pallium in vase argenteo honorifice ferens, Cantuariam venit, itumque est illi obviam usque ad portam civitatis, ab utroque conventu duarum Ecclesiarum, archiepiscopatus scilicet et vicinæ abbatiæ Sancti Augustini, cum omnibus qui pro hoc ipso illo confluxerant. Pater stipatus episcopis, et indutus, ut alii, vestibus sacris, nudis pedibus devotus occurrit. Sicque delatum super altare Salvatoris pallium est, et a pontifice inde susceptum, facta prins Romano pontifici de fidelitate el canonica obedientia professione. Deinde pro reverentia beati Petri ab omnibus deosculatur, et indutus eo pontifex summus ad cathedram patriarchatus Anglorum gloriose perducitur, et inthronizatur. Ante quam 'cathedram, dictis orationibus, et aliis quæ ipsius Ecclesiæ sacer usus dici instituit, mox Ecclesiæ Vigornensis antistes electus, Theobaldos nomine, ei consecrandus præsentatur. Qui ab eo examinatus et more solito canonicam ei et successoribus suis obedientiam professus, sacratus est honorifice in pontificatum ad quem fuerat pras-C titulatus. Huic consecration) interfuerunt et adjutores exstiterant episcopi qui convenerant, videlicet Richardus Lundoniensis, Rogerius Serberiensis, Herbertus Norwicensis, Radulphus Cicestrensis, Joannes Bathoniensis, Herveus Eliensis. Quod episcopus Roffensis ea die, licet adfuerit, sacratus non fuit, in eo remansit, ratione detento, quæ in aliud tempus id differendum magis expedire persuasit animo ejus.

· Litteras quoque per id temporis dominus papa Fratribus Ecclesiæ Christi Cantuariensis destinavit, quas hic ponere non alienum putavi a ratione; sunt autem hæ:

tuariensis Ecclesize filiis, salutem et apostolicam benedictionem.

· Ecclesiæ vestræ legatos, > etc. Vide ibid.

Post hos dies Radulphus archiepiscopus, consilio et petitione episcoporum proxime supra nominatorum, dedit, concedentibus et approbantibus monachis Cantuariensibus, archidiaconatum ipsius Ecclesiæ, Joanni nepoti suo, clerico videlicet honestorum morum et mansuelæ conversationis ad omnes. Que donatio facta est in capitulo, præsente fratrum conventu, copiosa clericorum ac laicorum multitudine pro hoc ipso in medium adducta, facto prius coram emnibus ab codem Joanne, tactis Evangeliis, sacramento quo se fidelitatem Ecclesia ipsi per

repromisit. Eodem anno Henricus rex jussit omnes episcopos et principes totius regni ad curiam suam sub uno venire. Unde rumor per totam terram dispersus est pontificem Cantuariorum generale concilium (præsente legato domini papæ, cujus supra meminimus) celebraturum, et nova quædam tantoque conventui digna pro correctione Christianze religionis in omni ordine promulgaturum. Itaque ut rex jusserat xvi Kal. Octob., conventus omnium apud Westmonasterium in palatio regis factus est, et quod de concilii celebratione et Christianitatis emendatione rumor disperserat nihil fuisse que confluxerat multitudo tandem advertit. Venit tamen illuc sæpe nominatus Anselmus, qui pallium Cantuariam detulerat, deferens epistolam ex parte apostolici regi et episcopis Angliæ, hunc textum habentem.

« Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Henrico illustri regi, et episcopis Anglici regni, salutem et apostolicam henedictionem.

« Qualiter Ecclesia Dei fundata sit, » etc. Vide in Paschali II.

Rex ad hæc, consilio cum episcopis habito quid super his et quibusdam aliis quæ animum suum phirimum offendebant papæ responderet, placuit in commune ut suos nuntios mitteret, per quos quæ vellet securius papæ mandaret. Nam ante hos dies quidam Romanæ Ecclesiæ cardinalis, functus legatione apostolicæ sedis, Cono nomine, Franciam venerat, et ibi, juxta suæ legationis officium, generalia concilia celebrans, episcopos Northmanniæ ab episcopali officio suspensos excommunicavit, eo quod conciliis tertio vocati Interesse noluerant. Quæ episcoporum excommunicatio, animum regis valde reddidit conturbatum, et rationis esse duxit super his papam convenire, maxime quod in hujusmodi visus șit privilegia patri et fratri suo, sibique a Romana Ecclesia jam olim collata, se non promerente scidisse. Ad hæc itaque agenda directus est Willhelmus antistes Exoniensis, papæ notissimus, utpote qui sæpe ad eum tempore gloriosi Patris Anselmi, pro negotiis quæ tunc inter reges Angliæ et eumdem Patrem versabantur, ab ipsis fuerat ree Paschalis episcopus, servus servorum Dei, Can- n gibus destinatus. Nec enim cæcitas quæ visum ei tulerat ab ipso itinere illum poterat excusare, quia præterita gesta ejus fiduciam regi præbebant illum pro posse, juxta morem suum, suz causz fideli er velle insistere.

> Interea clerici Meneuwensis Ecclesiæ, quæ sub patrocinio beati Andreæ et sancti David in Walis fundata consistit, episcopum sibi defuncto episcopo suo Walfrido, a rege Henrico postulavere, et electus est in hoc opus Bernardus quidam, capellanus reginæ, vir probus et multorum judicio, sacerdotio dignus. Electus est autem Sabbato jejunii septimi mensis, et eodem die ad presbyteratum a Wentano episcopo Willhelmo apud Suthwercham consecratus. De promotione vero pontificatus, quam mox in cra-

stino fleri et rex et alif plures optabant, cum ubi A limis votis desideramus et petimus, secreto nobis aptius fieri posset disquireretur, intulit Robertus comes de Mellento supervacue de loco dubitari, dum constaret 'episcopum lali eventu electum, 'ex con-"suctudine in capella regis debere sacrari, et hoc se probaturum, si opus esset pronuntiat. Quod non equum hominis dictum Pater Radulfus parato animo ferre non valens, dixit eum hujusmodi allegatione leviter posse efficere, ut nec ibi, nec alibi, nisi 'Cantuarize, pro quavis causa pontifex idem sacraretur. Sciret tamen comes ipse, quia, postquam de capella tantum regis dixit, nulla ratione se illum inibi consecraturum. Ad quæ rex, ad comitem versus, nihil est, inquit, quod intendis. Nec enim ego, aut quilibet alter potest episcopum Cantuariensem aligno modo constringere ut episcopos B Britannize alibi consecret quam velit ipse. Quapropter viderit. Snum est. Consecret episcopum suum ubi voluerit. Proposuit itaque'illum in eccle-'sia hospitii sui apud Lambetam consecrare; verum quia ipsi officio regina interesse volebal, postulatus ab car sacravit ipsum in ecclesia beati Petri Westmonasterii xm Kal. Octobris, accepta ab eo solita professione, et subjectione et obedientia Ecclesiæ 'Cantuariensi et episcopis ejus exhibenda. Huic consecrationi interfuerunt, et cooperatores exstiterunt 'suffraganei' Ecclesiæ Cantuariensis, 'episcopi videlireet hi Willhelmus Wintoniensis, Robertus Lincoliensis, Rogerios Serberiensis, Joannes Bathoniensis, Urbanus Glamorgacensis, Gilebertus Lumniensis de 'Hibernia.

Hoc eodem tempore Alexander rex Scotorum misit Radulfo epistolam hanc':

« Domino et Patri charissimo Radulfo, venerabili Cantuariensi archiepiscopo, Alexander; Del misericordia, rex Scotorum, saluteni, et devotæ fidelitatis · •. . : 'ebsequinm.' .

- « Notificamus vobis, benignissime Pater, quod repiscopus ecclesiæ Sancti Andreæ apostoli, dominus, -videlicet Turgodus II Kal. Septembr. migravit a seculo. Unde valde constristamur tanto solatio destituti. Requirimus ergo vestræ consilium et aukilium, sicut confidimus in vobis, ut secundum Deum talem substituere valeamus qui nos et gentem nostram per Deo placitam conversationem regere et D quia Radulfus nec auditum præhere æquanimiter docere utiliter sciat. Petimus etjam ut recordari dignemíni quid vobis jam quadam vice suggessimus de episcopis Ecclesiæ Sancti Andreæ; quod in antiquis temporibus non solebant consecrari, nisi ab ipso Romano pontifice, vel ab archiepiscopo Cantuariensi; bocque tenuimus, et per successiones temporum, ex suctoritate ratum habuimus, quousque dominus Lanfrancus archiepiscopus, nescimus quo pacto, absentibus nobis et nostris Thomæ Eboraci archiepiscopo illud ad tempus relaxaverat. Ouo ombino vestra, si placet, auctoritate suffulti, ut amplius sic remanent, non concedimus. Nunc igitur. si ad id nobis nostræque Ecclesiæ reparandum yestrum adjutorium sperare debemus, quod humil-

certitudinem dignis vestris apicibus remandare · curate. Valete. '> ۰.

lpso anno, vii Kal. Januarii, Radulfus archiepiscopus sacravit super memoratum Ernulfum in pontificatum Ecclesiæ Roffensis, et Gosfridum ad regimen Ecclesiæ Herefordensis. Sacrati sunt autem simul Cantuariæ in metropoli sede, convenientibus et cooperantibus in hoc officio suffragancis ipsins sedis, Willhelmo episcopo Wintoniensi, Herberto Norwicensi, Radulfo Cicestrensi, et Bernardo Me-÷., neuweńsi. > 1-

Post hæc xur Kal. Aprilis factus est conventus episcoporum abbatum et principum totius regui apud Serberiam, cogente eos illus sanctione regis Henrici. Siguidem Northmanniam se proxime: transfretaturum disposuerat, et quid sibi eventurum foret ignorans, Willhelmum, quem ex ingenua conjuge sua filium susceperat, hæredem regni substi-'tuere sibi volebat. Igitur agnita regis voluntate moz ad nutum ejus omnes principes facti sunt bomines -ipsius , Wilfhelmi, , fide : et sacramento confirmati. Radulfus autem archiepiscopus Cantuariensis, et -alii episcopi atque abbates regni Anglorum fide et sacramento professi sunt se et regnum et regni coronam, si defuncte patre suo superviverent, ia eum omissa omni calumnia et occasione, translaturos, eique, cum rex foret, hominia üdeli mente facturos. De his ita. Habita guoque est his dichus causa-de querela quat inter archiepiscopum Cantuariorum, et electum pontificem Eboracensem per integrum pene annum versata fuerat. Defuncto siquidem Thoma, cojus circa finem quarti libri supra memoratæ Historiæ satis habita mentio est, electos erat ad regimen prælicti pontificatus quidam de clericis regis, vocabulo Thurstanus, connivente Radulfo archiepiscopo, et aliam quam rei exitus probavit, de co habente opinionem, Hic, itaque electus cum ab ipso pontifice monerotur ut Ecclesize Cantuariensi faceret quod debebat, et benedictionem suam ecclesiastico more susciperet, respondit benedictionem quidem se libenter velle suscipere, sed professionem quam exigebal, et autecrssores sues fecisse sciebat, nulla ratione facturum. Cujus verbis voluit, negotium ipsum eousque indeterminatum remansit. Ipse quoque Thurstanus legatos suos Romam direxerat, modis quibus apud Romanos agi oportere sciebat, a papa cupiens absolutionem debitæ professionis obtinere, sed nihil effecerat. Rex autem Henricus, ubi advertit Thurstanum in pervicacia stare, et camdem pervicaciam quasi ex tuitionis suze fiducia fulcire ac manutenere, rupit ej ipsius fiducize nodos, et aperte protestatus est illum aut morem antecessorum suorum tam in professione facienda quam et in aliis dignitati Ecclesiæ Cantuariensis ex aptiquo jure competentibus exsecuturum, aut episcopatu Eboracensi com benedictione funditus cariturum; Ad quze ille, clericorum quasi di-

gnitatis sute libertati ficta reverentia acclamantium, A et inclytus Pater Anselmus olim ab Anglia pro jusuique cordis consilio impræmeditatius credens, renuntiavit pontificatui, spondens regi et archiepiscopo se, dum viveret, illum pon reclamaturum, nec aliquam calumniam inde moturum, guicunque substitutus fuisset. Sed cum post dies, et consueta obsequia et pristini honores circa se defectui magno paterent, tabescebat animo, et se fecisse quod fecit vehementer indoluit. Quapropter mutato consilio, regem trans mare cuptem secutus, est, sperans se revestituram sui pontificatus recuperaturum, et tali modo erga cum facturum ut, co præcipiente, benedictionem ab archiepiscopo sine professionis exactione adipisceretur. Cui negotio cum se medium nisi rem protelando rez facere nollet, sciens archiepiscopum abominabile habere tanto præcipitio se В perenniter fleri obnozium, suspensa res est, et nec ipse, nec alins quis in episcopatum Eboracensem substitutus.

· Ipso anno circa mensem Augustam, reversus a Roma supra memoratus Amelmus venit Northmanniam ad regem Henricum litteras apostolici deferens, quæ sibi vices apostolicas in Anglia administrare concedebant. Quod regno Angliæ brevi innotuit. Admirati ergo episcopi abbates, et nobiles quique Lundoniz adunati sunt super his, et quibusdam aliis, præsente regina, communi consilio tractaturi. Quid-multa ? Placuit omnibus archiepiscopum Cantuariensem, quem maxime res had respiciebat, regem adire, et exposita el antiqua C regni consuctadine simul ac libertate, si consuleret, Romam iret et bæo nova annihilaret. Amplectitur ille consilium, et amore quam maximo visitandf spostolorum limina ardens mare transiit, et regem Rothomagi reperit. A quo et Ecclesia pontificatus fpsius civitatis summo gaudio et honore susceptas. per plures dies in eadem civitate ab ipso rege detentus est. Supra memoratum quoque Aaselmum ibi reperimus transitum in Angliam; gratia legationis suz exercendae, præstolanten. Sed rex Henricus antiquis Anglice consuctudinibus præjudicium inferrt non sustinens, illum ab-ingressu Anglice detinebat, et ei, utpote nuntio beati Petri, largiter et officiose ministrari faciebat.

gotiis, pro quibus venerat, juxta rerum ordinem diligentius agens, consilium ejus Romani itineris callem ingreditur. Ubi autem in Franciam venit. gravi ulcere in facie percussus est, et, intumescente toto capite, usque ad extrema pene perducitur. Qua de causa in castro (quod Feritas a freno vocauir) per integrum mensem lecto decubuit, nobis quí cum eo eramus vix vitam illi pollicentihus. Melioratus tandem ab infirmitate, prout pati potuit, paulatim Romam eundi iter repetiit. Ibat autem cum magno et diviti comitatu, et admirabilis cunctis habitus magnifice suscipiebatur ab omnibus ad quos veniebat.

Lugdunum vero cum venissemus, ubi dominus

stitia pulsus, non sicut exsul aut peregrinus, sed incola et vere ipsius loci præsul et dominus ab omnibus habitus fuerat, Lugdunum, inquam, cum venissemus et cum honore et amore præcipuo suscepti fuissemus, mansimus ibi aliquandių, tum sincera omnium mihi conversantium dilectione illecli, tum nimia hiemis asperitate constricti, tum instanti Nativitatis Christi, solemnitate, devincti, His diebus pro nota mibi locorum et hominum familiaritate, ad sanctum Hireneum quadam vice ascendens, diverti ad oratorium bestæ Mariæ Magdalenæ, duabus ancillis Dei juxta idem oratorium pro Deo reclusis, locuturus. Hæ Patri Anselmo pro sna religione quondam, notæ, ejus fuerant sacratissima institutione in multis edoctæ, Inter has instinctu maligni, gravissima quædam discordia post discessum domini Anselmi orta est, ex invidize, ut fit. malo producta. Dum igitur inter se lites, improperia et plurima quæ carum proposito indecentia, erant singulis pene diebus versarentur, secundam good ab eis ipsis accepi, una noctium astitit uni illarum, quam major ipsius discidii culpa notabat, Pater Anselmus, dura illam invectione corrigiens, et anod ab eis male observata doctrina sua, de remotis mundi partibus se ad eas usque fatigaverit, conquerens. Jussit tamen ut cœptis desisterent, et si suam (quæ Dei erat) pacem perdere nollent, sub omai celeritate, omissis ambagibus cunctis, in pacem redirent. Factum est quod suasit admirabilis præsul, et ecce habitant in Domo Dei unanimes, ncc dubitant eum sibi esse præsentem quem sunt expertæ salubriter corripientem. Præterea una de istis, Achaleidis nomine, familiari affatu mihi sub testimoniq veritatis innotuit, se post obitum memorandi Patri Auselmi quadam vice plus solito ex dono gratiæ Dei orationibus ac lacrymis deditam subito velnt in mentis excessum super se raptam, et tribunali gloriosissimæ reginæ cælorum a quibusdam reverendis personis adductam, Quam cum debita veneratione salutasset, et jussa ante pedes ejus concidisset, post plurima quæ vidit et audivit admiranda patriæ coelestis præconia, quasi quadam fiducia constantior effecta est. Inter alia quæ a domina rerum inquisivit, nec quæ suerint mihi dicere voluit. De venera-Radulfus igitur archiepiscopus cum rege de ne- D bili Hugone Lugdunensi pontifice sciscitata est, quomodo, scilicet, aut in qua sorte judicii Dei, jam defunctus sæculo, esset constitutus. At illa, bene, inquit, filia, bene ille erit per misericordiam Dei. Et de domino meo, ait, Anselmo Cantuariensi archiepiscopo, pia domina, si tibi placet, precor insinua quid sentiemus. Respondit : De illo certissima esto quod in magna gloria Dei est. Ad hæc illa ad se reversa: quid fecerit, in quo videlicet residuum noctis expenderit dulcedo et dignitas visionis considerantes quosque docebit. Hæc quasi per excessum diximus, ducti amore dignissimi Patris Anselmi, quo vehementer, Domino miserante, imbuti, de eo semper scribere aut loqui dulce habemus. Hinc narrandi

ordine progredimur.

÷

B

£

Cum itaque Placentiam pervenissemus, episcopus A Norwicensis, Herbertus nomine, gui nobiscum Romam iturus Angliam exierat, valida infirmitate correptus est, ita ut, ingravescente languore, decem continuis diebus sine cibo et voce mutus jaceret. Quamobrem quatuor hebdomadas ibi exegimus, suspensi quid de episcopo faceret Deus. Uhi vero illum convalescere certo advertimus, ad petitionem et consilium ejus Pater noster cœpto sese itineri reddidit, ipse debilitate nimia fessus ibi remansit; archiepiscopum aut illic præstolaturus, aut convalescens, si moram faceret, redeundo præcessurus. Nos itaque Romam, ille Northmanniam, prout Dominus posse dedit, post nonnullas dies usque pervenimus. Quoniam igitur dominus papa propter discordiam, quæ illis diebus inter ipsum et imperatorem erat, et Romanos, Beneventi morabatur, nec Radulfus usque ad eum, partim propter corporis sui imbecillitatem, partim propter præfatam discordiam, cujus causa omnibus ad papam ire volentibus graves insidiæ ab incolis struebantur, ullatenus accedere poterat, missis nuntiis cum litteris innotuit el et adventum, et adventus sui causam usque Romam. Quos ille benigne suscipiens, et verba eorum moderata æquitatis lance perpendens, juxta negotil modum scripsit episcopis Angliæ et regi, sic :

· Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus episcopis Angliæ, et charissimo filio Henrico illustri regi, salutem et apostolicam benedictionem.

« Veniente ad nos, » etc. Vide in Paschali II.

In his nuntii papam deserentes ad nos Romam reversi sunt, nobis autem a Roma Sutriam usque egressis, post aliquot dies Radulfus archiepiscopus invitatus ab imperatore cum, annuente papa, adiit, et per octo dies in exercitu suo, quem circa Romam adduxerat, conversatus cum illo est. Inde iterum Romam reversus denuo Sutriæ multis diebus moratus est. Fama siquidem quaque disperserat Romanum pontificem sub celeritate in urbem venturum, et ratus est se, colloquium ejus magnopere desiderantem, illic opportunius præstolaturum. Verum ubi intellectum est rem aliter esse, remeandi patriam iter arripuit. Venimus itaque Rothomagum ad regem detenti sumus.

Ouibus diebus clerici Eboracenses sopra memoratum Thurstanum, electum videlicet suum, suæ Ecclesiæ restitui cupientes, et ne professionem de subjectione sua pontifici Cantuariorum faceret, modis omnibus insistentes, quos prudentiores de suis habebant, ad papam dirigent, desiderium suum ejus auctoritate et imperio nova lege per cos stabiliri gestientes. Qui viam aggressi et ad papam usque profecti, quam veridici causæ suæ relatores apud eum exstiterint, et res gesta, veraci, fateor, superius stylo digesta, et textus epistolæ quam ipse papa pro eodem Thurstano direxit, scire volentibus declarabit. Est autem hæc :

· Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecte filio Ilenrico, illustri Anglorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

(Nos auctore Deo,) etc. Vide in Paschali.

Restitutus in pontificatum Thurstanus venit Angliam circa Februarfum mensem, anno scilicet secundo quo ipse in Northmanniam ad regem venerat. Venerabilis autem Pater Radulfus, necdum se a regis consortio sejungere valens, in Northmannia resedit, reditus sui opportunum tempus operiens. Superius quoque nominatus Anschnus consque morabatur Rothomagi cum rege, pecunian quæ heato Petro de Anglia quotannis pendi solet Romam reversurus cupiens secum habere. Ut autem ipse in Angliam pro exercenda legatione sibi injuncla transiret, rex, ut diximus, consentire nolebat, ratione quam prælibavimus, et al. is non minus rationabilibus usus. Quatenus ergo quid in hujusmodi (si forte contigerint) sit agendum secutura posteritas animadvertat, quæ nostris diebus acta sunt b evi perstrinximus, nulli præjudicium, quod malit sequi, præfigentes.

Post hæc, secundo videlicet anno quo et Radulfus archiepiscopus Romam itarus Angliam exierat, et Auselmus pro exercenda legatione Augliam ut sperabat intraturus de Roma Northmanniam ad regem Anglize venerat, sacræ memoriæ Paschalis papa defungitur, et loco ejus Joannes quidam Caitæ natus substituitur. Qui Joannes in monasterio montis Cassini ab infantia monachus nutritus et adukus, in ministerio venerabilium apostolicorum Desiderii, Urbani et Paschalis assiduus fuerat cancellarii officio Aunctus. Successor igitur summi pontificis institutus, mutato nomine, Gelasius est nuneupatus. Rex vero Teutonicus, qui et Romanus Imperator, audito papam huic vitæ decessisse, Romam advolat, et Bracharensem episcopum, jam anno præterito ab eodem papa Beneventi excommunicatum, eedente ab urbe Gelasio, suum papam instituit, et, ex Burdino, Gregorium nominat. Que omnia ut scire volentibus clareant, epistolam super his ab ipso Gelasio in Gallias missam, quem et ecce subscribimus, legant.

« Gelasius episcopus, servus servorum Dci, venc-Anglorum, et ab eo multo tempore in Northmannia D rabilibus fratribus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis, principibus, et cæteris per Galliam fidelibus, salutem et apostolicam benedictionem.

> « Quia vos Romanæ Ecclesiæ membra estis, » etc. Vide in Gelasio II, infra.

> His diebus gravi damno Anglia percussa est, in morte reginæ. Defuncta siquidem est apud Westmonasterium Kal. Maii, et in ipso monasterio decenter sepulta. Quo autem judicio Dei, ignoramus. Illico post bæc plures Northmannorum quam regi juraverant fidelitatem postposuerunt, et in regem Franciæ principesque ejus adversarios, scilicet ipsius naturalis domini sui non veriti justitiam, se transtulerunt. Unde quæ et quanta mala emerserint, cogitatu ne dicam dictu scimus esse difficile. Inter qua

et adventus ejus mox Galliæ toti innotuit. Excitati sunt quique potentes cum mediocribus ei occurrere, et certatim parabantur interesse concilio quod ipse disponebat se media Quadragesima Remis celebraturum. Radulfus quoque archiepiscopus, audito papæ adventu, de Rothomago, ubi cousque morabatur egressus, impiger ei occurrere statuit. Sed ubi aliquantum itineris confecit, accepit a quibusdam ipsum papam longius discessisse, et versus Hispanias ire proposuisse. Unde ob laborem et prolixitatem difficilis viæ, consilio amicorum suorum profectionem suam ab incepto rediens distulit, camdem, ut putabat, profectionem non multo post resumpturus, et ei Cluniacum venienti, auctore Deo, occursurus ; ratus tamen consilii fore, desti- ^B navit ad eum legatos suos, qui et itineris illius certitudinem, et animi ejus qualitatem erga se quidque de negotiis suis apud eum confidere posset diligentius investigarent. Quæ ubi Thurstano Eboracensi innotuerunt, relicta Anglia papam, ut sperabat, suz causz gratia petiturus mare transiit et Rothomagum venit. Ubi a rege, quod se inconsulto transfretaverit redargutus, ultra procedere inhibitus est, donec certiorem de processu papse sententiam edisceret. Sed evoluto non multo temporis spatio, legati quos archiepiscopus direxerat, reversi nuntiant se ad papam venisse, cumque, multa nostris sæculis nova et inaudita proponentem facturum, morte præventum et Cluniaci esse sepultum.

Itaque post hæc cardinales et alif Romani qui papam secuti Galliam venerant, sibi, veluti a suis longe remoti, consulentes, Guidonem Viennensem archiepiscopum loci auctoritate et opibus fultum, quo tutiores in aliena provincia essent, loco defuncti papæ substituunt, et mutato nomine Caliztum nuncupant. Dum bæc ecclesiastica ita in Burgundia disponuntur, apostolatus Romanæ Ecclesiæ, præfato Gregorio sedi beati Petri præsidente, administratur. Super his ergo multis rumoribus Anglia concussa est, aliis hunc, aliis illum, aliis neutrum Ecclesiæ Dei jure prælatum asserentibus. Galli tamen et rex Anglorum cum pontifice Cantuariorum in Calixtum se transtelerunt, et eum (spreto Gregorio) pro apostolico susceperunt. Utrum autem aliqua D facere viderem, profecto ad eum rediissem, si ex vel a Calixto regi et primati Anglorum, vel ab istis illi mandata sint, illis diebus quæ authentica et memoriæ digna exstiterint, necne, nulla nobis hucusque certitudo illuxit. Nos enim, qui his scribendis operam dedimus, in Anglia; illi vero de quibus agitur, extra Angliam ea tempestate morabantur. Cum enim Pater Radulfus Roma reversus, cum rege Henrico in Northmanniam conversaretur, et me, qui continuus comes heati Anselmi, dum viveret, esse solebam, quique in obsequio sui ipsius ex quo, in pontificatum Cantuariensem assumptus sucrat, cousque assiduus eram, aliquantum infirmari adverteret, paterno affectu mihi condoluit. Non igitur extra Ecclesiam, in qua ab infantia nutritus

præfatos papa Gelasius per mare Burgundiam venit, A fueram, aliquo me mortis periculo premi ullatenus -sustinens, Cantuariam milii ire suasit ac persuasti, scribens pro bonitate sua conventui fratrum Ecclesiæ nostræ epistolani hanc, et per suum nuntium dirigens.

> · Dilectissimis fratribus ac filiis Chuonrado priori. cæterisque servis Dei, qui sunt Cantuariæ in Ecclesia Christi, fidelissimus eorum frater Radulfus, ejusdem Ecclesiæ presbyter et minister devotus, salutem et amorem cum benedictione Dei et sua.

> « Desiderio desideravi videre facies vestras, et co amplius quod existimabam vos aliquatenus desolari super prelixitate morosa peregrinationis meæ. Ad vos igitur venturus in brevi, præmitto vobis fratrem et amicum nostrum dominum Eadmerum, omnium laborum et actuum nostrornm conscium et socium, qui cor nostrum funditus vobis denudare potest, et enucleatius omnia quæ circa me aguntur, quæque dasiderii mei sint, revelare, quam alicui scripto credere judicaverim. Precor autem obnixius ut gratias ei referre semel et sæpe reminiscamini, pro servitio et honore auod mihi ex amore vero, ut vir prudens. et perfectus, exhibuit, pro labore et onere quod sine murmure pro me mæstus, pro se vero nihil questus sustinuit. Mementote ergo ut illi parem gratiam referatis, ostendentes mibi amorem quem erga me habetis, servientes ei, et eum honorem et amorem impendentes quem mihi impendere cuperelis, scientes quoniam ejus absentiam ægre sustineo. Sed terruit me quidam quasi ramusculus illius infirmitatis quo præterito auno vexatus est, cujus rei gratia eum præmittere coactus sum. Vos igitur curate ut sitis ei piissimi fratres, et impigerrimi

> administratores omnium earum rerum quæ saluti sue congrua et consequentia videritis. Valete nostri memores. » - Hanc epistolam, non pro commendatione per-

> some mere, quam nullius laude dignam certissime scio, hic notavi, sed ut his qui opinantur et obloquantur, dicentes me patrem meum quasi in alieno positum deseruisse, et ei solatium obsequii mei more prolis adulterinæ subtraxisse, rem gestam simplici stilo describendo proponam. Et quidem, cum illum moram ultra condictum .in redeundo sua parte mihi interdictum non fuisset. Nam adventum suum jamjam instare suis in Anglia szepissime mandans, nolebat suze pietatis intuitu fatigari, sed se quantocius, ut putabat, adventurum, ubi eram, jussit præstolari. Hæc ita se habuisse, veritas ipsa novit. Quia ergo ab ipso patre non allo, sed hoc modo ad præsens separatus sum, si ea quæ interim geruptur, aut gesta sunt memoranda non scribo, nulli succensendum existimo. Nihil enim dubii pro certo hactenus volui, sed nec nunc quidem scribere volo. Eum tamen aliquid egisse aut agere disposuisse de negotio, quod eousque versabaturinter ipsum et sæpe superius memoratum Thurstanum Eboracensem, dubitare non possum. Magna

, randæ memoriæ Lanfranci archiepiscopi sub magno rege Willhelmo de ipsa re promulgatum, et sigillo ipsius regis firmatum in Ecclesia Christi Cantuariæ diligenti cura servatur, illis diebus sibi mitti præ-, cepit. Quod a tanto viro abs re factum non facile crediderim. Hoc itaque privilegium ad imperium suum sibi allatum Pater Radulfus eum suscepisset, papæ, st nobis in Anglia dicebatur, de suis et al is quibusdam ecclesiasticis negotiis cum eo acturus, se præsentasset, nisi forte sponsione regis Henrici qua, se in regnum suum reverso omnem justitiam ci facturum, et sæpe nominatum Thurstanum ad voluntatem et subjectionem suam se exhibiturum .pollicebatur, illo procedere detineretur. Et hæc quidem sponsio nonnihil eum in transmarinis partibus definebat, et eventum rei patienter exspectare persuadebat. Rex quoque bellicis tumultibus undique occupatus, nec se, ut volebat, deliberare. nec eis omissis in Angliam salva honestate sua poterat remeare.

Inter hæc, ipso videlicet electionis suz anno, Calixtus papa instituit Remis generale concilium, xm Kal. Novembris, qui fuit annus ab Incarnatione Domini millesimus centesimus nonus decimus, et ex 4110 Radulfus archiepiscopus Romam iturus Angliam exierat, annus quartus. Ad hoc concilium factus est multiplex archiepiscoporum, episcoporum, abhatum et principum diversarum provinciarum concursus, cum numerosa clericorum ac plebium mulfitudine. Quos inter (32) directi quoque sunt ab Henrico rege Anglorum ad ipsum concilium episcopi et abbates Northmanniæ et insuper episcopi Angliæ qui tune temporis in Northmannia cum illo degebant, Willhelmus videlicet Exoniensis, Ranulfus Dunelmensis, Bernardus Meneuvensis, et Urbanus Glamorganonsis. Ranulfus autem pontifex Cantuariorum, partim corporis imbecillitate, partim aliis rationibus præpeditus, ab accessu ipsius conventus prohibitus est. Supra nominatus autem Thurstanus. a rege licentiam petens illuc eundi, cam obtinere nullatenus potuit, donec, interposita fide sua, qua ei sicut domino suo astrictus erat, illi promitteret se apud papama nihil acturum, unde Ecclesia Cantuariensis ullum antiquæ dignitatis suæ dispendium D Thurstanus est, fide quam Domino suo sub Deo incurreret, nec episcopalem benedictionem ab eo. ulla ratione suadente, susciperet. Itaque tali sponsione ligatus iter arripuit, et ad papam quemadmodum suo negotio expedire sciebat, impiger venit. Quid plura? Posthabita fidei sponsione Romanos in causam suam, quo in quæque negolia pertrahi solent, largitatis officio transtulit, et per cos, ut a papa episcopus sacraretur, sua manu cooperante impetravit. Sane, ante hæc nuntium suum rex ad papam direxerat, cautum illum faciens de querela quæ usque id temporis versabatur inter Radulfum archiepiscopum Cantuariorum et ipsum Thurstanum. Nuntius autem horum et exsecutor fuit Sieffredus, cognomine Pelochinus, frater archiepiscopi.

siquidem instantia privilegium, quod tempore vene- A habitu monachus, ingenio gnarus, prodentia providus regi ac papæ familiaritatis nexa copulatus. lgitur inter alia quæ huie rex papæ dicenda indixit, præcipue jussit ei dici quatenus id observaret ut, nullius gratia rei interveniente, Thurstanum aut ipse sacraret, aut ab aliquo nisi a pontifice Canuluariorum, uti moris esse solet, sacrari juberet, ant permitteret, alioquin se illum in nullum sum dominationis locum amplius recepturum. Et si contra .hanc sententiam ipse, quasi apostolatus sui auctoritate, forte niti vellet, 'certus existeret and net pro amissione coronæ suæ, utpote spatio septem annorum excommunicatus, propositum suum in hac causa permutaret. Respondit : (Ne putet rez me de negotio de que agit quavis ratione secus B acturum quam ipse velit. Nec enim me unquam ad hoc mea tulit voluntas at Cantuaricusis Ecclesia dignitatem, cui tot præclari Patres, ut pene toti mundo notissimum est, præsederunt, quoquo modo humiliem. » His apostolici verbis regius auntius credulus effectus, de sus legationis effectu securuc factus est. Quapropter cura Remis venisset, et mane Dominici diei præcedentis diem præstituti concilii cum Cantuaritis suis sociis audiret apud Sanctum Remigium quosdam protestantes ei Thurstauum et suos alacres ad benedictionem pontificatus in sede episcopali præparari, miratus est ultra modum, nec ils quæ dicebantur aliquatenus poterat fidem præbere. Ac ubi rei veritas palam innotuit , Joannes archidiaconus Cantuariensis (quem negotii istivs tenor illuc adduxerat) papæ astitit, et in præsentia plurimorum episcoporum necne aliarum excellentium personarum, ipsam benedictionom viva voce a pontifice Cantuariorum fieri debere calumniatus ent; nec ipsum, licet officio papæ fungeretur, jure posse Ecclesiæ Cantuariensi jus suum præripere, cum constarct cam nulli quod juste debebat cousque denegasse. Ad que ille respondens : « Nullam, inquit, injustitiam Ecclesiæ Cantuariensi facere volumus, sed, salva justitia et dignitate illius, quod proposuimus exsequemur. > Quod audientium quique mirum dictu judicaverunt, videntes eum adversa fronte, quæ dicebat nimis injuste facto refellere. Consecratus namque in pontificatum Eboracensem pollicitus fuerat, hoc modo fraudatus. Ex quo facto in admirationem concussa sunt corda multorum. Rati enim sunt tantam rem oum nullatenus præsumere poluisse, si regiam voluntatem sibi consentaneam in ea non advertisset. Huic consecrationi cum ad jussum papæ plures e Gallia episcopi interessent, reverendæ memoriæ Aubaldus archiepiscopus Lugdunensis nullo pacto, nec ipsopapa jubente, interesse voluit, perpendens non recto calle rem procedere, et horrens tantam injuriam Ecclesiæ Cantuariensi, cui speciali amicitia et fraterna familiaritate jungebatur, contra sequem infligi. Episcopi vero regni Anglorum, quos ad concilium a rege Heurico directos dizimus, aondem

illuc venerant, et ea re, uns absentibus, hac ita A completa sunt. Quæ ut regi certo innotaerunt, mandans modis omnibus Thurstano et suis interdixit redire in Northmanniam et Angliam, et in omnem locum dominationis sux. Ratum ex his quique audientium habuere præter consensum regis quæ fuerunt facta fuisse. Itaque post hæc Calixtus Gisortium venit, et rex Henricus illic ei locuturus accessit. Acta, igitur sunt multa inter eos, quorum gratia par erat tantas personas convenisse. Inter quæ rex a papa impetravit ut omnes consuetudines auas Pater suus in Anglia habuerat, et in Northmannia, sibi concederet, et maxime ut aeminem aliquanda legati officio in Anglia fungi permitteret, si non ipse aliqua precipua querela exigente, et que ab archiepiscopo Cantuariorum cæterisque episcopis regni terminari non posset, hoc fieri a papa postularet. Quibus omnibus pro statu temporis definitis papa rogat regem Thurstano amicum fleri, enmque postificatui, ad queni ipsum sacraverat, pro amore suo restitui. At ille hoc. se, dum viveret, non facturum sua fide spopondisse confessus est. Ait : « Ego apostolicus sum, ct, si feceris auod prstulo, ab hac te fidei sponsione absolvam. Tractabe de his, ait, et que consilii mei tener invenerit, paternitati tuze notificabo. > fline a papa recessit, et ei per internuntios suos de negotio Ha respondit. Quod dicit se, quoniam apostolicus est, me a fide quam pollicitus sum absoluturum, si contra camdom fidem. Thurstanum Eboraci recepero, non videtur regia C honestati convenire hujuscemodi absolutioni consentire. Quis enim fidem suam cuivis pollicenti amplius, crederet, cum eam mei exemplo tam facile gbsolut'one annihilari posse videret. Verumtamen quia, Thurstanum in pontificatum tantopere petit admitti, quantum men refert, en conditione pro amore suo, concedo ut ipse primo Cantuariam veniat, et debitam obedientism ac subjectionem quam Thomas, Girardus et alter Thomas. Ecclesize Cantuariensi ejasque primati professi sunt, scripta ex more professione profiteatur. Quod si facere supersederit, scist quod, nulla edicta compellente, me in Anglia regnante Eboraci Ecclesia: præsidebit. Hoc siquidem me servaturum promisi et fidem mean vadem. posui, ne aliquando flam transgressor bujus pro- n pensi. missi. His its de legatione Anglize et pontifice Eboracensi determinatis, Pater Radulfus Angliam revertitur, et Dofris appulsus, cum summo honore et gaudio in sedem mam Cantuarise n Non. Januarii recipitur. Anselmus autem, qui legatione Anglize, ut descripsimus, gloriabatur, nec Anglians intrare, nec aliquo legati officio fungi dignus babitus est. Itaque omnis hujusce potestatis exsors effectus, a Northmannia est in sua regressus. Thurstanus vero papam secutus est, sed non dist ab eo, ne præsentia cjus gravaretur, detentus. Rex autem Henricus in . sua sententia perstans, cum noc pontificatui Ebo-racensi, nec in suz potestatis aliquem locum admitti sinebal.

His diebus excitata est sollicitado multorum ad investigandum auctoritates et antiqua privilegia primatus quem ecclesia Cantuariensis, que est Dorobernensis, sibi vindicat super Ecclesiam Eboracensem. Quod ca re maxime contigit quia causa quæ inter Radulfum pontificem Cantuarjorum et Thurstanum Eboracensem co usque, ut descripsimus, versabatur, in notitiam transmarinorum episcoporum delata fuerat, ipso Thurstano propugnationem eorum sibi contra Patrem Radulfum modis omnibus asciscente. Et illi quidem, utpote consuetudinum et privilegiorum Ecclesiæ Christi Cantuarienșis ignari, immoderatius Thurstano favebant, autumantes, ut ipse ferebat, Radulfum vi magis et divitiarum copiis prodeunte quam priscæ anctoritatis, et Romanorum pontificum privilegijs, in suis assertionibus, niti. Sed cum ad hæc diceretar in vanum tale quid opinari, et satis sufficere, ad determinationem hujus discidii, quæ a tempore regis Willbelmi, qui armis Angliam coperat, de josa negotio gesta sunt, præsertim cum a diebus regni ejus pene cuncta quæ ab Anglis antiquitus quasi szerosancta celebrabantur, nunc vix postremæ auctoritatis, quorumdam judicio habeantur. Non hine, aiunt, ita est, isno nova quæ istis temporibus inferuntur antiquo : rum scriptorum astipulationibus, ut rata sint, necesse est fulciantur. Ex his ergo, ad hec investiganda, multorum sollicitudo, ut diximus, evigilavit, et confisa Ecclesia Dei justitite, antiquorum scriniorum abdita, sacrorum Evangeliorum volumina, soli decori domus Domini eatenus inservientia diligentius perscrutata est. Ecce autemi, ut' voluntas' justi amans optato effectu non privaretur quæ subscribimus, revelante Deo, privilegia quædam reperta suut, firma undique et apostolica auctoritate subaixa: Sunt autem hæc :

« Bonefacius papa Æthelberto regi Anglorum.

« Dum Christianitatis vestræ integritas ita circa Gonditoris sui cultum excreverit ut longe lateque resplendeat, et in omni mundo annuntiata, vestra Deo dignæ operationis augmenta referat, enormes largitori omnium benorum Deo grates exsolvimus, »etc.

 Gonefacius papa Justo archiepiscopo Dorobes≍ nensi.

« Susceptis vestræ dilectionis apicihus, in quibus reperimus inter alia, plurimos ex gentilitate ibidem: degentium, Deo omnipotenti et. Bomino nostro Jesu Christo auxiliante, conversos, màxime autem in partihus Cantiz ad veri Dei nostri fidem vestris: laboribus perductos, valde gratulati sumus.»

« Honorius papa Honorio archiepiscopo Boro-berniæ.

Susceptis vestre dilectionis litteris, in eis reperimus vestri laboris sollicitudinem circa vobis commissum gregem, multa fatigatione occupatam, » etc.
 Vitalianus papa Theodore archiepiscopo Cant.

« later plurima, quæ nobis per vestras syllabasintimarc.jussisti, cognovimus etiam desiderium.vestrum pro confirmatione dicecesis vestræ, quæ tuæ A ant errando pereat, aut ferinis laniata morsibus rasubjacet ditioni, quæ in omnibus ex nostro apostolicæ auctoritatis privilegio splendescere desideras pervigiles ob salutem animarum, qui pastores dicietc. mur earum? Attendamos igitur nos officium exhibere

« Sergius papa regibus Anglorum.

« Donum gratiæ spiritualis, quod sancti Spiritus illustratione fidelium corda succendit, ac reparando reficit et virtutis mirificæ constantia roborat, et cœlestium beneficiorum instituit perenniter promereri suffragia, et labentium rerum exitia nibilominus præcavere, » etc.

Idem papa episcopis Anglize.

· Sicut nobis, fratris incogniti, quibus curam of-Acii pastoralis beati apostolorum principis Petri supernæ dignatio miserationis regimenque concessit. reverendam advexit præsentiam, ita quoque vestri religiosissimi præsulatus collegii agnita salus geminum attulit munus tripudii. Nam omnium auctori bonorum Domino Deo nostro immensas peragimus gratias, reperta fratrum fidelium in sinu sancue matris Ecclesiæ unanimitatis devota constantia, et amoris fervente inter se dilectionisque consortio. Sic cnim sagaci solertia Deum complacare noscuntur, afferentes ei pura libamina, cum in ara pectoris splendore veri inminis refoventes, nullis illecebris mentem illudant, nullis fratrum stimulis corda præcellant, nullis nocentibus proximos mentibus annuant, sed, ut Dei ministri, speculum se subjectis vitæ morumque probitate exhibeant. Hinc sibi Deum prosperantem invenient in adversis, nec quidquam c poterit hostis insidias eis nocendi subripere. Etenim uti est præsto Domini adjutorium, cuncta fugatur spirituum malignorum adversitas. Cumque ita sil, > etc.

· Gregorius papa episcopis Anglia.

• Dei omnipotentis immensæ pietatis magnitudinem collaudamus, qui suæ majestatis gloriam sic dilatare dionatus est ut in omnem terram exierit jam sonus prædicatorum suorum, et in fines orbis terræ verbe eorum, \rightarrow etc.

. « Leo papa Athelardo archiepiscopo.

 Pontificali discretioni præcipue convenit præsnlibus Ecclesiarum secundum eorum irreprehensibilom fidem audientiam præbere et eorum, quæ per beatum Petrum principem apostolorum et nos D prout virtus patitur, pauperibus exhibe. Oppressis genere desideraverint, quæ canonicis non refragantur sanctionibus affectum concedere.

Formosus episcopus Angliæ.

• Auditus, nefandorum ritus paganorum in vestris partibus repulullasse, et vos tenuisse silentium ut canes non valentes latrare, gladio separationis a corpore Dei Ecclesiz vos ferire deliberavimus, » etc.

< Joannes papa Dunstano archiepiscopo.

 Joannes episcopus, servus servorum Dei, confratri Dunstano, Dorobernensi episcopo, vitæ perpetuæ permanendam in Christo salutem.

 Si pastores ovium solem geluque pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, et oculis conspectant vigilantibus, ne aliqua quidem ex ovibus.

piatur, quanto sudore quantaque cura debemus esse pervigiles ob salutem animarum, qui pastores dicimur earum? Attendamos igitur nos officium exhibere erga custodiam Dominicarum ovium, et, ne quasi lupo veniente territi fugiamus, ne în die divini examinis pro desidia nostra ante summum Pastorem et negligentia nostra excruciemur, unde modo honoris reverentia in sublimiore arce cæteris dijudicamur. Primatum itaque tuum, in quo tibi ex more antecessorum tuorum, vices apostolica sedis exercere convenit, ita tibi ad plenum confirmamus, sicut beatum Augustinum, ejusque successores, præfatæ Ecclesiæ pontifices, plenius habuisse dignoscitur. Pallium vero fraternitati tuz, ex more, ad missarum solemnia celebranda commendamus, quo tibi non aliter-Ecclesiæ tuæ privilegiis in suo statu manentibus uti consedimus, quam usum antecessores nostri prodiderunt. Neque tua prudentia hoc incognitum habet vel cujusquam, quoniam indumenti honor moderatione actuum tremendus erit. Honestati morum tuorum hæc ornamenta conveniunt, quatenus auctore Deo, possis esse conspicuus, ita ut vita tua filiis tuis sit regula, et in ipsa, si qua tortitudo illis inest, dirigatur, dum in ea quod imitentur aspiciant, in ipsa semper considerando proficiant, ut tecum Deum per hoc, quod bene vixerint, videre mercantur. Cor ergo tuum neque prosperis qua temporaliter blandiuntur extollatur, neque adversis dejiciatur. Quidquid illud faerit adversi, virtute in Christo patientize a te devincatur. Nullum apud te locum favor indiscretus inveniat : in omnibus discretionem alii in te cognoscant. Insontem apud te culpabilem suggestio mala non faciat, nocentem gratia non excuset. Remissum te delinquentibus non ostendas; nec quod illis non profuerit, hos perpetrare permittas. Sic in te et boni Pastoris dulcedo sit, et judicis severa districtio : unum scilicet quod innocentes foveas, aliud quoi inquietos feriendo a pravitate compescas. Sed quoniam nonnunquam præpositorum zelus, dum districtius malorum vindex est; transit in crudelitatem, correptionem in judicio refrena, et censuram disciplinse discute, ut et culpas ferias, et a dilectione perversorum quos corripis, non recedas. Misericordiam defensio tua subveniat. Opprimentibus modesta ratione contradicas. Nullius faciem contra justitiam accipias. Nullum quærentem justa despicias. In custodia æquitatis excellas, ut nec divitem potentia sua apad vos alignid extra viam suam de accusatione audias, nec pauperem faciat humilitas sua desperare, quatenus, Deo miserante, talis possis existere qualem sacra lectio præcipit, dicens : Oportet episcopum irreprehensibilem esse (1 Tim. 111, 2). Sed his omnibus uti salutariter poteris, si magistram charitatem habueris; quam qui secutus fuerit, a recto tramite non recedit. Ecce, frater charissime, inter multa alia, ista sunt sacerdotum, ista sunt pallii jura, quæ si studiose servaveris, quod foris

accepisse estenderis intashabes. Sancta Trinitas fra A gorius, privent, si audent, successores beali Petri ternitaten vestram gratige suge protectione circumdet, atque ita in timoris sui viam te dirigat ut, post vitæ bujus amaritudinem, ad æternam simul dulcedinem pervenire mercansur. > Et hoc scriptum est per manum Leonis scrinialis sedis apostolicze in mense Octobris, indictione 111 Datarum, die 1 Kal. Octobris, anno xu sus:si pontificis Joannis. »

Hac, ut prælibevinus, in archivis ecclesia Domini Salvatoris reperta, futurum memorise non absurdum æstimavigns commendare. Et guidem his plura inventa sunt, sed aliquibus corum nimia vetustate obliteratis, aliquibus in chartis ex Biblo compositis, et peregrinis characteribus inscriptis, et ipsis quoque ex majori parte detritis, notitiz nostra usquequaque non patuerunt. Ac nos ignota pro notis B sacerdotale præpositus. Moxque Wilfridum substiscribere horrori habentes, necessario ea huic operi alienavimus. Sane quod quosdam non pudet astruere, soli scilicet personæ beati Augustini primi pontificis Cantuariorum heatum Gregorium concessisse non solum episcopos quos ordinaret, neque hos tantummodo qui per Eboracie episcopum essent ordinati, sed etiam omnes Britannise sacerdotes habere, Domino Deo nostro Jesu Christo anctore, subjectos; quale sit, sacra successorum ejus decreta, successoribus ipsius Augustini directa, que paucis pranotavimus, satis ostendent. In his quippe videre planum est cos intellexisse non magni muneris esse, si eis solummodo illa dixisset, cum, ut alia taceam, sais diebus Eboracensis provincia nec fidem Christi susceperit, nec qui eam prædicaret eo directus sit. Tanta enim in Cantia et vicinioribus regionibus. in przedicatione nominis Christi, et ipse et socii ejus babuerunt ad faciendum nt a tam longinquis partihus eis fuerit abstinendum. Beatus siguidem Paulinus, qui primus Northumbriensibus Evangelium prædicavit, et Eboraci primus cathedram pontificalem sortitus est, non a beato Augustino, sed a Justo, qui quartus ab ipso Augustino Cantuario-. rum populiex exstitut, episcopus electus, ordinatus, et illuc destinatus fuit, quemadmodum venerabilis-Beda in Historia gentis Anglorum veraci stilo di-, gessit, et omnibus notissimum est. Quæ igitur beatus Gregorius Augustino dixit, in Augustino suis. successoribus dixit, per quos Deo implere placuit D quæ per ipsum Augustinum sua dispositione im-. plere voluit. Non jure itaque privilegio Augustino. collato privandi sunt qui, sedis ejus præsidentes, vices ipsius exsequendi officio functi sunt. Quod vero di-. cunt beatum Gregorium satis dicere posse et nosse, si voluisset, e tua fraternitas, et successores sui, » verum omnimodis esse fatomur. Et similiter non dubitamus Dominum Christum, dicentem heato Petro : Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum. et in cælis, et quadeunque solveris super terram erit, solutum et in calis (Matth. xvs, 19), scisse dicere, s voluisset c successores tui. > Qui ergo privare, nituntur successores sancti Augustini polestate et diguitate, quam ipsi Augustino concessit beatus Gre-

potestate et dignitate, quam ipsi Petro concessit sanctus et justus Dominus. Eodem enim modo, quo Dominus locutus alifs, in apostolo suo Petro, locutus est Gregorius successorilms ejus in discipulo suo Augustino : Juste judicate, filii hominum, et perpendite de similibus idem esse judicium. Illud etiam istis annectendom putavi quod præfatus. Beda refert Theodorum, qui septimus a beato Augustino in cathodram ejus successit, primum esco in archiepiscopis, cui omnis Anglorum Ecclesia manus dare consentiret. Et hic utique cum primo functus pontificatu Britanniam venisset, Ceaddam Eboracensem prælatum a pontificatu submovit, eo quod non jure sacratus, injuria fuerit eidem Ecclesiæ, per officinus nuit, et ei integerrime pontificatum Eboracse, fretus auctoritate Romanæ sedis, delegavit. Quem deinceps ad concilia sua venire faciebat, et ejus obedientia ac subjectione pro temporum qualitate per omnia utebatur. Hune etiam postmodum, emergentiluus querelis, quas commemorare longissimum est, in sua Ecclesia Eboraci, non solum episcopatu privavit, sed et parochiam ejus in tres episcopos, libera utens potestate, distribuit. Deinde, soluto ipsius discidii nodo, juxta placitum voluntatis suz, remotis ipsis episcopis, eumdem Wilfridum pristinæ dignitati restituit. Nihil novi dicitur; vetera sunt hæc, et antiquorum gesta scientibus evidentissima. Illud quoque non minoris evidentiæ luce patescit, Brithwaldum successorem ipsius Theodori, illum ipsum Wilfridum, cujusdam inobedientias culpa accusatum, secundo ab episcopatu deposuisse, ac postea senuctuti ejus et religioni compassum, sui pontificatus gradui restituisse ab apostolica sede interpellatus. Sed quid juvat infinita contexere ? Itaque de his ita, ut qui Ecclesiæ Christi Cantuariensis asctoritati derogare non metuunt, saltem se in lumine positos non posse videre erubescant, et vel amodo ora claudaut ne prava loquentes, recta amantibus opprobrio fiant. Ipso anno quo Radulfus archiepiscopus Cantuariorum de transmarinis partibus in Angliam reversusest, qui fuit annus ab lucarnatione Verbi Dei millesimus centesimus vicesimus, venerunt ad eum missi ab Alexandro rege Scotorum quidam honorati et strenui viri. Horum unus quidem monachus, et prior Ecclesiæ Dunifermelinæ, Petrus nomine, clerici duo, unus exstitit miles. Negotium autem legationis corum qui nosse curat, quam detulerant epistolam subscriptam, legendo vel audiendo percurrat.

e Alexander, Dei gratia, rex Scotorum, Radulfo reverendo Cantuariensi archiepiscopo, et cum reverentia diligendo, salutem.

🦂 c Audita prosperi adventus vestri in Angliam jandiu a me desiderati manifesta relatione, de incolumitate ac prosperitate vestra congaudens summoque protectori gratias inde referens, cum temporalium undique occupatio curarum iter meum, et vestra ad præsens valcam frui præsentia, impediat,

tione animi mei affectum vestræ honitati cupio manifestare. Tantæ etenim discretionis personæ fretus consilio, bonum propositum peroptime ad boni operis effectum, Deo annuente, non dubito me posso perducere. Vestram igitur latere nelo excellentiam; Ecclesiam Sancti Andrew in regno meo existentem jamdiu pastorali cura destitutam, Dei et vestræ benignitatis providentia pastore idoneo desideranteny me velle consolari. Quocirca vestræ pietatis deposco clementiam, ut quamdam personam a plerisque mihi-laudetam, Eadmerum scificet mouacham, si vobis idonea visa fuerit, ut pontificali inthronizetur dignitate mihi liberam concedatis. Verens enim summum Pastorem me graviter offendisse, cum gregem suum negligentia mea aliisque forsan B criminibus impedientibus pastoris penuría desolatum, et a tramite veritatis in pluribus exorbitatum diu permiserim, filiali etlam timore timelis in hav re eum amodo offendere, ad vestræ fontem discretionis recurro, ut pristinæ memor-existens dilectionis inter nos habitæ, me filium vestrum paternø affectu spiritualiter jamdiu a vobis adoptatum, vestri munimine consilii in hac re tuenmini. Vale. »

Miratus ex his Pater Radulfus, et ritus hoc verbum a Deo egressum (maxime, quia omnine constabat eumdem fratrem, nec per se nec per quemlibet hominem, unquam de ipso negotio àliquo modo apud quemquam egisse, licrt éjus absentiam moleste ferret; nam sicut în servitio beati prædecessoris sui Anselmi, sic et in suo assiduus esse solebat), noluit tamen regiæ petitioni assensum non præhere, ne videretur Bei ordinationi resistere. Quoniam igitur acceperat ipsos legatos pro eadem re, et pro aliis regem Anglorum ex parte domini sui adituros, ipse et conventus fratrum Cantuariensium miserant per manus illorum ipsi regi opistolam hane :

« Henrico regi Anglorum; cliaro domino suo ac summo honore venerando, frater Radulfus, sanctæ Gantuariensis Ecclesiæ indignus sacerdos, et totus conventus ejusdem Ecclesiæ, salatem, et orationes et fidelia obsequia.

« Notum facimus sublimitati vestræ Alexandrum, regem Scotorum, cum consensu cleri et populi regni³ siti, legatos suos ad nos misisse, et consilium curæ D pastoralis ad opus Ecclesiæ Sancti Andreæ a nostra Ecclesia expetiisse. Considerantes ergo eorum justam petitionem, et, tam divini amoris reverentiam quam' sancte matris Ecclesiæ utilitatem attendentes, laudandis desideriis pium præbuimus assensum. Concessimus ergo, juxta petitionem corum, personam Ecclesize nostrie ab eis denominatam, domnum Eadmerum, quem a pueritia disciplinis ecclesiasticissublimiter institutum et sanctis moribus decenter ornatum ad officium sacerdotale omnino scimusidoneum. Vestram igitur venerabilem aublimitatem submisso corde deposcimus, ut vestræ celsitudinis pia voluntate atque auctoritate, et filorum Deo diguapetitio et super tam necessario Ecclesia: Dui nego-

tam litterarum designatione quam legatorum rela. A to nostre humilitatis concessio, roboretur. Onniz alone animi mei affectum vestræ bonitati cupie ma nifestare. Tantæ etenim discretionis personæ fretus consilio, bonum propositum peroptime ad boni operis effectum, Deo annuente, non dubito me posse

: Rescriptum regis ad bac :

« Menricus, rex Anglorum, Radulfo archiepiscopo Cantuarite, salutem.

- « Volo et conceilo ut monachum Hium, unde rex Sectire te requisivit, liberum ei concedus ad consuctudinem terræ sme in episcopatu Sancti Andrea. Teste Everardo de Gaina apud Rothomagum. »

Post has misit cundem fratrem, prout oporters putabas, ad regem Scotize, scribens ipsi regi sic :

 Charo donrino et amico Alexandro, Bei gratia, regi Scotorum, Radulfus archiepíscopus, salutem et orationes.

.... Gratias Deo innumerabiles referimus, gut ad cognoscendum atque petendum quæ debebatis, remotis nebulis, mentis vestræ oculos aperuit. Gratias nihilominus generaliati vestræ, qui petitionibus vestris legitimis nos vobis ex amicis amicitsimos, ex familiaribus familiarissimos et junctissimos reddidistis. Licet onim ipsis petitionibus quasi oculum ant dexterum a corpore nostro avellere quæratis, laudare tamen habeo justum desiderium vestrum, et, in quantum potero, secundum Deum itt obtemperare. Volens quidem, et si pace Dei et vestra potest dici, invitus assentior bonze vestræ voluntati, volens vero, quia Dei voluntati, quem in hoc facto præsentem atque propitium conspicio, resistere nou audeo, nec cor vestrum in nos amaricare. Invitus autem, quod (quasi solus) et patris consolatione, ac relevatione assidua, et filit sapientis consilio et auxilib in infirmitate nostra ac zetato destituor: O sapientis viri consilium (si nos eo non spoliaretis, et cum spolietis) qui taatum virum, tam famosum, tam Ecclesiæ Dei nulem, vita, et moribus, et litteris divinis, el, si opus fuerit, sæcularibus a pueritia instructure, terre vestre consilio przesse, in his quæ ad Deum pertinent, satsgatis. Si alius ex partibus longinquis qued petitis peteret, pro certo sciatis non pateror clongari a nobis cordis nostri. arcanum, sed vobis nihil est seeundum Denm, quod abanere velimus. Mittimus ergo ad vos personam quam petitis, et omnino liberam, ut a vobis certhusdiscat si ad honorem Dei et sanctæ matris Cantuariensis videlicet Ecclesize spectet petitio vestra. Caute igitur et com consilio tractate quod agitis, quia sunt multi qui libenter sacrationem istius distorharent, et si valerent, disturbando cassareni. Proinde nostrum esset consilium at quam citius ad nos remitteretur sacrandus, ne dilatione quod timemus interveniat, vel quod nollemus. Salutat vos' conventus fratrum Ecclesize nostræ vere fideles véstri, et omnino ad servitium vostrum parati. In commune autem rogamus ut its vos habeatis erga fraires nostros, qui in regne vestro sunt, ut Deus vobis inde-graties habeat et nos. Valete. >

Veniens itaque frater ipse in Scotiam, mox ter-'A nec pro tota Scotia abnegaret se esse monachum tio die adventus sui illo, qui fuit dies festivitatis gloriosissimorum apostolorum Petri et Pauli, suscepit, eligente eum clero et populo terræ, et concédente rege, pontificatum sancti Andreæ apostoli Chenrimuntensis. Quæ res ita disponente Deo acta est ut nec virga pastorali, vel annulo a rege invé-· stitus fuerit, nec honrinium ei fecerit. Lælus itaque dies habitus est, atque in laudem Del alacriter expensus. In crastino antem rex, cum electo de consecratione-illins secretius agens, et modis omnibus eum a pontifice Eboracensi consecrari exhorrens, - ubi, co docente, accepit auctoritatem Ecclesiæ Cantuariensis, ex antiquo toti Britanniæ præeminere. et ideirco, ipso disponente, se Cantuariæ episcopaem benedictionent' velle requirere, conturbatus animo surgens discessit ab co. Nolebat enim Ecclesiam Cantuariensem anteferri Ecclesize Sancti Andreze de Scotia. Vocans itaque Willhelmum monachum Sancti Edmundi qui, post-Thurgodum eidem episcoppitui przepositus, pene illum evacuaverat, præcepit ut more solito in episcopatu se haberet, exspeliate noviter investite. Explete Autem post hac mense integro, et his quæ supererant jam terris episcopatus funditus evacuatis, pro voto principum regni rex Alexander ipsum electum convenit; vixque -ab eo obtinuit ut qual super inimicos suos exerci--tum ducere disponebat, virgam pastoralem desuper altare; quasi de manu Domini susciperet, et ita ih toto regno curze animarum omnium, pro posse, dein- C ad hoc Scotiam destinasse ut disceret ntrum petitio ceps intenderet. Pust face ad ecclesiam Sancti Andreze venil, et occurrente ei regina, susceptus a scholasticis et plebe, pontificis loco successit:

inter hac, cousque Thurstanus Eborácensis in transmarinis partibus morabatur, et supra memorato negotio suo viriliter insudans, ad hoc cliam regen Anglorum provocavit, quatenus el ponti-Sci Cantuarioremi semel et regi Scotorum ter scriptis mandaret, ne aut ille electum Sancti Andreæ consecrarel, aut iste ulla ratione sacrari permitteret. Que res maliorum animos volneravit ef in diversa distrazit, er electum, ne Christianitati corrigendie jure pontificali intenderet, non parum debilitavit. Unde hi quibus cordi erat suis voluptatibus sant, et quoniam suorum morum correctionem formidabant, jam securi irridebant. Quid plura ? Rex ipse ad regis Anglorum jussa pavescens, ex hoc bominem minoris apud se honoris habere et sensim sua cœpit imminuere. Quod ipse advertens, segue modicum, co sibi adverso, secondum Deum in regno illius proficere certissime sciens, proposuit Cantuariam ire, et inde quid sibi potissimum in tali causa foret agendum consilium quærere. Quod uti regi innotait, dixit cum ab Ecclesia Cantuariensi penitus absolutune, nec omnino aliquid in ea participium habere, seque in vita sua consensum non præbiturum, ut episcopus Scotiæ subderetur pontiflei Cantuarierum. Quibus cum ipse referret, quod

Contuarionsem, turbato spiritu : « Nihil, inquit, · focimus a Cantuaria petentes nobis episcopum.) Ex boc igitur, cordis sui rancore devinctus, eumdem virum in multis coepit fatigare, multis injuriis clam et palam exagitare, com dignitate ac rerum episcopallum proventa despoliare. Non igitar cum recto oculo aspicere, non verba ejus vel etiam de Deo prolata, poterat patienter audire; quæ res vulgus latere non poluit. Rumores itaque multi exorti sunt, partes diversas in diversa trahentes. Quod electus ad-'vertens, ' et suum ' esse in talibus (ut' prælibavimus) non utile esse perpendens, per internuntios mandavit ei hæc : « Quia video te non esse, ut mihi ex-"R'pediret, serenom erga me, nec scio quare hoc sic me promeruisse, cum cerlum habeatur me non multum, te offenso, in Christianitatis correctione in regno 'tuo profuturum, rogo ut tuo favore prosecutus', Cantuariam ire me sinas, quatenus consilium, 'quod 'mihi "sit agendum, inde requiram, et benedictionem pontificalem ad honorem Dei et exaltationem regni Scotorum inde suscipiam. > Non sederunt hæc'animó ejus, et petitioni illius se nequaquam assensum præbiturum asseveravit, contestans regnum Scotize Cantuariensi Eoclesiae nihil subjectio-'fils debère, et ipsum ab ea penitus immunem factum sibi datum esse. Cui cum ille hoc se eatenus nescisse responderet, præsertin cum epistola pro se ab archiepiscopo illi divecta inter alia contineret eum

quam in cligendo cum suggessit, ad honorem Dei et sanctse matris, Cantuariensis videlicet Ecclesiæ, spectaret, non ut dignitate jam quingentis annis ab ea inconcusse possessa, ipse per se in nutritum filium evacuaret; indignatus niminm quotidie nova placifa in isto negotio inire nescire juravit. Ad hæc ille, vocato in consilium suum Joanne episcopo Glaschonensi, et duobus monachis Cantuariensibus quos tune temporis secum habebat, seiscitatus est quid in tali suo negotio sibi melius decernerent fore agendum. Tunc illi regem adeuntes, et statum animi ejus super viro plenius ediscentes, quasi non ab co, sed simpliciter a se consilii summa prodiret, intulerunt homini hæc : « Si ut filius pacis in pace vivere magis quam Del jussionibus obtemperare roborati D cupis, alias cam require. Hic, dum iste regnaverit, nulla'tibi et páci communio erit. Novinus hominem. ipse in regno suo vult esse omnia solus, nec sustinebit ut quævis potestas sine ejus dispositione quidquam in aliquo negotio possit. Jam exacerbatus est contra te, et nescit quare, nunquam tibi plene reconciliatur, etiamsi viderit quare. Quamabrem aut linguere te cuncta noveris oportere, aut perpetuo inter Scolos, eorum usus sequendo, contra animæ tuze saluteni in opprobrio vitam ducere. Quod si discodere mavis, et annulum quem a manu illius suscepisti, et baculum quem desuper altare tulisti, illi cogeris restituere. Alloquin terram suam, nisi cam transvolare potueris non cgredieris.) Ad hee quanta dieta, quanta objecta sint, binc et inde ad

314

electus ipse, considerato ordine quo quæ penes se acta fuerunt, videlicet qualiter annulum de manu regis, acceperit qualiter episcopatu investitus fuerit, qualiter baculum desuper altare tulerit, ita brevi respondit : Annulum quidem, quem de manu illius suscepi, libens reddam, ea re quod nihil potestatis, quæ eo significatur, in illo accepi, laico scilicet dante, cui tale quid nibil attinet. Baculum autern, quem super altare, præsentibus duobus episcopis. sumpsi, ponam ubi assumpsi, et eum dispositioni Jesu Christi commendabo. Relinguere autem totum episcopatum, ea conditione, quia vis mihi infertur, acquiesco, ut eum tempore Alexandri regis non reclament, nisi pontifex, et conventus Cantuariorum et rex Anglorum aliud mihi super his consilium dederint. In his, in pace divisi sunt, et Eadmerus, Cantuariam veniens, ab episcopo et fratribus suis læte susceptus est. Diligebatur enim ab omnibus, et qui de absentia illius fuerant mœstificati, in præsentia illius facti fuerunt vehementer exhilarati. Misit autem rex in accusationem ipsius, per nuntium suum archiepiscopo epistolam unam, continentem hæc :

« Alexander, Dei gratia, rex Scotorum, Badulfo, archiepiscopo Cantuariensi, in ipso qui vita est semper vivere.

c limmensæ bonitati vestræ petitioni meæ condescendenti, personam in præsulatu Sancti Andreæ schlimandam mihi mittendo, animi mei affectus, C benevolens, et ut justum est, obnoxius, innumera-Liles gratias reddit. Sed persona in episcopatu posita, consuctudinibus terræ moribusque hominum, ut res et tempus exigebat, et ut justum et necessarium esset, condescendere noluit. Ipsa vero tandem persona, in præsentia quorumdam episcoporum et comitum, proborumque terræ meæ virorum, me requisivit ut ei licentiam recedendi, et de lidelitate quam mihi fecerat, libertatem concederem, cum nullo modo remanere vellet, nisi eum in captione detinerem. Ilæc audiens, ei his verbis respondi quod, si aliquas dictis vel factis injurias, ei a me illatas, et quod in aliquibus quæ ei facere debuissem me defecisse demonstraret, pro Dei amore et meo honore libentissime præsto essem emendare. Ad hæc, in præsentia omnium astantium, dixit quod nullas dictis aut factis ei injurias injeceram, nec unquam in aliqua re quam ei facere debuissem defeceram. Præterea egomet, ct episcopi 'et consules, aliique terræ meæ probi homines, ibi astantes, reverentiæ obedientiam in quibuscunque justum esset, magna animi benignitate obtulimus, et pro penuria honestæ exhibitionis reverentiæ non esse necesse ei præsulatum relinquere, cum magna admonitione retulimus, ut cliam remaneret, donec regi Angliæ et vobis nuntiassem, ut amborum consilio frui possem, obnixe rogavimus. His auditis, mihi respondit quod nullo modo remaneret, nisi eum in captione detinerem; se enim nec utilem, nec idoneum in præsulatus

alia tendentem scribere, piget; post quæ omnia A reginine sciebut, et, si remaneret, detrimenum electus ipse, considerato ordine quo quæ penes se acta fuerunt, videlicet qualiter annulum de manu regis, acceperit qualiter episcopatu investitus fuerit, qualiter baculum desuper altare tulerit, ita brevi respondit : Annulum quidem, quem de manu illius suscepi, libens reddam, ea re quod nibil potestatis, quæ eo significatur, in illo accepi, laico scilicet dante, cui tale quid nibil attinet. Baculum autem, quem super altare, præsentibus duobus episcopis, sumpsi, ponam ubi assumpsi, et eum dispositioni lasu Christi commendabo, Belinguere autem totum

> Utrum autem in istis tanto Patri rex ipse vera, sophistica falsave mandaverit, non effugiet notitiam ejus qui consilia, commenta et deceptiones singulorum suo tempore denudabit, redditus cuique pront gesserit. Scripsit tamen ad bæc Pater Radulfus epistolam hanc :

> Alexandro illustri regi Scotorum, frater Radulfus, Cantuariensis Ecclesize minister, sic regnare in regno terreno ut cum Christo regnare possit in cœlo.

> c Gratias, quas possumus, venerabilis domine, sublimitati vestræ referimus, pro dilectionis et henoris munere, quod erga parvitatem nostram, nuntiis et litteris referentibus, vos habere dignoscimus. In quo nos procul dubio nos pro posse semper devotos habebitis, et si quid in vita nostra, Domino largieate, fructuosum inveniatur, vestrum esse secure sciatis. Gratias etiam, ex bona voluntate vobis persolvimus pro susceptione charissimi filii nostri, Eadmeri videlicet electi episcopi vestri, quem secundum petitionem vestram vobis transmissum honorifice tractastis. Quem nos etiam ad partes nostras redeuntem, prout decuit tantam personam, officiose suscipientes, in adventu ipsius non mediocriter lætati sumus. Cumque secretius postea inter nos sermo versarctur, audivimus eun aliqua, a sensu litterarum vestrarum, quas prius audieramus, diversa sentire, nec omnibus antea auditis, ex toto assensum præbere. Nunc itaque quoniam in scriptis vestris aliud legimus, et aliud ab ipso fratre percepimus, consilio nobis est ut cumdem filium nostrum apud nos retineamus, quousque, Domino ducente, in Angliam veniatis, nisi forte aliquid aliud quod nobis faciendum sit antea mandaveritis. Cum autem, Deo donante, vobis præsentialiter loqui et rerum causas hinc inde audire poterimus, si vita el doctrina hujus amici nostri vobis el patriz vestræ utilis esse videtur, injuncta sibi obedientia ad electionis suæ locum, si eum suscipere vultis, redire poterit. Si vero in conspectu vestro aliud placitum fuerit, nos eum, ut virum in lege Domini multipliciter instructum et omni bono operi aptum, cum magno gaudio retinebimus, et sic spem bonam in misericordia Dei habentes, ejus reditum fructuosum habehimus. Vale. »

. Itaque de his ita.

Sed dum talia circa monachum Cantuariensem

ditum contingit in Anglia. Willhelmus enim filius regis Henrici, cujus in superioribus hujus operis nonnullis meminimus, Patrem suum a Northmannia in Angliam regressum sequi gestiens, navem ingreditur, copiosa nobilium, militum, puerorum sc feminarum multitudine comitatus. Qui mox portum maris evecti miraque aeris serenitate freti, freto elapsi, in modico navis qua vehebautur, rupem incurrens, eversa est, et omnes qui in es residebant, excepto rustico uno, et ipso, ut ferebatur, nec nomine digno, qui mira Dei gratia vivus evasit, mariais fluctibus sunt absorpti. Qua res

gerunter in Scotia, quiddam nostris sæcelis inau- A multorum mentes exterruit, atque turbavit, et de occultis justi Dei judiciis in admirationem concussit. Eo tamen citius sedata est in plurimorum animis bujus turbationis immanitas, quia animam regis. quem maxime hoc infortunium respiciebat, videbant virili animo se agentem, et æquitati judiciorum. Dei, cui nemo resistere potest, hæc submisso gesta et voce attribuentem. In his namque se consolans, humili spiritu et ore dixit quod omnibus Christianis in cunctis eventibus suis dicendum fore intellexit, videlicet, Sit nomen Domini benedictum in sæcula. Amen (Job 1, 21).

LIBER SEXTUS.

redita regis exhilaratum fuerit, qui temporis illius recordatur, et, me tacente, advertere poterit. Spes etenim magna magni boni multorum mentibus est inde profecta, quæ sibi promitteret levamen et auxilium a magnis malis, quorum tædio nimium antehac videbantur infecta. Verum dum fama intonuit Willhelmum, jam olim regni hæredem designatum, de medio esse sublatum, non parva bonæ spei portio periit, consideratis injustitiis, quæ in omni genere hominum illis diebus emergebant. Attamen rex legalis conjugi nezu olim solutus, ne quid ulterius inhonestum committeret, consilio Radulü Cantuarioram pontificis et principum regni, quos omnes in Epiphania Domini sub uno Lundoniæ congregavit, degrevit sibi in uxorem Athelcidem filiam Godfredi ducis Lotharingiæ, puellam virginem, bonis moribas et decore modesti vultus decenter insignitam. Ad hujus igitur copulæ perfectionem directi nuntii sunt, qui cum his quos dux memoratus Angliam pro hoc ipso destinaveral, festinantius irent, et futuram regni dominam, ut decebat, summo cum honore adducerent. Venienti ergo illi occursus episcoporum et procerum regni Dofris, ubi appulit, grandis factus est, et inde ad curiam regis usque perducta.

Cum hæc ita administrantur conventu principum qui pro occursu reginæ factus fuerat noudum soluto, magnus sermo habitus est de discidio quod eo usque versabatur inter Radulfum archiepiscopum Cantua-D riensem, et Thurstanum Eboracensem. Siquidem ipse Thurstanus, prout supra descripsimus, a Calixto episcopus ordinatus, litteras ab ipso Calixto, more quo cuncta Romæ impetrantur, adeptus fuerat; quibus jubebatur, ut ipse Thurstanus episcopatu suo potiretur, aut rex anathemate, et Radulfus suspensione pontificalis officii plecteretur. Ad quod recitatæ sunt sententiæ privilegiorum quæ super ori libro indidimus, et quam digne Deo hæc apostolica disponerentur, intellectum est ab omnibus. Tamen ne

Our jocunditate et exsultatione regnum Angliæ in B præmissæ intentio pænæ regem vel pontificem aliquatenus conturbaret, ex communi consilio permissus est idem Thurstanus, Angliam redire, et Eboracum regia via, venire. Quod et factum est ea dispositione ut nullatenus extra parochiam Eboracensem divinum officium celebraret, donec Ecclesiæ Cantuariensi de injuria, quant ei intulerat, abjurata cordis sui obstinatione, satisfaceret,

> Hac inter de reginæ maritatione, necne in regnum promotione actum est inter regni sublimiores. et in Vindlesora ipsum negotium administrari dispositum est. Ubi cum episcopus Serberiensis, quia castrum ipsum in diæcesi sua consistit, officium ipsius copulæ niteretur administrari, contradictum et comprobatum ab aliis est, magis ad archiepiscopum Cantuariensem id perlinere, ea ratione quod rex et regina speciales ac domestici parochiani sunt ipsius, nce diæcesem cujusvis episcopi ei posse præripere quod sui juris dignoscitur esse, cum tota terra, lege primatus, Cantuariæ parochia sua sit, et omnes episcopi totius insulæ parochias quas habent. non nisi ab ipso et per ipsum habeant. Sedata igitur in his controversia est. Itaque guoniam Radulfus archiepiscopus, corporis debilitate gravatus, ministerium ipsum opportune exsequi nequibat, injunxit illud episcopo Wintoniensi ne, si episcopus Serberiensis illud administraret, insuper venturis temporibus aliquis tale quid ex sue Parochie auctoritate quam ex Cantuarieusis episcopi obedientia, sibi vindicaret. In crastino autem expletionis officii hujus, dum in reginam ipsa puella benedici debuisset, et jam dicto introitu missæ Pater Radulfus ipsum officium celebraturus sacris altaribus astitisset, adveitit regeni in solio suo sedere coronatum, et admiratus est sciens regni coronam se illi non inposuisse, nee illam ab alio positam, se præsente, jure ferre debuisse. Divertit igitur infulatus, et sui patriarchatus stola redimitus, ab altari, et ad regem accedens, co sibi suppliciter assurgente, sciscitatus est quisnam capiti cjus coronam imposuisset; ad

accepisse, et ideirco memoriæ id elapsun modesta voce respondit. Quicunque, ait, illam posuit, non id utique jure fecit, nec quandiu capiti tuo hoc modo insederit, propositi negotii exsecutor non existam. Cui rex : Si non jure, ut asseris, imposita est, fac 'quod juste faciendum fore cognoscis, me contradictorom in nullo habebis. Pontifex igitur, elevatis manibus, sustuiit coronam: de capite ejus, ipso dissolvente ansulam qua sub mento innodata erat, ne capite insidens vacillaret. Quod il qui circumstabant intuentes, omnes elata vuce pontificem' parcere, et regio capiti coronam remittere petiverunt. Acquievit ille, et mox juxta regem coronatum stans, Gloria in. excelsis Deo, ad incoeptæ officium missæ inchoavit, choroque sequentia canente, altario repriesentatur, .B Regina itaque in regnum consecrata est, et dies festivus et hilaris omni populo qui confluxerat habitus est,

Post hæc archiepiscopus cum rege Abendouiam veniens sacravit ibi Robertum, qui ipsi domino regi. in cura panum et potus strenue ministrare solebat, ad episcopatnin Cestrensis seu Conventrionsis Ecclesiæ, accepta prins ab eo professione, qua se, ex antiquo more, devovit fore subjectum et obedientem sanctæ matri Ecclesiæ Cantuariensi, et pontificibus ejus. Sacratus est autem ni Idus Martii, assistentibus ét cooperantibus huic sacramento, Willhelmo Wentano episcopo, Willhelmo Exoniensi, Urbano ét Bernardo episcopis Walensibus.

Dum hæc isto ordine in Anglia disponuntur, famæ certitudo illuc usque perlata est papam Calixtum, viribus undicunque collectis, supra memoratum Mauricium, cognomento Burdinum, quem vocatum Gregorium sede apostolica imperator cum suis faittoribus papam constituerat, cepisse, eunique suis omnibuz 'spoliatum monasterio, ut monachus esset, contumeliose intrusisse. Quo facto ipse apostolici culminis securitate politus, libera auctoritate, qua Romanum pontificem niti æquum esse probatur, quaquaversum per legatos suos utebatur. De quorum numero quidam, Petrus uomine, Romanus genere, monachus Cluniacensis professione, venit in Galliam, missus ab ipso pontifice functus, ut ferebatur, legatione Galliæ ać totius Britanniæ, Hiberniæ quoque, et Orcadarum insularum. Supercreverat autem fama istius famam omnium, ante eum in hás partés a Romana sede destinatorum, et albates, ac nonnulli alii viri videlicet honorati, ejus adventum Angliæ præconaturi, ab co præmittebantur. Erat enim filius Petri præclarissimi, ac potentissimi principis Romanorum, cujus fides et actio magni consilii et fortitudinis esse solebat iis qui in sede apostolica canonice constituti Patres orbis babebantur. Attonita igitur tota terra in exspectatione quasi tanti adventus, direxit rex Henricus Bernardum episcopum Sancti David de Walis, et Joannem filium patrui sui clericum trans mare, ubi consque idem Petrus morabatur, regis Anglorum de introitu sub

quod ille denisso valu, se non magnam curam inde A in Angliam voluntatem justumque opperious, quatenus illum ad se perducerent. Quibus etjam ipse sex, prudenti usus consilio, injunxit quatemus iter ejus ita disponerent ut post ingressum Anglice nec ecclesias, nec monasteria qualibet ad se tendens hospitandi gratia ingrederetur, nec aliunde quam de suis victus nécessaria el ministrarentur. Perductus igitur ad regem digne ab eo susceptus est. Et exposita sui adventus causa, rex, obtensa expeditione, in gua tunc erat. (nam super Walenses en tempestate exercitum duxerat), dixit se tanto nego: o operam tune quidem dare non posse, cum legatione illius stabilom auctoritatem non n'si per compiven--tiam episcoporum, abbatum, et procerum, ac toti: s regni conventum roborari posse constaret. Super hec sibi patrias consuctudines ab apostolica sede concessas, nequaquam se æquanimiter amissurum fore testabatur (in quibus hæc, et de maximis una erat, quæ regnum Angliæ liberum ab omni legati distone constituerat) donec ipse vite presenti superesset. Ilis horomque similibus regali facundia magnifice honoratus, omni mode [al. nulle mode] 'se illi quidquam antiquæ digsitatis derogaturum, imo ut dignitatis ipsius gloria undequaque augmentaretur, spopondit plena fide elaboraturum, Pax itaque 'firma inter cos firmata est, et qui legati offici / fungi in tota Britannia vederat, immunis ab omni officio tali, cum ingenti pompa, via qua venerat extra Angliam a rege missus est. Dofris itaque transfreta--turny, Gantuarize hortatu regis et archiepiscopi magnifice a fratribus susceptus est, et inter cos triduo cum jucunditate conversatus. In quo temporis spatio querimonia apud eum deposita est pro gravi injuria qua papa Calixtus Ecclesiam Cantuariensem in caesa Thurstani Eboracensis humiliare non veritus est, et suis litteris comdem humiliationem ourissa omnis justitize consideratione, rohorare. Onæ ipse levi voltu ac miti mente suscipiens, privi-'logia ab antiquis Patribus olim a Romana sede possessa ostendi sihi postuhivit, et si rata esse probarentur, que noviter instituta erant, se promisit elaboraturum ut in nihilo redigerentur. Prudentum igitar ratione virorum probatum est bullatas antiquitus chartas incendio; quod totam ecclesiam necdum transitis quinquaginta annis omnino consumpsit esse consumptas, paucis illarum in antiquis schedulis, seu veteribus libris quoquo modo raptim transoriptis a que retentis, quarum veritas, et Rogani stilo eloquii et suctoritate, jam per quadtingentes ct co amplius annos ab losa Ecclesia inconcusse possessa declaratur. Quibus ille perspectis alque perpensis testatus etiam ipse est Ecclesiam Cantusriensem grave nimis et immoderatum præjudicium esse perpessain, et quatenus hoc velocius corrigeretur se modis omnibus open adhibitarum pollicitus est. "Post hæc Angliam egreditur, prospero cursu;proceilosun mare evectus.

> His ita variantihus, supra designatus episcopus Scotiæ, Cantuariæ continue degebat, sicut plim

priusquam in pontificatus electus esset, facere sole- A inimicitiæ mihi ex vestra parte per cos quos vobis bat. Conventum monachorum non facile deserens, sed more aliorum sese in omnibus habens. Transiit in istis annus, integer et semis. Venientes interea Cantuariam diversi episcopi, abbates, et quique nobiles, qui hominem ex cohabitatione Patris Anselmi quondam notum habebant, de negotio illius percunctabantur. Et ordinem rei edocti, eum Ecclesiam quam canonice electus regendam susceperat, nulla ratione juxta scita canonum indemnatum dimittere posse concordi sententia àsseruerunt, licet consecratus non fuerit, electionem videlicet quadammodo consecrationi præstare contestantes. Usus igitur illorum et quorumdam aliorum consilio, necne beati Patris sui Anschui, cujus beata conversatio eum in multis olim informaverat, exemplo provocatus, qui B olim ab Anglia æque, ut ipse a Scotia, pro simili causa pari ordine pulsus fuerat, sieut longe superius habita mentio est, regi Scotorum epistolam, quam ecce subscribimus, scriptam direxit :

· Alexandro illustri regi Scotorum, Eadmerus, gnondam electus episcopus Scotia, salutom et serritium.

· Pro benigna voluntate, quam se erga me vestra excellentia olim habuissé monstrare dignata est, gratias, quas possum, vobis exsolvo. Et quidem benignitatis vestre non meritorum meorum fuisse non nescio, quod prætermissis innumeris, quos et vitæ probitas, et sapientiæ atque prudentiæ illustrahat auctoritas, me in episcopatum elegistis, et regno vestro, in iis que Dei sunt, præsse voluistis. Reddat vobis omnipotens Deus pro tam bona voluntate illud præmium quod bona voluntas meretur apud com. Et hoc utique orat quotidie et desiderat anima mea. Quod autem res alium, quam propositi communis tenor exstiterit, eventum sortita est, Dei dispositioni, quam penetrare vel subterfugere nemo potest, ascribendum fore non dubito. Quid tamen ex discessu meo a pontificatu didicerim, si facultas mihi daretur socretius vobis lognendi, sanctæ fidei vestræ nglificarem. Licet enim corpore a vobis discesserim, noveritis tamen pro certo quod fidem, quam vobis debeo, Deo juvante, non violabo. Unde vestrum et regni honorem, in quibuscunque potero, si uon spreveritis, fideliter quæram, ipso teste, qui p conscientize meze solus et verus inspector est. Nec hac dico quod multum desiderem in regno vestro episcopari, sed tamen mallem dignitatem terræ vestræ angeri quam minorari. Præterea noverit beatitudo vestra quod omnes qui audiunt qualiter electus, susceptus, et pontificatu saisitus, et loco pontificis substitutus fui, una sententia asserunt, nec me juste potuisse episcopatum dimittere, nec alium me vivente juxta legem Domini substitui posse. Nec enim vir uxorem suam, aut uxor virum, ut alii nubat, dimittere regaliter potest. Sed fortasse dicitis : Tu dimisisti. Dimisi quidem, sed. quod cum pace vestra dicatur, illata vi, cui contraire nequivi. Cum enim perpes discordia, et interminabile-

familiares esse sciebam, intenderentur, msi eniscopatui funditus cederem, et his vester habitus circa me, et dissaisitio, qua me bis rebus ad pontificatum pertinentibus, sine lege et judicio spoliasti. attestarentur, necessario dimisi quod ablatum retinere non potui. Sed de istis epistolari brevitate disquiri commode non valet. Quamobrem, omissis istis, breviler suggero quia si in pace vestra permittitis, et open (ut vestram regalem sublimitatem decet) ferre volueritis, ut ad vos honorifice redeam ad explendum apud vos servitium Dei et vestrum, secundum voluntatem Dei conabor iter aggredi, et in omnibus voluntati vestræ parere, nisi, quod absit, videatur voluntați Dei resistare. Quod si amplecți minime vultis, ultra non possum. Deo causam Eqclesiæ suæ committo. Ipse videst, ipse dispenset, ipse, quod quisque meretur, in hoc suo negotio cuique reddat. Ego liberavi, ut æstimo, animam meam; ego, uli debui, coram eo oxposui causam meam, paratus in omnibus segui voluntatem suam. Ne tamen putetis me in aliquo velle quidquam derogare libertati vel dignitati regni Scotorum, securum vos esse volo, quia quod a me petiistis, et ego tunc quidem acquiescere nolui, æstimans aliud quam secundum quod postmodum didici, æstimare debebam, de rege scilicet Anglorum, de pontifice Cantuariorum, et de benedictione sacerdotali, si hucusque persistitis in sententia vostra, me amplius contradictorem non habetis, nec illa me a servitio Dei et amore vestro, quin quod volueritis faciam, ullo modo divellent, tantummodo alia qua pontificis Sancti Andreæ juri competant, mihi liceat cum vestra hona voluntate administrare. Hæc olim vobis insinuassem; sed quia rumor quaque discarrebat vos in Angliam, postposita omni ambiguitate, tune vel tune, aut certe tune venturum, scribere distuli, quod magis optabam secreto vobis affatu declarare. Sive igitur ista suscipiatis, sive altiori consilio postponatis, ego, quod mea refert, pura et simplici conscientia feci, ipso cuncta inspiciente et examinante, qui novit quid cuique redditurus æquo moderamine sit. Quoniam ergo in manu ejus sunt etiam corda omnium regum, intimo corde rogo ut ipse cor vestrum, et actus vestros, ad se sua gratia dirigat, quatenus et Ecclesia sua, quæ in regno vestro peregrinatur, vestra ope in sancta conversatione de die in diem proficiat, et anime vestre post hanc vitam beatitudinis æternæ merces exinde proveniat. Amen. Quid de istis excellentiæ vestræ placeat, benigne, quæso, mihi fideli vestro litteris suis notificare dignetur. Vale. .

Misit etiam, apsis diebus, Radulphus archiepiscopus et fratres Ecclesiæ Cantuariensis epistolam ipsi regi, hæc inter alla continentem.

« Alexandro illustri regi Scotorum, Radulphus Cantuariensis Ecclesiæ minister, et fratrum conventus Domino Christo in ca deserviens; per illum

521

in terra regnare, eni famulatur omnis militia coe- A speramus, vobis utilem, et in lege Dei a pueritia lestis.

· Novit prudentia vestra, charissime domine, quanto tempore sedes episcopalis, quæ in patria vestra præcipua habetur, suo caruerit pastore, quæ procul dubia quanto fuerit suo destituta vigore, tanto deterins subditorum ruina inde proveniet. Unde hortamur serenitatem vestram, quam divina propitiatio inter alios reges ita absque notabili reprehensione hucusque honoravit ut ab omnibus laudabilis habeatur, quatenus tanto religionis detrimento finem dantes, pastorem quem vos canonice elegistis, et nos legaliter ad vos misimus, ad sedem suam, ex bona voluntate vestra, revocetis. Et cum nec in vohis, nec in ipso culpa pateat, quare hoc digne fleri non debeat, ex Patrum auctoritate, non B intelligimus qualiter, isto vivente, alium memorata Ecclesia vestra possit sortiri episcopum; quia sponsa Dei (suo superstite), ne flat adultera, nisi legalem omnem contemnit maritum. Quapropter quomodocunque hactenus hoc dilatum fuerit, virum, sicut

nobiliter instructum, in primum dilectionis vestra gradum, et in officium sibi injunctum pro vestra gloria revocate. Deus pacis et dilectionis, a quo omne bonum consilium procedit, sit semper vobiscum. Quid vobis videatur de iis quæ vobis mandamus, nobis precamur rescribi facite. Valeat dilectio vestra, cum domina regina uxore vestra, et cum omnibus qui ea quæ justa sunt, volunt, et vos diligunt gloriose domine, et honorandæ sanctæmatris Ecclesiæ fili, Amen.

Eodem anno, qui fuit annus ab Incornatione Domini millesimus centesimus vicesimus secundus, et ex quo ab episcopatu Roffensi in patriarchatum Castuariensem translatus est annus nonus, defunctus est Cantuarize, in Metropoli sede, Radulphus archiepiscopus x111 Kal. Novembris, presentibus filiis suis glorioso scilicet agmine monachorum ejusdem loci, et tertio die ab hinc in medio aulæ majoris ecclesiæ decenter sepultus.

JOANNIS SELDENI EADMERI HISTORIAM NOVORUM

NOTÆ.

· lins episcopatus vel abbatiæ investituram. Oblinebat zevo illo superiore mos solemnis, atque aute Northmannorum etiam adventum hic usitatissimus, ut majorum gentium antistites sacri, episcopi nimirum et conobiarchæ (qui saltem in clientela regia) a sacris Ecclesiarum corporibus electi, quin sæpius etiam, spretis onuluo corporum sacrorum suffra-giis, in aula designati, annuli et baculi pastoralis sive pedi traditione, in dignitatis possessionem a regibus nostris, jure avito nixis, mitterentur. In Glastonicnsis cœnobii privilegiis, apud G. Malmesburiensem De gestis regum lib. 11, cap. 8, rex Edgarus monachis electionem sui abbalis perpetuo manere censel, sibi vero suisque hæredibus, tribuendi fratri electo pastoralem baculum, potestatem, retinuit. Atqui idem auctor alibi electionem præsulum et abbaium tempore Anglorum penes clericos et monachos fuisse scribit, uti videre est in libro ejus delati, et neglecto prorsus sull'agiorum jure, eodem ritu donati. De ea re luculentissimum perhibet testiinonium Ingulphus, abbas Crowlandensis, qui Guillielmo I coztaneus. A multis, inquit, annis retrouctis, nulla electio prælatorum erat mere libera et canonica. Sed omnes dignitates tam episcoporum quam abbatum per annulum et baculum regis curia pro sua complacentia conferebat. Egregium porto ritus hujusce adjicit exemplum de vulgato cœnobiarcha Wegelandensi in Crowlandensem ita creato ab Edwardo Confessore; unde liquet etiam solemne fuisse, de-

(1) Qui non primo fuerit homo regis et de mann C mortuo antistite, baculum illud pastorale (puto et annulum) a destinato ad hanc rem sacri corports nuntio, regi, qui suo arbitratu subrogandum antistitem eo insigniret, exhiberi. Gervasius etiam Dorobernensis in declamatione, seu, ut vocat ipse, imaginatione. ms. contra Robertum abbatem Sancti Augustini Cantuariensis; Lanfrancus, inquit, petivit regem (Guillielmum nempe I) ut sibi donationem abbatice (Sancti Augustini scilicet) concederet sicut omnes prædecessores suos constat habnisse. Respondit rex et dixit se velle omnes baculos pastorales Angine in manu tenere. Annales item Lichfehlensis Ecclesiæ mss. : Usque ad illa tempora (de Henrici I ævo verba fiunt) reges conferebant omnes ef iscopatus in Anglia per investituram annuli et baculi; complura ejusmodi passim occurrunt. Quam controversiosa res esset, Insius patet ex auctore hoc nostro atque aliis qui ejusdem sæculi res narrant. Cæterum ut-cunque hujusmodi juri renuntiatum fuerit ab Heeni De gestis pontificum, ubi de Edmundo episcopo Lindisfarnensi agit. Verum citerioribus ævi Saxo-nici annis, sive regum tantummodo gratia sive au-licarum partium studiis, sacri hujusmodi honores Guillielmo marescallo Pembrochiæ comiti transtulit. Idem, ni fallor, concessit quod jus patronatus cœnobii jurisconsulti postea nominabaut, verum cole ipsa diplomatis verba descripta ex tabulis regiis, quas chartas vocant, anni 11 Joannis regis, membran. '26, uum. 118.

Joannes, Dei gratia, etc. Sciatis nos propier amorem quem erga dilectum et fidelem nostrum Willielmum marescallum comitem Pembroc habuimus, et propter bonum et fidelem servitium quod ipse nobis fecit, dedisse et concessisse, et hac charte

baculi pastoralis abbatiæ de Nutelega quæ est in feodo suo, habendam et tenendam in perpetuum cum omnibus rebus et libertatibus et liberis consuctudinihus ad donationem baculi pastoralis pertinentibus. Quare volumus et firmiter præcipinus quod prædictus Willichuns marescallus, et hæredes sui post eum, habeant et teneant de nobis et hæredibus nostris prædictam donationem baculi pastoralis bene, et in pace, libere, integre, plenarie, et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Testibus R. Com. Mellent. et R. com. Cestr., R. com. Leic. Dat. per manum S. Wellen, archidiac. apud Regulam xvi die Augusti, anno regni nostri secundo.)

Neque apud Anglos viguit duntaxat hic mos. Frequens idem ipse reperitur tum in imperio Romano, regis Anglorum conscripsere, consulendi imprimis sunt Sigonius Do regno Italiae lib. 1v, 9, 10 et 11, Baronius tom. Il Ann. m. LXXVII, et postea sæpius, Baronus 1001. II A010. 10. LANDI, et postea sepues, Chembinus de Nursia in Bullarii tom. I, pag. 16 et 17; Binins Concil. tom. HI, part. 11 in Urbano, Calizto et Paschali secundis, Renatus Choppinus De domanio Francize lib. 11, tit. 1, § 6 et seqq., et De sacra politia lib. 1, tit. 7, § 22 et 23, cum cis que obiter de hac re leguntur apud Ivonem Carnotensem in epistolis, Goffridum Vindocinensem in opusculis et epistolis, atque in Cujacio ad lib. 11 De fendis, tit. 3, qui, episcopatus, inquit, imo et omnia fenda antiquo more Gallico per unnulum et virgam, qued dicebatur par rain et par baston, conferebantur, rain pro annulo, ut hodis Germanis reing. Quod etiam plane Anglicanum est ring. Adde, si placet, Gratian. dist. 63, c. 22, Adrianus. Plura de hoc jure adnotata habes in serenissimi regis parænesi ad principes Christianos. Id ipsum, quantum saltem C ad pedi traditionem spectat, dicendum de imperio Orientis, quort luculenter ostendunt et Georgius Phranzes in Chronici Constantinopolitani lib. in, c. 19, et Malaxus Peloponesius in Historia patriarcharum. Cum enim electo in patriarcham Gennadio Scholario, Muhamedes II, Turcarum imperator, super ritus in creando patriarcha adhiberi solitos, sacros Urbis ordines rogitabat, responsum est, idude tou & Bacoulade (ita se habent barbara recentioris Græciæ vocabula) µs to Xipn toù to dixavizo, xai έτζη έλαδεν ο Σουλτάνος με το χέρη τοῦ το διχανίχη, και το ίδοπν είς το χέρη τοῦ πατριάρχου, hoc est, Dare solebat imperator in patriarcha manus scipionem seu pedum (quod Sexaviza hic et interdum marpiap x ixov diazwizion vocatur) alque i:a accepit manu sua imperator pedam, et in patriarchæ manum tradidit. Sed videsis enundem Malaxum in Hieremia patriarcha. Ad venustius illud apud majores nostros investiturarum, ut vocabant, jus spectat id quod habetur in D sis Edwardi regis III litteris, ad Romanum postificem et purpuratorum collegium datis, quibus juri sibi a majoribus transmisso adversari merito asserebat quod episcopum aliquem in Anglia electum Roma-uns pontifex sacris solemnibus in dignitate prius, cliam tune temporis, firmaret quam regius accederet clectioni assensus. Nam progenitores, inquit, nostri qui dudum fundarunt et dotarunt Ecclesiam, singulas cuthedrales ecclesias regni nostri vacantes olim libere contulerunt regio jure suo (quod ipsum vetustum investiturio jus) sed postmodum, ad supplicationem cleri ac reverentiam et rogatum summi pontificis qui tunc universali præsidebat Ecclesiæ, concessit dominus rex Anglia qui tunc erat capitulis Ecclesiarum cathedralium, quod cedente vel decedente loci pontifice, sacrorum corporum votis alius esset designandus, qui tamen necessario solemnem regis assensum, tamotsi non investiturzo formulam quam

nostra confirmasse el el hæredibus suis donationem A diximus, exspectaret. Exstanl lliteræ ille in tabulis Romanis anni 1x et x, Ed. III, num. 3 et 4. Decessorem autem, quem intelligit, puto. hic Edwardus, est Joannes rex, de quo vide, si placet, Matthæum Paris, pag. 342. edit. Londineusis. Recentiora que hanc rem attinent consulto prætermittimus.

(2) Exceptis duobus episcopis, Erneste videlicet atque Gundulpho. Nam antistitum Roffensium subrogandorum jus erat olim penes archiepiscopos Cantuarienses, quod singulare privilegium (jure enim communi, episcopatnum patronus, apud nos, duntaxat rex semper habitus est), passim occurrit in vetustis Cantuariensis Ecclesize tabulis, et videsis Joscelinum antiquæ Ecclesiæ Britannicæ in Vita Chicheleii, et Chart. 15 reg. Joan. membr. 6, et Dors. 5, in Archivo Regio. et Bvacton. lib. v De Exceptionibus, cap. 4, § 8. In codice item comobii um in Galliarum reguo, alibi; qua de re, præter Ohnnem Frisingensem, Sigelertum atque alios quamplurimos bistoricos veteres, eos maxime qui res henrici imperatoris IV, et ejusdem nominis I Barchiepiscopi (Richardi nimirum, qui sub Henrico II rege præsinit) spiritualem causam episcopains : per annulum autem, regalium possessionem accepit. Landavensis item Ecclesiæ patronus olim comes erat Glocestrize, quod occurrit in cod. vet. ms. in archivo fiscali diplomatum, scilicet pontificiorum, p. 166, atque alibi non semel. Sodorensis etiam episcopii in Mannia patronus habetur hodie Derbiensis comes, utpote, jure avito, insuke dominus.

(3) Deo sacrisque canonibus contrarium. Veteres quos hic intelligit canones sunt, puto, canon. 31 ex iis qui apostolis tribuuntur, et cecumenicæ septimæ synodi, quæ Niceæ habita est, canon. 3, præter alios superioris ævi apud Gratianum repertos dist. 53; concilii Romani sub Gregorio VII canonem 5; svnodi Antiochenæ canoneni 25, cum causæ xvi quæst. 7, cap. 16. Alii sunt recentiores de quibus mox obiter. At vero utcunque canonibus priscis adeo cautum fuerit, ne principes episcopos aut instituerent, aut designarent, aut designatos seu electos in dignitatis possessionem mitterent, in utroque tamen imperio, tum Orcidentis tum Orientis, Cæsareum jus, uti Anglorum, Gallorum item, aliorum regnorum, sive sauctiones sive mores adversabantur; et antistites sacri a regibus instituti occurrunt frequentissimi. De Occidente atque aliis regnis, satis id notum est, ex iis locis que supra adnotantur de investiturarum ritu. Et de Oriente, Theodorus Balsamon, patriarcha Antiochenus, juris peritissimus, ad synodi Carthaginieusis canon. 16 : Ο Βασιλεύς, inquit, έπ' άδείας έχει έπισχοπήν είς μητρόπολιν άγειν, και άποξενούν έκ τών οίκείων μητροπόλεων, ώς-αιτως ένορίας άρχιερέων διαιρείν, και έχ νέου έπισχόπους και μητροπολίτας χαθισταν, id est, Imperatori competit jus, episcopatum in metropolim mutare, et a propria metropoli alienare, quin et diæceses pontificum disterminare, atque de noro episcopos et metropolitas constituere. Eumdem item Theodorum videsis ad can. 4 concilii Chalcedonen-

(4) Wentanus episcopus. Wintoniensis nempe. Wintonia enim Ptolemao et Antonino, Venta dicitur Belgarum, hodieque Caer-guent Cambro-Britannis; unde Ventanus et Wentanus sæpius apud vetust ores monachos et depravate pro eodem Wenlanus in codicious impressis Guil. Malmesburieusis De gest. pont ficum, hb. 1, p. 117 b, e tit. Londin. (5) Quæ usque in quadraginta octo tempore regis

Edgari. novæ surrexerant. Exim us com comobiorum et instaurator et auctor Edgarus rex. atque ad Dunstani hortatum formatus, corum qui vita solitaria nomina dederant, amantissimus erat, presbyterorum sive clericorum aliorum cætibus nimium infensus. Consulto prætermittens quidquid anud editos historicos de ca re legitur, haud intempestive hic adnoto Institutiones al eodem reza promulgatas quæ monasticæ per totam Angliam reipublicæ lunc temporis reparatæ sive sodalihus, utri-

325

usque sexus, Benedictinis, vivendi normam prebe- A mynecyna mynstrelusan swa unearges mid gewobant. Atque earum sane etiamnum exstat exemplar vetustissimum tum Saxonice tum Latine characte. ribus perpulchris exaratum, quod fideliter exscri-ptum, utroque etiam idiomate, exhibere hic visum est; neque alla forma quam in ipso exemplari reperitur, ubi verbum verbo redditur, atque ita, puto, ut non tam propriam idiomatis Saxonici syntaxin et ordinem, quam singulorum vocabulorum significationem indicaret.

. Prohemium regularis concordiæ Anglicæ nationis monachorum sanctimonialiumque orditur.

Sewuldor falla witudlice Crister gefulu-Gloriosus etenim Eadgar Christi opitu-nugendre gyfe. Englisera and othra theoda withinlante gratia, Anglorum cæterorungue gentium in-nan embhwirft Brittiscer Iglandes wanigendra Cing tra ambitum Britanniæ Insulæ degentium rez schelboren. fram ongemendre his cyldbades ylde ab ineunte ana pueritice atute B egregius, thealithe. swaswa seo gewonath yld. myslicumbrulicet. uti ipsa solet wtas, diversis utece theawum, and swatheath gesythe midgodcundre retur moribus, attamen respectu divino æthrinen. Abbude sumon geornfullum mynegiendum attactus, Abbate quodam assiduo monente and Cynelicne liller geleafan weg geswuteligen-ac kegiam Catholicæ fidei viam demonstran-dum. ongann mærlice God ondrædan. luftan and le. cæpit magnopere Deum timere, diligere ac wurthian; Scinendum litlun vel ætwega geleafan venerari. Radiante paulatim fidei venerari. Radiante paulatim fidei spearcan. ydelnysse mid slæwthe adiligud acwune. scintilla, ne otiositatis corpore explosa delitesceret. Mi i hwilcum haligra worca gearnungum on hatne Quibus sanctorum opere meritis in fervidum fullfremednysse wylm beon on alet he mihte.geornpersectionis ardorem accendi valeret, studiofullice asmeagian carful he on gann; Afundenum C percunctari sollicitus cœpit. **s**e Comperio gewistliee. thæ tha halgan Minstru. on mislicum hys etenim, quod sacra Cœnobia, diversis sui cynericer strowum. tororene and forncan Drihtnes regiminis locis, diruta ac pens Domini ure Haviendes Cristes theowdom forhetene gymelea. nostri Jhesu Chisti servitio destituta negliyen. lice ættredon. Thrihtnes on bryrd mid gyfe. mid ter tabescerent, Domini compunctus gratia, cum micelre modes blisse efstende æghwara stowa magna animi alacritate festinando ubicunque locorum gerysenlice geendstalude, and utadræf dum gyme-decentissime restauravit, ejectisque negligen-leasra Preosta tilthum. ha that an Monecas. acsium Clericorum spurcitiis, non solum Monachos, ve-Mynecyna eac. fæderum and moddrum gecac rum Sanctimoniales etiam, Patribus Matribusque consettum. to Godes theowdome æghwar geoud swa stitutis, ad hei famulatum ubique per tan-mycele his rices ryinthe estullice he gesette sui regni amplitudinem devotissime constituit, Lum and mid godum eallum gegodiendum blithe konisque omnibus locupletans gratulabundus)ie gewelegude. Cynclicere witudlice gebrocen the-ditavit. Itegali utique functus of-nunge. swaswa llyrda Hyrde carfull fram rea-ficio, veluti Pastorum Pastor (a) sollicitus a 1aflum ortrywra geaglum. swilce gymeendunt wul-bidis perfidorum renbus, uti hantibus Lupofa gomum vel bracum. tha sceap. the Thribtenes 'aucibus; rum Qves quas Domini forzifendre gyle. geornfull he gegaderude beweri-largiente gratia, studiosus collegerit muniengende be generude; and hys gemeccean đo Alfritha eripuit; conjugique sua

(a) Citatur hic locus (atque ex ipso exemplari quo and usi sumus) a V. C. Isaaco Casanbono epistola

sauctimonialium mandras ut impavidi 1NOnan Hyrdes heo bewerude. swithwærelice he bere Custodis defenderet, cautis**si**me præce. head, that thitudlice wæpnman wæpnmann wif-pit; ut videlicet Mas Maribus, Fæminann wifmannum buton ænigre wenan twy-na Fæninis, sine ullo sus icionis scra-nunge geheolpe. Regulicre witudlice fæliger fæ-pulo subvenirct. Regulari itaque Sancti Pader richtinge wurthlice oufangenre. ge tris Benedicti norma honestissime suscepta, tam Abbudas swithe menega ge eac Abbutissan. mid Abbutes perplurimi quam Abbatissæ, cum him undertheoddum gebrotara and systra geferscysubjectis Fratrum Sororumque collesibi pum. halgena filian fotswathu mid anum geleafan. giis sanctorum sequi vestigia ина fide, na swa theath mid anum theawes gewunan. tonon lamen uno consueludinis usu, CETgeflices mid mycelre hygdan geblyssunge. Mid tatim cum magna (b) studuerint hilaritate. Ta-wilcum witudlice and thus mycelum bigendge thes Witchin Wittance and thus investum Digenege thes li igitur ac tanto studio præ-forsæda Cyneg mærlice gegladude. diglu geh-fatus kez magnopere delectatus, arcana qaæ-wilce mid geornfulte care smeagende. synothlice que (diligenti cura examinans, Synodale gemot æt wintan cæceatre beon gedemde. and that Concilium Wintoniæ fieri decrevit, illucque word mynegyendlice and gesilssume on boefelle blueword mynegyendlice and gesibsume on bocfelle hlutverba exhortatoria ac pacifica pitacio lucu-torlice awritene swithe cadmod he aseticle. and lentissime caraxata humillimus destinavit, cunealle Cristes on bryrd mid gyfe, hemynegude, thet ciosque Christi compunctus gratia, monuit, ut hi esenthwære midgelicum theawas gewunan. aquali consuetudinis concordes haligas an l acos geefenlætende fædras. regullice sancios probatosque imitando Patres, regularia beboda mid fæstum gethances ancran gehealdende præcepta tenaci mentis anchora servantes nate hwan twyiccende ungethwærudon. thatna nullo modo dissentiendo discordarent; ne ungelic and mislic anes regules and anes Etheles geimpar ac varius unius regulæ ac unius Putriæ uwuna bysmorlice tale haligre drohtnunga onsus probrose viluperium sanche conversationi irgebroh e: Thises heah yldestan Cynges mid smeagre rogaret. Hujus præcellentissimi Regis sagaci mynegunge gastlice on brirde na that an Bisceomonitu spiritualiter compuncti non tontun: Episcopes. ac eac swilce Abbudas and Abbutissan that pi, verum etiam Abbates et Abbatissee quod swilene and swa micelne hige earnudou habban Latalem et tantum mernerunt habere Doroow, uw wastrehtum to roderum handum ofimete ubique per tan- clorem, erectis aa æinern putmis, immediate esfullice he gesette D heah sittendum thancas. wil frægænes gerecceau devoilsime constituit, celsi throno grates, voti compotes referre blithe byna yldon. witud sona hyr hæsum mid ealre non distulerunt. Nam illico ejus imperiis toto modes smeaunge blithelice hyrsumgende, and haliges mentis conamine alacriter obtemperantes, sanctique valdres ures lata mid tham theme Eadl'atroni nostri Gregorii documenta quibus Beatum Augan mynian he hygde that na that an romagustinum monere studuit, ut non solum Roma-viscra ic eac swilc franciscra wyrthlice Cyrecena næ, verum eliam Galliarum honestos Ecclesiarum gewunan. niwre Eugla Cyrcean. gewlitegenuo be usus, rudi Anglorum Ecclesia, decorundo congesette. wyrthigende. togeclipedum Floricum Monestitueret, recolentes, accilis Florensis

> dedicatoria exercitationibus Baronianis præfixa-(b) studuerunt.

cum thæs Eadigan Beati Benedicti uccnon my ystres that brymum Kenobii quod celebri Gent. nuncupatur vocabulo, Munecum. xghwylce of wurthum hyra theawam Monachis, quæque ex dignis eorum moribus wurthfulle gegadriende. swa swa heon Hunigcamb colligente, honesta teares mid mislicum felda blosanum on anre hyfe. uti apes nectaris diversis pratorum floribus in uno alveario, swa thas theawa gewunan to lyfes wyrthnysse ita has morum consuetudines ad vitæ honestatem and regulicre gehealtsumnesse werednesse that fram et regularis observantiæ dulcedinem ut ab tham the weg cynelicne beboda Drihtnes buton hu qui viam regiam mandatorum Domini absque gilpes leahtre mealclithe nu gyt Eadmodlice stæppath joctantiæ vitio lactei adhuc humiliter incedunt utanyddre snoffan æmyldnysle butou ceorunge. æwli-(a) depulsn nauseæ tædio sine querela, legitia) depress nauseae (acaio sine quereia, legiti-ce drence beon aburged myd lufwendum, and grædi-me haustu degustari libentissimo, ac avige mid lufficre hi mihton beon gefilled est fullnesse di amabili possent impleri devotione gemetlice. mid mycelum and fremfullum gesceades temperate, cum magna ac subtili Nationi**s** todale. Cristes middancardes Halendes gefulu-discretione, Christi Mundi Salvatoris opitumigendre gyfe. on thysse gehwædon gesetton bec. lante gratia, hoc exiguo apposuerunt (1) Codicillo.

That na witudlice syndrige. gys hi byra. that na Ne igitur singuli, si suam, quod gewyrthe. ûndele on hyra wisan thristfulle absil, adinrentioner snapte præsumptuosi gecuran. thæne nærustan halige hyrsumnysse eligerent, excellentissinum sanctæ obedientiæ wæstin, sumte wytherwyrdnesse writan on un-C fructum, alicujus arroganitæ fastu inopinauet beswicene earmlice forleton. and te seducti, miserabiliter amitterent ac Sarabaioththe neah. ma thænne Munecas oththe vel feræ, potius quam Monachi aut wæron geihuht æwlice; behat Thrihtne læ,

Menn llomines viderentur, legitimum votum Domino vrum Hælendum Criste anmode hy be heton and mid nostro Jesu Christo unanimes voverunt, pactowedde gastlicum bi gewæstnudan hi. lyfe gesithan. spirituals confirmaverunt se, vita comite, ane geoce regules under theodde, thas a mearcudan theawa jugo Regulæ deditos, has adnotatas morum gewunan mid gemetenelicre openlice healdan drohtconsuetudines communi pulam custodire conver-Dunge. satione.

arghwile on diglum gebedhuses stown.D Other. Cæterum, unusquisque scoretis Oratorii locis, onswa micelum swa Haliges gastes gyfe mildelice in quantum Sancti Spiritus gratia clementer ontiht synder lypum, gewitan gode mid godra instigaverit, peculiaribus, leste Deo, cum bonorum weorca wæccean wædlice bruce gebedum. operum vigilantia consulte utatur orationibus.

operum rigitantia consuite utatur orationious. Thæt to bothan se æthela thysses etheles Hoc etenim Dunstanus egregius hujus Patriæ Arcebiscop, mid forewitigum thurblawen gaste Archiepiscopus, præsago affatus spiritu, to getrymmene thæs foresædan Synothlicre gega-ad corroborandum præfati Synodalis con-derunge gemot. gleawlice and wislice to ren(us Conciliabulum, provide ac sapienter ad-

a ...

(a) Depulso forte.(b) I. Codicello.

« Tempore Magni regis Willielmi, qui Anglicum regnum armis conquisivit, et suis ditionibus sub-jugavit, contigit Odonem Bajocensem episcopum, et ejusdem regis fratrem multo citius quam Lan-francum archiepiscopum in Angliam venire, atque in comitatu de Chent cum magna potentia residere, ibique potestatem non modicam exercere. Et quia illis diebus in comitatu illo quisquam non erat, qui tautæ fortitudinis viro resistere posset, propter magnam quam habuit potestatem, terras complures de archiepiscopatu Cantuarberiæ et consuetudinés nonnullas sibi arripuit atque usurpans suæ dominationi ascripsit. Postea vero non multo tempore, contigit præfatum Lanfrancum Cadomensis ecclesiæ abbatem, jussu regis, in Angliam quoque venire, atque in archiepiscopatu Cantuariensi, Deo disponente, totius Angliæ regni primatem sublimatum esse. Ubi, dum aliquandin resideret et antiquas Ecclesiæ suæ terras multas sibi deesse inveniret et suorum negligentia autecessorum illas distributas alque distractas fuisse reperisset, diligenter inquitila et bene cognita veritate, regem quam citius potuit et non pigre inde requisivit. Præcipit ergo rex comitatum totum absque mora considere et homines comitatus onnes Francigenas et præcipue C Anglos in antiquis legibus et consuetudinibus peritos in unum convenire. Qui cum convenerunt apud Pineudenam omnes pariter consederunt. Et quoniam multa placita de diratiocinationibus terrarum ct verba de consuetudinibus legum inter archiepiscopum et prædictum Bajocensem episcopum ibi surrexerunt, et etiam inter consuetudines regales, et archiepiscopales quæ prima die expediri non potuerunt, en causa, totus comitatus per tres dies fuit ibi detentus. In illis tribus diebus diratiocinavit ibi Lanfrancus archiepiscopus plures terras quas tune ipse episcopus et homines sui tennerunt, videlicet, llerebertus filius Ivonis, Turoldus de Rovecestria, Radulfus de Curva spina, Hugo de Monte Forti, cum omnibus consuetudinibus et rebus quæ ad easdem terras pertinebant; scilicet Raculfe, Saudwic, Rateburg, Wedetune, monasterium de Lunning cum terris et consuetudinibus ad ipsum monasterium pertinentibus, Saltvude cum burgo D Etenim ab illo die quo clauditur Alleluya usque ad llethe ad Saltvude pertinente, Langport, Hiwendenne, Rokinge, Detlinge, Prestitune, Sunderherste, Cahethe, Orpintune, Finesford. Quatuor Præbendas Broche, de Riwentune, Stokes et Devintune. In Suthreia, favente rege Willelmo, diratiocinavit ipse archiepiscopus Murt elache. In Londonia monasterium Sanclæ Mariæ, cum terris et domibus quas Livingus presbyter et uxor illius habuerunt; in Midlesere llerghas, Heisam; in Bochingeausire, Rischergam, Haltnne; In Otenfordsire, Riwentone; in Castsere Stistede, in Sutfolchia, Frachenham. Item super Radulfum de Curva spina. 1X, solidatas de pastura in Grean. Et omnes illas terras et alias diratiocinavit cum onnibus consuetudinibus et rehas que ad easdem terras pertinebant ita liberas atque quietas, quod in illa die qua ipsum placitum finitum fuit, non remansit homo in toto regno Anglice qui aliquid inde calumniaretur, neque super

alibi etiam, acta de hac re habentur. Sed vero in A ipsas terras etiam parvum quidquam clamaret. Stokes vero et Devintune et Fracenham reddidit ecclesiæ Sancti Andreæ, quia de jure ipsius ecclesiæ antiquitus fuerunt. Et in ecdem placito non solum istas prænominatas et alias terras, sed et omnes libertates Ecclesiæ suæ, et omnes consuetudines suas renovavit, et renovatas ibi diratiocinavit. Soca, Saca, Tol, Team, Flymena, Fyrmthe, Grithbreche, Foresteal, llaunfate, Infangennetheof, cum omnibus aliis consuetudinibus paribus istis vel minoribus istis in terris et in aquis, in silvis, in viis, et in pratis, et in omnibus aliis rebus infra civitatem et extra, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis, et ab omnibus illis probis et sapientibus hominibus qui affuerant fuit ita ibi diratiocinatum. et etiam a toto comitatu recordatum atque judicatum quod sicul ipso rex tenet suas terras liberas et quietas in suo dominico, ita archiepiscopus Cantuariensis tenet suas terras omnino liberas et quietas in suo dominico. Huic placito interfuerunt Goisfridus B episcopus Constantiensis, qui in loco regis suit et justitiam illam tenuit. Laufrancus archiepiscopus qui, ut dictum est, placitavit et totum diratiocinavit. comes Cantiæ, videlicet prædictus Odo Bajocensis cpiscopus, Ernostus episcopus de Rovecestria, Ægelricus episcopus de Cicestra, vir antiquissimus, et legum terræ sapientissimus (qui ex præcepto regis advoctus fuit ad ipsas antiquas legum consuetudines discutiendas et edocendas in una quadriga) Richardus de Tunebregge, Hugo de Monte Fori, Willielmus de Arces, Haymo vicecomes, et alii multi barones regis et ipsins archiepiscopus atque illorum episcoporum homines multi, et alii aliorum comitatuum homines eliam cum toto isto comitata multæ et magnæ auctoritatis viri, Francigenæ scilicet et Angli. In horum omnium præsentia multis et apertissimis rationibus demonstratum fuit quod rex Anglorum nullas consuetudines habet in omnibus terris Cantuariensis Ecclesiæ nisi solummodo tres. Et illæ tres, quas habet, consuctudines læ sunt; una : Si quis homo archiepiscopi effodit illam regalem viam quæ vadit de civitate in [al. et in] civitatem. Akera : Si quis arborem incidit juxta regalem viam et eam super ipsam vium dejecerit. De istis duabus consuctudinibus qui culpabiles inventi fuerint atque detenti, dum talia faciunt, sive vadimonium ab eis acceptum fuerit sive non, tamen in secutione ministri regis et per vadimonium emendabunt quæ injuste emendanda sunt. Tertia consuetu io talis est : Si quis in ipsa regali via sanguinem sude-rit, aut homicidium vel aliud aliquid secerit, quod nullatenus seri licet, si dum hoc saci deprehensus alque detentus suerit, regi emondubit. Si vero depreheusus ibi non fuerit, et inde absque vade dato semel abierit, rex ab eo nihil juste exigere poterit. Similiter fait ostensum in eodem placito quod archiepiscopus Cantuariensis Ecclesiæ in omnibus terris regis et comitis debet multas consuetudines juste habere. octavas Paschæ, si quis sanguinem fuderit, archi-episcopo emendabit. Et in omni tempore tum extra quadragesimam quain infra, quicunque illam culpam fecerit quæ childwite vocatur, archiepiscopus aut totain aut dimidiam emendationis partem habebit. Infra Quadragesimani quidem, totam, et extra, aut totam aut dimidiam emendationem. Habet etiam in eisdem terris omnibus quæcunque ad curam et salutem aulmarum videntur pertinere. Hujus placiti multis testibus multisque rationibus determinatum finem postquam rex audivit, laudavit, laudans cum conseasu omnium principum suorum confirmavit, et ut deinceps incorruptus perseveraret, firmiter præcepit. Quod propterea scriptum est hic, ut et luturæ in æternum memoriæ proticiat, et, ipsi futuri cjusdem Ecclesiæ Christi Cantuariensis successores sciaut, quæ et quanta in dignitatibus ipsius Ecclesiæ a Deo tenere, atque a regibus et principibus <u>A</u> Benedictunam Gregorii familiam fuisse vult Baronius; hujus regni æterno jure debeant exigere. atque is, ni fallor, hoc primus voluit et receptis-

Neque intempestivum est hic meminisse quod tam de singularis archiepiscopi tunc temporis prætenso jure, quan de sententia secundum ecclesias S. Trinitatis et S. Augustini data, in tabulis sæpe nominatis Guilielmi censualibus compertum est. « Archiepiscopus catumniatur (ita tabulæ illæ in Cantiæ censu) forislacturam in viis extra civitatem ex utraque parte ubi terra sua est. Quidam præpositus Brumannus i omine T. R. E. (id est, tempore regis Edwardi) conpit consuetudines de extraneis mercatoribits in terra S. Trinitatis et S. Augus ini, qui postea T.R.W. (tempore R. Willielmi) ante archiepiscopum Lanfrancum et episcopum Bajocensem recognovit se injuste accepisse, et sacramento facto, juravit quod ipsæ Ecclesiæ suas consuctudines quietas habuerint R. E. (regis Edwardi) tempore. Et exinde utræque Ecclesiæ in sua terra ha-Lucrunt consuctudines suas judicio baronum regis B qui placitum tenuerunt. c Latæ etiam jam dicke apud Pinnedene sententiæ mentio est in eisdem tabulis. Nam in Cantiæ censu, sub indice latifundiorum Roffensis artistitis. > Estoches manerium (ita legitur, quod stokes in memorata sententiæ historia) fuit et est de episcopatu Roffensi; sed Godwinus comes. T. R. E. emit illud de hominibus qui illud tenebant de episcopo, et, eo ignorante, facta est biec venditio. Postmodum vero, regnante Willielmo rege, diratiocinàvit illud Lanfrancus contra Bajoceasem episcopum. Et inde est modo saisita Roffensis Ecclesia. (Quin ct illud de publicarum, quæ Cantuarize proxime inserviunt, viarum fossionibus mulctisque ob earum violatum jus, al hunc modum ibidem memoratur. Concordatum est de rectis callibus quæ habuerint per civitatem introitum et exitum; quicunque in illis forisfecerit regi emendabit. Similiter de callibus rectis extra civitatem, usque ad unam leugam et m perticas et m pedes. Si quis ergo infra has publicas vias intus civitatem vel extrafoderit vel palum fixerit, segnitar illum præpositus regis ubicunque abicrit, et emendam accipiet ad opus regis. >

(16°) Præcepit Augustino ut ejusdem oramis viros, cujus et ipse noscitur esse. Monachos nempe Benedictinos. G. Mahneshurlensis in ms. codice De antiquitatibus Ecclesiæ Glastoniensis, ante Augustinum scribit e monachos Glastoniensis Ecclesiæ (atque par est sane credere etiam cæteros) more Ægy-ptiensium monachorum vitam degisse. Hinc (inqu.1, post adventum scilicet Augustini) in diversis locis ordinantur sedes episcopales, construuntur monaste-ria secundum B. Patris Benedicti Regulam Deo militantia, ita ut postea în gente Anglorum nulli repcriantur monachi quin fuerint B. Benedicti Regulam professi. Inde his temporibus in monasterio Glastomensi ccepit primo cadem regula exerceri quod prius fuerat more conobiorum Ægypti. > Ms. codcem pro iusigni sua humanitate quam studia nostra D optime merentem perpetuo atque libentissime agnoscunt, communicavit mecum olim V. cl. atque omni eruditionis genere summoque judicio ornalissimus Thomas Allenus, Glocestrensis sodalitii, atque celeberrimæ Academiæ Oxoniensis decus insignissimum. Sed minime credi volunt nonnulli, monachorum Ægyptiensium instituta (quæ pleno demensa horreo habeatur apud Cassianum) in Occidente unquam esse recepta; qua de re consule, si placet, Henricum Vandenzypium part. 111 De monastico ordine S. Gregorii, cap. 5. Atque fusius disputat ille m ejustem libri part. m, cap. 4, de Augustini postri familla quam haud aliam fuisse, præter eam in qua sacratus erat S. Gregorius, est puto apud omnes in confesso. Etiam ipse Gregorius satis testatur lib. vii, epist. 114, ad Syagrium episcopum Augustodunensem, ubi Augustinum quondam monasterii mei præpositum vocal. At Equitianam, non

alque is, ni fallor, hoc primus voluit et receptissinize vetustatis sententize demum reluctari ausus est, ductus nimirum conjecturis, nec sane contem-nendis, nec magni sane ponderis. Vides s Annalium tom. VIII, sub anno 596 et quæ in eum scripsit Vandenzypius locis jam dictis. Fateor, apud veteres rerum nostratium consarcinatores minime disertis (si bene memini) verbis alicubi doceri Augustinum ex sodalitio fuisse Benedictino. Sed præcise monachum duntaxat vocarı sæpius. Et Augustinum et alios plures cum eo monachos legimus apud Redam quem plerique sequentur. In veteri item Chronico Saxonico ms. sub anno 596 : « Her Gregorius papa sende to Britene Agustinum mil wel manegum munecum tha goiles word Anglatheode godspelledan. > Hoc cst : Hoc anno Gregorius papa in Britanniam misit Augustinum monachum cum quamplurimis monachis, qui Anglicanæ genti verbum, Dei prædicarent. Neque aliter, ad hanc rem, mentionem ejusdem fieri apud veteres reperio. Sed interim, tov monachus, nullius familiæ nota adjecta, de ils qui apud majores nostros eo nomine memorantur, dictum, semper (nisi memoria me fallat) Benedictinum interpretatur, uti apud Græcos fere Basilianum. Accedit etiam cænobii S. Salvatoris Cantuariæ incolas Benedictinæ familiæ etiam ab ipsis incunabulis semper apud nos esse habitos; saltem nihil occurrere in vetustis que hic testimonio esse possunt monumentis quod alius cujuspiam familize nomen unquam aut induisse eos aut exuisse aut suadet aut omnino innuit. Et apprimo huc facit illud Bonifacii pontificis Romani in litteris suis ad Ethelbertum : « Fili gloriose, inquit, quod ab apostolica sedo per cuepiscopum nostrum Mellitum postulastis, libenti animo concedimus, id est, ut vestra benignitas in monasterio in Dorobernensi civitate constituto, quod sauctus doctor vester Augustinus beatæ momoriæ Gregorii discipulus sancti Salvatoris nomini consecravit, cui ad præsens præsse dignoscitur dilectissimus frater noster Laurentius, licenter per omnia monachorum regulariter viventium habitationem statuat, apostolica auctoritate decernentes, nt ipsi vestri prædicatores monachi monachorum gregem sibi associent, et corum vitam sanctitatum moribus exornent. Quæ nostra decreta, si quis successorum vestrorum, sive regum, sive episcoporum, clericorum, sive laicorum irrita facero tentaverit, a principe apostolorum Petro, et a cunctis successoribus suis anathematis vocabulo subjaceat, quoad usque quod temerario ausu peregit, Domino placita satisfactione pœniteat, et ejus inquietudinis veram emendationem faciat.) Aut igitur prima, cojus auctor Augustinus, institutione sodalitium hujus coenobii erat Equitia, num aut Benedictinum. Neque enim dubitatur a Baronio quín et Augustinus et Gregorius Equitiani essent, si non Benedictini. Si primo Equilianum fuisset, necessum plane erat ut novatio ejusmodi postmodum accederet quæ in Beneda tinam transinutaret. At non modo nihil ejusmodi reperitur, sed in ipsis etiam incunabulis, a jam dicto Bonifacio sancitur ut monachi (sic ante legitur) qui ibi erant ab Augustino instituti monachorum sibi gregenu associarent et corum vitam sauctitatum moribus exornarent, et ne quis omnino sancito illi adversaretur, gravissima cautum est interminatione, ac si jussisset omnes ejusdem familike, cjusdem sodalitii, quo primum fuerant institu.i, et nomen et mores perpetuo ibi servare. Neque sane, nisi mere fictis, habenda sit fides, aut novationis hujusmodi aut nominis aut normæ transmutationis vestigium ali-, quod exstat. Qua de re diligenter etizm consului, tabulas jam dicti cœnobii, ubi quamplurima eaquo, vetustissima pontificum instrumenta, quibus muni-, tum est, comperio; hujusmodi vero transmutationia,

neque volam comperio ucque vestigium. Et videsis

Ordericum Vitalem Histor. ecclesiastic. lib. 1v, pag. A carncatarum. In Cantia censu, in Benindene mansi 516 et 517. At vero si primis initiis Benedictinum esset cœnobium illud, cadem ipsa argumentandi ratio qua in conjecturis suis de Gregorio usus est Baronius, Augustinum Benedictinæ familiæ fuisse demonstraret. Neque enim dubitat ipse quin ejusmodi fuerit antistes quales ipsi sodales ab autistite asciti. Sed porro viderint hic quorum interest.

(17) Chrisma tamen a vobis accipiant. Exstat eadem ipsa epistola in codice ms. epistolarum Lanfranci, neque ab hac omnino discrepat præterquam quod tantum non tamen, in ca legatur. (18) Totius Angliæ, Scotiæ et Hiberniæ, necnon

adjacentium insularum matrem. Huc spectant epistolæ binæ in ms. Lanfrauci epistolarum codice re-pertæ, quarum altera est Thomæ Eboracensis antistitis ad Lanfrancum, altera Lanfranci ad Wigorn'eusem et Cestrensen: episcopos. Utraque vero agit de electo Orcadum episcopo solemnibus sacris in quod in jam dictis litteris minime occurrit, edisci-mus ex Thoma Stubbao, veteri archiepiscoporum Eboracensium Vitarum scriptore, noudum edito,

Thomæ archiepiscopi Eboracensıs ad Lanfrancum Cantuariensium antistitem epistola, de Radulpho Orcadum episcopo sacrando.

e Pissimo et sanctissimo Cantuariorum archicpiscopo, totiusque Britanniæ summo pastori, Lau-franco, Thomas fidelis suus, etc.

« Nisi præsumptuosum sauctitati suæ videantur, » etc. Vide in Lanfranco, Patrologia, t. CL.

Ad episcopos Cestrensem et Wigorniensem scribit Lanfrancus, ut Radulphi antisticis Orcadum sacrandi muneri intersint.

« Laufrancus, gratia Dei, sanctæ Dorobernensis Ecclesiæ archiepiscopus, venerabilibus fratribus Wifstano Wigorniensi, et Petro Cestrensi episcopis G salutem.

(Insinuavit nobis venerabilis frater Thomas,) etc. Vide ibid.

De prisco cliam Cantuariensium autistitum jure in Hibernia, nondum sculicet imperio Anglicano adjecta, luculenta sunt testimonia epistolæ illæ Laufranci ad Gothricum et Terdelvacum Hiberniæ reges quæ habentur integræ in dicto ejusce epistolarum libro, et apud Baronium sub anno 1089, tom. II, publici juris primo factie sunt. Alia item occorrunt apud Eadmerum quæ hand rem plenins explicant. Vide S. Bernardum in Vita Malachiæ. In Mathildæ porro regine litterarum ad Anselmum inscriptione, salu-tatur Anselmus, primæ sedis archiepiscopus, Ilibernorum omniumque Septentrionalium insularum quæ Orchades dicumur, primas, uti habetur in Anselmi lib. 111, epist. 55. De Hibernia vero, ad hanc rem, videsis Camdeni Britanniam pag. 755 et 765. De quario, anno 1471, præter Rogerum Hovedenum sub annis 1180 et 1192, enjus verba fere transcribit Baronius tom. XII in eisdem annis.

(19) In alodium, etc., transirent. In alodium transire illo ævo dicebatur etiam ex solido concedi. Guillici. Malmesburiensis lib. 1 De gestis pontificum, verba faciens de Rufi munificentia in Anselmum, urbem, inquit, Cantuarice quam archiepiscopus Lanfrancus habuerat ex beneficio, isti concessit ex solido. Idem pene habetur ex tabulariis monasterii S. Augustini apud V. C. Guillielmum Camdenum in Cantio, pag. 238. Sorpius occurrit alodium et tenere in alodium in censualibus Guillielmi primi tabulis. In consu agri Hentoniensi : Roncelle tenet rex, Ulffet tenuit de Tozti comite, sed non fuit alodium. Il idem etiam : Warochselle tenet rex. Gueda comitissa tenuit de Godwino comite in alodium; tunc geldavit pro v Hidis, modo pro 11 Hidis et dimidia. Terra est x

Godricus et tenet xx acras in alodio suo. Et in Sus sexia, Cetingley Almar tennit de rege Edwardo, sicut alodium. Unde etiam alodiarii et aloarii, clientelari hoc jure fundos, alodia dictos, possidentes nuncupantur. In Suesexie censu, Lanscwice Godwinns tenct de comite de Dw, et de eo vis. aloarii. Et guando moritur alodiarius (nt legitur in Cantize censu) rex inde habet relevationem terræ, excepta terra Sanctæ Trinitatis. Et in censu Hantoniensis provinciæ : « Hugo de Port tenet Cerdeford, et Willielmus de co. Duo liberi homines in alodium tenuerunt pro n maneriis de rege Edwardo, tunc et modo geldabat pro v Hidis. Terra est iv carucatarum. In Dominio sunt il carucatæ et xx bordarii et iv servi cum i carucala et quater xx acræ prati. T. R. E. et modo valet iv libr. cum recep. c. sol. lisdem Willielmus tenet de Hugone unam virgatam et dimidium in Clatinges. Duo liberi homines tenuerunt de Alwino, sed non dignitatem evelendo, Radulpho nempe, cujus nomen B fuit alodium. Ibi 11 bordarii et vi acræ prati, valnit anud in iam dictis litteris minime occurrit, edisci- x sol., modo vu solid. In isto hundredo et in isto manerio tenet Picot 11, virgatas et dimidium de rege. Phitelet tenuit in alodio de rege Edwardo pro manerio, tunc et modo geldabat pro 11 virgatis et dimidio. Terra est dimidium carucatæ et ibi est cum uno villano et 11 bordariis et x acris prati. Istam terram calumniatur Willelmus de Chernet, dicens pertinere ad manerium de Cerdeford feudum Ilugonis de Port, per hæreditatem sui antecessoris, et de boc suum testimonium adduxit de melioribus et antiquis hominibus totius comitatus et Hundredi, et Picol contraduxit suum testimonium de villani et vili plebe et de præpositis qui volunt defendere per sacramentum aut per Dei judicium, quod ille qui tenuit terram liber homo fuit et potait ire cum terra sua quo voluit. Sed testes Willielmi nolant accipere legem nisi regis Edwardi usque dum diffiniatur per regem. Valuit xv solid. et post vnt solid. modo x solidis. > Hujusmodi sunt alia. Qualenam vero alodii jus apud majores nostros ævo isto, in usu fuerit, incertum est. Quid aliæ gentes, maxime Germani, Franci et Itali hoc nomine intellexerint, scire licet ex Cujacii przefatione ad lib. 1 De feudis et ad lib. 11, tit. 17, præter Hotomani verba feudalia, et quæ sunt id genus cætera apud jurisconsultos vulgarissima. Frequentiam porro vocabuli diligentissime ex veteribus notatam habenus apud doctissimum virum Fredericum Lundebrogium in Glossar.o suo ad codicem legum antiquarum, in verbo Alode Jurisconsultis autem exteris a ber effcio seu feudo ita plerumque distinguitur, ut, cum beneficia solemnibus sive ex lege, sive ex pacto præstationibus et condition bus sint obnoxia, alodia, velut χτήματα ίδιοπιριόριστα (ita Græcorum alicui ea dici memini) sive agri proprium duntaxat possidentium jus agnoscentes omni ejusmodi fidei quæ juramento præstito fieri solet professione, omni undequaque servitio habcantur liberrima. Atqui in nostratis juris quo utimur con-Scotis, consule, si plura velis, eumdem pag. 703, et liberrima. Alqui in nostratis juris quo utimur com-Polydorum IIist. Anglic. lib. xxiv, in Edwardo D mentariis nihil omnino habemus in qua hujus domini formulæ vestigium est, extra unicam forte cam quam Frankalmoigne seu liberam eleemosynam vocitamus, quæ ad ordinem sacrum tantummolio spectat, et neque ceusum neque fidei quam diximus professionem, sed precum solummodo in patronorum seu dominorum salutem effundendarum officium a clientibus exigit; ita tamen ut civili foro cliens de ca resisti non possit. In cæteris formulis, quotquot apud nos aut etiamnum exstant integræ aut vestigia sua reliquere, solemnis fidei professio, sacramento firmata. jure exigitur, atque adeo ut ad unum omnes apud nos gleba, veluti beneficia seu feuda, clientelam alicujus domini merito ac planissime aut agnoscant aut agnoscere debeant. Cæterum ad vetustum archiepiscoporum in Cantuaria jus quod hoc loco memoratur spectat cliam forsan priscum numisma cujus pars altera Plegmundi archiepiscopi, altera Eicmundi Cusoris nomine ad hunc modum signata

est. Prototypum servatur in thesauro Cottoniano, A nato, abstincrent ; quod tam certum est legis perubi etiam nummum Celnothi archiepiscopi et nomen et imaginem præ se ferentem, me vidisse memini. Et pecuniæ cudendæ jus, quod majestatis merito censetur, archiepiscopo ut urbis domino tune temporis (ita videtur) competebat; uti forsan aliis oppidorum celebriorum, que Burgos vocamus, aut civitatum sive dominis sive decurionibus. Atque eo zevo, pon solum (quod opinor) gaudebat jure cudenda, quilibet ejusmodi dominus, verum eitam, pro suo arbitratu, nomine suopte sive efficie eam signabat. Postea vero (nam Celuothus sub Ethelwifo rege, et Piegmundus sub Alvredo flornit) cautum est, regnaute Athelstano, ut unum duntaxat per imperium Anglicanum atque idem esset ubique pecuniæ genus, quo abrogatum puto pristinum ac promiscuum illum signandi morem, neque ullum postmodum sine principis effigic aut nomine nummum percussum; adjecto interdam sive comitis provincialis, sive urbis aut oppidi domini, sive cusoris etiam nomine. Athelstani B antem lex its se habet cap. 14 c we cwæthon that an myret sy oser calle thas Cynges anwealde and nan man ne mynetige butan port ; > hoc est, jubemus, unum per lotum regis imperium fore nummi genus; neque quis illud extra oppidum cudat. Atque ex ejusdem legibus porro docemur Cantuariæ plures fuisse ex instituto, monetæ cusores quam alibi in Anglia, urbe duntaxat Londinensi excepta, ubi viii, Cantuariæ vero vii, quorum regii erant quatuor. bini autem archiepiscopo inserviebant, et unus comobiarchæ. Videsis etiam Edgari leg. cap. 8, et Canuti cap. 8.

(20) Quod cervos regis ceperint... ad judicium rapil judicantur. Venationes (scribit G. Malmesburiensis de Guillelmo 11) quas primo indulserat, adeo prohibuit, ut capitale esset supplicium, prendisse cervum. Alque huc potissimum respexisse autumo Joannem Sarisburiensem lib. 1 De nugis curialium, cap. 4, ubi de venatione locutus. c în tontam, inquit, quidam hujus vanitatis instinctu erupere vesaniam, ut C bostes' nature fierent, conditionis sue immemores, divini judicii contemptores; dum in vindictam fe-rarum, imaginem Dei exquisitis suppliciis subjugarent. Nec veriti sunt hominem pro bestiola perdere, quem Unigenitus Dei redemit sanguine suo.

(21) Examine igniti ferri. Id genus criminis apud majores nostros purgandi reperitur, cum in notis-simæ Emmæ, Edwardi Confessoris reg.s matris, læsæ cum Alduino antistite Wintoniensi pudicitiæ, insimulatæ judicio, tum in veterum Angliæ regum, uti Athelstani, Canuti, Guillielmi I, atque aliorum insequentium sancitis. Ritus autem solemnes in eodem adhibitos ediscas licet ex verborum explicatione Guillielmi Lambardi Archæonomiæ suæ præfixa, Vita Roberti Gemeticensis archiepiscopi Cantuariensis in Antiquitations Ecclesize Britannicæ præter Glossarium Petri Pithæi capitularibus Carolinis et Ludovicianis inserviens. Neque duntaxat ferro ignito, sed etiam aqua nunc fervente, nunc frigida, judicia publica exercebantur. Id tum locis quos diximus D constat, tum apud auctorem libelli quem Ranulpho Clanvillar (nescio an recte) vulgo tribuimus mani-estum est. Vide dicti libelli lib. xiv, cap. 1; Rogerum Hovedenum Annalium part. 1, in ann. 1176 et sequente, p. 547 et 566 editionis Francolurtanæ. Henricum item Bractonium lib. 111 De corona, cap. 16, § 3. Quæ ad ejusmodi apud alias gentes morem pertinent, consulto prætermittimus. Duravit autem in Anglia horum examinum usus usque in Henrici III tempora cum tam lege lata quam desuetudine, i lque ob reverentiam juris pontificii quo diu antea prohibitas erat, prorsus evanuit. Neque enin aliud sive in tabulariis regis sive alibi repertum puto de hac re apud majores nostros sancitum, præter illud unicum quod in publicis anni tertii Henrici III tabalis habemus, ubi provincialibus aliquot judicibus datur in mandatib, ut ea quæ instabat judicii vice ab hoc examinis genere, utpote a pontificiis dam-

petuæ tum non obtinuisse, quam ipsum judicii ritum postmodum cito in desuetudinem abiisse. Regium autem quas intelligimus mandatum ita se habet iu Pat. 3 lienr. III, membrana 5, unde fideliter descripsimus.

« Rex dilectis et fidelibus suis Philippo de Ulelot, et sociis suis itinerantibus in comitatibus Cumberland, Westmerland, et Lancaster, salutem.

« Quia dubitatum fuit et non determinatum ante incæptionem ilineris vestri quo judicio deducendi sint illi qui rectati sunt de latrocinio, murdro, incendio et his similibus, cum prohibitum sit per Ecclesiam Romanam judicium ignis et aquæ, provisum est a consilio nostro ad præsens, ut in hoc itinere vestro sic fiat de rectatis de injusmodi ex-cessibus, videlicet quod illi qui rectati sunt de criminibus prædictis majoribus, et de his habeatur suspicio quod culpabiles sint de eo unde rectati sunt (de quibus et licet regnum nostrum abjurarent, adhuc suspicio esset quod postea malefacerent) téneantur in prisona nostra et salvo custodiantur, ita quod non incurrant periculum vitæ vel membrorum occasione prisonæ nostræ. Illi vero qui mediis criminibus rectati fuerint et quibns competeret indicium ignis vel aquæ, si non esset prohibitum, et de quibus si regnum nostrum abjurarent nulla fuerit postea maleliciendi suspicio, regnum nostrum abjurent. Illi vero qui minoribus rectati sunt criminibus nec de eis fuerit mali suspicio, salvos et securos plegios inveniant de fidelitate et pace nostra conservanda, et sie dimittentur in terra nostro. Cum igitur nihil certius in hac parte providerit consilium nostrum ad præsens, relinquimus discretioni vestræ hunc ordinem prædiclum observandum in hoc itinere vestro, ut qui personas hominum, formam delicti, et ipsarum rerum veritatem melius cognoscere poteritis, hoc ordine secundum discretiones et conscientias vestras in hujusmodi procedatis. Et in hujus rei testimonium, eic. Teste domino P. Wintoniensi episcopo apud Wesimonasterium xxvi die Januarii anno regni nostri m. Per eunidem et H. de Burgo justiciarium. >

Eadem formula memoratur in archivo scriptum esse ad alios nonnullos provinciarum judices, Somersetiæ nempe, Dorsetiæ, Cantiæ, Essexie et Herefordiæ. Cæteros etiam, qui provinciis tunc tenporis judices præfuere, veri est simile ejusmodi mandata accepisse. Animadvertendum vero interen est diu ante Henrici III initia, examina ejusmodi jure pontificio vetita esse. Annus enim Henrici tertius erat 1219 salutis humanæ. Atqui ea, non solum in epistola Alexandri II ad Raynaldum Cumanum episcopum (ante Henrici nempe ævum, annis centum supra quinquaginta et amplius conscripta) velut illicita damnantur, sed ipsissima quæ hanc rem spectabat epistolæ verba in Corpore canonum pontiliciis jurisconsultis tune temporis tritissimo, utpote auctoritate clarissimo (quod scilicet Gratiani operæ acceptum ferimus) locum sortita fuerant. Vide, si placet, caus. 11, quæst. 5, cap. 7, § Purgationem, et lvonem part. x, cap. 15, et extr. iii. De purgatione vulgari, cap. 3, Dilecti. Hæc uti alia etiam quæfuere in judiciis exercendis examinum genera nominabant antiquitus ordallum, seu ordalia, nt forma Latina vocabant, quod nihil aliud est præter judicia. Inde etiam hodie Alemannis et Belgis (quorum idioma optimus est in compluribus veteris nostri sermonis interpres) Urtheyl et dordeel judicia sonant, et Urtheylen et dordeelen judicare, uti etiam urtheyler et dordeeler judicem. Id vero diserte asseritur in canonibus synodi Eanhamensis sub Ethelredo rege habitæ. e Judicium (ita in canonibus istis) quod Anglice ordal dicitur, et juramenta vulgaria festivis temporibus et legitimis jejuniis, sed et ab Adventa Domini usque post octavas Epiphaniæ, et a Septuagesima usque xv dies post Pascha minime exerceantur. i Dictæ synodi canones litteris mandavit

cum Ælphego Cantuariense antistite, præfuit. Etiamnum integri leguntur in codice ms. perquam vetusto et eleganti ejusce ævi charactere, exarato.

(22) Quiddam de epistola sibi olim ab Anselmo, etc., edita et directa. Exstat epistola illa in 10m ill Operum Anselmi. Quæ sequentur autem hic de concilio Barensi pleraque omnino hactenus desiderata erant. Atqui non contemnenda accessio inde fieri potest diligentissimo doctissimoque Binio qui de hujusce actis nihil reperisse se fatetur præter ca quæ Ead-merus obiter in Anselmi Vita, et Malmesburiensis in primo De gestis pontificum meminere. Idem di-cendum de concilio Romano II, sub Urbano habito, de quo hic noster pag. 53, 54 et 55. Vide Binium in Concil. tom. III, part. 11, pag. 421 et 422. Opus autem illud De processione Spiritus sancti habetur in Anselmi Operum part. 1.

(23) In corona sedes illi posita est, qui locus non obscuri honoris. Gervasius Dorobernensis ms. in B declamatione contra Robertum abbatem S. Augustini (quam imaginationem, ut id genus alias, vocat) Anselmus, inquit, in Cantuariensi civitate consecratus, ab Urbano papa pallium suscepit, et tantam ejus gratiam habuit, ut enm alterius orbis pupam vocaret, et in Angliam reverso pallium Eboracensi archiepiscopo douandum mitteret. Ita ille. Qui tanto nomine candum censuit. Vide porro V. C. Guil. Camdeni Britanniæ pag. 239. dignus erat, loco etiam honoratissimo merito collo-

(24) Quæ sagitta utrum jacta ipsum percusserit. Veterum plerisque traditur transfossum fuisse regem sagitta, quam in ferarum vivario, quod Novam Forestam dicimus, jactu infelici collimarat Gualterus Tyrellus, Gallus. Idque est receptissimum. At Suge-rius, qui huic regi coætaneus et Tyrello familiaritate, ut videtur, conjunctus, de morte ejus verba faciens. e Imponebatur, inquit, a quibusdam cuidam nobili Gualtero Tyrello quod eun sagitta perfoderat, quent, cum uec timeret nec speraret, jurejurando sapius C audivinus quasi sacrosanctum asserere quod ea die nec in eam partem silvæ in qua rex venabatur venerit, nec eum in silva omnino viderit. Legimus in Vita Ludovici Crassi regis Galliarum. > Sed accuratius multo quam cæteri, singularia omnia, quæ miseram regis cædem et Tyrelli jactum fatalem attinent, narrat Ordericus Vitalis in Hist. Ecclesiasticæ

lib. x, pag. 783. (25) Ne abbates faciant milites. Prisce enim ab insigniorum Ecclesiarum antistibus, ritu solemni adhibito, militiæ seu equestris ordinis dignitate tirones donabantur. Codex vetustus de rebus ad conobium Sancti Martini de bello spectantibus, in tabulario Proventnum regiorum quod augmentationum dicimus : Terras censuales non donet (abbas) ad feudum. Nec milites nisi in sacra veste faciat. Vetus item diploma coenobiarchæ Radingensi ab Henrico I concessum et post a Joanne firmatum : Terras censuales non donet (abbas) ad feudum. Nec D faciat milites nisi iu sacra veste Christi in qua purvulos suscipere modeste caveat. Maturos antem seu discretos, tam clericos quam laicos provide suscipiat (a). Reperio in part. 1, Hen. IV, part. 11, memb. 26, num. 10, et in publicorum judiciorum actis Trinit. 11, Ed. 111, rot. 106, Berk. id ipsum occurrit. Qui diligentius de hac re consulere velit, adeat Ingulphum in Historia Crowlandensi, Joannem Sa-lisburiensem De nugis curialium lib. vi, cap. 10 et 13, Petr. Blesensem, epist. 94, et superioris ævi ritus, in sacrandis creaudoruna equitum armis, qui in ritualibus (quæ pontificiis nostris in usu et manualia dicta) atque ejusmodi diis exstant. Hæc enim omuia satis edocent in creandis equitibus (non Bal-

(a) Ad militiæ enim armatæ dignitatem interdum ctiam qui sacri erant ordinis, transfugiebant, Videsis Matth. Paris., pag. 882 edit. Londinensis.

Wistanus pontifex Eboracensis, qui sub Ethelredo, A nei duntaxat, ut vocant, sed univers s) ordinis sacri viros in Ecclesiis solemnem operam impendisse, quod inde forte entanult quod, vetestiori saculo, ipsius etiam dignitatis auctores haberentur. Nam et archiepiscopum Cantuariensem equitem creasse leginus; Lanfrancum scilicet Guilielmum s.cumlum. Malmesburiensis monachus, lin. 1v, De ges is regum, de Guilielmo, accessit, inquit, favori ejus maximum rerum momentum archiepiscopus Las francus, eo quod cum nutrierat, et militem fecerat. Quin de Bando cœnobiarcha Edmundoburgensi et Hewardo adolescente strenuo, Ingulphus pag. 512 edit. Lond.; Patruum suum, inquit, abbatem. Burgi, nomine Brandum virum valde religiosum, etc., adiii. et se fieri legitimum militent, pramisse primitus omnium peccatorum confessione et eorum percepta absolutione, instantissime supplicarit. Videsis V. C. Guil.

Camdeni Britanniam, pag. 126. (26) Velut bruta animalia venundari. Si de sorvorum (quos vilains phrasi forensi dicimus) vendidione non loquitur hoc canon, non omnino capio. Lorum enim ati aliarum quarumcunque rerum, que mancipi, jure Cæsareo, vocatæ, dominim sive venditione sive donatione, et Saxonum tempore et Northmannorum rite transferebatur. Videsis chirographum Thoroldi de Bukenhale apud Ingulphum in extremo. Neque sane aut canon hic aut alia apad nos lata lex id juris hactenus adeo reaxit, quin in jurisconsultorum nustratium commentariis passim, legibus, quibus utimur, consonum agnoscatur. De servitutis jure videsis qua disputant Boitinus De repub. lib. 1, cap. 5, ct Albericus Gentilis De jure belli, lib. m, cap. 9.

(27) Archidiacones. Ita ms. codex. Atque archidiacones (b) dixit puto ut alii hypodiacones. Isidorus apud Gratianum dist. 21, cap. 1, Cleros. Hypodiacones Græce quos nos subdiaconos dicimus. Sic enim ibi legitur, tametsi in Isidori Codice quo utimur, edito nempe a Bonaventura Vulcanio, kypodiaconi habeatur, locus est in Originum lib. vn, cap. De clericis. Caterum frequens in volustis conciliis usus est vocabuli diacones et eorum quæ inde formantur. Concil. Agathensis canon 39, Presbyteri, diacones, subdiacones, vel deinceps quibus ducendi uxores licentia non est, etium alienarum nuptiarum eritent convivia. El canon 49, Diacones vel presbyteri, elc. El canon 65, Quomam non oportet diaconem sedere presente presbytero, etc. Reperitur cuam diacones in casu recto in concilii Elibertini can. 18, Toletani iv can. 38, atque obiter apud Burchardum, Ivonem, Gratianum : neque plura adjicere exempla est operæ pretium. Inde recentiores Græci habent cliam durawy pro diáxonor. Malaxus Peloponesius in Historia patriarcharum : Aprinos Suazon pro Arsenio diacono. el postea, ori, oxotos yevet aprispeùs à ispeus à diamor, etc. Neque etenim diaconus in recto eviatur. Tam enim in dictis conciliis ancioribusque Latinis quam apud Malaxum, utrumque indiscriminstim usurpatur. Eadem analogia formabant Græci Báτρων pro patrono. Hesychius in Lexico : πάτωνις οί πρώτοι των άξιωθέντων της Ρωμαίων πολιτείας ύπο Pauviou inaron övres. Theophilus Antecessor Instit. lib. 1, lit. 17 : Ο νόμος ό δυωδεκάδελτος του; πάτοωνας χαί τούς των πατρώνων παίδας έπι την τούτων έπιτροπήν παλεί; Lex in Tubularum patronos arque patronorum liberos ad eorum (libertinum scilicet) tuteiam vocat. Ita etiam frequentissime legitur tum apad Basilicorum auctorem lib. xLix, ut. 1 et 2, ubi Απελεύθερος, ait, κατά πάτρωνος άτιμοποιον άγωγήν ου duvarat univar. Liberius scilicet contra putronum famosum actionem instituere non potes . Harmenopoius atque alii jurisconsulti Græci idem sæpissime havent et veteres inscriptiones in Græcia vor nárowra, pro

(b) Ita Anselmus lib. 11, epist., De arcihdiaconibus, etc. Ita apud Rogerum Hovedenum part. 1, pag. 270.

patronum, quod legimus apud Janum Grutérum, A videbatur, sine ejus conniventia non fieret Ista pag. 595, num. 11 et 12.

(28) Ut quoniam ratio Christianitatis id utile fore suadebat. -- Christianitas et ea quæ ad Christianitatem pertinent passim apud Eadmerum atque allos illius zvi scriptores. Functionem episcopalem atque fori sacri actionem et administrationem seu officium episcopale, ut usitatius appellatur denotant. Col. 366, vides omnem Christianitaiem in Anglia fere periisse. El col. 381, omnem auctoritatem exercendæ Christia-uitatis illi adimere cupiebat. Alia sunt ejusmodi, alque generali Christianoram nomine, in edictis imperatoтим veterum, episcopos speciatim designari volunt jurisconsulti nonnulli ad 1. 11, Christianos, C. De episcopali audientia. Hinc apud nos fora sacra quibus, jure nempe communi aubnixis, aut episcopi præsunt, ant if qui en nomine episcopos, utpote quos provocare licet, suspicinut, Curiæ Christianitatis eliamnom vocitantur. Primo Christianitatis vocabulum, legem Christianam seu venerationem Christianam, et Christianum B (a) Quod flervæus a domino papa mandatum obtinuit cultum generatim souabat, uti videre est in C. tit. De Apostalis, 1. 4, et C. Theodos., tit. De specta-culis, 1. 5, C. cod., tit. De decurionibus, 1. 112, C. co.1., tit. De Judæis, cættcolls lib. xix, alibi item. Sed postea functio atque jurisdictio illa quæ in gerouda Christianæ religionis, seu Christianitatis aut politiæ ecclesiasticæ cura potissimum exercentur, Christianitas etiam signanter dicta sunt; atque inde sacra fora, Fora Christianitatis vocitata.

(29) Cujus cathedræ principatus poneretur in abbatie de Heli. - De initiis hisce episcopatus Eliensis, fragmentum ms. veteris ejusdem Ecclesiæ Historiæ habetur; quo et consilia adhibita, et regia et pontificia de ea re diplomata comperiuntur. c Post mortem Richardi abbatis (ita historia illa) mittitur a rege ad Eliense coenobium Hervzeus Pangorensis episcopus a suo episcopatu per violentiam ejectus, ut ibi de rebus Ecclesiæ ad tempus sustineretur donec explemius deliberasset quid de co esset facturus. Est C autem Pangor monasterium in Wallis tot habitation bus plemim, ut sicut Beda refert, si in septem partes divideretur, non minus quæque portio quam ccc homines haberet. Hic cum episcopatu fungeretur Hervæus gentem efferam nimia austeritate tractabat. Videns tantam in moribus corum perversitatem (quam nemo facile posset tolerare, undeque cpiscopali timori nullam servabant reverentiam) gladium bis acutum ad eos domandos exercuit, nunc crebro anathemate nunc propinquorum et aliorum hominum eos coercens multitudine. Nunc minor fuit eorum contra eum rebellio. Tanto periculo ei insistebant ut fratrem ejus perimerent, simili modo eum perimituri si possent in cum manus injicere. Expavit episcopum ingruens infortunium, plurimisque suorum interfectis aut graviter vulneratis, videos quod anima sua quærereiur, nec congruos haberet defensores, ad regis Angliss confugit patrocinium, utile sibi consecutus exsilium. Rex autem eins adventum ut famosi tunc temporis et religiosi episcopi benigne suscipiens, ad Elyensem ecclesiam destinatum procurationem inde accipere eum constituit. lpse vero illuc veniens, gratia, conversatione, et mirabili prudentia omnium pene atonachorum sibi alligavit affectum, ut si fleri posset com sibi episco-pum adoptarent. Quam circa sic affectionem aspiciens copit paulatini quibusdam circumlocutionibus loci utilitätem eis proponere, fratrum animos altemptare, et multa jucunda promittere, si abbatiam iu episcopatum promovere et seipsum vellent in episcopum suscipere, ad quod efficiendum, soum quoque eis promisit auxilium, dum tamen illi suum præberent assensum. Ipsir antem facile ad eum conversis, ipse regem adiit. Rex petita coucessit, Robertum Lincolniensem episcopum ad colloquium invitavit, ut, quod ille locus in ejus episcopatum

mutatio ne divecesis ejus pateretur Injuriam, si inconsulto suo episcopo, alius in eum induceretur episcopatus. Propterea oportuit ut futurus episcopatus aliquam haberet parochiam, quam sibi im-pertiri de Lincolniensi Ecclesia canonica justitia cum æque compensatione postulabat. Datum est itaque manerium de Spaldewic Lincolniensi Ecclesia in jus perpetuum pro commutatione episcopalie cura super pagum Grantebregentem, et finito hoc inter regem et Robertum episcopum secreto negotio (monachis omnino inconsultis, Ecclesiæ filis et ignorantibus) Hervæus episcopus cum litteris regis ad confirmandum hoc propositum Romam destinatur. Que veniens impetravit que petilt, ad regem et archiepiscopum et comprovinciales episcopos, litte-ras apostolicas super sua causa quales optabat reportans. Quarum textum hic subscribi, nec otiosum est nee onerosum.)

ad regem Henricum de promovendo abbatiam de Ely in episcopatum, et constituendo eum illuc in episcopum.

· Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Henrico glorioso regi Anglorum, salutem et apostolicam benedictionem.

« Omnipotenti Deo gratias aginus, » etc. Vide in Paschali II, infra ad an. 1118.

Alias quoque litteras misit popa eidem regi quarum hic lextus est.

Quod auctoritate apostolica episcopatus in Ely constituitur.

« Paschalis episcopus, servus servorum Dei, ve-nerabili fratri Anseluno Cantuariensi archiepiscope. et cæteris comprovincialibus episcopis, salutem, et apostolicam benedictionem.

Inter cætera regna terrarum, > etc. Vide ibid.

His suæ confirmationis llervæns susceptis epistolis. Angliam cum apostolica benedictione properavit, regem et archiepiscopum adiit, litteras eis ostendit, assensum eorum obtinuit, et in sequentl anno totum negolium consummavit, anno videlicet Dominicae Incarnationis 1108. Pontificatus autem domini Paschalis secundi papæ anno x. Quo etiam anno rex Henricus abbatiam Eliensem ad episcopalem mutavitsedem, et eumdem Hervæum Pangorensem episcopum eidem Ecclesiæ præfecit, contirmans eum sequentibus chartis.

Charta regis Henrici, quomodo abbatiam de Ely in episcopatum transmutavit.

« In nomine sanctæ et indivíduæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Anno ab Incarnatione Domini 1108 indictione..., anne pontificates domini Paschalis papæ secundi decimo, regai quoque met similiter decimo, ego Henricus providente divina clementia rex Anglorum et Northmannorum dux. Willielmi magni regis filius, qui Edwardo regi hæreditario jure successit in regnum, videns et Ecclesiæ messem in regno meo multam esse et agricolas quidem paucos et ob hoc plurimum laborantes in messe, et in ipsa Lincolniensem Ecclesiam multa plebe fecundam, ex auctoritate et consilio prædicti papæ Raschalis, et assensu simul et prece Roberti Lincolniensis episcopi qui tunc Ecclesiæ prædictæ præsidebat, et iotius capituli sui eum ipto annuente domno Anselmo, beatze memorize Cantuariensi archiepiscopo, et universis episcopia et abbatibus totius Angliæ, sed et omnibus ducibus, comitibus et principibus regni mei, Elyense monusterium in que quidem usque in tempora mea abbates fuerant cum Cantebregensi provincia quantum videlicet ad jus Lincolniensis Ecclesia pertinebat, cum duabus abbatiis Thorneia videlicet et Charterich in episcopalom sedem sicut et cæleros episcovatus régni mai

(a) Verba sunt ductoris quem describinus uti cætera quæ ita in hac historiola intersoruntur.

PATROL. CLIX

liberam et absolutam perenniter statuo et confirmo, A dum quinam celeberrimarum Ecclesiarum archiet pro subjectione et omnibus cpiscopalibus consuetudinibus ad supradictam Ecclesiam Lincolniensem pertinentibus absolvendum, consilio et assensu prædicto papæ Paschalis de beneficiis ejusdem mo-nasterii villam nomine Spaldewic cum omnibus appenditiis suis que in territorio Huntendone sita est, cum omnibus consuetudinibus ad villam præ-dictam pertinentibus, supradictæ Lincolniensi Ecclesiæ et Roberto ejusdem sedis episcopo et successoribus, sicut eam unquam Elyense monasterium liherius et quietius tenuit, jure perpetuo tradidi possidenda. Primum siquidem Londoniis apud Westmonasterium in solemnitate Pentecostes, de negotio isto in præsentia mea coram felicis memoriæ Anselmo archiepiscopo et universis episcopis et abbatibus et proceribus regni mei tractatum est, et corum omnium communis assensus est favorabiliter consecutus. Post mortem prædicti pontificis Auselmi, ex auctoritate domini papæ Paschalis, sicut jam supradictum est, in concilio apud castrum Rotingham habito in die translationis beatæ Etheldredæ virginis sedis ejusdem, feliciter per misericordiam Dei terminatum est et definitum ix Kalend. Novembris.)

Ilistoriolam hanc in exemplaribus binis legi, quæ cadem ferme exhibent, utraque ante annos amplius trecentos exarata. Sed fidei forsan suspectæ merito videantur. Neque enim forensis, qui co ævo in usu, styli characterem habet Henrici regis diploma, utpote quo l ab inusitata omnino verborum, nescio qua pompa in pontificis Romani honorem consarcinata; auspicatur et duces veluti nomen honorarium, idque a comitibus plane distinctum, memorat, cum certissimum sit neminem, post Guillelmi I tempora usque ad Edwardum tertium, ejusmodi dignitatis vocabulo apud nos esse insignitum. Nec in archivis regiis, ubi sæpius vetustorum quæ episcopio Elyensi oti etiam quæ aliis indulgentur privilegiorum iustruanquisiverim, reperio. Anselmus item obiit 1109, x1 Lalend. Maii. At vero in diplomate hoc quod anno 1108 tribuitur, mentio est Auselmi mortui. Præterea annus 1108 hic fit annus decimus Heurici regis, cum planissime nonum superare non possel. Crassissimi sanc antichronismi. Obiter monuisse me hæc satis est. Perspicaciorum judicio cætera relinquo.

(30) Ul Ecclesta episcopatus ultra tres menses non maneat sine pastore. Pastore nempe consectato, ita jubet concilium Chalcedonense Actor. 15, can. 25 : Επειδή δέ τινες των μητροπολιτών, ώς περιηχήθηνεν, ύμελούσε των εγχεχιρισμένων ο ποίς ποομνίων και άναδαλλονται τας χειροτονίας των επισχόπων, εδοξε τη άγια ευνόδω ευτός γαρών μηνών γένεσθαι τας χειροτό-νας των επισχόπων id est. Quoniam metropositani quidam, uti accepimus, negligunt commissos sibi greyes et differunt ordinationes episcoporum, visam est synodo sancia, intra tres menses fieri debere episcodist. 75, cap. 2. Videsis cliam Burchardum lib. 1, cap. 24 et 25; Ivonem part. vi, cap. 5, et Gratian. dist. 160, cap. 1.

(31) Nisi de monachico ordine, etc., uno duntazat excepto. Prccul dubio Stigandum intellexit, qui apud Guillelmum Malmesburieusem etiam expressim nominatur. Sed viderint interim, qui diligentius hanc rem perpendere volunt, de Notheimo atque superiorihus Nothelmo archiepiscopis, et consulant porro Joscelimma in Antiquitatibus Ecclesiæ Britannicæ, et Franciscum Godwinum, episcopum, dum scripsit, Landavensem, nunc Herofordensem, in episeoporum no strorum vitis. Et summus sane neque oumino indiligens monastici ordinis cultor Arnoldus Vyonus,

(a) Vide concil. Constant., sess. 20, apud Bin. toin. 111, part. 11, pag. 913.

(b) Vide concil. Constant., sess. 19, pag. 935

episcopi sodalitio Benedictino se immiscuissent, indagando se torquet, in Cantuariensibus Nothelmum. Cuthhertum, Bregwinum, alios ctiam (sed, ut verum fatear, nonnullos quos certissimum est Benedictinos fuisse) prætermittit. Vide si placet Arnoldum in Ligni Vitæ lib. n, cap. 20, et G. Malmesburiensem De gestis pontificum lib. 1, in Odone.

(52) Directi quoque sunt ab Henrico rege Anglorum ad ipsum concilium, etc., Willelmus Exoniensis. Ranulphus Dunelmensis, etc. Quatuor nempe episcopi. Nam ita mos solemnis olim obtinebat, ut ad concilium generale iv duntaxat ex Anglia episcopi mitterentur. Idem observatum in concilio Lateranensi sub Alexandro III, anno 1179 habito. Et cum in Anglia tunc temporis concilium de mittend's Romam episcopis, ut concilio ibi intercssent, adhiberetar, episcopi Angliæ constanter asseruerunt (verba sunt Rogeri Hovedeni, Simonis Dunelmensis ms. atque B aliorum de ca re agentisma) quod ad generale conci-lium domini papee, quatuor episcopi de Anglia tan-tum Romam mittendi sint. Cæterum in conciliis recentioribus mos varius est, et pro arbitratu regio et re nata scepius mutat. De legatis seu oratoribus ad concilia generalia ex Anglia missis, consulas licet Matthæi Parisii annum 1245 (uhi etiam Anglicanorum civium universitas seu triplex ordo litieras et oratores destinat ad concilium Lugdunense sub Innocentio IV celebratum), et Thomæ Walsingham Ypodigma Neustriæ in écdem anno, pag. 465, et eun-dem in anno 1409, cui accedat ex archivis id quod, ad resarciendum in concilio Pisano schisma (a) tunc temporis Romanonsium partes nimium distrahens, llenricus IV, Angliæ rex, statuisse legitur. « Ordinavimus quod oratores nostri solemnes (ita scripsit in litteris ad ordines Aquitaniæ datis) ad diem et locum dicti concilii transmittentur, quodque duo archiepiscopi cum quatuor doctoribus in eorum comitiva, et quinque episcopi cum totidem doctoribus una secum menta iterantur, hujusmodi quid, diligenter licet C ibidein debeant personaliter interesse. Et quilibet cæterorum episcoporum tanı regni nostri prædicti, quam terræ nostræ Hiberulæ ad dictum concilium. certis forsan ex causis, minime transcuntium unum doctorem pro se et clero suæ diæcesis destinabit, et quod quælibet universitatum nostrarum duos doctores, quorum unus sit in theologia et alter in jure canonico vel civili. Et nigri monachi quatuor abhates, Cistercienses vero duos, canonici regulares similiter abbates duos, Cluniacenses vero abbates duos aut priores, Carthusienses unum priorem, Præmonstralenses vero unum abbatem; ét quodlibet etiam capitulum ecclesiæ cathedralis unum doctorem ad dictum transmittet concilium; quodque prior hospitalis Sancti Joannis Jerusalein, in Anglia residens, illuc in propria persona se transferat, llas autem ordinationes nostras et quascunque alias factas seu etiam faciendas tangentes materiam schismaticis aut unionis prædictam non solum in regno nostro præporum ordinationes. Habetur etiam apud Gratianum D dicto et dicta terra Hibernize, verum etiam in ducata nostro Aquitaniæ volumus observari. > Ita legimus in tabulis Vascon. 9 et 10, Hen. IV, membr. 4. Formulam item qua llenricus VI rex legatos suos (quorum civilis al i, alii sacri ordinis erant) ut coucilio Basileensi interessent substituit; cum rarissime rjusmodi quid occurrat, merito visuu est adjicere ex tabulis Franc. 13, Henr. VI, membr. 2, leuma in margino est : De potestate commissa ambassiatoribus regis ad interessendum concilio Basileensi. Instrumentum ipsum ita conceptum est.

« Rex omnibus ad quos, etc., salutem

« Sciatis quod cum, juxta decreta Constantiensis (b) concilii, præsens concilium Basileeuse actualiter celebretur sub sanctissimo Patre domino Euge-

apad Binium tom. III, part. 11, et Basil. apud eumdem tom. IV, part. 1, pag. 14.

ejusdem concilii per suos oratores nobis ex hac causa specialiter destinatos, verum etiam apostolicis et imperialibus ac aliorum quamplurimoram sanct.e matris Ecclesiæ Patrum et principum sæcularium litteris creberrime instigati, ad Dei laudem, sanctæ matris Ecclesiæ prosperitatem optatam et houorem, et præsertim ob fidei catholicæ exaltationem interesse cupientes, variis et diversis causis rationabiliter præpediti quo minus personaliter eidem interesse poterimus, ut vellemus, venerabiles Patres Roberium Londoniensem, Philippum Lexoviensem, Joannem Roffensem, Joannem Bajocensem, et Bernardum Aquensem episcopos, ac charissimum consanguineum nostrum Edmundum comitem Moritouii, dilectos nobis Nicolaum abbatem Glastoniensem, Willichnum abbatem ecclesiæ: Beate Mariæ Eborum, et Willielmum priorem Norwicensem, necnon dilectos et fideles nostros Henricum Broumflete, militem, magistrum Thomam Broun, utriusque juris doctorem, B Sarum decanum, Joannem Collucile, militem, ma-gistrum Petrum Mauricii, doctorem in theologia, et magistrum Nicolaum David, archidiaconum Constantiensem et licentiatum in utroque jure, nostros ambassiatores, oratores veros, et indubitatos procuratores, actores, factores et nuntios speciales constiluimus, facimus et deputamus per præsentes, dantes et damus eis et ipsorum majori parti potestatem et mandatum tam generale quam speciale nomine no-stro et pro nobis in eodem concilio interessendi, tractandi, communicandi et concludendi tam de his quæ reformationem Ecclesiæ universalis in capite et in membris, quam in his quæ fidei orthodoxæ fulcimeutum regumque ac principum pacificationem con-

nio papa quarto, nos eidem concilio, nedam ex parte A cernere poterunt, necnon de el super pace perpetua guerrarumve abstinentia inter nos et Carolum adversarium nostrum de Francia, ac etiam tractandi, communicandi, et appunctuandi, consentiendi insuper, et si opus fuerit, dissentiendi his quæ juxta deliberationem dicti concilii inibi statui et ordinari contigerit. Promitteutes et promittimus bona fide nos ratum, gratum et firmum perpetuo habiturum totum, et quidquid per dictos ambassiatores, oratores et procuratores nostros, aut majorem partem eorundem, actum, factum seu gestum fuerit in præmissis et in singulis præmissorum, et hoc idem cum de et super his certiorati fuerimus, quantum ad nos et Christianum principem attinet, exsecutioni debitæ curabimus demandare. In cujus rei testimonium has litteras nostras fleri fecimus patentes. Dat. sub magni sigilli nostri testimonio in palatio nostro Westm. x die Julii.

• Per consilium. >

Litterarum autem pontificiarum quibus ad concilia generalia ordines vocantur, formulas habes apud Binium tom. III, part. 11, pag. 674, in apparatu all concilium Laterauense sub Innocentio III celebratum; apud Matth. Paris. anno 1245, pag. 886 editionis Londinensis, ad abbates scilicet et priores Ecclesize Anglicanze Lugduno datas ut Kalend. Februarii, anno Innocentii quarti secundo, quas tamen reperio etiam vetustis Annalibus ms. Burtonensis cœnobii, ubi, syllabis alioquin vix discrepantibus, v Idus Junii substituitur; apud Binium item dicta tomi tertii pag. 768 et sequentibus in concilii Viennensis sub Clemente V præparatione, et tom. 1V, part. 11, pag. 276.

Contrarrendes us dmeri monachi DE EXCELLENTIA VIRGINIS MARIÆ

LIBER¹.

CAPUT PRIMUM.

Quod Naria excellit omnes creaturas.

Supereniuenten omni guod post hominem Deum creatum est excellentiam beats: matris Dei quomodocunque et saltem lippienti oculu cordis contemp'ari anhelans, et, contemplando, quod inde mihi capere conceditur ad communem notitiam proferre desiderans, horreo peccatorum quibus premor enormitatem, et valde timeo pe milii tam alta petenti mox ^a objiciatur illud sacræ Scripturæ dictum : Tollatur impius, ne videat gloriam Dei (Isa. xxv1, 10). Vere cum * recogito sanctum Filium ejus, ob hoc ut peccatis hominum mederetur, factum esse filium ejus, nonnihil spei concipio quod vel parum percipiendi de subli-

C propher peccatores quam propher justos factam esse Dei matrem. Dicit enim ipse bonus Filius ejus se non venisse vocare justos, sed peccatores (Mutth. 1x, 13). Apostolus quoque testatur quod Christus venerit in mundum peccatores salvos facere, quorum se fatetur primum esse (1 Tim. 1, 2, 15). Si igitur ipsa propter peccatores, scilicet propter me meique similes, facta est Domini mater, quomodo immanitas peccatorum meorum cogere nie poterit * desperare veniam eorum, cum tam ineffabile donum * sit factum ex ca ob curationem eorum? At ipsa curatio ad quos efficacius progredictur, aut in quibus misericordius operabitur quam in illis a quibus tantum bonum amatur, amplectitur et veneratur.-Excitemus ergo mitate tantæ matris, sciens * videlicet illam magis D mentem nostram, fratres mei, et enitamur, quantum

.....

VARIÆ LECTIONES.

¹ Collatus est cum mas Corb, E. 10. et S. 62. ms E. 10. Scriptum Eadmeri Monachi discipuli beati An raini Cantuariensis Archiepiscopi. De piissima et dulcissima Matre Domini Maria. ms S. 62. Incipit Seruno de Sancta Maria. Hoc ms. non distinguit Capitula. ³ Petenti mox ms S. petenti misero ³ Verum cum mss. vere cum ⁴ Quod vel parum concipiendi de sublimitate tantæ matris. Del scilicet Genitricis, omniumque tim Angelorum quam hominum Reginz, sciens mas quid vel parum percipiendi de sublimitate tantæ matris, sciens * Cogere poterit mas. cogere me poterit * Ineffabile bonum mas ineffabile donum

0

possumus, ut in celsitudinem tantee Virginis atten- A nescio descendisse), magna quædam 2';ue miranda damus; et, quæ polis miseratio filii ejus revelase díguata fuerit, pro laude ejus proferamus, prolata suminemus 7. Erit enim fortassis hoc ipsum optatie nobis" causa non parva salutis, et sauciatis ex vitiorum punctionibus animis medicina salubris. Qui namque fleri potest ut ex memoria laudis ejus salus aon provenial peccalori, cujus uterus factus est via ipsi; ad sanandum peccatorem venienti * Salvatori ? Quid dixi, via, cum idem uterus thalamus Dei, aula Dei, in qua habitaret, sit factus? vere etenim habitavit in eo, quoniam seipsum ipse in eo, et ex co quod prius non erat fecit. Q habitaculum mirabile 10 ! O habitare ineffabile ! quem cœli cœlorum, quom omnes rerum creatarum maching capere nequeunt, virginalis uterus beatæ Mariæ cepit, quando eumdem ipsum de se verum et perfectum Deum et hominem in una persona concepit et generavit, via tamen ipse aterus exstitit, quia per illum Deus homo factus in mundum visibilis venit.

CAPUT II.

De origine Virginis Mariæ.

Quamvis igitur hoc solum de sancta Virgine prædicari, quod Dei 11 mater est, excedat omnem altitudinem que post Deum diei vel cogitari potest, et altissimum quid habeat in hoc ad contemplandum et raminandum mens humana quæ ao eam anhelat 19, tamen quoniam mihi venit 18 in cor ut de ea aliquid dlcam primo de 14 ejus origine, ac deinceps, si quid tenuitas sensus mei de ipsa quod dignitati illius exi- c stimem non adversari capere potuerit, in medium proferre libet. Adsis igitur, domina, et non mea, quæ exsecror, sed tua, quæ precor 18, merita illis digneris attendere, quæ veneror ". Tu quidem nosti mentem meam in hoc esse quod me omnino indignum judico de te loqui, aut quidquam scribere 17, Sed, quoniam insitue tuze 18 pietatis oculo super multos mei similes scio te respexisse, aliquo, licet dignitati tuze indigno, meze devotionis obsequio vellem agere " erga te, quatenus ipso consuete misericordize tuze oculo quandoque digneris et me respicere. Tacitis itaque illis quæ ab initio 20 omnis creaturæ, usque ad sanotum filii sui adventum »1, de hac Virgine prophetata sunt tam per cos ** qui ante legem quam et per cos qui sub lege justi D muniant, mundent, ornent et custodiant quo vefuerunt, illud conjicio apud me, nativitatem ejus (quam quidem ex linea generationis humanze non

divinorum signorum indicia præcurrisse, Quæ tamen illa fuerint, solus ipse sine scrupulo novit, qui ean sibi antequam ** nasceretur, in matrem elegit; quod ea re 34, ut autumo, et non incongrue actum 36 credi potest, quatenus eo major veneratio fidelium circa ejus ortum existeret, quo sublimitatem * tantæ rei altiori secreto celari quisque perpenderet. Nec enim Ecclesia Dei inconcussæ auctoritatis ducit ipsam Scripturam, que ortum illius ab angelo prenuntiatum refert. Nam liest beatus Hieronymus, juxta alterius cujusdam Scripturæ materiam, quam in adolescentia sua legisse, et cujus auctorem se fatetur ignorare, eam fecerit 17; dicit tamen non eo pacto se scripsisse quod scripsil, ut aliquam descripte rei certitudinem Ecclesiis vellet inferre, sed hoc selo ut rogantibus amicis simpliciter morem 18 gereret. Unde, quemadmodum dixi, scriptum illud in auctoritatem Ecclesia suscipere noluit, videlicet indecens esse reputans de beata matre Dei quid dubitabilo in laudem ejus recitari, cum ea qua incunctanter de illa vera existunt tanta laudis materia sint referta ut, quicunque in laudando cam morari desiderat, necesse sit ut facultas ejus magnitudini 39 et veritati succumbat. Sicut enim sola præ cunctis meriti singularis enituit, ita quidquid eam attinet, speciali quadam veritatis firmitate dignum est enitere.

CAPUT III.

De annuntiazione angelica.

Nata igitur, et infantiles annos exuta, quam caste quam sancte, quam Deo digne vitam instituerit, et institutam egerit, quis vel cogitatu, non dico dicu, queat conjectare **? Nulli denique dubium castissimum corpus et sanctissimam animam ejus funditus ab omni fuisse macula peccati, jugi angelorum custodia protectam^{\$1}, utpote aulam, quam suus ét omnium creator Deus corporaliter inhabitaturus, et ex qua hominem in suze personze unitatem " ineffabili fuerat operatione sumpturus. Et quid mirum? Nam et inter 33 homines usus obtinuit (si tamen a coelestibus ad terrena potest esse comparatio ulla) ut, cum præponens aliquis et persona dives aliquo vadit hospitaturus clientes ** percurvant ut locum nienti domino suo aptus ad inhabitandum et congruus fiat. Quod si talis apparatus fit pro adventu terreai

VARIÆ LECTIONES.

^{*} Laude ejus protata ruminemus mas laude ejus proferamus, prolata ruminemus ^{*} Aptare nobis mas optata ao bis Peccatorum, cujus uterns factus est via ad sanandum peccatores venienti mus peccatori, cujus uterus est fa-¹⁹ Ad Dominum anbelat mas ad eam anhelat ¹⁴ O habitaculun) mirabile mas omitt. ¹¹ Quæ Dei mas quod Dei ¹⁹ Ad Dominum anbelat mas ad eam anhelat ¹⁴ Quoniam modo venit mas tamen queniam mihi venit ¹⁶ Primo parum de mas omitt. parum ¹⁵ Tua quæ precor mas B. tua, precor ¹⁶ Quæ vereor mas quæ veneror ¹⁷ Aliquid scribere mas quicquam scribere ¹⁸ Insitæ tibi ma B. insitæ tuæ ¹⁹ Velim agere mas vellem agere ³⁰ Illis ab initio mas illis quæ ab initio ³¹ Sanctum sui adventum mas sanctum filit sui adventum ²² Sient tam per mas omitt. sicut ³² Eam antequam mas eam sibi antequam. ³⁵ Qued in ea re mas quod ea re ³⁵ Incongrue actum mss omitt. actum ³⁵ Quod enim alio modo sublimitatem mss que sublimitatem Eam refecerit mss eau fecerit ³⁵ Similem morem Edit. Pic. humilem morem mss simpliciter morem Magnitudini rei mes ejus magnitudini ³⁰ Non dicam... conjecturare mes non dico... conjectare ³¹ Protecta miss protectam ** Unitate miss unitatem ** Nam inter miss nam et inter ** Hospitaturus ut clientes mis omill. ut

LIB. DE EXCELLENTIA B. MARIÆ.

omnis boni putamus fiobat pro adventu cœlestis Regis et æterni in corde sacratissimæ Virginis, quæ illum non solum erat in semet transitive hospitatura, se letiam ex substantia sua factum hominem paritura? Siguidem ubi venit plenitudo temporis (Gal. 1v, 4), quod sno adventui ** ipse Deus ante tempora prædestinavit, misit angelum Gabrielem, unum de primis principibus regni ** sui, mentiare tibi, o beatissima feminarum, instare salutem generis humani, et se eamdem salutem operaturum, et ex te castissima, per Spiritus sancti operationem, verum hominem 37 nasciturum. Audis, domina, quæ feruatur, et ad remoinni sæculo inauditam paves et miraris. Nulla tamen incredulitate moveris; verum indubitanter tenes apud te omnimodis impossibile fore non fieri B quod angelus dixit futurum esse. Credidit ergo et certissime intellexit Deum tam bonum, tam pium, tam omnis misericordiæ visceribus plenum ut ad terras de cœlesti sede descendere, et homo factus, per indebitam sibi mortem, genus humanum a perpetua vellet morte qua tenebatur eripere. Respondens ergs nuntio ait : Ecce ancilla Domini, fiat miki secundum verbum tuum (Luc. 1, 38). O fides Deo accepta ! O humilitas grata ! O obedientia omni sacrificio jucundius Deo oblata! Quid ergo quod venientis Dei oculos offenderet in illa poterat residere, in qua tantarum virtutum insignia veniens invenit redolere? Certe sela fide Abraham fertur Deo placuisso; et hoc solum quia Deo credidit ad c justiliam illi reputatum fuisse (Gal. 111, 6). Super humiles autem et quietos, ac verba sua trementes (Isai. LXVI, 2). Spiritum suum requiescere, et obsdientiam se præ sacrificijs 38 malle asserit Deus (1 Reg. xv, 22). Cum igitur in his quæ tantopere Deo placent sancta virgo Maria tam excellenter illi placuit, ut neguaquam crediderim ipsam ulla 30 ratione excellentius placere potuisse, nimirum tenemus fide, ab omni, si quid adhuc in illa originalis sive actualis peccati supererat, ita mundatum jeor illius utvere super** eam Spiritus Dei, scilicet super humilem et quietam et trementem verba sua totus ** requiesceret, ipsam voluntati Dominicæ castissimo ac simplici corde obedientem omni holocausto sua-Filium Dei ex illa incorporaret. Hic se suberigat intentio mentis humanæ, et, pro posse, paucis intendat quanti penderit omnipotens Deus merita hujus beatissimæ Virginis. Intendat, inquam, et contempletur, videat et admiretur unum Filium sibi con-

pominis el momentance polestatis, qualis apparatus A substantialem, coæternum, coomnipotentem, ex sua natura sine initio Deus Pater genuit, et per eum omnes creaturas visibiles et invisibiles ex nihilo fecit. Hunc igitur sibi tam unicum quam dilectissimum, et in omnibus omnino æqualem, non passus est remanere solummodo suum, sed eumdem ipsum. voluit in rei veritate esse beatæ Mariæ unicum, ev dilectissimum, et naturalem filium, nec ita ut duo essent, unus videlicet Filius Dei, alius filius Mariæ, sed idem ipse qui Filius Dei, in una persona esset filius Mariæ, et qui filius Mariæ, unus et idem esset in una persona Filins Dei. Quis hæc audiens non obstuposcat et quod Dens tale quid velle potuerit, non ultra omne quod dici potest admirabile ducat? Puella de propagine Adam nata, de peccatrice progenie orta, subito versa vice maledictionis Evæ benedicta prædicatur super omnes mulieres, et concipit, et parturit, et parit hominem Deum, omnes prævaricationes ab Adæ filiis propulsaturum. cosque in cœlesti ** regno suo sibi cohæredes constituturum.

CAPUT IV.

De amore Virginis ad filium.

Quam mirabilis itaque et ineffabilis amoris affectus 48 considerari queat inter hunc talem tantæ matris filium, et hanc talem tanti filii matrem, perpendant hi saltem quoquo modo qui unico dilectionis fervore sese altrinsecus amant, mater scilicet filium et filius matrem Perpendat, inquam, aliqua bona mater 44 quo affectu teneatur erga unicum et bonum filium, et bonus filius simili modo perpendat qua pietate moveatur erga bonam ac dulcissimam suam matrem, et aliquatenus tentent 48, si guomedo in seconjectare valeant, amorem hujus honæ matris erga vere bonum et unicum Alium suum, et istius boni filii erga vere bonam et dulcissimam matrem suam. Et guidem omnes homines ex conjunctione duarum personarum, hoc est, maris et feminæ procreantur, et amorem suum utrique personæ, id est patri et matri naturaliter debent qui sic generantur, ipsisque nihilominus suum parentes 46 ambo, qui cos genuerunt. Cum autem "amorem, quem pater et mater singuli debent filio suo, debet hæc felicissina matrum sola filio suo, amorem etiam, quem vius acceptaret, virtuteque Altissimi obumbratam, D debet, quilibet filius simul suo patri et matri, ille filius vere Virginis debetsuæ soli matri. Nam sicut alii filii nascuntur ex patre et matre, ita filius ejus natus est ex ea sola matre. Excedit itaque omnes amores parentum in filios, aut filiorum in parentes amor istius matris in filium suum et istius fili

VARIÆ LECTIONES.

** Principibus suis scilicet regni mes principibus regni ** Ve-* Suo adventu mu suo adventui rum Deum et hominem mas verum hominem ³⁶ Pro sacrificiis mas præ sacrificiis ⁴⁹ Crederet illam aliqua mas crediderim ipsam ulla ⁴⁰ Ut nec super mas ut vere super ⁴¹ Sua ortas mas sua tours ** Crederet quis Et parit hominem Deum omnes prævaricationes propulsaturum, cosque qui sibi obtemperarent in cadesti mas ac parit Deum omnes prævaricationes ab Adæ filis propulsurum, cosque in colesti ⁴⁹ Mirabilis natura-et ineffabilis affectus amoris mas mirabilis itaque et ineffabilis amoris affectus ⁴⁴ Aliqua bona- mater ma S. sliqua mater ⁴⁵ Tentet mas tentent ⁴⁴ Ipsumque nihilominus amorem suum parentes mas ipsisque mihilo-minus suum parentes ⁴⁷ Cum autem mas cum antem

in matrem snam. Et bæc quidem ita se habent, A menda succiditur. Et revera dignum fuit ut, co in juxta rationem filiationis quæ facta probatur extra legem humanæ procreationis. Alie quoque modo si placet, amorem hujus filii et hujus matris perscrutemur, et, quantum inde nobis concessum fuerit, prout 48 possumus, speculemur. Certe quæ generat virgo est "temporaliter nata; qui generatus Deus est per quem omnia tempora sunt, et ipsamet virgo creata. Ostendit ergo ipse primus ** amorem, quem habebat erga Virginem, et amorem, quo nullum putamus esse majorem *1; matrem suam fecit illam, et virginitatem illi non ademit. Et quidem hæc duo ipsa jucundius amabat, scilicet virginitatem et fecunditatem; virginitatem, quia hanc placere Deo per omnia intelligebat; fecunditatem, quia sine hac R maledictum legis, quæ adhuc carnaliter custodiebatur, incurrere metuebat. Vicit tamen amor in ea servandæ virginitatis, et exclusit ab ea timorem incurrendæ maledictionis. Virgo itaque tenera et delicata, regali stirpe progenita, et speciosissima totam intentionem suam, totum amorem' suum, totum studium suum ad hoc intendit ut corpus et animam suam Deo virginitate ** perpetua consecraret. Sciebat enim quod quanto sanctius cam conservaret, tanto sublimius ei qui onmium castissimus. imo qui ipsa castitas est, appropinguaret. Amplectendo igitur quod acceptabilius esse cognovit Domino legis, speravit et credidit se plene evasuram maledictum datæ legis, reputans secum illum tantæ bonitatis et tantæ sapientiæ ut, dum se nullatenus, juxta C conscientiam suam, melius scire aut posse facere quam faciebat adverteret, certum consilium **, ne quid peccati in istis subiret, inveniret; nec decepta est. Quis enim speravit in Domino, et derelictus est ab eo? (Psal. xxx, 2.) Denique ubi tam sanctam intentionem ejus, tam castum propositum ejus, tam firmam fidem; constantem spem, et indeficientem vidit charitatem ejus, eo misericordize" suæ intuitu egit circa illam, ut nec sanctitas intentionis ejus frustraretur, nec castitas propositi ejus violaretur, ne aut firmitas 18 fidei infirmata a spei constantia titubaret, aut charitatis in ea plenitudo deficeret. Dedit ergo illi ut et virgo, quod magis optabat, permaneret, et, ut nemo illam a maledicto legis libertinam dubitaret, fecunda fieret. Et unde fecunda? Fecunda Spiritu D pietas informabat, tibl pro qualitatum vicissitudinisancto, qui omnia fecundat, omnia vivificat, omnia nutrit; fecunda, inquam, illo, sine quo omnis fecunditas in sterilitatem vertitur ⁸⁶, et igni consu-

Virginem 87 superveniente, illa fecundaretor, qua paritura erat Deum per quem totus mundus salvaretur. Quid ergo hic dicemus? Estne, putatis, ulla mens hominis, quæ modum hujus dilectionis, quam Deus ad hanc Virginem habuit, queat penetrare, quando et illi, quod charius amabat, sic integre servavit sa, ac eam tam digne et caste fecundatam. sui ipsius matrem fecit. Potestne, guxso, ullus hominum aut angelorum istius amoris immensitati. aut * dignitati honoris illius quidquam vel cogitatu percipere comparabile? Erigite, obsecro, fratres mei, erigite aciem mentis vestræ ad contemplandum tam miram diving dignationis operationem, tam ineffabilem " et stopendam omni sæculo bujos mulieris gratiam et exaltationem. Et tu, o beatissima feminarum, in quam fluxit tam copiosa et supereminens gratia omnia gratiarum, quid animi. quæso, gerebas ad eum, qui tibi bæc magna fecit, unde, sicut ipsa dixisti, jam ab omni generatione beata dici meruisti? (Luc. 1, 48.) Vere magnificavit anima tua Dominum; et spiritus tuus exsultavit in Deo salutari tuo (ibid. 46, 47). O salutare mirabile! quod non solum, domina, te inæstimabili salute sublimavit, sed et totum mundum, peccatorum vulneribus putridum, ex te prodiens mira ** dispensatione sanavit. Verum, dum illum, qui sibi hæc miranda fecit, parvulum inter manus suas versari, et ad ubera ** sua pendere atque ad parvas parvi ** corporis kesiones parvulorum more vagire conspiceret, quo, precor, aff:ctu piissimus ejus animus movebatur, quove studio ad occurrendum cunctis, que incommoda illi fore timebat, parabatur castissimum corpus cjus. Deus Fili hujus felicissimæ matris, qui es virtus et vera sapientia summi Patris, orama te quatenus ipsa misericordia, qua factas es hono pro nobis, insinuare digneris cordibus nostris que animo, qua cogitatione 44 tenebatur hæc dulcissima tua mater cum te, inquam, talem ac tantillum in brachlis suis exsultans et læta teneret, cum tibi u infantulo gestienti dulcibus 68 osculis atque frequen tibus congauderet, cum te lacrymantem super genue sua quibus poterat modulis consolaretur, cum deni que aliis et aliis studiis, ad quæ ipsam materus bus sedula blandiretur? Doce, inquam, nos ve paululum mente percipere affectum ipsum que replebatur cor illins, ut, si cum peccatorum nostro

VARLÆ LECTIONES.

⁴⁸ Concessum, prout mss concessum fuerit, prout ⁴⁹ Generat, est mss generat virgo, est ³⁰ Ipse print ss ipse primus ³¹ Putemus esse posse majorem mss putemus esse majorem ³⁴ Deo virginitate mas Deo mss ipse primus ⁵¹ Putemus esse posse majorem mss putemus esse majorem ⁵⁴ Deo virginitate mas Deo pro virginitate ³⁵ Quod acceptabilius Domino esse cognovit, legem superavit, sprevitque maledictum date legis, et credidit reputans secum illum cui placere quærebat, tantæ bonitatis et tantæ anientiæ ut anie se vel de se tutum consilium mas quod acceptabilius esse cognovit Domino legis, etc. ⁴⁴ Ejus misericor-diæ mas ejus, eo misericordiæ ³⁵ Aut sonitas mas aut firmitas ⁵⁶ Unde fœcunda? De illo sine quo... con-vertitur mas unde fœcunda? Fœcunda Spiritu sancto, etc. ⁸⁷ Eo in Virgine mas eo in Virginem ³⁸ Servabat ut mass servavit, ac * Amoris immensitatem penetrare vel mas amoris immensitati aut * Contentplandum tam ineffabilem mss contemplandum tam miram divinæ dignationis operationem, tam ineffabilem ⁴¹ Prodiens mirabili mss prodiens mira⁴³ Et ad verba mss et ad ubera⁴³ Ad parvi ac teneri mss ad parvas parvi⁴⁵ Intentione ferebatur mss cogitatione ferebatur⁴⁵ Tibi infantulo dulcibus mss tibi nt ia fantulo gestienti dulcibus

566

rua squatoribos obruti, quantus fuerit plene non A Itaque cui saltem ita concessum fuerit sope dulci meremur contingere, saltem pauca de illo intelligendo mercamur 46 in nostris ærumnis aliquatenus respirare; nec putetur er ab aliquo contemnendum vel parum quid sentire quemlibet in se de affectu istius matris in filium suum. Nullo siguidem modo ercdiderim quod is qui ad cum intelligendum provehi meruerit ab amoris ipsius dulcedine extrancus usquequaque existere possit. Qui autem in dilectionis suavitatem transit, nullo pacto diffidendum quin et in retributionis ejus participium transiturus sit. Quam vero retributionem sui amoris sit adepta tota Christianitas novit, quæ illam super omnes cælos exaltatam et angelicis choris prælatam certissime credit. Eia, fratres, quantum possumus, enitamur aliquo modu affectum istius tam bonæ matris agnoscere, et in nobis saltem rei magnitudini succumbendo degustare, quo ipsius meritis' adjuti **, ct dilectionis ejus suavitate ** recreari et aliqua futur.e consolationis mereanur remuneratione sublimari. Quicunque igitur aliquem sincero et dulci dilectionis affectu diligit eique omnia commoda et jucunda ei succedere cupit illius incommodis, si quæ acciderint, mæstus ingenit, volvat et revolvat hunc suum affectum apud se, et cogitet quid sibi esset, si adhuc numero, quem " fingere libet, multiplicatus in se idem affectus major existeret "1. Quod cum fecerit, et hune suurn amorem, quantumeunque in intellectu suo magnificatum, amori istius piissimæ dominæ matris in Deum Filium suum aliquatenus comparari posse putaverit, nescio utrum audiendus in hac sna estimatione sit. Nec mirum, ipse emin Spiritus Dei. ipse amor omnipotentis Patris et Filli, ipse per quem et in quo amatur omne quod bene amatur, ipse, inquam, corporaliter, ut ita dixerim 73, venit in eam, singularique gratia præ omnibus quæ creata sunt, sive in coelo sive in terra, requievit in ea, et reginam ac imperatricem cœlí, et torræ et omnium quæ in eis sunt fecit eam et alieni, bono ad tempus affectu debriato "", in animum cadet se quidquam amoris habere, quod illis amoris queat comparabile æstimari, quem hæc beatissima matrum ad id ipsum habebat a quo se tam incffabili dignitate sublimatam intelligebat. Superat ergo omnes omnium rerum creatarum amores et dulcedines D magnitudo amoris istius Virginis in filium " suum . rt dulcedinis immensitas qua exsultabat et liquetiebat anima ejus in eumdem Dominum Deum suum.

studio posse cogitare de illa, magnum promerende salutis indicium esse conjecto. Sed quid dicam? si tantus fuit amor eius erga 78 hunc dilectissimum Alium suum; quo vel quali gaudio replehatur tota substantia ejus, quando eum, quem tautopero diligebat, quem Creatorem ac Dominatorem omnium rerum esse sciebat, secum degentem "", secum edentem, se quæcunque nosse volebat dulci affatu docentem haberet, quis capiet 77?

CAPUT V.

De compassione beatæ Mariæ pro filio crucifixo.

Tanta dilectione, tanta exsultatione ex præsentie illius et conversatione jucundata "", perpendat qui potest, quibus doloribus, quibus gemitibus, quibus suspiriis cruciabatur, quando eum a se crudelium manibus avelli, quando ad condemnandum tradi, quando ad subeundam mortem judicio judicis iniqui tribunali conspiceret sisti. Forte tamen inter hæc ei poterat esse, ut more loquar humano, aliqua spei consolatio de evasione illius, dum sententiam mortis ejus pendere audiret sub altercatione præsidis 79 ipsum liberare quærentis 80, et Judæorum pessima plebis, ne liberaretur, regnum Cæsaris contra præsidem #1 appellantis. Verum ubi, prolata certa ## sententia mortis illius, omnis cam spes evadendi desereret eunque crucém, in qua suspendi debebat, humeris ad ** locum suze passionis subvehere gemebunda conspiceret, estne, precor, aliquis, qui queat percipere qualitatem pectoris ejus? Adjectus est his doloribus ejus, dolor alius : Petrus et alii discipuli, ab 45 eo de nihilo in apostolatum electi, et jam in rantæ celsitudinem virtutis, ut etiam dæmonibus ** imperarent, erecti, ncc non secretorum illius conscii et familiares in cunctis effecti, instante hora trad tionis ejus fugam incunt et eum pro quo se mortesu paulo ante subituros promiserant, obliti tantorum, bonorum sponsionisque suz, solum ipsa considerante relingunt. Unde ipsum **, all passionsm omnibus amicis destitutum tendentem, hac voce sequebatur gemens : Vadis propitiator ad immolandum pro omnibus; non tibi occurrit Potrus qui dixit : Pro te moriar (Matth. xxvi, 35); reliquit te Thomas qui ait : Eamus, et moriamur cum eo omnes ? (Joan. x1, 16), et nullus ex his, nisi tu solus duceris, qui me castam conservasti, filius meus et Dens meus. Verum hæc verba, ex magnæ pietatis fonte producta, ita paucis ad hoc memorasse *7 sufficiat,

VARIÆ LECTIONES.

** Pauca mereamur mas pauca de illo intelligendo mereamur *7 Nec putet mas nee putetur *8 Meritis adjuvari mas meritis adjuti ** Salutaris mas suavitate ** Adhue quem mas adhue numero quem ** Fingere multiplicatus in se sedem major existe ret mas lingere libet multiplicatus in se iden affectus major existeret ⁷⁴ Ut hene dicam mas ut ita dixerim ⁷⁵ Tempus debriato mas tempus affectu debriato ⁷⁴ In finem mas in filium ⁷⁵ Fuerit amor ejus et vere major erga mas fuit amor ejus erga ⁷⁶ Secum egentem mas secum degentem ¹⁷ Quid caperet mas quis 7ª Ut hene dicam. capiet 78 Cum ergo tanta dilectione tanta exultatione beata Dei genitrix ex presentia illius et conversatione foret jocundata mus tanta ergo dilectione, tanta exultatione ex presentia illius et conversatione jocun-¹⁹ Pendere conspiceret audiretque subaltercationes præsidiis mss pendere audiret sub altercatione datå præsidiis ⁴⁰ Quærentis : corripiam ergo eum et dimittam; et Judæorum mss quærentis, et Judæorum ⁴⁵ Contra præsidentem mss contra præsidem ⁴² Prolata certa mss prolata certe ⁴³ Humeris usque ad mss humeris ad ⁴⁵ Discipuli ejus 2b mss discipuli ab ⁴⁵ Ut jam dæmonibus mss ut etiam dæmonibus ⁴⁶ Vido ipsum mss Unde ipsum ⁴⁷ Ad hæc commemorasse mss ad hoc memorassc

nt en ocuros pietatis attendens, dum tanta matris A hatur in conversatione secum adhue in carne morgemebondus affectibus compatitur, pii amoris illius fructu remunerari aliquando mereatur. Sed, cum ad ipsam ejus passionem ventum fuisset, et ipse cruci affixus hine ipsam matrem suam, hine discipulum, quem diligebat, prope astantes intuitus esset, ne matrem penitus orbatam relinqueret, ei præsentem discipulum se suo loco in filium subrogavit : Mulier, inquit, ecce filius tuns (Joan. xix, 26). O comnutatio! pro æterno et incommutabili Deo purum et corruptibilem hominem, pro naturall et unico filio servum accepit in filium. O domina, qui, precor, cogitatus in te * sibi succedebant, cum tam inæstimsbilem commutationem ab ipso, quem super omnia diligebas, tibi fieri audiebas? Vere pertransivit animam tuam gladius doloris, qui tibi amarior exstitit omnibus doloribus cujusvis passionis corporeze; quidquid enim crudelitatis inflictum est corporibus martyrum leve fuit, aut potius nihil, comparatione ipsius the passionis, que himirum sua immensitate transfixit cuncta penctralia tui benignissimi cordis. Et utique, pia domina, non crediderim te poluisse ullo pacto stimulos tanti cruciatus, quin vitam amitteres, sustincre, nisi ipse spiritus vitæ, spiritus totius consolationis, spiritus schicet dulcissimi tui filii, pro quo moriente tantopere torquebaris ", te confortaret, te consolaretur, te intus doceret non esse mortem enm absumentem, sed magis triumphum omnia ei subjicientem, quod in ipso feri coram moribunda " videbas. Mortuus est ta- c men, et ab oculis tuis te inspectante sepulero reclusus. Cætera silentio premo, penitus ignorans abi vel unde aliquid dicendum assumam ex quo luctus tui modum, o pudicissima virgo, considerandum alicui ** proponere queam. Siquidem cum illum, quem te virginem concepisse, virginem peperisse, et post partum virginem noveras permansisse, necnon per quem te intelligebas ab omni generatione beatam dici meruisse, vidercs ** iniquorum sævitia tam crudeli nece peremptum, tam subito tois aspectibus abstractum, et sepulcri antro reclusum, quid ego nescio quis haberem, ubi vel unde acciperem quod in considerationem tui status animi quom gerebas co tempore cuilibet panderem; sed acerbitas meeroris post resurrectionem ejusdem filii tui in D suo filio in ca carne, quam de se assumptam nohelitiam versa est. Et in quam qualemve lætitiam intendamus, fratres mei.

CAPUT VI.

De gaudio resurrectionis.

Supra, dum gaudii ejus exsultationem, qua reple-

tali degentis istius ** filii sui, considerare niterenur in ipso nostro aduisu ** defecimus, et cam ultra omnem humanum intellectum magnam et mirandam esse advertimus. Si ergo tam magna fuit tum, cum ipsum bene sciret paulo post moriturum, quæ vel quanta putatis, fuit nunc, cum insum videret jam ** calcatis mortis legibus resurrexisse, non solum in æternum victurum, sed et cælo et terræ omnique creaturæ perenni jure dominaturum? Nolo hanc immensitatem gaudii ejus penetrare quis labores, quoniam, que ipsis angelis Dei est admiranda et impenetrabilis, non facile crediderim quol cuivis homini mortali possit esse penetrabilis. At si aliquis quærit cur evangelistæ non referant ipsum piissinum Dominum a morte resurgentem, huic sue dulcissima matri *7, ut ejus dolores mitigaret, orimo ac præcipue apparuisse, dicimus quod a quodam sapiente de hoc ipso sciscitantes audivinus. Ait ergo tanta esse scitur auctoritas ** narrationis evangelica ut nihil in ea dependens, nihil inane, nihil superfluum reperiatur. Itaque si ** matri Domini, si dominæ mundi ipse filius ejus ab inferno resurgens scriberetur, sicut alii cuilibet, apparuisse, eamque de sua resurrectione docuisse, quis non tale scriptum superfluum duceret? reginam videlicet cœli et terræ, omnisque creaturæ, coæquaret illi, vel illi, quibus 100 apparuit, viro aut mulieri. Spiritus ejus in illa plene et perfecte quiescebat, qui sibi et esse illius et facta ejus omnia luce clarius revelabat; et evangelistæ scriberent tunc vel tunc illi tølem ac talem semet 101 exhibuisse. His ita 102 paucis alicujus forsitan inquisitioni, prout accepimus, responsis, adhuc aliquid gaudii hujus beatissimæ Virginis matris speculando præ oculis constituamus, non ea spe ut modum illius nos in hac mortalitate viventes perfecte intellecturos fore opinemur, sed ut inde aliquantulum degustando qua possumus illud devotione veneremur. Sic enim inspectum et degustatum magnum in ejus amorem aphelantibus solet generare profectum 103. Eia, si gaudium habuit ipso filio suo secum in carne degente, si gaudium habuit codem suo filio calcata morte ab inferis resurgente, num minori gaudio exsultavit ipso verat, coram oculis suis coelos penetrante 104 ? quis hoc dixerit, imo quis gaudium ejus omnibus, qux illud præcesserunt, gaudiis non crediderit eminere? Bonæ matres solent magnifice in hoc mundo exhilarari, cum vident filios suos terrenis hono-

VARIÆ LECTIONES.

 ⁴⁸ Presentem discipulorum mas præsentem discipulum ⁵⁰ Quæ precor in te ms qui, procor, cogitatus in te
 ⁵⁹ Moriente conquereitaris tautopere forquebaris mas moriente tantopere torquebaris ⁹¹ Coram moribundo mas coram moribunda ⁹² Virgo, alicui mas virgo, considerandum alicui ⁹³ Videbas mas videres
 ⁶⁰ Degentibus istius mas degentis istius ⁹³ Nostri animi nisu mas nostræ annisu ⁹⁵ Ipsum jam mas ipsum ** Degentibus istius mas degentis istius ** Ipsum jam *mss* ipsum videret jam " Suze dulcissimæ dilectissimæque matri mss dulcissimæ suæ matri * Audivimus sic : lanta et suscitata auctoritas mas audivimus. Ait ergo, tanta esse scitur auctoritas ⁹⁹ Ita quod si suss itaq ¹⁰⁰ Cozequare illis quibus mas cozequaret illi vel illi guibus ¹⁰¹ Talem semet mas talem ac talem semet 99 Ita quod si mas itaque si eet suscitata auctoritas mas audivinuos. An ergo, cuita 101 Talem semet mas talem ac talem scure. 100 Cozequare illis quibus mas cozequaret illi vel illi quibus 101 Talem semet mas talem ac talem scure. 100 Drofectum mas proficuum 100 Non minori... penetrare... mas num minori... penetrante?

LIB. DE EXCELLENTIA B. MARIÆ.

non ineffabili gaudio lætaretur, quando Filium suum unigenitum omnes cœlos dominandi jure penetrare, ac in Dei Patris omnipotentis vidit concessum ascendendo pertingere? Imo quid huic gaudio unguam fuit auditum simile 108 ? quid in medium prolatum, saltem per illud aliquo modo possit mens humana in istud aciem suam dirigere ? Sed et hæc gaudiorum suorum magnitudo nonnihil incrementi accepit, cum, adveniente super discipulos Spiritu soncto, mox ad prædicationem Hlorum Adem Alií sui tanta, sicut scitis, hominum 206 multitudo suscepit. Nec mirum alicui videatur quod dico gaudium ejus in credentium conversione crevisse 107. Ibi enim excepto gaudio quod de salute generis humani in istorum conversione concipiebat, filium snum non fuisse B gratis mortuum, cum tam efficaciter operari videbat fidem mortis ejus etiam in els qui auctores 106 ejus exstiterant. Gaudium itaque ei erat in corlo, gaudium in terra, gaudium insuper in omni creatura. Gaudium in cœlo, quia fructus ventris sui jam victor mortis et orbis in cœlo regnabat, suaque victoria Deum Patrem omnipotentem gloriscaliat, et cuncta 100 cœlestis curiæ agnilna inzostimabili magnificentia lætilicabat; gaudium in terra, quoniam eos, pro quorum salute matrem Dei se factam sciebat, abjecto jugo diaboli, a quo captivi tenebantur, liberos sie in ipsam salutem currere conspiciebat ; in omni quoque creatura gaudium habuit, co quod illam a pristina oppressione erui, atque in illum ad quein facta fuerat statum redire vidit. Postquam enim homo Beum contempsit, et ejus mandatis tumidus contraire non timuit, in nulla creatura, quam Deus ad subsidium ejns instituit, justo judiclo aliquid juris amplius habere debuit. Cum igitur et in contumacia sua contra Deura omnium rerum Dominum perstitit, et tamen usum rerum in subsidium suum retorquere non destitit, Do nino Deo injustitiam, et Dei creaturæ violentiam intulit et oppressionem. At nunc, cum jam reconciliatus homo per mortem filii 111 hujus beatissimæ matris redit in gratiam Dei, redit etiam in jura libertatis, ad quam facta fuit creatura Dei, famulandi 118 scilicet ei pro quo se institutam esse cognovit.

llæc, sacratissima domina, vidisti; hæc intellexisti, hæc per te tali modo impleta esse magnifice gavisa es. Ista, fratres, dicimus dulce habentes, et vos dulce habere cupientes sape revolvere atque recolere in 418 memoria amorem et gaudium bujus dominæ, quibus jugi exundantia in Deum et de Deo

ribus suonmari ; et ista mater, procul dubio bona, A jucundabatur tota illius substantia. Nihil enim utilins post Deum memoria matris Dei, nihil salutarius mediatione pii amoris quo fervebat in memoria et contemplatione fili sui, nihit jucundius sapore prætractari beati gaudilejus, quo multipliciter pascebatur in codem et per eumdem filium suum. Sæpe quippe vidimus et audivimus plurimos hominum in suls periculis recordari nominis istius bonæ Mariæ, et 415 omnis periculi malum illico cyasisse. Velociorque est nonnunquam salus sur memorato nomine ejus quam invocato nomine Domini Jesu unici fiffi ejus. Et id quidem non ideo fit quod ipsa major aut potentior eo sit, nec enim ipse magnus aut potens est per cam, sed illa per ipsum. Quare ergo promptior salus in recordatione ejus quam filii sul stepc percipitur ? Dicam quid sentio, filius ejus Dominus est et judex omnium, discernens merita singulorum, dum igitur ipse a quovis suo nomine invocatus non statim exaudit, protecte id justo judicio facit 116. Invocato autem nomine matris suz, etsi merita invocantis non merentur, merita tamen matris intercedunt at exaudiator. Hoc denique usus humanus quotidic probat, cum quis, proposito amici sui nomine, efficaciter ab 117 illo aliquid impetrat quod simpliciter sua prece nequaquam impetrare valebat. Itaque si tam utilis est in subveniendo.118 memoria nominis matris Dei, non mirum si magna salutis afferet fructum frequens meditatio saucti amoris ejus, si plenam jucunditatem dahi: dulci studio cogliata et recogitata immensitas gaudii ejus.

570

CAPUT VII.

De gaudio beatæ Mariæ in filii ascensione.

Ouapropter adhuc in speculationem gaudii ejus verba vertamus, et mentes nostras ipsius dulcedine aliquantisper enutriamus. Perpendansus itaque, cum tanta 119 gaudii magnitudo impleverit intima piissimæ Dominæ hujus, er his quæ jam paululum inmendo, ut potuimus, prælibavimus, utrum ei super illa adhuc aliquid gaudii adjicere potuerit, id quod revelante Spiritu sancto, remota omni ambiguitate, sciebat se decurso vitæ labentis 190 spatio in beatitudinem regni cœlestis ascensuram, filium suum omnipotenti Deo Patri in sua deitate coxqualem, sicut est, indeficienti contemplatione visuram, seque post eum omni creature cœlestium, terrestrium et Infernorum perenni jure dominaturam. At immensitatem 122 gaudii hujus quis considerabit, qui non in ipsa consideratione penitus ab ea opprimatur ? Et

VARIÆ LECTIONES.

105 Tanta hominum mes tanta, sicut scitis, homi-105 Fuit simile mss fuit auditum simile num ¹⁰⁷ Incrementum sumpsisse mas crevisse ¹⁰⁰ Fidem amoris ejus in eis qui amatores mas fidem morils ejus etiam in eis qui auctores ¹⁰⁰ Ventris ejus benedictus jam erat victor mortis et orbis in cœlo regnabat, et cuncta mas ventris sul jam victor mortis et orbis, etc. ¹¹⁰ Quoniam eorum... liberam mas quoniam cos... liberos ¹¹¹ Mortem filiæ mas mortem filit ¹¹³ Gratiam Dei famulandi mas gratiam Dei : redit etiam in jus 118 Sape volvere in mis sape revolvere aque reco-ninis isius house Marize et 118 Propitior salus mis libertatis, ad quam facta fuit creatura Dei famulandi. 118 Sepe volvore in mas lere in 114 Recordari horum et mas recordari nominis istius house Marize et promptior salas ¹¹⁴ id juste facit mas id justo judicio facit ¹¹⁷ Dominico nomine ab mas amici nomine efficaciter ab ¹¹⁸ Utilis aliquando mas utilis est in subveniendo ¹¹⁹ (ium tanti mas cum tanta ¹²⁰ Ilabentis vitæ mes vitæ labentis 131 Ad mineusitatem mes at immensitatem

and the second second

si causa gaudii talis ac tauta est, gaudium ipsum A quale et quantum est ? Sed, o bone Jesu, istius tu:u dulcissime matris piissime fili, quomodo potuisti pati ut, te in regnum tuz gloriz remeante, illam quasi orbatam in miseriis mundi relinqueres, et non cam statim tecum regnaturam assumeres ? Fortassis, Domine, ne tuze cœlesti curize veniret in dubium, qui potius occurreret, tibi, videlicet Domino suo tum primo 133 regnum tuum in assumpta carne petenti . an ipsi dominæ suæ in ipsum regnun jam suum materno jure effectum ascendenti. Nam ut in partes sno occursu divideretur, quatenus pars tibi et pars illi in primo adventu obsequerctur, non decere existimo, præsertim cum taa sit tua, tota quoque sit per te eadem cœlestis curia sua. Prudentiori ergo et digniori consilio usus præcedere illam volebas, B quatenus ei locum immortalitatis in regno tuo præparares, ac sic comitatus tota curia tua festivius ei occurreres, eamque sublimius, sicut decebat tuam matrem, ad teipsum exaltarcs. Et quidem non est abs re credere ipsum his de causis matrem suam præcessisse, cum ipse idem Unigenitus hujus beatissimæ Virginis promiserit suis discipulis se, si abiret, eis locum in cœlesti sede præparaturum, ac deinceps cos ad seipsum accepturum. Si 193 ergo locus ab co parabatur ad gloriam et honorem discipulorum, guomodo non pararetur ad honorem et gloriam Matris suz, dominze scilicet et reginze angelorum ? Erat præterea, ut mibi quidem 114 videtur, utilis et necessaria fidei nostræ conversatio sua, post ascensionem Domini, inter apostolos ejus, quia licet ipsi per revelationem Spiritus sancti edocti fuerint omnem veritatem, incomparabiliter tamen eminentius ac manifestius ipsa, per cumdem Spiritum, ipsius veritatis 118 profunditatem intelligebat, ac per hoc multa eis per hanc revelabantur, quæ in se non solum simplici scientia. sed ipso effectu, ipso experimento didicerat de mysteriis ejusdem Domini nostri Jesu Christi. Nec dilatio suz assumptionis quoquo modo jacturam aliquam inferre valebat immensitati amoris et gaudii sui, quoniam ipsa perfectio 126 amoris et gaudiì ita illam reficiebat plenitudine sui ut boc ipsum ei ad amoris et gaudii augmentum magnopere fieret quod se illic esse videbat, ubi Deum, quem præ cunctis amabat, magis velle scie- n quod penetrasti, necnon cuncta quæ in eo sunt, bat. Igitur ubicunque erat, et ipsa in Deo, et Deus in ipsa jucundabatur, qua ipsa jucunditate felix, hoc præ cæteris ubique fieri cupiebat, quod sapientiæ Dei potissimum placere intelligebat. Hac inæstimabili 127 amoris et gaudii immensitate prædita fuit hæc Virgo sanctissima, quandiu cam in omni mortali

carne manere placuit sapientissimo 198 Filio suo.

CAPUT VIII.

De assumptione beatæ Dci gentricis Maria.

Verum cum ipse in regnum suum eam assumere, et ei magnificentiam gloriæ suæ 129 decrevisset ostendere, cujus, precor, dignitatis et honoris apparatibus intendebat tota curia angelorum, gnibusve vocibus exsultationis et salutis 130 resonabant numerosa tabernacula antiquorum Patrum ipsi curix nuper 131 associatorum? Certe crediderim omnes illius beatæ patriæ cives festiviori solito ac sublimiori nitore decoris ad adventum matris Domini sui præparari, ac nova quadam et ineffabili jucunditatis gratia pro tantæ rei exspectatione conjubilare. Et quid mirum ? Ipse Jesus, Deus et Dominus ou-Lium, filius hujus 139 castissimæ Virginis et dominæ rerum, ipse ei sicut suæ unicæ matri totus festivas occurrere volebat, et alignis de familiaribus suis se a tanti 138 gaudii immensitate subtraberet ? Utique inter homines moris seitur esse unumquenique bonum servum cujus vis præpotentis domini eo majori gaudio in amici domini sui adventu exsultare, quo ipsum 13% dominum suum cognoverit adventantem amicum magis amare. Cum vero de adventu parentum domini sui agitur, de quorum speciali dilectione nullus ulla dubitatione tenetur, ille nimirum magis felicem se æstimat qui majori jubilo et festiviori occursu lætitiæ frena relaxat. Si ergo hæc ita se habeat apud homines, quibus si qua bonitas inest, longe tamen supernorum civium bonitati 185 impar est, contempletur animo, qui potest, quo gaudio, qua festivitate, quibus concentibus jubilabant omnes beatorum spirituum ordines, quando et unicam Domini sui matrem adventare, et ipsum Dominum Deum suum ei videbant omni sua gloria decoratum velle occurrere. Stipatus itaque mille millibus, insu innumerabilibus angelorum agminibus Deus ipse buic plissimæ Matri suæ de hoc mundo migranti occur. rit, eamque super omnes cœlos exaltatam, cunciæ secum creaturæ percani jure dominaturam in throno 136 collocavit. O dies tanti occursus gloriosa et felix ! Dies tam præclaræ exaltationis beata et celebris! Dies tam sublimis glorificationis festiva et omni sxculo admirabilis ! Dies enim illa non solum te . domina, ineffabiliter sublimavit, sed cœlum ipsum, nova et ineffabili gloria decoravit. Nova quidem gloria cœlum decoravit, quia priorem gloriam ejus ex præsentia tui, ultra quam dici possit aut cogitari. magnificavit. Nam cum tu, domina, illuc ascendis, nova illud et præcellenti virtutum tuarum dignitate irradias, immensaque miscrationum et gratiarum luce perlustras. Eadem quoque dies ascensus mi

VARIÆ LECTIONES.

¹⁸³ Præparaturum. Si mss præparaturum, ac deinceps eos ad e quidem mss at mihi quidem ¹³⁸ Spiritum veritatis jpsius ve-¹⁹⁶ Ipse perfectio mss ipsa perfectio ¹³⁷ Hac æstimabili mss hac 199 Cum post mas tum primo sc ipsum accepturum. Si • ¹³⁸ Ut hie quidem mss ut mihi quidem ¹³⁸ ritatis mss spiritum ipsius veritatis ¹³⁶ ipse perfectio mss ipsa perfectio se ipsum accepturum. Si se inse inse perfectio mas ipsa perfectio and Bac assumation accepturum ipsius veritatis ise ipse perfectio mas ipsa perfectio and Bac assumation in mortali carne incestimabili ise Quandiu etiam in omni mortali carne placeret sapientissimo mas quandiu in mortali carne incestimabili ise omili. regni ise Et salutis mas et ¹³⁸ Filius ejus benedictus hujus mas alius hujus • ¹³⁸ Fa-se a tanti ¹³⁹ Quo ipso mas quo iosum ¹³⁸ Supernorum 131 Curiæ nuper mas curiæ tunc salutationis milia sua se tanti manuscript. familiaribus suis se a tanti 126 In throno glorice ms emitt. glorice bonitati mss supernorum civium bonitati

cos 127 qui cives ejus ab initio creaturze esse meruerant, A carne viventis æstimare uullatenus sufficit. Ne tomen solito festiviori exsultationis gaudio induit, qui per gloriosum fecundæ virginitatis tuæ fructum semirutam vident civitatem suam redintegrari. Vere in tuo adventu, per quam tantum bonum meruerunt, gaudii sui magnitudo jure debuit augmentari. Terram etiam dies exaltationis tuz, o beatissima feminarum, mira gratia irrigavit, quia, dum te, quam de se et in se aliorum hominum lege progenitam cognovit, usque ad Creatoris omnium thronum exaltari coguoscit, antiquæ maledictionis pænam, quam in peccato primorum suorum filiorum sese merito excepisse sciebat, jam per tantæ benedictionis tuæ abundantiam sese evadere indubitanter credebat. Quid amplius dicere possum, domina ? immensitatem quippe gratiæ et gloriæ tuæ considerare cupienti sensus deficit, lingua fatiscit. Quemadmodum enim omnia, quæ in cœlo sunt per glorificationem tuam inæstimabiliter decorantur, ita, per eamdem glorificationem, cuncta quæ in terra subsistunt, ineffabiliter sublimantur. Singula nempe in immensæ dignitatis decus profecerunt, cum per tuam beatam et integerrimam virginitatem Dominum Deum suum quem non cognoverant, agnocere, et agnitum colere et amare meruerunt. Quam super omnes cielos ascendere ac in dextera Domini Dei sui filii tui benedicti exaltari cognoverunt, in eo etiam didicerunt se eidem Deo suo totum debere quod sunt, quando tu, quæ inter illa et de illis una fuisti, tantam 126 dignitatis eminentiam meruisti. Nihil igitur aut idolis homines, aut ullæ aliæ rerum species intellexerunt idolorum cultoribus se debere, ubi et singularem Auctorem sui, ex tuo castissimo utero ad restitutionem primæ creationis suæ progenitum, susceperunt, et te, per quam amissam dignitatem suam recuperavere, omni creaturæ tam sublimiter præponi accepere.

CAPUT IX.

Quantum profuit beata Virgo Maria naturæ humanæ.

Quas itaque laudes quasve gratiarum actiones, non solum humana natura, sed omnis creatura huic sanctissimæ Virgini debet? Pura enim sanctitas et sanctissima puritas plissimi pectoris 130 ejus, omnem omnis creaturæparitatem sive sanctitatem transcendens, incomparabili sublimitate hoc promeruit ut reparatrix perditi orbis dignissime fieret Unde quid laudis pro tam ineffabili bono ipse per cam reparatus mundus ei jure debeat cor alicujus sub morta

- -

aliquis eorum quædicimus, nimis 110 insolens autumet nos magis more indiscrete laudantium ista dicere quam rem, sicut est, considerationi fidelium 141 quocunque modo commemorando velle præfigere, plenius ea quæ humanæ naturæ per cam bona provenere commemorare juvat, ac sic qualiter " omnes aliarum rerum formæ per ipsam sint reformatæ 544, nihilominus, prout poterimus, in medium proferre delectat. Quod ea quidem re facere placet ut præ oculis, aliquatenus deformatis singularibus beneficiis ejus, nemo relinquatur cujus consideratio immensitate promeritæ laudis illius non obruatur. Nota igitur : omni sæculo loquar, et de quo ad quid provecti simus hujus dominæ meritis, pro posse, edicam. B Itaque natura nostra 143 ad similiiudinem Dei in principio creata fuit, quatenus indesinenter ipso Deo frueretur, et ejus gloria sine omni corruptione et mutabilitate aliquando potiretur. Hoc tam grande bonum natura statim in primis hominibus perdidit, et in hujus mundi miserias infelix et præceps ruit, dehine in æternas 148 miserias decurso vitæ labentis articulo multo infelicius ruitura. Transicrunt multa sæcula, et damnationis istius immanitas super omnes filios hominum semper est in deterius roborata. Nec enim summi Dei sapientia ullam in massa creationis humanæ viam constituit 144, per quam, ut disposuerat, in mundum veniens tam luctuosse perditioni subvenire., donec ad istam, de qua loquimur, Virginem ventum caset. Sod hæc mox, ubi sir in mundum per humanæ generationis lineam venit, tanta omnis boni virtute atque constantia 338 perfecte resplenduit ut cam ipsa sapientia Dei, uti a sæculis prædestinaverat, vere 140 dignam judicaret, per quam in hominem veniens, non modo reatum primorum hominum, sed et totius mundi peccata deleret, et diabolum suis operis inimicum cum suis elideret 150 ; nec non damna cœfestis patriæ, illuc hominem deducendo, redintegraret 181. Quis igitur ista perpendens æstimare queat qua lande digna sit, quæ tantorum bonorum sola præcunclis effici meruit mediatrix? Liberati crgo a lege mortis qua detinebamur, resurgimus in gloriam quam in primo parente perdidimus, imo in D ampliorem, quan vel ipse in se, vel nos m ipso amisimus. Qui etenim adhuc etiam in carne mortali per fidem ad amissam gratiam seu patriam tendimus, in filiationem Dei per benedictum filium be-

VARIÆ LECTIONES.

127 Tui eorum mes tui cos 128 Quia Igitur super omnes coelos in dextra Domini... exaltari digne, cognoverunt, co etiam ... quando ea que inter illa et de illis una tantam mes Quamomnes celos ascendere, ac in dextera Dei sui benedicti fili tul exaltari cognoverunt. In eo etiam didicerunt se eidem Deo suo totum debere quod sunt, quando tu inter illa et de illis una fuisti, tantam ¹³⁰ Pilssimi pastoris mas pilssimi pectoris ¹⁵⁰ Et jure debeat æsti-130 Pilssimi pastoris mas pilssimi pectoris inter illa et de illis una fuisti, tantam mare nullatenus sufficit : ne tamen aliquis eorum nimis mes ei jure debeat, cor alicujus sub mortali carne viventis æstimare nullatenus sufficit. Ne tamen aliquis eorum quæ dicimus nimis 121 Sicut est considerare. Ne igitur videatur cuiquam quid considerationi fidelium mes sicut est, considerationi fidelium qualiter mes ac si qualiter ¹⁴⁸ Sunt reparatæ sive reformatæ manuscript. sint reformatæ 149 Aut si 144 Natura mea wes natura nostra ¹⁴⁵ Debine æternas mes debine in æternas ¹⁴⁴ Viam constituit mes viam invenit Sed hæc mox ubi me E. sed hæc mox ut me S. sed mox ut ¹⁴⁵ Virtute et substantia mes virtute et con-180 Suis cluderet 149 Sapientia Dei vere mss sapientia Dei, uti a sæculis prædestinaverat, vere stantia 1#1 Redintegraret mss redintegret. mss suis elideret

nedictæ matris Mariæ transimus, sumdemque filium A amoris desidia a debita laudum exhibitione retarejus nobis fratrem ipso auctore ascissimus 184. A morte enim resurgens nos fratres suos appellavit, et quod ad Patrem summ et Patrem nostrum, Deum suum et Deum nostrum foret ascensurus, familiari affatu 188 nobis intimari præcepit (Joan. xx, 17). Quod igitur tantum patrem et tantum fratrem sortiti sumus, utique beatse Maria ascribere debemus, cujus integerrima fecunditate in tantam dignitatem sutreximus; quam quidem dignitatem nostra natura nequaquam adepta fuisset, si illius fecunda virginitas Deum de sua substantia non genuisset. Cum igitur tam inæstimebili dignitatis honore, etiam in bujus mundi squaloribus degens, per piæ matris Dei Mariæ merita humana natura sit exaltata, vel advertat, qui B polest, qua quali gloria 184 decorabitar, cum hunc ipsum fratrem suum, omnipotenti Patri cius core-

qualem, in sua majestate regnantem acceperit, cjnsque regni enhæres existens, perpetua et incommutabili glorificatione vultai ipsius præsens astiterit 148? Advertat, inquam, advertat que gloria, quod gaudium, vel quæ jubilatio erit omnibus illis qui, in regnum æternæ beatitudinis assumpti, Deum Dominumque rerum omnium in suz carnis substantia sibi similem viderint, et cuncta, quæ sive in ccelo, sive in terra, seu in inferno subsistunt, ad nutum illius pendere, eumque fraterne affectu, imo ultra omnem fraterni amoris affectum, seipsos amare et quæcunque velle 184 poterunt, sine morá, sine contradictione, sine defectu sibi æternaliter subministrarc. Super hæc cum ipsam dominam, per quam tanta bona els provenere, præ oculis habuerint juxta Doum, quom de suo utero Virgo Filium pepererat residentem 187, et jure materno cœlo terræque cum eodem sue filio præsidentem, consideremus qua exsultatione exsultabunt pro tanta gloria ejus, quo honore sublevabuntar in tanta potentia ejus? Onnis ulique creatura deferret eis bonorem, non solum quia videbit naturæ ipsorum consortem esse suum Creatorem, sed etiam quia dominatricem suam unam ex cis esse conspiciet factam reginam 158 angelorum. His igitor its consideratis, to quicunque ex humana stirpe progenitus es, quomodo potes el quantum poles, erige aciem mentis tuze et quas grates, quas laudes, quæ obsequia ei perpetuo debeas, per cujus D injusti, qui tunc erat, condita fuerant. Iloc ipsum de beatam et integerrimam fecunditatem de tanto malo ad fantum bonum, ut brevi ostendinus, sis provectus, gnarus attende. Nulla te ab horum consideratione sæculi delectatio moveat, nulla cujusvis vani

·det.

CAPUT X.

Quantum profuit omni creaturæ, etiam præter humanam.

erum quoniam aliquantisper animadvertünns quid boni per excellentissina 189 bestæ matris Dei Mariæ merita adepti sumus, paucis etiam, ut proposuimus, pro posse, quid aliarum species rerum, per eadem ejusdem merita sint adeptæ, advertamus. Scio quidem superius me quædam inde commemorasse, sed ad commendandam pils auribus tanta dominæ eminentiam non videtur fore superfluum eamdem præsentare sententiam. Omnem itaque creaturam, tam cœlestem quam terrestrem, ad sui Creatoris laudem et gloriam institutam, nemo sanum sapiens 100 ambigit, nemo sapiens silet. Quapropter 161, si aliquid ejus laudi aut gioriæ, sive honori derogat in quoquam, bene intuentibus liquet quod idem ipsum cætera, suæ subjectionis integritatem 169 ei servantia, quodam exinde confusionis verbere sauciat. Nec enim ad Domini sui Adelitatem integre sese tenerent, si verecundiam sui auctoris 163 æquanimiter et inconcussa tranquillitate tenerent 166. llomo igitur, qui a Deo inter cæteras creaturas sublimis naturæ creatus Deum 148 per inobedientiæ suz reatum inhonoravit, omnia quæ sui juris prius erant amisit; omniaque, quæ sui status integritatem servaverunt, ipsa reatus sui immanitate, quantum in ipso fuit, quadam confusione vulneravit; adjecta est eis super hac confusione et alia confusio, quia huic, quem a suo Conditore per malie vite incrita exorbitare videbant, per suz conditionis legem ministerii sui obsequium nullo tempore almegare valehant. Logerebatur igitur operibus Dei contumeliosa quædam oppressio, et fiebat de eis gravis et injuriosa abusio. Jus siquidem nullum in his quæ Dei sunt juste deberet habere qui voluntati ejus non veretur pravis actibus contraire. In co itaque quod lumine cæli et siderum motu in suis usibus homo retus potichatur idem cælum et sidera ipsa magni honoris detrimenta patiebantur. Nempe illi serviebant propter quem se nequaquam instituta sciebant. Ad servitium quippe justi 166 hominis, non aere, de terra, et quæ profert, de mari, et omnibus aquis ac de his quæ continent dicere licet et sentire. Omnes igitur rerum formæ informi guadam et contumeliosa obsuscatione tegebantur, eo quod ipsi,

VARIÆ LECTIONES.

vel quali gloria 155 Vultum ipsius presens constituerit mis 184 Exaltata qualis *** Arcessimus manuscript. asciscimus quali mas exaltata advertat, qui polest, qua vel quali gloria ¹⁵⁵ Vultum ipsius vultui ipsius præsens astiterit ¹⁵⁶ Amare, velle mas amare, et quæcuaque velle 187 Peperit residentem mss pepererat residentem 188 Quia Dominam summam et unicam dominatricem coeli et terræ Mariam ex his conspicient esse factam reginam mas quia dominatricem suam unam ex eis esse conspiciet factam Reginam ⁵⁸⁹ Per excellentiam manuscript. per excellentissima ⁵⁴⁰ Sanæ mentis mas sanum sapiens ¹⁶¹ Anbi git. Quapropter mes ambigit, nemo sapiens silet. Quapropter ¹⁴⁹ Suz subintegritatem mes suz subiectionis integritatem ¹⁶³ Domini sui et auctoris mes omit. Domini sui ¹⁴⁴ Tenerent mes sustinerent ¹⁶⁹ Creaus est, dum Deum mes creatus, Deum ¹⁵⁶ Ad obsequinn quippe sive servitium justimes ad servitium quippe iusti

qui Deum suum incessanter offendebat 147, ministrare A cata 173. Hujus igitur tam magni boni effectum illi ac subdi sine intermissione cogebantur. Duravit autem hæc in rerum substantiis injuria quousque venit in carnem illa, de que loquimur, besta Virgo Maria. At ubi venit ipsa, et in se Filium Dei incorporavit, et pristinam dignitatem in Deo, qui nascebatur, humana natura recuperavit, nihil ultra confusionis, aut injuriam alicui rerum speciei resedit, imo libertatem primæ creationis 148 suæ confestim recipera meruit. Nam ipsa, cui juxta legem suze conditionis jus libertatis maximum erat, obsequendi videlicet illi quem ad Dei imaginem conditum noverat, cum ipsum in Creatoris sui similitudiaem, quam peocando in se corruperat, per bona opera redire conspexit, non mirum si deinceps obsequendo dominatui B cjus, contumeliosæ jugum servitutis excussit.

CAPUT XI. De eodem.

Alio item modo, si placet, consideremus qualiter omnis creatura ad utilitatem hominis sit creata, et quemadmodum eadem utilitas ob peccatum primi hominis quodammodo evanuerit, quove pacto per beatam Dei matrem virginem Mariam, primam suæ utilitatis dignitatem recuperaverit. Certe homo qui mentis ratione subsistens carnis fragilitate deprimitur ad hoc conditus erat ut contemplationis oculo formæ sui Creatoris jugiter intenderet. Sed quia ipse Conditor ejus incircumscriptus spiritus est, et nemo unquam carnis corruptibilitate vallatus in 160 magnitudinis ejus notitiam, vel admirandæ divinitatis illius 170, speculationem 171, sicuti est, pertingere potest, proposita illi aliarum rerum existentia est. quatenus earum consideratione sublimitas ejus, quæ per se nequit videri 179, ab ipso intelfecta conspiceretur. Verum abi post primorum hominum peccatum generationis humanæ propago in desiderig cordis sui prolapsa per vitia sorduit, non solum Creatoris contemplatio, sed et rerum creatarum mirificæ dispositionis salutifera meditatio ab ea procul evanuit. Vides ergo quali modo in lapsu hominis ruit dignitas rerum. In consideratione enim illarum homo resurgere debuit in agnitionem Def, et sic quasi quidam ei gradus fieri debuerunt pertingendi ad Creatorem ipsius et sui; sed hæc in eis dignitas periit, quando qui ea digne uteretur nullus exstitit. Nec ullatenus, ex quo primus homo corruit, receperunt amissam eminentiam tanti boni, donec ille Agnus qui peccata mundi tolleret in persona Dei et hominis prodiit mundo 178 per Mariam. Verum, in cognitionem Dei homine per hune Agnum revocato, omnis etiam alla creatura in statum suz conditionis et honore proprii congenitique decoris est revo-

profecto censemus imputandum, per cujus virgineum pterum is venit in mundum, qui et humanam paturam in tantam, sicut diximus, digaitatisexcellentiam sua sapientia revocavit, et omnem simul creaturam privilegio amissi honoris mira dispensatione redonavit. Quid ergo huic sacratissimæ dominæ omnis tam rationalis quam etiam irrationalis ereatura jure debeat, qui valet, ex his quae paucis perstrinximus dilatato sensu advertat. Utique cuncta, guz Deus bona et utiliter fecit, in eo statu quo condita fuerunt, sicut ostendimus, esse destiterunt, et per bane beatissimam Virginem in statum pristinum revocata sunt et restituta. Sicut ergo Deus sua potentia parando cuncta Pater est et Dominus omnium, ita beata Maria suis meritis cuncta reparando mater est et domina rerum; Deus enim est Dominus omnium, singula in sua natura propria jussione constituendo; et Maria est domina rerum, singula congenitæ dignitati per illam quam meruit gratiam restituendo. Et quemadmodum Deus ex sua substantia gennit eum per quem cunctis originem dedit, ita Maria de sua carne 178 peperit illum qui in decorem primæ creationis omnium cuncta restituit 176. Item, sieut nulla rerum species, nisi per Dei Filium facta, subsistit, ita lex debitæ damnationis neminom desorit, nisi quem ab ea filius Mariæ absolvit. Quis igitur. ista recto sensu et corde sincero perpendens, plene percipere queat excellentiam domina hujus, per quam tam ineffabili gratia, a tam zetiwabili dejectione 177 erectus est mundus? Quis, inquan, tam miram, et omni prorsus rei præter hanc inauditam gratiam hujus mulieris oculo mentis aspiciens, non obstupescat, et non modo elinguis, verum etiasi a tantæ rei comprehensione prorsus immunis Aut?

CAPUT XH.

Oratio ad beatissiman: Virginem Mariam.

Quapropter ea quæ nohis sunt impenetrabilia intermittentes, precibus impetrare nitamur ut, quod intellectu capere nequimus, salutari saltem affectu obtinere mereamur. Rogamus ergo te, domina, per ipsam gratiam qua te pius et omnipetons Deus sic exaltavit, et omnia tibi secum possibilia esse donavit, quatenus id apud ipsum nobis obtineas, ut plenitudo gratiæ quam meruisti in nobls sic operetur quo participium beati præmii ejus nobis misericorditer quandoque donetur 178. Ad hoc quippe Deus noster per te factus est frater noster ut, quemadmodum ipse dignatus est consors fieri nostræ humanitatis, sic nos mereamur consortes fieri suæ divinitatis. Intende ergo, domina piissima, ut nobis ad effectum 179 proveniat, propter quod Dous noster ex

VARLÆ LECTIONES.

¹⁶⁷ Ostenderat mes ostendebat ¹⁶⁸ Patriæ oreationis mes primæ creationis ¹⁶⁰ Carnis incorruptibilitate pressus ullatenus iu mes carnis corruptibilitate ullatenus ¹⁷⁰ Dignitatis illius mes divinitatis illius ¹⁷¹ Spe-culationem mes speculum ¹⁷⁹ Neque videri me S. nequit videri me E. omittit. videri ¹⁷⁹ Prodiit modo mes prodiit mundo ¹⁷⁴ In statu... revocata mes in statu... renovata ¹⁸⁵ Carne mundissima mes omittate. 174 in statu... revocata mss in statu... renovata mas prodiit mundo mundissina 176 Decorem... cunctis restituit mas in decorem cuncta... restituit 177 Perquam tam inaustimabilia bona habet rerum natura, per quam tam inæstimabilis gratia a tam ineffabili dejectione mes per quam tam ineffebilis gratia a tam ineffabili dejectione 178 Condonctur mas bene donetur 178 Adeffectum mas ad affectum

tuo castissimo utero factus homo inter homines A nobis miseris ultra eveniat, giorize tuze jactura uulla venit, nec sis, quæsumus, exoratu difficilis, quia procul dubio idem benignissimus filius tuns erit ad concedendum quidquid voles promptus et exaudihilis. Tantumniodo itaque velis salutem nostram, et vere neguaquam salvi esse non poterimus. Quid igitur stringet larga misericordiæ tuæ viscera, domina. contra nos, ut nolis salvari nos? Certe Deus noster (teste Propheta) misericordia nostra est (Psal. LVIII, 18), et tu ejusdem Domini nostri absque dubio vera mater es. Si tu ergo, quæ Dei mater es, et ea re vera misericordize mater 180 denegas nobis effeetum misericordiæ, cujus tam mirabiliter facta es mater, quid faciemus, cum idem filius tuus advenerit cunctos æquo judicaturus judicio? Siquidem licet ipse filius tuus sit per le factus frater noster, utique B tamen uhi ini voluntatem tuam sic videlicet in dulcissimæ matris magis porrectam adverterit, illuc, scrvata æquitatis ratione, a qua te nullatenus diserepare velle videbit 143, et judicii sui sententiam, sive ad misericordiam inflectendo, seu ad justitiam intendendo, promulgabit. Subveni ergo nobis, domina, et non considerata peccatorum nostrorum multitudine, velle tuum ad miserendum nobis inflecte. Cogita, quæso, et recogita apud te quia non ad damnandum, sed ad salvandum peccatorem Conditor noster ex te factus est homo. Cur itaque non juvabis nos peccatores, quando propter nos in tantam celsitudinem es clevata ut te dominam 184 habeat et veneretur omnis pariter creatura ? An ideo utrum

inde perveniet? Et hoc quidem fortassis alique modo, bona domina, dici posset, si pro tui solius exaltatione et salute 188 mater Dei facta fuisses, si utique 185 Deus, qui hominem assumpsit ex tua castissima'carne, hoc fecit pro tua et nostra communi salute 187. Si ergo, quæ plena salute es potita, pon intendis ut eadem salus pro modulo nostro etiam ad nos usque pertingat, jam tuorum sufficiens commodorum, nostrorum negligens esse videberis, et quæ pro totius mundi salvatione meruisti fieri mater Altissimi, cum nos proposueris 188, quos obvolvit finis sæculi, quid, quæso, proderit nobis tua gloriosa et felix exaltatio, et quam inde 189 habemus, dulcis'et affectuosa exsultatio? Ut ergo filium tuum totius mundi Salvatorem, et te ejus reconciliatricem esse veraciter sentiamus, eo nos propensiori studio juva, precamur, et fove, quo in fæcibus mundi natos et alitos 199 potiori levamine prospicis indigere. Ab initio denique renovationis humanæ, omnibus sub tuum præsidium confugientibus hucusque succurristi, et ideirco præ omni creatura, omni laude dignissima dici et esse meruisti. Eia, succurre nobis, oramus, ut laus, quam per tot sæcula digne possedisti 191. continua tibi duret in gratia ipsa qua mundo perdito 198 subvenisti. Tibi ergo nos commendamus, tu procura ne pereamus, effice potius ut salus nostra de die in diem multiplicetur, et filiø tuo Domino nostro Jesu Christo vita nostra jugi devotione famuletur. Qui cum Deo Patre, et Spiritu sancto vivit, pereamus, amplius non curabis, quia quidquid de C dominatur et regnat per infinita socula Deus ***

VARIÆ LECTIONES.

⁵⁰⁰ Mater et gratiæ mss omitt. et gratiæ ¹⁸¹ Noster : Ubi mss noster : utique tamen ubi ⁸² Suæ videlicet mss sic videlicet ¹⁸³ Discrepare videbit mes discrepare velle videbit ¹⁸⁴ Te Donina mss te Dominam ¹⁸³ Et utilitate mss et salute ¹⁸⁶ Sed utique mss si utique ¹⁸⁷ Nostri omnium salute mss nostra salute ¹⁸³ Postposueris mss ¹⁵⁹ Et quid inde mas et quam inde ¹⁹⁶ Alitos mas altos ¹¹⁰ Digno posseduos. ¹¹⁰ ¹⁶⁹ Et quid inde mas et quam inde ¹⁹³ Ms Corb. E. 10. Explicit Scriptum Eadmeri Monachi de ¹⁹³ Ms Corb. E. 10. Explicit Scriptum Eadmeri Monachi de proposueris digne ¹⁹³ Mundo perdito 'mss omitt. perdito ¹⁹³ Ms Corb. E. 10. E piissima Matre Dei Maria ms S. 62. Explicit Sermo de saneta Maria.

QUATUOR VIRTUTIBUS DE

QUÆ FUERUNT IN BEATA MARIA.

EJUSQUE SUBLIMITATE

فألهها المارة والمحجود والأراد

CAPUT PRIMUM. De his virtutibus generatim.

Multi, dominæ sançtæ Mariæ laudes stylo for-. mare conati, libenter humano generi pro viribus proposuere quanta olim in eam confluxit copia virtitum, et quanta nunc facilitate necessitatibus succurrat mortalium, quanta tunc fuerit donorum gratia sublimis et mirabilis, quanta nunc pietate sit potenter singularis, singulariter dulcis. Nam cum

D quatuor virtutes esse philosophi non tacuerint, justitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, ex quibus, quasi ex gaudio [forte leg. quadrivio] limite, onine virtutum agmen emicet, quia majores nostri quatuor primas in ea regnasso docuerunt. certas appendices in ejus animo conquadrasse perleve fuit ut ostenderent.

Et justitiam quidem ejus sic asserverunt, quo.l ipsa tanta tenacitate Dei præceptis per legem inbærebat ut nec illa dimittenda putaret quæ ab ejus inte-A gritate progenerari [*forte leg.* posse non observari] noscuntur, verbi causa, purificationem post partum. pro sobole sacrificium, annuum ad templum ascensum; hæc enim ab ea ex abundanti facta quis fidelis ambigat?

Prudentiam, ut prima feminarum animadverteret rem quæ carebat exemplo, quam gratum Deo esset pudicitiæ sacrificium quod ipsa voverat Deo, legis maledicto relicto in medio. Prætorea, post salutationem angeli quam prudenter locuta, quam facile credula. Fuit enim ea fides et credulitas prudentiæ supellex, quod credidit posse fleri per Spiritum sanctum ut sine complexu maris absque periculo pudoris, exsulante urtica libidinis, produceret filium. B

Fortitudinem, ut quæ juste delere fieri prudenter intelligebat, incunctantor voverat, et votum constanter persequeretur; justum autem est ut quod gratiosius et speciosius habeas Deo omnium bonorum largitori ad ejus nutum offeras. Id prudens Virgo sapienter colligens, virginitatem suam, qua nibil amabilius, mibil formosius ducebat, Deo fortiter vovit et fortissime servavit.

Temperantiam, quod supradictas virtutes studio humilitatis continuaverit, per illam custodiens quidquid boni mentis ingenuæ devotio, et cœlestis gratia cuacervaverant in ea. Fuit ergo justitiæ, quod bonum fecit; prudentiæ, quod qualiter faciendum esset intellexit; fortitudinis, quod perseveraverit; temperantiæ, quod in tanto fastigio locata, humili mente C casum cavit.

CAPUT IL

De justitia et ejus appendiciis.

Habent porro hæ virtutes alias, ut dixi, appeadices et comites, habent pedissequas et collaterales. Quarum effectus in Domini matre ita, si bonze fidei memoriam habeo, disposuere. Justitiam, inquiunt, comitatur religio, que est munditia vitæ, ut per eum Deo placeatur; pietas, per quam diligitur proxinius; gratia, quæ est beneficii accepti menioria; obsequentia, quæ obsequitur cui digne debet; veritas, quæ docet vivere pro natura, loqui pro re. Has virtutes na beata Domini mater trivit ut religiosa n munditia vilæ Domino Deo templum in suo ædificaret corpore; pietate proximum colerct; collatorum in se beneficiorum, Deo non ingrata, ipsi vicissim animam et corpus viva ipsa hostia libaret, obsequi majoribus et digais sedula, adeo ut cum præconio angelico matrem se Dei fore audisset, impigre in montana conscenderet (Luc. 1, 39), anum cognatam obsequiis ad partum dilinitura. Veritatis mater veritati inniza, pro natura vivere assueta, quæ ipsum naturæ opificem integris bajulavit visceribus. Pro re loqui non nescia, sponsionem angeli diligenti rationis trutina examinavit, ut plane quomodo faciendum esset addisceret quod ficri posse et debere non dubitaret.

CAPUT III.

De prudentiu et ejus seguacibus.

Prudentiam sequenter providentia, quæ prospicit quod in futuro utiliter flat; intelligentia, quæ intelligit quid in præsenti utiliter flat; memoria, quæ bene vel secus acta integre colligit, et de præterito dicta. Nullus autem bac domina providentior, quæ antequam voveret Deo virginitatem suam, perspicaciter providit quantum profectus illud votum factum et bene observatum sibi et toti mundo induceret. Non enim rem voveret exoticam, nisi provideret sibi et aliis incomparabilem inde accumulari gloriam. Nullus ea intelligentior, quæ, et expedita mentis acie et ipsius deitatis conscia, plene intelligeret in Domini nativitate, passione, et resurrectione, quantum esset in præsenti bonum, quod in futuro esset incomparabiliter fructuosum. Memoriæ erat tenacis et unicæ, omnia quæ sola de filio sciebat, secretiori consilio sibi tantum cognita coacervaus in cumulum, conscientiæ inculcavit hominum. Unde de ea dicitur : Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo (Luc. 11, 19). Debec ergo ei totus mundus salvationis suz plenam notitiam, quæ plenissimæ cognitionis apostolis non inviderit scientiam. Quapropter quia ad exiguum boni increscere processus Evangelii, nisi cognosceretur tenor principii, merito illa dicitur et apostolorum apostola, et evangelistarum evangelista, per quam priucipalis ipsis fidei principibus illuxit doctrina.

CAPUT IV.

De fortitudine et ejus sequacibus.

Fortitudini a: hærent magnificentia, quæ magnificum conatur quiddam aggredi; confidentia, quæ splendide cogitata fiducialiter arripit; perseverantia, quæ bonum inchoatum stabiliter urget; patientia, quæ utilitatis causa difficilia tolerat. Utile autem quod bic et superius nominavi, eo sensu volo accipi secundum beatum Ambrosium De officiis, ut idem sit utile quod honestum, et honestum quod utile, quamvis in sæcularibus scholis aliter definiatur.

Et permagnifice quidem felix puella egit ut bonum rimarctur inchoandum quod confidenter inchoavit, et perseveranter absolvit. Patientiam nec in suis, nec in filii contumeliis rupit. Magnificentiæ fuit quod dixit : Magnificat anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo (Luc. 1, 46, 47); confidentiæ : Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes g nerationes (ibid., 48); perseverantiæ : Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus, et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum (ibid., 49, 51). Porro de patientia ejus dictum est : Et tuam ipsius animam pertransibit gladias (Luc. 11, 35).

CAPUT V.

De temperantia et ejus seguacibus.

Temperantize sunt conterminze continentia, pet quam practipua cupiditas animi regitur guberna tione consilii ; clementia, qua refrenatur mens, to mere in alicujus odium concitata; modestia, qua fi

ex u cunque superfluo diligens et cauta recisio. Has A virtutes beatam dominam exercuisse liquet perspicue, cum constet eam nee fuisse incontinentem aficejus voluptatis stimulo, nec præcipitem odio, nec immodestam animo. Quomodo enim illicita committeret, quæ a licitis temperabat? Acceduat ad coutnentiæ præcepta mores quos virginen habere decel, sicut Ambrosius familiari illi suo, et aliis inimitabili nectare docet : Ut sit virgo, quæ nullo doli ambitu sincorum adulteret effectum, corde kumilia, verbis gravis, animo prudens, voluptatem ciborum duutazat, si que fuerit, parvo redimens, carnis villa amnino compescens, loquendi parcior, legendi studiosior. Cui sit non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulautior, ut ipsa species corporis sit simulacrum mentis et figura probitatis. Quæ in matre B Domini fuisse, nemo Christianus ibit inficias, cum ejus vita inclyta, ut canitur, cunctas illustret et informet Ecclesias.

CAPUT VI.

Has sancta Maria virtutes Christus confirmarit.

Huic puellæ sic virtutum diademate redimitæ, totum se infudit Dei Filius, bona illa virginalis animi sno potissimum adventu custodiens. Namque ipse non solum justus, sed et ipsa est justitia, qui dicitur in psalmo ; Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem (Psal. XLIV, 8). Matrem ergo suam jam justani institia Del penetrans, unxit eam elco exsultationis, id est Spiritu sancto, pres emnibus participibus suis, id est omnibus virginibus. Fecunditatem matri conferens, virginitatem non auferens, ipse non solum sapiens, sed ipsa Dei sapientia est et in co requiescunt omnes thesauri sapientiæ etiam corporakter. Inveniens ergo sapientem puellam, sapientiam servavit Dei sapientia, id est mundam custodivit corde et corpore. Siguidem scriptum est : In malevolam animani non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccalis (Sap. 1, 4). Ipse est temperans, et ipsa temperantia, sicut dicit in Canticis : Ego lilium convallium (Cant. 11, 1), id est flos humillum. Idemque in Evangelio : Discite a me quia mitis sum et humilis corde (Matth. xi, 39). Dignatione ergo sua humilitatem virginis acceptans, plena divinitate in ejus influxit gremium, ut dicit propheta : Super quem requiescam nisi super humilem at quietum? (Isai. LXVI, 2.) Itemque ipsa in Evangelio: Quia respezit humilitatem ancilla sua (Luc. 1, 48). lpse etiam est non solum fortis, sed et fortitudo Dei, per quem fecit Deus Pater omnia ex nullo. Qui fortis diaboli fortior superveniens exspoliavit atria, et divisit spolia (Luc. x1, 22). Non ergo fortitudinem matris enervem reddidit, sed sua potentia sublimavit, ut esset imperiosa creaturæ totius hera, concilians et demulcens superos, deturbans et exterrens inferos. Eam scrutans corda et renes Deus (Psal. vii, 10), ex omnibus virginihus, quas capiebat mundus, elegit et sanctificavit, ut habitaret in ea corporaliter, quam jam plenam pridem supradictis virtutibus fovebat et circamplectebatur spiritualiter.

CAPUT VII.

Non potuisse Deum ex alia virgine nominem effici. Unde mihi videntur a vero alienari qui dicunt Deum potuisse salutem humanam procurare, vel per aliam virginem, vel per aliud quam per virginem. Et illi quidem qui opinantur potuisse Deum incorporari iu aliqua altera virgine, respondeo compendio : Imo non potuit, quia non voluit. Et e converso: Non voluit, quia non potuit. Quamvis enim emnipotens sit, multa sunt tamen quæ dicitur non posse; sicut nec mentiri potest, nec mori, quia non vult. Nam si vellet mentiri vel mori, non esset omnipotens, quia mentiri non est potentia, sed est peccatum, id est boni impotentia; et mori est delicere a potentia. Et ideo de Deo dicitur: Omnia quacunque voluit fecit (Psal. cxm, 3), quia nihil voluit nisi quod decuit. Eodem modu dico eum nec potuisse uec debuisse nasci ex alia virgine. Et propterea, ut dixi, nou potuit, quia noluit. Noluit porro, quia ratio non fuit. Deum certe rationis auctorem contra rationem nibil velle, nihil facere, nihil etiam posse, in prompte est. Quis vero non videat Deum a ratione resiluiase, si cum omnes omnino feminas infra sanctitatem beate Mariæ cerneret, alia qualibet in matrem electa. ipsam sperneret? Ipsam autem omnes mulieres sanctitate præcelluisse puto quod intelligit qui superiora animadvertit. Nam aliæ quidem partes gratiarum metuere; ipsa autem plena gratia ab augelo salutatur.

Amplius, qui dicit Deum debuisse vel potuisse aliter quam per partum virginis Adæ reparare peccatum, idem est quasi si diceret melius eum facere debuisse, vel tam hene aliter potuisse. Quod ai melius fecisse debuit, vel tam bene aliter potuit, et tanien non fecit, vel noluit, vel nescivit. Si melius noluit facere, cum potuisset, invidus vel ignavus suit. Si nescivit melius facere, cum debuisset, ignarus fuit. Quantum enim a Dei natura abhorreant invidia, ignavia, ignorantia, fatetur qui videt quam pudendum sit hæc vitia cullibet honesto homiui ascribere. Restat ergo ut qui hæc Deo assignare erubescit, nec prædictas ratiocinationes respuit, fateatur quod Deus non nisi per virginem et per hanc potissimam virginem mundum restaurare potuit. Non potuit aliter quia non voluit; noluit, quia ratio non fuit. Et quia ratio non fuit, non debuit. Quam gradationem si quis reciprore convertat, non irrita erit hoc modo : Non debuit aliter salvare genus humanum, quia ratio non fuit; et quia ratio non fuit, noluit; et quia noluit, non petuit, quia contra rationem facere nec potuit, nec voluit.

ÇAPUT VIII.

Sublimitas beata Virginis explicatur.

Sensibus antiquorum Patrum de virtutibus heats. Marise breviter defloratis et in unum coacervatis. nunc ad sublimitatem ejus commendandam, quans propter gratiam virtutum est adepta, vigilabis oratio. Ad quod perspicacius enucleandum, amorem filii in matrem et matris in filium proponam.

Deus Filius consubstantialis et coxternus et coom- A vium suorum olim per peccatum diminutum numenipotens Patri, editus ex Patre ante tempora sine matre, voluit nasci de matre sine patre sub tempore, elegitque hanc puellam pro amore quem habebat erga eam, in quam tota divinitas influeret, et quæ Dei et hominis genitrix fieret. Amavit ergo cam, antequam ex ea nasceretur, ut esset de qua digne nasceretur. Parvusque hic amor est ut faceret ex illia matrem. ex creatura Creatoris genitricem ? Nec post partum amor defecit, imo incomparabile augmentum accepit. Sicut enim omnes homines, ex utroque parente geniti, departiuntur amorem in utrumque parentem, ita Dominus Jesus ex matre genitus sine patre, patris et matris soli matri debuit et persolvit amorera. Item, duo erant in Virginis animo, invisibili sed magno concertantia prælio, Virginitatis amor, et legalis B maledictionis timor. Verumtamen librato dia multumque consilio, vicit amor qui præponderabat, et dedit terga timor. Hic occurrit Dei auxilium, qui ei et quod timebat eriperet, et quod amabat salvo signaculo non auferret. Dedit ei ergo ut esset et prole fertilis et virginalis damni immunis.

Guid illa? Nonne tantis filii beneficiis digno respondebat amore, piena Spiritu sancto, qui est amor Patris, et prolis amor suavis et dulcis; amor non volaticus, sed aternus? Noune cum amabat qui cam fecit omnis creatorse dominam, cœli et terræ reginam, fertilitatem, ut dixi, tribuens, integritatem non minuens? Imo vero totis medullis, totis viribus in cjus amorem suspensa erat, amoremque quem pa- C ter et mater soboli suæ debent, sola ista dulcis et terrena mater domino et filio suo impendebat. Nec est aliqua scientia que possit penetrare, nec eloquentia quæ possit prædicare, quanta dulcedinis sedulitate parvulum foverit, quanta diligentia obsequioque adolescentem et in robur ætatis vadentem provezerit, quanta lætitia juvenem miracula facientem et corum gloria famosum audierit, viderit, quanta mæstitia patientem et morientem suspiraverit. Et hæc profecto tanto nobis sunt pene incogitabilia, quanto insueta. Jam vero resurgentem et ascendentem quam lætis oculis Virgo felix intuita, quanto tripudio beata movebantur viscera, præsertim cum jam intelligeret in effectum prodire quæ tanto parturicbantur tempore? Genus humanum ad salutem vocari per apostolos videbat, cujus rei gratia Dei Filium de se incorporatum et in cruce passum ante intellexerat. Quapropter lætabatur quod spei quam ante conceperat, quodque salutare toti mundo fore ex voto virginitatis suæ speraverat, jam in rem veram transibat. Gaudebant et angeli qui videbant ci-

rum, nunc per beatum ejus partum redintegrari. Gaudebant et gaudent homines, quia quod per primam amiserunt feminam, centuplicati pretii fœnore recipiunt per Mariam. Corruerunt servi, resurgunt fratres et filii; fratres Domini, Mariæ filii. Quod gaudium in incomparabile crementum pullulabit, cum illorum præsentia præsenti fruentur in cælo lætitia, per quos tanta consecuti sunt gaudia. Gaudebat et gaudet omnis creatura, quia quæ in initio mundi a Deo ad obsequium hominis facta, quando se homo a cognitione et servitio Dei removerat, illi qui Creatori suo rebellis erat, degeneri famulatu substerni dolebat. Illa, inquam, homine per beatam Mariam salvato, in antiquum decus evasit, in pristinum splendorem renituit, dum illi famulatur qui Creatori suo et fide et opere obsequitur. Sicut ergo Deus est Pater et Creator omnium, ita hæc Virgo est mater et recreatrix omnium. Quia sicut nihil existit, nisi quod Deus facit, ita nihil recreatur, nisi quod filius sanctæ Mariæ redimit.

Ascendat ergo fidelis anima in mentis speculam el, quantum potest; videat in quam sublimi locata sit domina Maria. Omnis natyra a Deo est facta, et Beus est factus ex Maria. Deus omnium factor se ex Maria fecit, et sic cuncta refecit. Qui potuit omnia ex nihilo facere, noluit ca violata sine Maria reficere. Deus est igitur Pater rerum creatarum, et Maria est mater rerum recreatarum. Deus illum genuit per quem sunt omnia facta, et Maria illum genuit per quem sunt omnia refecta et salvata. Per has ergo ratiocinationes impossibile est ut aliguis homo ad eam conversus et ab ea respectus damnetur. Nama quia ipsa genuit cum per quem mortua reviviscunt. per quem homines ex peccato salvantur, quia non est justificatio, nisi quam ipsa in utero fovil; .non est salus, nisi quam ipsa peperit. Ipsa est ergo mater justificantis et justificatorum; ipsa est mater salvantis et salvatorum. Igitur mater Dei qui solus damnat, qui solus salvat, quem solum timemus, in quo solo speramus, est mater nostra. Judez et Salvator noster, est frater noster. Quomodo ergo desperemus, cum salus, sive damnatio nostra, ex boni fratris et piæ matris pendeat arbitrio? Nunquid sustinebit bonus frater puniri fratres suos quos redemit, hona mater damnari filios suos quorum ip-a Redemptorem genuit? Dulcis mater rogabit dulcem filium suum, pium fratrem nostrum; filium pro filiis, unigenitum pro adoptatis, Pins filius libenter. audiet matrem pro filiis, Unigenitus pro iis quos adoptavit, Dominus pro iis quos liberavit,

EADMERI MONACHI

LIBER

DE BEATITUDINE CŒLESTIS PATRIÆ".

Reverendo domino, et fratri et amico suo, Guil- A lelmo monacho, mansuetudine, modestia et honestate vitæ multum amando, frater Eadmerus, monachorum Ecclesiæ Christi Cantuariensis infimus, quod Deus promisit diligentibus se.

Recordatur, ut æstimo, sanctitas tuæ dilectionis, honorande frater, quia, cum venerabilis Pater Anselmus Centuariensis archiepiscopus, nuper in cœnobio Gluniacensi aliquantis diebus moraretur, et loquens, a religioso ipsius loci conventu, pro sua reverentia devotissime audiretur; tua prece mecum egisti quatenus verbum, quod deæterna beatitudine in capitulo goram positis fratribus fecit, styli officio, (tuo conspectui præsentarem. Ego igitur, utpote qui libenti anime volebam pro meo posse tuæ voluntati morem gerere, opus illico aggressus sum, æstimans illud levioris ad explicandum negotii fore quam postca sen-

serim. Noverit ergo charissima mini difectio tua, quia tui solius causa tenuit me ne coepto desisterem, licet fortassis melius fuisset penitus destitisse. Materia siquidem pulchra et appetibilis cum narratur sermone inculto et contemptibili, solet nonnunquam magis offendere animum audientis quam demulcere. Quapropter vereor ne hoc ipsum in meo facto alicui contingat, scilicet ne materia decens indecenti style digesta, id apud hominum mentes efficiat, ut quæ prius per se sine scripto placebat, ex 'scripti deinceps foeditate vilescat. Sed certe quod scripsi, tua sincera dilectione provocatus tibi scripsi, hoc solum intendens ut ea simpliciter dicerem, quæ me in eodem capitulo per id temporis, vel alibi ab ore ipsius Patris, de eadem re accepisse recordari valebam. Valeat sanctitas tua et oret pro me.

Multi homines, quibus nonnunquam boni mores et i justa opera proponuntur, et qui ut se in eis, sœculi vanitate postposita, exerceant admonentur, inquirere solent quamobrem, quo præmio, qua retributione. Respondetur itaque illis quod scriptum : « Quia nec oculus c

vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quod præparavit Deus iis qui diligunt illum (I Cor. 11, 9). > Quod cum illi non clare quid sit advertere possunt, repetitur hoc ipsum aliis verbis, et dicitur eis : Præmium quod ils qui in hac vita Deo serviunt in futura vita recompensatur, vita æterna, beatitudo æterna, æterna jucunditas, sufficientia scilicet est omnium commodorum secundum voluntatem et sine omni indigentia. Hæc ergo cum illis hoc modo dicuntur, bona quidem et magna, ut sunt, esse videntur; sed quia non intelligunt quid in ipsa vita æterna habiluri sint, nec subito quid sit omnium commodorum secundum voluntatem sufficientia et sine omni indigentia percipere possunt, hærent animo, nec mulium efficaci ad audita sapore trahuntur. Quid ergo agendum ut hæc illis aliquatenus sapiant, et sic ad opera bona evigilent ? Puerorum more cibandos existimo, qui, si quando grossum aliquod pomum edendum percipiunt,

PROLOGUS "

illud ob dentium teneritudinem et oris angustiam absumere nequeunt, si pro illorum capacitate primo non fuerit particulatim divisum. Itaque dividamus in partes magna quæ diximus, ut inde possint ad vitam nuttriri de quibus agimus. Quæ ut melius eluceant, consideremus quæ in hac vita mens amet 195* humana, et ex his, prout possumus conjectemus, ca multo we excellentius eos habituros in vita futura, si quidem inter mundana tentationum pericula constituti, Dominica fuerint præcepta secuti, atque cum ipsa illic adepti fuerint, plenitudine desiderii sui se nequaquam fraudatos percipient. Hæc, inquiam, faciamus, et a minimis paulatim'progrediamur. Ecce, ut primo, qua ad corpus attinent bona succincte enumeremus, ista, ut æstimo, sunt quæ propter se et propter quæ alia quæque ab hominibus appetuntur : pulchritudo, yelocitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas, diuturnitas vitce. Si autem in his aliqua sunt quæ aliquanda servi Dei non modo non appelunt, sed eliam magnopere in hac vita curare subtersugiunt, ut sunt, verbi gratia, pulchritudo corporis alque voluplas, utique non idcirco id faciunt quod ea naturaliter nolint, sed ne Deum in eis quoquomodo offendan!. Nam si per ea nihil offensions

VARIÆ LECTIONES.

¹³⁰ Collatus est cum mas Corb. S. 62. E. 10. et 605. que præmittunt Epistolam Eadmeri ad Guillelmum, sed non distinguunt Capitula ¹³⁸ Ms E. Sequens opusculum est opusculum venerabilis Anselmi de Beatitudinibus ms 62. Incipit Prologus Eadmeri Monachi in libro de æterna beatitudine, quem composuit ex verbis beati Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis ³³⁸ Mens amat mss mens amet ³³⁰ Et ea multo mss ea multo

588

in Deum contrahi posse certo sentirent, vel se ab 197 A amore ælernorum impediri non perlimescerent, profecto jucundius in ipsis quam in eorum contrariis sese deducerent. His ita prælibatis, singula quæ proposuimus breviter tractemus, et qualiter illis post corporum nostrorum resurrectionem per [ruemur, prout Dominus dederit, explicemus.

CAPUT PRIMUM.

De yulchritudine corporum beatorum.

llaque pulchritudo bonum quoddam est et quod naturaliter a cunctis haberi amatur. In illa igitur vita pulchritudo justorum solis pulchritudini, qui septempliciter quam modo sit speciosior erit, adæquabitur, quemadmodum divina Scriptura testatur : Fulgebunt, inquiens, justi, sicut sol in conspectu Dei (Matth. xm, 43). Ad hæc, corpus Dominicum clari- p que perosa imbecillitate plurimum amant. Præstatati solis prælucere nescio aliquem posse ambigere. Et ei similes, attestante Apostolo, erimus, qui dicit : Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ (Phil. 111, 21). Ista fatetur auctoritas, cui contradicere scitur esse nefas. Hæc tamen si quis sibi velit ratione probari, credo nulli debere incredibile videri justos pulchritudinem solis in illa vita, ubi mortale hoc absorbebitur a vita (11 Cor. v, 4), sortiri, cum vere dicantur et sint templum et sedes Dei, quod nusquam in divina pagina de solo isto visibili meminimus legi.

CAPUT II.

De velocitate.

Velocitas, quæ pulchritudine non minus amatur, tanta nos comitabitur ut ipsis angelis Dei æque C celeres sinus, qui a coelo ad terras, et a terris in cœlum dicto citius dilabuntur. Quæ celeritas, si utrum sit in angelis probari necesse esset 198, exempli gratia, dici forsitan posset hominem, mortali adhuc carne gravatum, mox a Judæa per angelum in Chaldzeam delatum, indeque, tradito prandio quod deferebat, sine mora relatum. Ergo cum istis omnino par velocitas illis erit; quibus, sicut promissa est, illerum æqualitas inerit. Apostolus etiam, qui corpora nostra, quaatacunque locorum intercapedine separata membratim fuerint, sive dispersa, in iclu oculi (I Cor. xv, 52) asserit resurrectura, satis innuit quam velocitatem cadem corpora jam incorruplibilia sint habitura. Corruptibile quippe koc, sicul ipse testatur, incorruptionem, et mortale induet im- D sumus quemlibet movet, eam, qua hic soluta est. mortalitatem (ibid., 53). Hujus quoque velocitatis exemplum in radio solis licet intueri, qui statim orto sole in plaga orientali, pertingit in ultima plagæ occidentalis 100, ut in eo perpendamus non esse impossibile quod de nostra dicimus futura velocitate. præsertim cum rebus animatis soleat inesse major velocitas quam inanimatis. Huic radio solis simile velocitatis exemplum habemus in nobis. Radius

quippe oculorum nostrorum in sublevatione palpebrarum cœlum usque pertingit, et in ictu earum totus in semet, ac integer redit. Amplius constat quidem animas sanctorum, quæ jam cælestia tenent, necdum plena felicitate frui, donec incorruptibilitate corporum suorum potiantur. Quam cum adeptæ fuerint 200, non erit quo l'amplius velint. Hæc itaque corpora si cas a sua velocitate tardiores aut graviores efficere deberent, nimirum potins eorum consortium abhorrerent quam appeterent. Igitur ea quam dicimus velocitate perfungemur, cum in vera vita fuerimus.

CAPUT HI.

De fortitudine.

Post has nominavimus fortitudinem, quam pleribunt igitur viribus, quicunque supernis meruerint civibus associari, in tantum ut nullatenus illis obsistere quidquam valeat, si movendo aut evertende voluerint quid a suo statu quomodocunque divertere quin illico cedat. Nec in eo quod dicimus majori conatu laborabunt quam nos modo in motu oculorum 201 nostrorum. Ne, quæso, excidat animo 202, quam adipiscemur angelorum similitudo, quatenus, si hic sos aut in iis quædicturi sumus aliquod exemplum non occurrerit, ipsa occurrat, atque in quibus angelos valere constiterit, et nos æque valere probet el asserat. Neminem autem qui dubitet existere puto angelos ca qua volunt fortitudine fungi. Sed fortassis quæret aliquis quid nobis illa fortitudo præstet, cum singulis tam convenienter, ut convenientius nequeant. ubique dispositis, nihil mutandum, nihil evertendum nihilque standum sit in quo vires suas quivis exerceat. Qui hæc dicit, paucis nobiscum quid in hujusmodi habeat usus humanus attendat, et videhit quia nou semper omnibus quæ habemus et quæ nos habere non parum gaudemus actu utimur, sicut, verbi causa, visu ipso, potestate aliqua, scientia rerum nonnullarum et multis in hunc modum. Sic et tunc, de qua agitur 304, fortitudo erit. Sola namque possessio ejus grata nobis erit, et exsultatio grandia erit, licet nequaquam sit nobis in actu, cunctis, ut dictum est, in suo statu collocatis. Hæc eadem quæstio, si aut de velocitate, aut de aliquo corum quæ ob propositi 305 operis intentionem dicturi solutionem, si apertiorem *** non habuerit, accipere valet.

CAPUT IV.

De libertate.

Hinc, secundum quod proposuimus, ordine suo libertas sequitur, quæ superioribus non minus diligitur. Quicunque igitur angelorum fuerint similitudinem assecuti, eorum quoque libertatem necessaria

VARIÆ LECTIONES.

198 Probari necesse est mss probari necesse esset 199 Plagæ Orientalis ms 197 Ut vel se mas omitt. ut plage Uccidentalis soo Adepti fuerint mas adeptæ fuerint ³⁰¹ Motu oculorum mas in motu oculorum Excitat animo mes excidat animo ' 504 Quatenus bic mes quatenus si bic sot Fortitudine me fortitudo 308 ¹⁰⁴ Aptiorem mas apertiorem Præpositi mss propositi

з

assequentur. Itaque sicut angelis nihil obsistit, nec A sint experimento didicerunt in se, at quod nec aliquid eos impedire vel constringere potest quin, pro velle suo, cuncta liberrime penetrent ; ita non erit obstaculum ullum quod nos retardet, non clausura quæ nos detineat, non elementum quod nobis ad velle pervium omnino non exstet. Exempli causa, certe Dominicum corpus, cui configuranda corpora nostra Paulus testatur (Philip. HI, 21), et, supra meminimus, clauso sepulcro a mortuis surrexit, ac demum ad discipulos obseratis januis palpandum introiit (Joan. xx, 26, 27), nobisque in boc libertatis futuræ decumentum grande reliquit.

CAPUT V.

De impassibilitate.

Super hæc sanitatem amari ab hominibus díximus. Et de hac quid melius dici poterit quam quod B Psalmista canit, Salus, inquiens, justorum a Domino? (Psal. XXXVI, 39.) Quibus autem fuerit a Domine vera sanitas, quæ subripere valebit infirmitas? Verum de ista sanitate, quam in futuro sæculo habebimus, quod exemplum afferre queam, ut quæ sit intelligatur, non video, quia nihil sanitatis, quod ei comparare possim, aut ego in me, aut aliquis sub mortali carne degens sensit in se. Hic etenim tum nobis sani videmur, cum nihil in nobis quod doleat sentimus. Fallimur tamen nonnunguam in hoc. Nam frequenter in aliqua parte corporis infirmamur, nec tamen hoc ipsum nisi aut motu corporis, aut tactu aliquo ullo pacto experimur. At de iis qui nec ita infirmantur, sed omni ex parte sibi sani esse videntur, quid dicemus, ut utrum sint vel non sint sani C probemus? Propone tibi aliquem sanissimum corpore, et de sanitate illius sciscitare, sanus est suo judicio. Hic talis paulo durius tangatur, aut in aliqua suí corporis parte arctius constringatur, et statim videbis quia clamabit : Sine, lædis me, vexas me. Quid est hoc? Nonne prius se esse sanum dicebat ? et tune modice tactus, ita dolenter succlamat. Istene tibi sanus videtur? Non puto. Nequaquam ergo salus hujusmodi nobis dahitur, quorum salus a Domine futura esse specialiter repromittitur. Nam absterget Deus omnem lacrymam ab oculis suorum 107, et jam non erit amplius neque lucius, neque clamor, neque ullus dolor, quoniam priora transierunt (Apoc. XX1, 54); et non esurient, neque sitient amplius, nec eadet super illos sol, neque ullus æstus (Isai. XLIX, D 40; Apoc. vii, 16); dextera enim sua Deus teget eos, et brachio sancio suo defendet illos (Sap. v, 2, 17). Quid itaque eis nocere poterit quibus dextera Dei segmentum erit? Qualis autem sit sanitas illa, certe scio me nec meo nec alicojus sensu vel experimento accepisse. De febrium vero et diversarum infirmitatum qualitate, si cujusmodi sint quivis interrogaret, facile forsan intelligendas exponerem, cum quia ego illas in me, tum quoniam ab eis accepi qui eas quæ

sensu percepi, nec ab ullo qui perceperit, ut dizi. accepi, non eodem modo. Credere tamen et incunctanter, ut mea quidem fert opinio, astruere licet sanitatem vitæ futuræ ita jogem et incommutabilem atque inviolabilem fore ut ineffabili guadara atque sensibili suavitatis dulcedine totum hominom repleat. et omne quod alicujus in se vicissitudinis, mutabilitatis, aut læsionis suspicionem prætendere queat, procul arceat atque repellat. Hace de sanitate dicta sint

CAPUT VI.

De voluplate.

Hinc eo ordine quo singula de quibus instituímus tractare proposuimus, voluptatem subjunximus, quam alio nomine corporeorum sensuum delectationem appellamus. Et hæc quidem magnopere solet amari, quia singuli corporis *** sensus in iis qua sibi commoda judicant delectantur. Delectatur quippe, ut, verbi gratia, paucis dicatur ***, odoratus odoribus variis, et gustus rerum diversarum saporibus diversis, necne singuli alii sensus "" his et illis, juxta quod cuique fert "" naturalis appetitus. Istæ tamen delectationes non semper delectant, sed suis aurque amatoribus sui nonnunquam .tædium ingerunt ; transitorize namque sunt et bestiales. Iliz vero, quæ in futuro *** sæculo plene justis adminstrabuntur perpetes sunt et rationabiles. Quare non video ut qualiter intelligantur possit edici, præsertim cum, in delectationibus vitæ præsentis, quo ess designemus exemplo nequeat inveniri. Delectationibus etenim illis quo magis quisque utetur, eo ferventius illas amplectetur, quia ex carum saturitate nullum fastidium ulli creatur. Quas delectationes neminem in hac mortalitate viventem esse puto, vel fuisse, qui senserit ^{\$13}, vel gustaverit, nt illarum saporem vel habitudinem cæteris digerere possit. Duas enim beatitudines, et item miserias duas, majorem videlicet atque minorem esse novimus. Majorem beatitudinem, regnum Dei; minorem dicimus esse, in quo Adam primo positus fueral, gaudium paradisi. Item majorem miseriam, æternum ignem gehennæ; minorem fatemur, quas incessanter patimur ærumnas præsentis vitæ. Beatitudinem autem neutram aliquando experti sumus. Quod si saltem illam parvam beatitudinem, quam Adam in peradisó positus habuit, experti essemus, forte per hanc, illam majorem aliquo modo conjectando videre possemus, sicut nunc in minori miseria nati, nutriti et adulti, multa de majori miseria, quoties volumus, edicere et explanare valemus. Itaque cum delectatio, de qua agimus, constet esse una portio magnæ beatitudinis, quo illam modo explicemus, ut capiatur, non video, nisi forte id agamus aliqua contraria similitudine magnæ miseriæ quam ex

VARIÆ LECTIONES.

sor Sanctorum suorum mss omittunt. sanctorum ¹⁰⁸ Amari. Corporis mas amari. Quia singuli Corporis ••• Dicantur mss dicatur ²¹⁰ Singuli sensus mas. singuli alii sensus *** Cuique fere mas cuique fert Vero in futuro mas vero que in futuro 113 Et qui senserit mas qui senserit

minori conjectamus. Sit igitur ante oculos cordis A illis delictis tuis 117? Et unde gratias ages, si nihil positus, exempli causa, homo aliguis, gui tam in ipsis oculorum suorum pupillis quam et in singulis membris ferrum ignitum et candens infixum habeat. ita ut nec meduliz, nec intestina, nec omnino quidquem in toto ipso cruciatus illius immanitate vacet. vel eam levius quam in oculis aliquatenus sentiat. Quid dicam? Angustiatur. Quis bunc existimet sanze mentis inter ista? Eodem modo, sed penitus contraria consideratione, in illa futura vita ineffabilis delectatio quizdam bonos inebriabit, et dulcedine sui totos eos inæstimabili exundantia satiabit. Oui dixi totos ? oculi, aures, nares, os, manus, pedes, guttur, cor, jecur, pulmo, ossa, medullæ, exta etiam ipsa, et cuncta singulatim, singulaque membra eorum in commune, tam mirabili delectationis et B dulcedinis sensu complebuntur ut vere totus homa torrente voluptatis Dei potetur, et ab ubertate domus ejus inebrietur (Psal. xxxv. 9).

CAPUT VII.

De vilæ æternitate.

Qui ergo hæc bona fuerit adeptus, non intelligo ad quid pro commodo corporis suus ²¹⁴ ulterius porrigatur affectus. Solummodo adsit ei, quam cunctos appetere diximus, diuturnitas vitæ. Sed ista illi minime deerit, quia justi in perpetuum vivent sicut Scriptura dicit (Sap. v, 16). Sunt etiam alia, quæ quidem iis, quæ digessimus ²¹⁸, non minus amantur, sed ad animam, sicut illa ad corpus, referuntur. Quæ nihitominus, in septenario numero constituta, non modicum placent menti quæ ipsorum C fuerit sapore imbuta. Sunt autem hæc, sapientia, amicitia, concordia, potestas, honor, securitas, gaudium.

CAPUT VIII.

De sapientia.

Sapientia igitur, quam omnes et in hac vita non viriliter amant, tanta in futura vita bonis erit ut eorum quæ scire voluerint nihil sit quod ignorent; scient enim cuncta quæ scienda fecit Deus, tam ea quæ præterita quam quæ hujus sæculi sant futura. Ibi a singulis omnes, ibi ab omnibus singuli cognoscentur, nec quemquam omnibo latebit, qua patria, qua gente, qua stirpe quis editus fuerit, vel quid in vita fecerit. Hic fortassis ait aliquis : Quid est hoc? peccata quæ feci, scient omnes I ad hoc ea confessus sum ut delerentur, ut obliviscerentur, ut pulli amplius panderentur. Bene; sed cum tu in illa gloria ²¹⁶ ab omni criminis sorde purgatus vultui Dei præsens astiteris, ingratusne ei esse poteris pro tanta misericordia quam tibi fecit, remissis illis et

eorum, unde illas jure debeas, in tua memoria habes? Ut igitur in illius laudibus æternaliter jucunderis, semper de quanta sis miseria erutus, ut puto, coram habebis. Cum ergo singulorum oonscientiæ singulis pateant, fateri audeo ea quoque cunctis patere, pro quorum curatione tu Deo jugitez gratiosus existes, non ad tuam confusionem, sed ad magnam Dei glorificationem tuamque congratulationem. Nec enim tunc pro peccatis tuis te majos cordis angustia premet scelerumque tuorum mage pudebit quam aliquem, magnis olim vulneribus saucium jamque omni ex parte sanatum, aboliti languoris molestia premit, vel eorum quæ in cuna positus *18 infans egerat nunc grandævum pudet, Tunc quippe cum integra sanitas, perfecta munditia, plena remissio, secura omnium offensionum impunitas tibi certo arriserit, cognitio eorum, qui magia horrori tibi esse valebit quam est modo beatissimo apostolorum principi Petro qua Christum ²¹⁹ negavit abjuratio sua, beato Paulo qua persecutus est im-, manitas sua, beatæ Mariæ Magdalenæ peccata sua, et multis aliis multa, quæ sciuntur jam donata, crimina sua? Verum super hæc agnitis delictis, velut enormi ac fæda infirmitate tua, pietas, virtus ac sopientia medici, qui te sanavit, sublimius a cunetis admirabitur, laudahitur, magnificabitur; laua autem et magnificentia gloriæ Dei, tua, si bene ane advertis, gloria est. Sed dices : Et quidem consentia laudem Dei gloriam meam esse. Verum cum binc, inde tot et tot, ad comparationem mei, innocentes prodeant, qui, consideratis vitæ meæ obscenitatibus, me omnino, sicut æquum *** erit, horrori habendum judicent, quid dicam? Justitia nempe suum, et suum injustitia præmium exigit. In his, frater, nolo timeas; aliter erit quam existimas. Illum siquidem, quem tu tibi comparatum judicas penitus innocentem, non ibi reperies de te, quemadmodum æstimas, sentientem. Namque videns te ille, de quo agis, rlane intelliget *** te nequaquam se, sed Deum, quando peccasti, offendisse. Cum ergo viderit Deum. tibi sua debita funditus dimisisse, nec in cor sibiascendet ut te inde *** aliquatenus judicet. In hoc enim ipso Deum se offendere cognosceret, si te. Deo per omnia reconciliatum, pro iis quæ olim feceras, ullatenus contemnendum cogitaret. Magis autem gratiosus admirabitur ineffabilem . Dei clementiam, non solum in te, sed et in se : in te, quia de lam profundo iniquitatis eripuit te; in se, quia sola gratia ejus, ne in idem profundum rueret, tenuit se 124. Laudando igitur magnificabit in te, post

VARIÆ LECTIONES.

²¹⁴ Corporis sui mas corporis suus ²¹⁸ Quæ quidem iis quæ digessimus mas S. 62 quæ quidem huc usque digessimus ²¹⁶ Sed cum tu illa gloria mas S. 62 et 605 sed cum tu in illa gloria ²¹⁷ Remissia illis delectis tuis ma S. 62 remissis et illis delectis tuis et ma 605 remissis illis et illis delictis tuis ²¹⁸ In via positus mas S. 62 et 605 in cuna positus ²¹⁹ Quia Christum mas qua Christum ²¹⁰ Lans autem et magnificentia Deo gloriæ tua si bene mas Laus autem et magnificentia gloriæ Dei, tua si bene ²¹¹ Sic æquum ans sicut æquum ²¹³ Intelligit mas intelliget ²¹³ Te deinde mas te inde ²¹⁴ Rueres tenuit potius se mas

gratiam Dei, vim atque constantiam quibus enitens A tiant, tibi in cunctis pro veritate rationis honorem voraginem tanti mali viriliter evasisti, quam, juxta guod ipse considerabit, si derelictus a Deo simili modo incurrisset, non ita forsitan evasisset. Vides igitur quam nihil improperii vulgata cognitio peccati tui, imo quam multum laudis et gratiarum cognita remissio sui generabit. Ipsi etiam angeli si te societate sui propter tua peccata indignum vellent judicare, haberes qualiter *** contra eos jure te possis defensare. Quonam, inquis, modo? Audi. Propone angelorum aliquem, quasi talia tibi improperantem : Tu homo de pulvere factus, tu pulvis quandoque futurus, contra Deum te extulisti, contra præcepta ejus te in cœnum omnis peccati et immunditiæ tumidus dejecisti, et nunc nostri similis esse quæris, quos nunquam in aliquo voluntati Dei B contraisse cernis. Ad hæc licet ita respondeas : Si ergo, ut dicis, de pulvere factus sum, forte non mirum, si vento tentationis impulsus in sordes sum criminum lapsus. Verum agnita et credita misericordia Christi, spretis omnibus quæ illum nolle scire potui, in cunctis quæ illum velle intelligebam memet exercui. Unde tribulationes et angustias in fame, siti, vigiliis, verberibus, contumeliis aliisque modis innumeris ad honorem ejus sustinere non dubitavi, et, quæque mundana *** pro viribus nihili pendens, ejus tantum solius gratiæ per singula reconciliari desideravi. Vos autem quid horum unquam sui causa sustinuistis? Semper vos gloria, semper jucunditas est comitata, semper vos tenuit dextera Dei atque defendit ab impugnatione C omnis peccati, ita ut nulla vos fuscaret macula *** ejus. Itaque si a voluntate ejus non cecidistis, ipsius donum est, a quo jugiter tenti estis. Sed quia hæc ratio illos tantummodo respicit qui perditioni suze vim feccrunt et regnum culorum violenter rapuerunt (Matth. x1, 12), alii qui in illud sunt, sed alio modo intraturi, alia ratione paritatem angelorum sibi sunt vindicaturi. Si quæris, qua? forsitan ista. Dicent igitur illis : quod in regno Dei vestra quærimus æqualitate beari, dono *** et gratiæ Christi Jesu Domini nostri id ascribimus, qui ad hoc dignatus est homo fieri, et pati et mori, ut nos, ab omni delicio in sanguine suo justificatos, ipsius regni sui consortes efficeret. Vos igitur considerate an sanguis Christi, qui est pro nobis effusus, queat nobis esse perfecta causa salutis. Quid ad hæc angeli, qui libenter, eo quod boni sunt, rationi acquiescere volunt, dicerent *** nisi quæ dicta sunt, ratione niti, et hujusmodi homines jure sua æqualitate debere potiri ? Cum itaque angeli atque homines, quos magis te judicaveras innocentes, tibi consen-

deferant, perpende, si vales, quam grata sit sapientia ista, qua tu sic ab omnibus "", sic omnca agnoscentur a te în vita illa.

CAPUT IX. De amicitia.

Nonne consequenter ex ista quæ cunctis erit communis sapientia, et quædam inæstimabilis amicilia procreabitur, quæ in tantum *** singulorum intima and erga singulos suo fervore and compleat ut amor cujusque in quemque cuique sufficiat. Nec enim video quomodo aliter esse possit *** præsertim cum omnes unum *** corpus Christi sint, et Christus, qui est ipsa pax, sit omnium ser caput, nec minori sese affectu complectantur sss quam membra unius corporis sibi invicem copulantur. Amabis igitur ownes ut ipsum te, et amaberis ab omnibus ut ipsi a se "s". Putas, abundans eris in dilectione, quando hæc tibi fuerit in possessione? Attamen istam transi, et contemplare ipsum per quem hæc bona tibi provenere, et percipies quia ille plus quam tu te ipsum et quam omnes alii incomparabiliter amabit te; et tu super te ipsum et super omnes alios incffabili quadam suavitate illum amabis.

CAPUT X.

De concordia.

Sed quoniam solet aliquando contingere inter homines ut ii qui sese altrinsecus unanimiter amant non in omnibus ubique concordent, dam huic secus atque illi videtur, et quod hic appetit ille fugit, necessario addenda præscripto amori concordia est, ne, si ullatenus vel in puncto defuerit, aliqua læsio tanto bono subrepere possit. Erit itaque tanta in cunctis concordia ut in nullo sentias aliquem discrepare ab co quod te constiterit velle. Corpus unum erimus, Ecclesia una erimus, Sponsa Christi erimus quicunque ibi erimus. Non ergo major tunc inter nos discordia erit quam nunc est inter membra unius corporis. Verum sicut vides in motu oculorum, quod illue quo unus vertitur mox alius sequitur, ita quocunque tuum velle converteris, velle omnium sine disceptatione illico tibi præsto habetis. Quid dixi, omnium ? Ipsa Dei voluntas non erit a tua diversa, sed sicut tu quod ille, ita et ille volet in cunctis quod tu; caput namque a suo corpore qui discreparet? Hic aliquis forsan in sui cordis secreto quærit, dicens : Eia! si Deus et omnis ille beatorum cœtus volent quod ego, tunc et augmentum mei boni mecum volent quod ego ibi non velle non potero; ero itaque, pro velle meo, de majoribus in cœlo. Huic respondeo qui, si etiam beato Pétro

VARIÆ LECTIONES.

^{***} Habes qualiter mss haberes qualiter *** Vobis *** Quaque mundana mss et quaque mundana ²²⁸ Beati, dono mas beati : dono ²²⁹ Voluet rata ²²¹ Tu ab omnibus mas tu sic ab omnibus subripere macula mss 62 et E. 10 vos fucaret macula *** Volunt dicent mss volunt, dicerent ⁹³⁰ Quam gratia mss quam grata n tantum ⁹³³ Intimo mss intima ³³³ Que jus tantum mes quæ in tantum ³⁴³ Intimo mes intime possit mes case possit ³⁴⁶ Cum unum mes cum omnes unum \$35 Suos fervore mas suo fervore 335 HIS *** Rax omnium mss pax sic onmium Complectamur mss complectantur *** Ut ipsa a se mss ut ipsi a se

LIB. DE BEATITUDINE COELESTI.

par in gloria esse voluerit, erit : in gloria, dico, quia A tutos, omniumque infirmitatum passionibus ohut Petrus sit in persona, velle non poterit; namque, si hoc vellet, seipsum nihil esse vellet : quod velle nequit. Sed neque in gloria illi æguari, si meritis ejus impar est, velle poterit, quia pulcherrimam illius corporis compositionem, quam in hoc violari conspiceret, omni commodo plus amabit. Nec enim in humano corpore vel pes, loco aut officio manus, vel manus pedis fungi optat; aut os, sive nasus, ubi oculi sunt; aut oculi, ubi os, seu nasus est, relictis sedibus suis, transferri desiderant ; aut si transferrentur, patienter id paterentur: eodem modo in illa admirabili et glorificata dispositione heatæ civitatis Dei, its quisque quod habet amabit ut statum suum poliori gradu mutari non velit. Quare? Quia sì hi qui jam in ipsius corporis unitate locati sunt majora 214 guam sunt adepti desiderarent, eo 241 ipso miseri essent quo nondum 343 haberent quod vellent; in quo enim alicui quod cupit deest, in eo

miser sit necesse est. Sed absit ab illo regno omnis miseria. Aderit itaque omnibus omnis sufficientia, quam perficiet in singulis unanimis et plena concordia. CAPUT XI.

De polesiale.

Cum itaque Deum et omnes tuse voluntati concordes habueris, profecto nihil voles quod non possis. Omnipotens igitur eris tuæ voluntatis 343, quoniam Omnipotentem habebis in omnibus concordantem tuse voluntati.

CAPUT XII.

De honore.

Itaque, cum hæc tanta potestas tibi adfuerit, henor condecens potestati minime deerit. Qui honor cujusmodi sit, brevi sub exemplo *** consideremus. Ecce sit *** ante oculos nostros positus pauper aliquis, omni solatio destitutus, ulcerum et aliarum infirmitatum socilate corruptus, et omni quo vel a frigoris incommoditate defendatur tegmine nudus. Hunc igitur talem, tali modo jacentem et in nullo semet juvare valentem, si rex aliquis potentissimus transiens videret, et miseratus ejus vulneribus mederi curatumque suis juberet ornamentis vestiri, et adductum sibi adoptaret in filium, præciperetque ut in regno suo suus filius a cunctis haberetur, atque in nullo quod juberet a quoquam ei contradiceretur, hæredemque suum ac filii sui cohæredem constitueret et eum suo nomine vocari præciperet, nonne diceres *** magnifice honoratum? Et certe Deus nobis hæc omnia faciet. Nati enim de putredine carnis, replemur multis miseriis (Job x1v, 1); in quibus miseriis constitutos, et omni solatio desti-

noxios, ac peccatorum et corruptibilitatis ulceribus plenos sola misericordia ductus accipiet, et curabit **6* nos, et sanitati restitutos ornamentis perfectæ justitiæ et incorruptibilitatis ornabit, adductosque in filios sibi adoptabit, regni sui consortes efficiet et hæredes, Filioque suo unigenito sibi per omuia æquali et coomnipotenti concorporales statuet et cohæredes, omnique creaturæ jubebit ut in omni auod volemus 327 nobis obediat, vocatosque nos nomine suo deos faciet. Dicit enim ipse-: Ego dixi: Dii estis, et filii Excelst omnes (Psal. LXXXI, 6; Joan. x, 34). Sed ipse Deus deisicans est; tu vero deus eris deificatus. At fortassis ais : hxc ratio tua in illis quidem magnis apostolis, seu martyribus pocuique satis erit sua felicitas et beatitudo. Amplius, B terit existere rata; in me autem qui, utinam! vel ultimus esse merear, quonam pacto constare queat non intelligo. Intende et intellige quia nullum justorum ab ista deitate excepit Deus, ubi dixit : Dii. estis, et filii Excelsi omnes. Verum, ut dicta melius eluceant, considera sub exemplo naturam ignis et naturam rerum ignitarum, si forte ibi aliquatenus queas imaginari qualiter illi summæ deitati pro modulo tuo possis participando deificari. Ecce ignis unus est, et in sua natura calidus ; in hunc ignem pone lignum aliquod, plumbum, et ferruni simul. Itaque cum lignum fuerit in carbones conversum, et plumbum liquefactum, ita ut in carbonibus nibil nisi ignis appareat, et plumbo nihil caloris addi queat, necdum tamen ferro poterunt in calore comquari, quod nondum forsan penitus incanduit igne; licet igitur aliud alio magis in calore profecerit, singulum tamen, servata natura sui, usitato locutionis modo, quia ignitum est, per se dicitur ignis. Sic erit in illa beata supernorum civium societate, de qua loquimur. Nam quemadmodum ii qui summæ Dei majestati sunt propinquiores, et ob hoc aliis præstantiores, dii dicentur ; ita et qui illis sunt inferiores, quoniam una el eadem qua et ipsi 244 deitate pro sua capacitate participant, simili nomine dii dicentur. Quando ergo cum tanto bono adeptus fueris hunc honorom, non video qua ratione possis copere ampliorem. Igitur dum possessione horum bonorum quæ digessimus felix fueris, nonne sufficiens tibi videberis? Et maxime, inquis. Age igitur : si omnibus istis vel una die, sicut exposita sunt, in re frui valeres, gauderes? Sine dubio and. Si autem mense vel anno uno, kætificareris? Nec dici quidem, ut autumo, potest lætitiæ modus. Et si toto tempore vitæ tuæ, quid faceres? dares præmium ¹⁰⁰? Utique libens, quidquid haberes, et insuper temetipsuni, si sic et non aliter ca adipisci valeres.

VARIAE LECTIONES.

ste Ita et majora mas omill. et ^{\$15} Quod nondum mss quo non-brevi sub exemplo ^{\$15} Ecce si *** Desiderant eo mas desiderarent eo dum ³⁴³ Erit tua voluntas mas erit tuæ voluntatis ³⁴⁴ Brevi exemplo mas brevi sub exemplo ³⁴⁵ Ecce si mas Ecce sit ³⁴⁵ Diceris mas diceres ³⁴⁶ Et juvabit mas et curabit ³⁴⁷ Omni creaturge... quod volumus *** Qua ipsi mss qua ipsa 2** Gauderes sine dubio mss gauderes ? uss omnique creaturæ... quod volenigs sine dubio "" Dares premium ms dares precium?

CAPUT XIII.

De securitate, ... Si vero ad hæc omnino securus existeres quod es, dum viveres, nullo eventu amitteres, omitto dicere utrum vel cogitare possis, an non, quid exsultationis tibi esset. Itaque, cum tua vita perpetuo duret in illa vita, et hæc 381 omnia tibi habenti securitas quoque ea amplius non perdendi certo arriserit, obsecro, guid æstimas tibi erit ? Credo quod etiam ad nomen securitatis mota est in te quædam jubilatio cordis, et an tanta bona secure sis perpetuo possessurus, avidus addiscere cupis. Dico igitur quia, si ca perditurus es, aut tu ipse voles ea perdere tua sponte, aut Deus ea auferet tibi nolenti, aut aliquis alius Deo fortior supervenions ea tollet, Deo et te 112 non volente, sed certe B nec tu, abjecto tanto bono, in miserias quas te evasisse *** gratiosus exsultabis recidere voles, nec Deus, qui illud tam larga et clementi bonitate donavit, id tibi aliquando auferre volet, nec ullus fortior Deo superveniet, qui, Deo te protegente, illud tibi invito aliquatenus tollet. Securus igitur tantorum bonorum perpetuo eris ***, nec alicujus tibi adversari volentis incursum timebis. Quid ergo putas tibi erit, cum hæc omnia, pulchritudinem videlicet, velocitatem, voluptatem, diuturnitatem vitze, fortitudinem, libertatem, sanitatem, sapientiam, amicitiam, concordiam, potestatem, honorem, securitatem, secundum quod ea descripsimus, imo supra omnem humanam æstimationem gloriosius atque sublimius quam scribi vel dici possint, in pos- C so sione sternaliter habueris, nonne gaudium, quod erit consummatio omnium horum? Re etenim vera. videre non possum quomodo inæstimabile gaudium circumquaque non habeat quem tot commoda beatæ felicitatis felicisque beatitudinis sine fine circumdant ***. Tunc igitur et tu isto gaudio perfrueris, quia nihil, unde gaudere uon debeas, habebis. CAPUT XIV.

• De gaudio,

Itaque si haberes aliquem, quem ut te ipsum penitus amares, et de cujus hono, sicut de tuo, omnino ³⁴⁶ gauderes, illumque non minori quam te felicitate per omnia fultum videres, nonne in gaudio ejus gaudium duplicatum haberes? Si vero duos, D aut tres, aut plures huic tibi in amore pares possideres, et ees ³⁶⁷ æqua felicitate conspicuos cerneres, nunquid pro corum aumero non in te multiplicaretur.gaudii tui magnitudo? Et utique, cum de amicitia superius ageremus, ostendimus ita omnes illius patriæ cives amaturos te, sicut amabunt se, et te

A illos, sicut tu te ipsum. Potestae igitur illius gaudii modus a quodam homine ¹⁵⁸ penetrari, cum ultra mille millia et decies millies centena millia innumerabiles ibi sint, et omnes eadem beatitudine perfruantur, nec ullus corum sit qui non tantum de bono alterius gaudest quantum de suo ? Præteres videntes Deum ipsum, supra quam ipsi sese amabunt, ipsos amantem et intelligentes se incharrabiliter plus quam semetipsos illum amantes, in gloria ejus mira et ineffabili exsultatione exsultabunt, Gaudium ergo erit eis intus et extra, gaudium sursum atque deorsum, gaudium in circuitu et ubique; et hoc est, sicut putamus, quod, quemadmodum in capito hujus opusculi dixi, Deus præparavit diligentibus se. Hæc itaque, juxta quod interim mihi mea æstimatio dicit, quodammodo potest 240 dici illa beatitudo æterna, felicitas æterna, commodorum scilicet omnium sufficientia secundum voluntatem et sine omni indigentia, quam plene habebunt omnes amici Dei in vita æterna; nec enim volumus affirmare illam hac quam 100 digessimus multo majorem non esse.

CAPUT XV.

De miseria reproborum.

Cum igitur justi fuerint tanta felicitate beati. restat ut injusti per contrarium sint inæstimabili quadam infelicitate miseri. Sicut enim istos 264, juxta quod, prout potuimus, Deo donante, descripsimus, mira pulchritudo, velocitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas alacres faciet et jubilantes; ita illos immanis quadam et inæstimabilis fenditas. tarditas, imbecillitas, servitus, languor atque dolor mærentes reddet et ajulantes. Sane diuturnitatem vitæ, quam isti pro fruendis tantis bonis summe amore complectentur, illi pre interminabili pcena, qua torquebuntur, quoniam illis inerit, summo odie exsecrabuntur 101. De sapientia vero quid dicam, non invenio, nisi quia sicut justis in gaudium et honorem, ita injustis, quidquid scient, vertetur in mœrorem et confusionem. Amicitia vero, qua in invicem pii summa jucunditate copulabuntur, și qua in implis crit, in tormentum *63 cis crit. Que enim magis quosque amabunt, eo magis gravius in illorum pœna dolebunt. Si contra, concordiam an habituri *** sint, quæritur : discordiam habebant cum omni creatura, et omnis creatura discordabit ab aliis. Hinc ergo pro potestate bonorum, tanta impotentia cos sequetar *** at omnine nihil corum quæ voluerint possint, et guidquid habuerint nolint. Igitur, pro honore sanctorum, obtinebunt perenne opprobrium. Et hæc quo fine claudentur ***? Vere,

VARIÆ LECTIONES.

³⁵¹ Cum in tua vita perpetuo in illa tuta et hæc mss Cum vita tua perpetuo duret in illa vita, et hæc ³⁵³ Et Leo et te mss Deo et te ³⁵³ Tu evasisse mss te evasisse ³⁶⁴ Perpetuo ejus mss perpetuo eris ³⁵⁸ Circundat mss circundant ³⁵⁶ Omnino penitus mss omittunt penitus ³⁵⁷ Aut tres et eos mss aut tres sive plures huic sibi in amore pares possidens et eos ³⁵⁸ Quoquam homine mss a quoquau homine ³⁵⁹ Quemedmodum. pote-t mss quodammodo potest ³⁶⁶ At quam mss hac quam ³⁶¹ Sicut enim justos mss sicut enim istos ³⁶⁹ Summo odio exurabunt ms summo odio exurabuntur ³⁶³ In termentis mss in termentum ³⁶⁴ Contra concordiam, quod habituri mss contra, concordiam non habituri ³⁶⁵ Tanta impotentia ejus sequetur mss tanta impotentia eos sequetur ³⁶⁵ Et hæc quoque site claudentur mss. et hæc quo fine claudentur bona sua, ita isti inimici Dei omnino desperabunt se jam amplius perdituros hæc mala sua. Pro æterno igitur et ineffabili gaudio beatorum, hæreditabunt æternam et incogitabilem tristitiam omnes qui, pro imperaitadine reatus sui, transituri sunt in societatem damoniorum ser.

His itaque consideratis atque perspectis intelligi potest quam utile sit homini in bonis moribus ac justis operibus vitam snam exercere, quamque damnosum illis omissis per vitia et iniquitates affluerc.

Quod si latius consideremus, videlicet quam utile sit quemlibet kominum bonum esse, videbimus non solum ejus qui bonus est, sed et Deo ipsi, et angelis, et cuique justo homini ac insuper ouni B creaturze id utile esse. Et Deo quidem, non quod personæ illins alignid commedi vel incommedi accidere possit, bonus homo ntilis esse dicitor, sed quoniam illi ad perficiendam civitatem suam, guam de bonis hominibus perficere instituit, co studio quo in illam tendit adminiculatur. Humanus guippe usus hoc habet it eum sibi quis utilem judicet qui se ad hoc adjuvat sine quo id quod bene vult perficere non vult.

Qualiter autem bonus homo sit etiam angelis utilis, inde cognoscitur quod ex societate bonorum heminum numerus illorum qui diminutus erat redintegratur. Cum igitur aliquis per vitam bonam in societatem illorum currit, magnum quid ipsis præstat, quia, quantum in ipso est, numerum coram C supplot et perficit. Omni quoque justo homini, nec non omni creature justum hominem stilem diximus. Jasto homini, quia quanto ardentius in supernam patriam tendit, tauto velocius patria ipsa in suis civibus consemmabilur, et quisque, adepta suorum corporum resurrectione quam multum desiderat, geminata ketitia atque in honore in regno Dei perfruetur. Omni creaturze, quoniam dum per bonitatem suam incrementum civitatis Dei assurgit, renovationem qua ipsa creatura in melius est commutanda ultra non impendit, imo, quantum sua refert, oinnem ei moram perfectionis rumpit et adimit.

Quantum ergo cuique sit enitendum ut bonus sit, perpendat qui potest, quandoquidem ex bonita- D te hominis et consummatio regni cœlestis et prædestinata toti creaturæ pendet reparatio universalis. Nibil caim horum omni ex parte perficietur, donec numerus electorum impleatur. Tanto itaque bonum istud plus differetur, quanto ii qui æternæ vitæ digni existant minus invenientur.

Singulo igitur homini ad regnum Dei pervenienti Deus ipse, angeli quoque, ac justi homines, eo quod se talem exhibuit ut illuc perveniet, gratiosi existent, et ut sua omnia ejus sint unanimiter volent.

sicut antici Dei securi erunt se unquata amissuros A cunque sicut coherodem et comparticipem regni cœlestis quasi seipsos perenniter diligent. Siquidem, quantum in ipso fuit, et civitatem Dei, et angelorum numerum et sanctos homines consummavit. Sed cum ii qui ad vitam æternam pertingunt, tanta merentur, patet, per contrarium, quid nequam homines, quia regno Dei extorres suo merito funt, promercantur. Quantum etcnim ad cos spectat, nec Dei civitas, nec angelorum numerositas, nec electorum hominum proficiet præfixa integritas; imq. cam ipsi ad horum perfectionem conditi, fuerint, nes pertingere satagunt, ne unquam perficiantur suis. factis intendunt.

> Quemadmodum igitur quivis homo dolet et queritur quando aliquo modo perdit quod pro sui commodo et utilitate acquisivit, ita Deus quodammodo dolet et queritur, quando hominem quem ad opus suum creaverat a diabolo rapi, et in æternum sibi perire considerat. Inde etiam illi qui damnantur perditi dicuntur, quoniam Deo ad cujus regnum et honorem conditi sunt, in confusionem æternam a diabolo præcipitati depereunt.

> Ecce utcunque proposita nobis est beatitudo vitæ perennis, et econtrario miseria mortis æternæ. Ut igitur hæc evadantur, illa acquirantur, co magis elaborandum est quo ista interminabili pæna malos cruciat, illa indeficienti jucunditate bonos obleciai.

> Qui ergo est bonus perseveret, donec debita sibi beatitudinis præmia capiat; qui vero malus, quod est esse desistat, quo miseriam quam meretur evadere queat. Et quidem bonitas, quia lux est, plane instruit eum, cui inhæret, qua gradiatur ut ad vitam perveniat, sed malitia, quia tenebræ sunt, obcæcat illum qui ea inebriatur, ne videat quo ruit, ut intereat. Sed sit aliquis forte malus, qui quod est esse erubescat et se bonum fieri velle dicat. Hic necesse est ut ante omnia se malum, id est peccatorem, ac per hoc tenebris involutum intelligat, quatenus se ubi jacebat possit videre. Sunt etenim plures qui tam densis peccatorum tenebris obvoluti sunt, ut nulla ratione se vel in ipsis tenebris esse possint advertere.

Primum igitur et magnum quid boni esse constat hominem seipsum poese intelligere in quo statu vel casu subsistat. Eo enim quo se intelligit, luci accedit. Cum itaque intelligit se malum esse, oportet ut, si bonus fieri vult, doleat se malum esse. Alioquin false dicit se alium quam est esse velle.

Scientiz igitur qua novit se, dolor adjiciatur necesse est, dicente Scriptura : Qui addit scientiam, addit et dolorem (Eccle. 1, 18). Verum dolori medicamentum vult adhibere, ubi doleat, expedit ut ostendat ei quem scit sibi nosse et posse mederi. Vulnus enim quod jam putruit, et in se horridum virus ex putredine sui coadunavit, quousque ape-

VARIÆ LECTIONES.

147 In mss EE. 10 et S. 62. Plura sequentur que hactenus inedita fuerunt.

riatur et potridus humor exprimatur, nec a dolore A milem, patientem, sua indigentibus largientem, in liberari, nec ullo valet modo liberari. Sic qui sibi peccati vulnus dolet inflictum, per veram confessionem ipsum detegat ac sic, expresso mortifero humore qui latebat, per consilium præsidentis, quo curetur pænitentiæ medicamen assumat. Non vereatur linguas hominum, non proponat prenitentiæ cultum. Imo apud se hoc in mente firmiter habeat quia, si aliis peccati scandalum inde subrepere non timerel, talem se cunctis innotesceret qualem se in conspectu Dei quem offendit esse videt. Hoc enim maltum valet ad dignum poenitentiæ fructum, quando homo tantum dolet de peccato suo, quo Deum offendit, ut non refugiat ab aliis hominibus talis agnosci qualem se in oculis sui Creatoris esse agnoseit. Quod quamvis facto non sit admittendum, ne B Ecclesiæ Dei quodlibet scandalum exinde generetur, tamen nec inficiari nec perturbari debet, si ab aliis ei objicitur quod ipse de se sua sponte confitetur. Sunt etenim multi qui plurimum perturbantur, dum de eis alii dicunt quoil etiam ipsi de se publice fateri non refugiunt. Ad magnum itaque perfectionis culmen pertinet, dum quis malum, quod prædicat de se, patienter et illæsa mentis tranquillitate ab allis contra se dictum valet sustinere. Probari namque per hoc potest illum in vero humilitatis gradu consistere, sicut-e diverso illum qui hoc non potest in guadam jactantia et appetitu sublimitatis mentem habere. Justus siguidem vult haberi. Scriplum quippe est : Justus in principio accusator est C sui (Prov. XVHI, 17).

Dum igitur se accusat, et de eodem ipso ab aliis accusari recusat, quid aliud intendit nisi ut se humilitate, alios autem falsitate vel odio præditos in eodem ostendat?

Si ergo vult veræ humilitatis culmen attingere. concedat oportet ab aliis dicta patienter audire quæ ipse de seipso non veretur palam ultro proferre, et patiatur se ita ut se dignum fatetur tentari.

Cum Haque homo in hunc humilitatis statum pervenerit, func revera si in antiquam conversationem suam oculos cordis reflexerit, videbit se in horrendo malo et tenebris vere fuisse, et gratiosus ineffabili gaudio et exsultatione admirabitur se in D magno hono et lumine esse.

Custodiat ergo cor suum, custodiat corpus suum, ne inimici ejus sibi subripiant quod per Dei gratiam acquisivit, reumque dejiciant in pristinas tenebras quas reliquit. Nihil virtutum, quas adeptus est, suis viribus imputet, nec super eos qui nondum ad hoc provecti sunt, ullo modo se extellat.

In humilitatis culmine, ad quod pervenit, se somper caute custodiat, et inferiorem se omnibus hominibus, non ficto, sed intimo corde credat. Quoniam, inquis, modo id aliquis facere potest, ut se viliorem illo credat quem in bonis actibus non solum sibi, sed et alijs inferiorem esse sine dubio constat? Verbi gratia: videas aliquem sobrium, huDei servitio sedulum, et quæ sibi fieri vult alijs benigna mente facientem, piurimaque in hunc. modum, et hic talis judicabit se viliorem illi quemlihet esse luxariosum, superbum, injuriosum, deprædatorem, Dei servitium, quantum valet vel audet, devitantem, et qualiter allis contraria' faciat pro posse elaborantem. Ita oportet, necesse est. Aliter enim divinæ paginæ humilitatis metas excedens, non obedit. N c aliquis æstimet sacram Scriptoram cuivis auidquam præcipere quod debeat judicare factu impossibile esse.

Quia igitur scriphum est ut quisque se viliorem omnibus aliis non solum ore pronuntiet, sed etiam. intimo affectu cordis credat, qualiter quod impleri queat, considerare studeatis cujus mentem divinus Spiritus tetigit, ut se in hujusmodi exercere velit. Grave siguidem est ut, bonam et sanctam vitam agens, perversi cordis et operis homini se judicet ex intimo corde inferiorem, cum naturalis simul et divina lex sanciat bonum semper malo præstantius esse, et huic æternæ gloriæ retributio, illi sempiterni opprobrii pœna paretur. Ex effectu itaque mercedis utriusque patet quid cui præstet. Si ergo bonus se judicat malo inferiorem, malum præpostero ordine sibi facit superiorem. Quod sic esse verum natura non admittit. Aut igitur veritati contrarius erit qui se bonum malo credit inferiorem, aut, si non credit, divinæ paginæ, quæ hoc jubet, inobedieus erit. Sed horum nihil admittendum.

Videndum igitur est quonam modo fieri valeat ul et veritas non deseratur, et divinitatis præcepto obediatur. Cum ergo quivis hominum vult comparare se ad alium, quid in se a se habet, et quid alter non a se, sed per Dei gratiam habeat; a se quippe nemo, nisi malum, per gratiam vero Dei habei, si quod bonum. Ponat itaque malum suum cum malo alterius, et statim videbit quid horum sit potius. Perpendat etiam omnia in futurum juncta servari, et ne forte ipse occulto Dei judicio a bono decidat et alius a malo resurgat gnarus attendat.

Quicunque igitur tali consideratione se studuerit examinare, profecto non residebit in animo suo quo se debeat præ aliis magnificare. Eoque magis Deo proxinus adhærebit, quo de se humillima sentiens nullum contemnit, sed ut omnium vera dilectione potiatur sub Deo contendit.

Hæc, ut ex ore B. P. Anselmi accepi, conscripsi, satisfacere cupiens voluntati amici mei, nie hoc facere obnixe rogantis. Cui et epistolam destinavi, quam in exordio hujus opusculi ponere non omisi, cavens ne quis, materiæ pulchritudinem et dictaminis sociitatem intuendo, æstimaret Anselmum ex materiæ quidem formositate illud composuisse, ex dictaminis vero vilitate, quo mentis illius perspicacia et lepos eloquii evanuerit, mirum duxisse.

Noverit tamen quicunque hoc in sui notitiam transire dignabitur ipsum Patrem hoc sæpe legisse et audisse, suaque sancta manu et auctoritate exa- A commendasse. Sit igitur Deus benedictus in omniminatum posteris ad transcribendum ac legendum bus. Amen.

EADMERI MONACHI

LIBER

DE SANCTI ANSELMI SIMILITUDINIBUS".

CAPUT PRIMUM.

De triplici voluntate 169.

Voluntas tripliciter intelligitur. Voluntas etenim dicitur ²⁷⁰ illud animæ instrumentum quo vult, et affectio ejusdem instrumenti; affectio vero, est affectio ejusdem instrumenti volendi. Hæc voluntas, quæ dicitur affectio ²⁷¹, est ad tempus quasi sopita, quia est eorum quæ mens non memorat, sed mox, ut ea recolit, etiam instrumentum volendi appetit. Item voluntas dicitur velle, vel usus ipsius instrumenti.

CAPUT II.

Similitudo inter mulierem et voluntatem.

Voluntas itaque, quæ est instrumentum volendi, sic est inter Deum et diabolum quomodo mulier inter suum legitimum virum et aliquem adulterum. Vir ei *72 præcipit ut sibi soli conjungatur, adulter vero persuadet ut et sibi copuletur 273. Si itaque se soli legitimo viro conjungat, legitima est, ipsaque filios s75 legitimos generat; si autem adultero se junxerit, adultera est, et ipsa filios *78 adulterinos parit. Similiter ergo Deus imperativoluntati ut societur ipsi soli ***; diabolus vero ex alia parte suggerit ut conjungatur et sibi. Si itaque se soli Deo conjunxerit, id est Spiritus sancti suggestionem, velut semenbonum, receperit, fit ejus conjux legitima filiosque C legitimos generat, id est 177 virtutes et opera bona; mox enim ad imperium ejus omnes aperiuntur animæ et corporis sensus ad impleudum quod præcipit Deus *78.

CAPUT III.

De sensibus animæ.

Ipsa namque voluntas aperitur ad virtutum *79 affo-

VARIÆ LECTIONES.

⁵⁶⁶ Is Collatus est cum mss Gem. Bec. Corb. 307. Victorino EE. 13. San-Germanensi per me notato A. 4. Et cum Editione Coloniensi 1573 Ms Vict. Incipit liber Anselmi Cautuariensis Archiepiscopi de Similitudinibus. ms Corb. Incipit Tractatus S. Anselmi de Similitudinibus. ms San-German. Incipit tractatus a venerabili Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo editus de Triplici Voluntate. In eo ms hic Tractatus in Capitula non dividitur. ⁵⁶⁰ De divisione voluntatis mss de triplici voluntate. In eo ms hic Tractatus in Capitula non dividitur. ⁵⁶⁰ De divisione voluntat tripliciter intelligitur. Voluntate ⁵⁷³ Tripliciter intelligitur voluntas. Etenina dicitur ms San-Germ. voluntas tripliciter intelligitur. Voluntas etenim dicitur ⁵⁷¹ Quæ est affectio ms San-German. quæ dicitur affectio ⁵⁷³ Vir enim ei ms San-German. vir ei ⁵⁷³ Ut sibi copuletur ms A. 4 ut et sibi copuletur ⁵⁷⁵ Legitima est, ipsaque filios que ⁵⁷⁶ Societur sibi soli ms A. 4 societur ipsi soli ⁵⁷⁷ Generat, id est ms Vict. parit, id est ⁵⁷⁸ Quod præcepit Deus mss Vict. et A. 4 quod præcipit Deus ³⁷⁹ Ipsa namque et aperitur ad virtutum ms A. 4 ipsa namque aperitur ad virtutum ms Corb. Ipsa namque et aperitur, namque voluntas A. 1. Bec. et Gemmet. ad charitatem erigitur ⁵⁸⁵ Ad recte vivendum mss ad vivendum ⁵⁸⁸ Si quæratur ms A. 1. si requiratur ⁵⁸⁶ Ejus recipiendo manuscript. A. 1 ejus recipiens ⁵⁸⁶ Ad ca quæ præcepit ms Vict. et A. 1 ad ea quæ præcipit

ctionem ³³⁴ et ad volendum optandă; memoria vero, ad memorandum memoranda; cogitatio, ad cogitandum cogitanda; intellectus, ad discernendum quid sit volendum, vel memorandum, vel cogitandum. Animus quoque ad charitatem erigitur ³⁸¹, ad humilitatem disponitur, ad patientiam roboratur, et ad alias virtutes generandas aperitur.

CAPUT IV.

De sensibus corvoris.

Similiter et corporis sensus aperiuntar ad impe-B rinm ejus, videlicet visus ad videnda ***; auditus, ad audiendum Dei verla; gastus, ad gastanda; odoratus, ad odoranda; tactus, ad tangenda; olfactus, ad olfacienda; oculi quoque, ad vigilandum et plorandum; os, ad bene loquendum; manus, ad recte operandum; pedes, ad ambulandum quo debent. Sicque una sola voluntas, postquam Dei voluntati est juncta, tot virtutes generat et opera kona.

CAPUT V.

De obedientia.

Hujus antem voluntatis affectio sive usus, ohediens voluntas vel obcdientia dicitur, quia Dei voluntati obediens, eam habet advocatam, si quæratur ³⁸³ cur hoc vel illud velit. Quod si hæc voluntas, quæ dicitur instrumentum volendi, diabolo se junxerit, ejus recipiendo ²⁸³ suggestionem velut inordinatum semen, adultera mater effecta filios adulterinos, id est vitia et opera mala generat. Universos enim hominis sensus claudens ad ea quæ præcipit ²⁶³ Deus, pandit ad ea quæ jubet diabolus. Ipsa namque prius aperitur ad affectionem vitiorum, et ad ea volendum, ac deinde hominis sensus aperit ad ipsa perpetranda.

CAPUT VI.

Be inobedientia et propria voluntate

Hujus vero affectio sive usus, inobediens voluntas vel inobedientia vel etlam propria ²⁰⁰ voluntas dicitur. Propria quippe voluntas est quæ Dei voluntatem sibi advocatam habere non potest, ut, si quæratur ²⁰⁷ cur boc vel illud velit, respondere veraciter non valet quia et Deus vult ut hoc velit. Affectio autem sive usus illi, ex diabolica nascentea. ²⁰⁸ suggestione, Dei voluntatem sibi advocatam habere non possunt ²⁰⁹. Utraque igitur voluntas indubitanter est propria; quæ ²⁰⁰ a Dei voluntate porroprivatus, ob hæc recte propria voluntas nominatur ²⁰¹. Il æc autem voluntas propria, superbia est illa, quam initium opinis peccati Scriptura nuncupat ²⁰².

CAPUT VII. De superbia.

Superbia ideo vocatur, quia supra quam debeat graditur. Superbia namque supergressio dicitur. Propria itaque voluntas, quia Dei voluntati non subjicitur, sed supra eam extollitur, ob hoc recte superbia dicitur. Ipsa quoque omnis peceati est initiun, quia ex ea nascitur omne peccatum. Et quoniam homo illam habet a se : neque voluntatem Dei, quam ³³⁴ sequatur, vult habere super se, ipsi Deu aufert, quod proprie et singulariter debet habere.

CAPUT VHL

Quad propria voluntas soli Deo conveniat.

Solus enim Deus, quidquid vult, debet velle propria voluntate, ita ut aliam, quan sequatur, non habeat supra se. Cum igitur homo vult aliquid per propriam voluntatem, Deo aufert quasi suam coronam. Sicut enim corona soli regi competit, sic propria voluntas soli Deo. Et sicut regem aliquem inhonoraret, qui suam coronam ei auferret; sic homo inhonorat Deum, qui aufert ei propriz voluntetis privilegium, habendo quod ille debet habere solum. Sed sicut propria voluntas, Dei fons est et origo totius boni; ita propria voluntas hominis, totius est exordium mali.

CAPUT IX.

Similitudo inter propriam voluntatem et sontem.

Hæc est enim velut fons quidam, qui in tria capita dividitur, e quibus rivi diversi et innumerabiles derivantur, qui in locis quibusdam ab invicem separantur, aliquibus vero ²⁰⁴ duo et duo, vel plures pluribus ⁴⁰⁸ conjunguntur. Ita quoque propria voluntas in genera tria dividitur : e quibus vitia diversa et sine numero nascuntur; quæ aliquando in

A hominem sunt disjuncta, quandoque vero duo vel plura conjuncta.

CAPUT X.

De tribus generibus propriæ voluntatis.

Propria namque voluntas, aut est in delectatione, aut in exaltatione, aut in curiositate.

CAPUT XL

De delectatione.

Delectationum genera 206 sunt duo principalia; unum exterius, in quinque sensibus corporis; aliud interius, in animæ affectionibus.

CAPUT XII.

De quinque corporis sensibus.

Sunt autem corporis sensus quinque, visus, auditus, gustus, odoratus et tactus. Qui ideo sensus B dicuntur, quia per eos exteriora sentiuntur. Per visum enim formæ et colores; per auditum, soni; per gustum, sapores; per olfactum, odores; per tactum, dura vel mollia, calida vel frigida, aspera vel lenia ²⁰⁷, gravia vel levia sentiunt. Horum autem sensuum delectatio raro est ²⁰⁸ bona, sæpius vero mala. Bona etenim est, cum Dei voluntatem sibi advocatam habet; mala vero cum eam sibi advocatam habere non potest.

CAPUT XIII.

Be generibus delectationis malæ.

Hujus autem delectationis malæ genera sunt triginta et unum : e quibus quinque sunt simplicia, decem duplicia, decem triplicia, alia quinque quadruplicia, unum vero ex quinque partibus constat.

CAPUT XIV.

De quinque simplicibus generihus.

Quinque itaque sunt simplicia, quia plerumque delectatur per se unusquisque quinque sensuum. Aliquando enim solus visus vane delectatur, ut in conspiciendo ²⁶⁹ equos certatim currere ³⁶⁹, aut 20cipitres volantes alias aves capere. Aliquando solus auditus, ut cum hominem delectat, ad aurem suam diu nolam ³⁶¹ percutere, qui eam audit dulciter somare. Aliquando solus gustus, ut in comedendo med immoderate, non tamen visu delectabile. Aliquando solus olfactus, ut cum aliquis defert feniculum naribus suis suspensum ³⁶² ut sibi suaviter redoleat. Aliquando solus tactus ³⁶⁵, ut cum aliquem immoderate refectum contrectare oblectat ventrem ³⁶⁶ suum.

CAPUT XV.

Be decem duplicibus.

Decem vero sunt duplicia, quia plerumque dele-

VARIÆ LECTIONES.

²⁶⁵ Vel proprium mss vel etiam propria ³⁶⁷ Ut si quaratur ms A. 1 ut si requiratur ³⁶⁶ Ex diabolica nascens manuscripta ex diabolica nascentes ²⁶⁹ Habere non potest manuscripta non possunt habere ²⁶⁰ Propria. Unde propria voluntas, quæ quia mss propria : quæ quia ³⁶¹ Ob hæc recte propria voluntas noninatur ms A. 1 ob hoc propria recte nominatur ³⁶⁸ Scriptura nunciat mss Bec. Gem. et A. 1 scriptura nuncupat ³⁷³ Aliam, quam ms A. 1 aliam voluntatem, quam ³⁶⁴ A quibus vero mss aliquibus vero ³⁶⁸ Ut pluribus mss ut plures pluribus ms A. 1 vel plures pluribus ³⁶⁹ Delectationum genera mss et Edit. Col. ¹⁵⁷³ delectationis genera ³⁶⁷ Aspera vel levia mss aspera et lenia ³⁶⁸ Raro est ms A. 4 rarius est ³⁶⁹ Et etatim currere **vat.** diu nigellam vel nolam ³⁶⁹ Naribus suis suspensum miss auribus suis suspensum ³⁶⁹ Solus tractus mss solus tactus ³⁶⁹ Oblectet ventrem mss oblectat ventrem

ctantur simul duo, et duo iidem sensus 305. Ali-A guando enim delectantur simul visus 306 et auditus, ut cum nimis delectando canes bestias insegui videtur, et conclamare 307 post ipsas audiuntur; aliquando visus et gustus, ut cum magna delectatione vinum limpidissimum conspicitur in saphyrino scypho et bibitur; aliquando visus et olfactus, ut in videndo simul et olfaciendo nimis rubentes rosas; aliquando visus et factus, ut in conspiciendo et complanando aliquem muricipem album; aliquando auditus et gustus, ut cum aliquem sic bibere delectat nt inter labia sua sonitum quemdam pitissando ses faciat; aliquando auditus et olfactus, ut cum aliquem bibendi aviditate delectat auscultare son mustom ebulliens applicata aure, et ejus odorem naribus attrahere; alignando auditus et B tactus, ut cum *10 aliquem nimis delectat citharam resonantem audire, et camdem percutiendo tangere; aliquando gustus et olfactus, ut cum immoderate eduntur gallinæ pipere et cymino diligenter conditæ; aliquando gustus et tactus, ut cum griositate manduntur ficus maturze, dulces ad edendum, et lenes et molles ad tangendum; aliquando olfactus et facturs, ut cum unguento bene olenti quis ungitur.

CAPUT XVI.

Be decem triplicibus.

Decem quoque sunt triplicia, quia sæpe terni, et terni delectantur corporis sensus supradicti. Aliquando enim condelectantur visus, auditus et gustus, ut cum nimis avide collyridæ eduntur, quæ quasi C nix candidæ videntur, sponteque manihus vel denlibus sic atteruntur ut resonare audiantur ; aliquando visus, auditus et olfactus, ut cum aliquis in horto ele residet at virides herbas aspiciat, fabulas audiat, flores olfaciat; aliquando visus, auditus et tactus, ut cum mulier speciosa delectationis causa conspicitur, luxuriosa loqui auditur, sed et interea tangitur; aliquando visus, gustus et olfactus, ut cum alignem delectat ^{\$11} inspicere vinum herbis confectum scintillare, bibere et olfacere; aliquando visus, gustus et lactus, ut cum aliquis est saturátus racemis, vineam tamen 313 deambulat, ut quam pulchre racemi in ca dependeant videat, et hos atque illos contrectans degustat; aliquando visus, olfactus ot tactus, ut cum quis diu aimis lilia conspicit, olfacit et tangit; aliquando auditus, gustus et olfactus, ut cum divites delectat cervos in silva clamantes audire, et quorumdam jam captorum carnes

pipere conditas interim edere; aliquando auditus, gustus et tactus, ut cum aliquis, in baineo residens, fabulas audit, edit et bibit, atque teporem aquæ^{sia} circumquaque tangit; aliquando auditus, elfactus et tactus, ut cum aliquis cantilenas audit, dum in fecto mollibus strato quiescit, ubi et herbas undiqué sparsas olfacit; aliquando gustus, olfactus et tactus, ut cum nocté manduntur immoderate poma sapida, odorifera et mollia.

CAPUT XVII.

De quinque quadruplicibus.

Quinque vero quadruplicia sunt, quia plerumque simul quaterni et quaterni delectanter 313. Aliquando enim delectantur simul visus, gustus, auditus et olfactus, ut com in nuptiis ludi videntur, cantilense audiuntur, cibus et potus deliciosi samuntur, corumque odor sentiur; aliquando auditus, gustus, olfactus et tactus, ut cum in nocte nihil ibi videtur, quo delectatur visus, sed cum auditu, gustu El olfa-'clu delectatur et tactus *18, ut cum sponsus sponsam amplexatur, aut alius ab alio libidinose tangitur; aliquando gustus, olfactus, tactus et visus, ut cum ibi nihil auditu delectabile auditur, sed adsunt alia, quibus cæteri sensus, quisque suo modo, delectantur 216 ; aliquando olfactus, tactus, visus et auditus, ut cum ibi nihil gustator, sed flores illic aspersos delectat convivas olfacere, tangere, inspicere, diversos musicorum ^{\$17} sonos auscultare; aliquando tactus, visus, auditus et gustus, ut cum nihil habotur, quo delectetur olfactus, sed talia, quibus cateri quatuor sensus condelectentur ³¹⁸.

CAPUT XVIII.

De ultimo genere delectationis malæ.

Unum autem ex quinque partibus constat, quia quandoque delectantur simul hi omnes corporis³¹⁹ sensus. Aliquando enim delectat hominem donum interius ornatam conspicere, ebriosos in ea decantantes audire, ibidem et vinum cornibus ³²⁰ deauratis potare, et flores per domum dispersos ³²¹ olfacere, ipsosque, vel cornua aurea, vel alia tactu delectabilia contrectare. Triginta itaque et unum genera sunt delectationis, ad quinque corporis sensus pertinentia; qua his ³²⁵ triginta et uno delectantur modis, ex quibus duplicia simplicibus D sont pejora, duplicibus triplicia, triplicibus quadruplicia, quadruplicibus illud quod ex quinque partibus constat. Quanto enfun plures sensus in delectatione sociantur, tanto ipsa delectatio pejoratur.

VARIÆ LECTIONES.

²⁰⁵ Duo iidem sensus mas duo, id est, sensus ma Vict. duo simul sunt idem sensus visus ma A. 1 delectantur simul visus ²⁰⁷ Et clamare ma A. 1 et conclamare Vict. pulsando ²⁰⁸ Delectatur auscultare ma A. 1 delectat auscultare Edit. Col. 1573 auditus et tactus, nt cum tamen ma A. 1 vinea tamen ³¹³ Atque tepore aquæ manuscript. atque teporem aquæ guaterni delectantur simul et quaterni. ma A. 1 plerunque sinut quaterni et quaterni delectantur. ³¹⁴ Olfactu delectatur tactus ma A. 1 olfactu delectatur et tactus ctantur ³¹⁵ Diversos musicerum ma A. 1 diversorum musicorum delectantur Edit. Col. 1573 sensus condelectentur ³¹⁶ Despersos mas dispersos ³¹⁶ Qui his mas quia his Attamen aliquando pejor est unius quam omnium A aut quaterni, aut simul omnes repræsentassent, sinul delectatio.

CAPUT XIX.

Pejor est delectatio quæ pluribus aut gravioribus delectatur.

Gravius est enim detractionem libenter audire quam flores pulchros aspicere, tangere, olfacere; interea bibere semel aut bis plus quam est necesse; aliquodque verbum otiosum audire. Sed in eodem paribusve peccatis pejus est plures quam pauciores sensus delectari. Pojús est enim delectari visu et auditu inhonesti iloci quam visu tantum, aut auditu tantum. Item pejus est immoderate delectari gustu et olfactu potus confecti quam tantum gustu, aut tantum olfactu alicujus deliciosi cibi. Itaque ex istis triginta et uno generibus delectationis, alla sunt B ctautur 327. Quia et camdem delectat illa 318 memomala, alia pejora. Mala, in quibus pauciores delectantur sensus, aut, si fuerint plures, oblectantur in levioribus. Pejora, in quibus delectantur plures, aut si fuerint pauciores in gravioribus delectantur. Tot igitur et talia sunt genera delectationis qua delectantur quinque sensus corporis.

CAPUT XX.

De animæ delectatione.

Illius vero delectationis qua delectatur anima. -genera sunt malto plara. Quidquid enim exteriores sensus sentiunt, sentiendo animæ innuunt quale sit illud quod sentiunt, ut, cum qualitatem asa rei repræsentaverint sibi et quod sentiebant sentire omiscrint, delectat animam idem cogitare, et totidem *** modis quot sibi sensus repræsentavere ***. C Sicut enim sensus singulos, aut binos, aut ternos, aut quaternos, aut simul omnes delectat istud vel illud sentire et animæ repræsentare, ita et animam delectat cogitare, quia sensus eisdem modis illud vel illud senserunt, sentiendoque sibi repræsentaverunt. Illud quoque, quod sibi sensus nunquam repræsentaverunt, quia nunquam senserunt; sed si sensissent, repræsentare possent. Tot modis delectat animam cogitare quot sibi sensus valerent repræsentare. Nunquam enim visus repræsentavit ei domum auream totam, quia non vidit; nec auditus sonum toto mundo diffusum, quia non audivit; nec gustus panem melle dulciorem, quia non gustavit; nec olfactus vinum balsamo fragrantius, quia n non olfecit 326; nec tactus indumenta lanea lineis leniora, quia non tetigit; nec alia multa ei sensus repræsentarunt, quia non senserunt; sed si sensissent, repræsentare possent. Et tamen, aut hæc, aut alia hujusmodi inania eam imaginari delectat, ac si seusus sensissent, eique singuli, aut bini, aut terni,

Sunt et alia delectationis animæ genera, quæ nec sensus valent illi repræsentare, nec ipsa potest per imaginationem cogitare, ut cum superbia delectatur, sine omni imaginatione. Hanc etenim ser sus non valent illi repræsentare, quia nee visus potest discernere utrum sit alba vel nigra; nec auditus, an sit sonora vel rauca ; nec gustus, an sit dulcis vel aniara; nec olfactus, an sit redolens aut foetida; nec tactus, an sit mollis vel dura, lenis vel aspera. calida vel frigida. Ipsa quoque anima non valet imaginari utrum superbia illa sit talis aut talis, quia est in exaltatione solius cogitationis. Multo igitar plura genera sunt delectationis, qua anima delectatur, quam illius qua quinque corporis sensus oblerare quæ et illos sentire ***, et totidem modis, quot sibi repræsentavere; et alia imaginari quæ illi sibi non *** repræseutaverunt, quia nunquam sensetunt, sed si sensissent, repræsentare possent ; et quædam cogitare, que neque illi possunt sentire, neque ipsa per imaginationem cogitare, sed simpliciter sine omni imaginatione.

CAPUT XXI #1.

De generibus exaltationis.

Exaltationis autem genera sunt quindecim, e quibus quatuor sunt simplicia, sex duplicia, quatuor triplicia, unum vero quadruplex.

CAPUT XXII.

De quatuor simplicibus.

Quatnor itaque sunt simplicia, quia est exaltatio aliquando in sola opinione, ut si quis opinetur se esse dignum episcopatu, nec tamen velit fieri episcopus; aliquando in sola voluntate, ut si velit fieri episcopus, nec tamen opinetur se esse diguum episcopatu; aliquando in sola locutione, ut si jactet se esse dignum, nec tamen velit fieri sciens se esse dignum; aliquando in solo opere, ut si quis infunus *** per ignorantiam assideat juxta regem.

CAPUT XXIII.

De sex duplicibus.

Sex vero sunt sas duplicis, quia aliquando extollitur homo, in opinione simul et voluntate, ut cum prioratu aliquo se esse dignum æstimat, et hoc vult ut prior 336 flat; aliquando in opinione et locutione, et non voluntate, ut cum aliquis aliquam non valt prælationem, quæ sibi offertur, et ex hoc ipse se extollens meliorem se aliis arbitratur, et inde se jactat its tamen ut non avertatur ***; aliquando in opinione et opere, ut si aliquis se æstimat dignum sedere juxta episcopum, et alicubi per ignorantiam

VARIÆ LECTIONES.

³³³ Ut cum qualitatem ms Vict. et Edit. Col. 1573 ut que qualitatem ms A. 1 utique qualitatem ³³⁴ Cogi tare : totidem mss Vict. et A. 1 et Edit. Col. 1573 cogitare et totidem ³³⁵ Repræsentavere...ms A: 1 re 200 Ut non avertatur ms Vict. et Edit. Colon. 1573 no avertatur Vi prior mss et Edit. Col. ut prior

61f

assideat ei; aliquando in voluntate et locutione, ut A indignam ca. Contra eam extollentiam, que est in cum aliquis volens episcopari, jactat inde se esse dignum ***, licet sciat se esse indignum; aliquando in voluntate et opere, ut cum aliquis in convivio volt residere in superiori loco, et ibi se ingerit invitante nullo, quamvis indignum se sestimet loco tam alto; aliquando in locutione et opere, ut cum prælatus aliquis aliquam in se fragilitatem videt, ob quam, si honeste posset, ipsam prælationem des screret, et tamen in verbis et actibus suis quamdam . extollentiam ostentat, ne ipsam *** ejus fragilitatem quis animadvertat.

CAPUT XXIV.

De quatuor triplicibus.

Quatuor autem sunt triplicia, quia aliquando delectatur homo in opinione, et voluntate et locutione. B ut cum dignum se prælatione æstimat, et eam vult, et inde se jactat ; aliquando in voluntate, locutione et opere, ut cum ideo quia vult prælationem habere, fingit verbo, et opere, et actu, dignum se esse. quamvis sciat se indignum. Aliquando in locutione. opere et opinione, ut cum aliquis, licet jactet dignum se esse prælatione, et ea libentius agat quibus dignus videatur esse, et hoc idem arbitretur de se. non vult tamen prælationem habere, ut sanctior judicetur esse. Aliquando autem in opere, opinione et voluntate, ut cum prælatus subditos opprimit immoderate, ut suam prælationem, qua dignum se æstimat esse, quandiu vult possidere, sine ullo obstaculo habere possit.

CAPUT XXV.

De uno quadruplici.

Unum est quadruplex; quia plerumque se homo attollit in opinione, voluntate, locutione et opere, ut cum laude dignum se æstimat, et eam appetit : et ipse se laudat, et quædam magna operatur ut laudem acquirat. Quindecim itaque sunt extollentiæ genera. quatuor simplicia, quæ sunt mala; sex duplicia ***, quæ sunt pejora ; quatuor triplicia, quæ sunt pessima; unum vero quadruplex, quod cæteris omnibus pejus est ; quanto enim in pluribus homo extollitur, tanto extollentia *** ipsa pejoratur. Item sciendum quia solius operis extollentia ***; quæ semper est per ignorantiam, est mala : solius autem locutionis, pejor; sollus vero opinionis, pessi- n ma; solius autem voluntatis, ounnibus aliis est pejor. Stultum est enim cum aliqua vilis persona per ignorantiam assidet juxta dignam; sed stultius est, cum inde se jactat dignam 241; stultissimum vero, cum bac se sestimat dignam; multo autem stulius est; cum vult residere juxta eam, cum sciat se inde esse

opere, ipse Dominus ait : Cum invitatus fueris ad nuplias, recumbe in novissimo loco (Luc. xiv, 10). Contra cam vero quæ est in locutione Salomon dicit : Laudet te alienus 343, et non os tuum (Prov. xxvn, 2). Contra eam quæ est in opinione Apostolus ait : Noli altum sapere, sed time (Rom. x1, 20). Contra eam vero quæ est in voluntate Dominus iterum dicit discipulis suis : Qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus (Matth. xxix, 27). Contra omnia vero extollentiæ genera item ipse dicit: Omnis qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur (Luc. xiv, 11; xviii, 14).

CAPUT XXVI.

De curiositate et sedecim ejus generibus.

Curiositas est studium perscrutandi ea quæ scire nulla est utilitas. Hujus autem sedecim sunt genera, e quibus quinque sunt simplicia, sex duplicia. quatuor triplicia, unum vero quadruplex.

CAPUT XXVII.

De quinque simplicibus.

Quinque itaque sunt simplicia, quia aliquando in sola cogitatione curiositas est, ut cum aliquis studiose cogitat quomodo alterius secretum scire valeat. Aliquando in verbo, ut cum illud curiose interrogat. Aliquando in actu, ut cum circa- illum deambulat, quasi aliud aliquid quærat, si forte quod quærit, indicio aliquo *** cognoscere valeat. Aliquando in visu, ut cum sollicite considerat quo C ille tendat 245, quid agat; quomodo sedendo, stando, ambulando, vel aliquo alio modo se habeat. Aliquando in auditu, ut cum intente auscultat 446 quid ille de alio, vel alius de illo dicat.

CAPUT XXVIII.

De sex duplicibus.

Sex vero sunt duplicia, quia aliquando in verbo et actu, ut cum eum amicabiliter alloquitur **7, et interim el aliquid operatur, ut cum sermonibus blandis, cum servitio quod ei facit, extorqueat ab eo quod quærit. Aliquando in verbo et visu, ut cum alium rogat ut eum secum aspiciat, dicens : Putasne, iste ita vel ita ageret, nisi talis vel talis esset? Aliquando in verbo et auditu, ut cum prope illum residet, et ad alium loquitur qui ex alia sui parte sedet, et tamen attente auscultat quid ille posterius dicat. Aliquando in actu et visu, ut cum aliquid agit, ne advertatur dum eum aspicit, sed credatur semper intendere operi quod facit. Aliquando in actu et auditu, ut cum ante eum vadit, et-venit, auscultaudo ea quæ dicit 248. Aliquando in visu et

VARIÆ LECTIONES.

³³⁶ Jactat se esse non indignum mo Vict. et Edit. Col. 1573 jactat inde se esse dignum ³³⁷ Ostendit : aut ipsam ms Corb. ostendit ne ipsam Edit. Col. 1573 ostendat : nec ipsam ³³⁸ Sed duplicia mss sex duplicia ³³⁹ Tanto excellentia ms Vict. tanto extollentia ³⁴⁰ Operis excellentia mss operis extollentia ³¹¹ Se jactat dignum mas se jactat dignam ³⁴⁴ Cum hac se ms Gorb. cun his se ³⁴³ Te alienus et ms Gorb. te alienum et ³⁴⁴ Judicio aliquo ms Vict. et Edit. Col. 1575 indicio aliquo ³⁴⁸ Quo ille intendat ms. Vict. quo ille tendat ³⁴⁴ Attente auscultat ms Vict. et Edit. Col. 1573 intente auscultat ³⁴⁷ Cum ei amicabiliter loquitur mes Vict. et Edit. Col. 1573 cum eum amicabiliter alloquitur an Auscultando ea quæ dicis me Vict. et Edit Col. 1573 auscultare ea quæ dicit

auditu, ut cum curiose ea quæ agit considerat, et A terrogat. Aliquando in gustu et olfaciu, ut cum studiose quæ dicit auscultat, ut per hoc secreta quæ quærit agnoscat, cum gustu scire quærit an sit sapidum ; et tacta, an

CAPUT XXIX.

De quatuor triplicibus.

Quatuor autem sunt triplicia, quia aliquando est in verbo, actu et visu, ut cum aliquis enumerat, et mensurat, et considerat, quantum sol et luna distent a terra, quam magna sint ipsa luminaria. Aliquan lo in actu, visu et auditu, ut cum aliquis se occultat causa videndi et audiendi aliorum secreta ²⁴⁰. Aliquando in visu, auditu et verbo, ut cum aliquis juxta vias sedet, ut videat transeuntes, audiat et interroget rumores. Aliquando in auditu, verbo et actu, at cum causa audiendi et interrogandi futura, demonibus sacrificat.

CAPUT XXX.

De uno quadruplici.

Unum vero est quadruplex, quia aliquando est in visu, auditu, verbe et actu, ut cum aliquia intuetur et auscultat quosdam, quos consiliari conspicit, et de quibus suspicatur aliquid mali, ut et consilium eorum quoquo modo agnoscere possit, accedens ad eos quærit an viderint aliquid quod se circa eos perdidisse fingit, et interea inspiciendo et auscultando circa eos quærit quod nusquam perdidit.

CAPUT XXXI.

De octo et viginti generibus curiositatis.

Item curiositatis genera snut viginti et octo, e quibus tria sunt simplicia, novem duplicia, docem triplicia, quinque quadruplicia; unum vero ex quinque partibus constat.

CAPUT XXXII.

De tribus simplicibus.

Tria sunt simplicia, quia aliquando curiositas est in solo gustu, ut cum defertur piscis alicui pisa comedenti; et priusquam ipsa comsumpserit, degustat cujus saporis sit piscis. Aliquando in olfactu, ut cum eum naso suo apponit ut sciat cujus edoris ait. Aliquando in tactu, ut cum aliquis panaum novum videns, contrectat, solummodo ut sciat utrum sit asper vel lenis, grossus an subtilis.

CAPUT XXXIII.

De novem duplicibus.

Novem vero sunt duplicia, quia aliquando est in gustu et visu, ut cum quis degustat ferculum silui appositum, antequam consumpserit primum; et Interim considerat si is qui residet juxta eum, mellus habeat ferculum. Aliquando in gustu et verbo, ut cum illud degustat, et an pipere conditum sit, inA terrogat. Aliquando in gustu et olfaciu, ut cum degustat et olfacit. Aliquando in gustu et tactu, ut cum gustu scire quærit an sit sapidum; et tactu, an sit calidum, frigidum vel tepidum. Aliquando in olfactu et visu, ut cum aliquis, dum legit, herbam juxta se ^{szo} incognitam invenit; et a legendo cessans, eamque naso suo apponens, olfacit; deinde intuens, eam studet agnoscere quæ sit. Aliquando in olfactu et verbo, ut cum eam olfaciens, quærit ab alio quæ sit. Aliquando in olfactu et tactu, ut cum eam olfacit et contrectat, ut sciat utrum sit mollis an dura, lenis vel aspera ^{su}; quod totum non ideo facit ut sibi necessaria sit; sed tantum ut sciat quæ vel qualis sit ²³⁸. Aliquando in visu et tactu, ut cum aliquis veniens ante mensam ubi pransurus B est, mox sublevata mappa qua panis est coopertus,

intuctur an sit candidus ³⁶³; et eum contingit, ut sciat an sit calidus. Aliquando in verbo et tacts, et cum eum non discooperit, sed interrogat an calidus, vel ex quo tempore coctus sit; et eum coopertum contingit et premit, ut sciat an sit calidus.

CAPUT XXXIV.

De decem triplicibus.

Decem vero sant triplicia, quia aliquando est in visu, et in verbo, et in gusta, ut cum alicubi quis residens ***, et ante se potum cypho deferri videus, statim assurgit, et intuens cujus caloris sit, quærit etiam quis potus sit, et degustat an bonus sit. Aliquando in visu, verbo et olfactu, ut cum eum non degustat, sed olfacit, et interrogans considerat qualis sit. Aliquando in visu, verbo et tactu, ut cum alicui comedenti defertur cibus inter duas scutellas, et antequam finierit quod prius comedebat, scutellis apertis qualis ille sit cibus considerat, et an bene sit coctus investigat, et eum contingit ut an calidus seu frigidus sit, agnoscat. Aliquando in visu, et gusiu, et olfactu, ut cum de eo nihil interrogat, nec eum contrectat, sed et curiosus eum videre, et eum degustat et olfacit 358. Aliquando in visu, et gustu, et tactu, ut cum de co nihil inquirit, nec cum olfacit. sed cum curiositate videndi eum degustat, et contrectat causa quam dixi. Aliquando in visu, et olfactu, et tactu, ut cum de eo nihil inquirit, nec cum degustat, sed tantum intuetur, olfacit atque contrectat.

D Aliquando in verbo, et gustu, et olfactu, ut cum aliquis convivantibus supervenit, et an cibi et potus quos babent, sint boni, requirit, et quosdam degustans, alios olfacit. Aliquando in verbo, gustu et tactu, ut cum non olfacit eos, sed panem controctat, aut alios cibos; et gustando quosdam, quærit de aliis. Aliquando ³⁸⁶ in verbo, olfactu et tactu, ut

VARIÆ LECTIONES.

²⁶⁰ Aliquorum secreta *ms Vict. et Edit. Col.* 1573 aliorum secreta ⁵⁶⁹ Herbam apud se *ms Corb. et Edit. Col.* 1573 herbam juxta se ³⁶¹ Levis vel aspera *mss* lenis vel aspora ⁵⁶⁹ Sed tanium ut sciat quæ vel qualis sit. *Desunt kæc in Edit. Col.* 1573. ⁵⁶³ Intuetur an sit calidus *ms et Edit. Col.* 1573 intuetur an sit calidus *ms et Edit. Col.* 1573 intuetur an sit calidus ⁵⁶⁵ Nihil interrogat, nec eum constructat; sed est curiosus eum videre et eum degustat et olfacit *ms Vict.* 13 nibil inquirit, nec eum olfacit, sed eum curiositate videndi eum degustat et olfacit ⁵⁶⁶ Cibos, et gustando quosdam, quærit de aliis. Aliquando *ms Corb. Vict. et Edit. Col.* 1573 Cibos. Aliquando.

615

Econtra m aliquando in gustu, elfactu et tactu, ut cum de eis nihil interrogat, sed tamen degustat, olfacit et contrectat.

CAPUT XXXV.

De quinque triplicibus.

Ouinque vero sunt quadruplicia. Quia aliquando est in visu, et verbo, et gustu, et olfactu, ut cum aliquis deambulans in nundiuis, has vel illas merces considerat, cujus hæ vel illæ pretii sint, investigat uvas, vel poma, vel alios fructus degustat, olfacit piper, vet cymium, vel alia bene olentia; hoc totum ca tantum faciens de causa, ut sciat quæ vel qualia sint ista vel illa. Aliquando in visu, et verbo, et gustu, et tactu, ut cum supra dicta facit, excepto quod nihil ibi olfacit, sed merces contrectans, volvit et revolvit. Aliquando in visu, et verbo, et olfactu, et tacta, ut cum ibi nihil degustat, sed alia facit supra dicta. Aliquando in visu, et gustu, et olfactu, et tactu, ut cum non inquirit cujus bæc vel illa sint pretii, sed cætera quæ diximus facit. Aliquando in verbo, et gustu, et olfacin, ét lacin, ut cum non est curiosus videre ca, quia sæpius vidit talia, sed cætera facit supradicta.

CAPUT XXXVI.

De ultimo genere curionitatis.

Unum vero ex quiuque partibus consistit, quia aliquando est in visu, et verbo, et gustu, et olfactu. et tacin, ut cum curiose ad hæc vel ad illa oculos convertit, et cætera omnia quæ supra diximus facit. r Quadraginta itaque et quatuer curiositatis sunt genera, e quibus octo sunt simplicia, quindecim duplicia, quatuordecim triplicia, sex quadruplicia; unum vero ex quinque partibus constat 368. Hæc sutem tam multiplex curiositas, quam et exaltatio et delectatio, de quibus superius diximus, omnes ex propria voluntate nascuntur. Nisi enim homo prius habuerit voluntatem delectandi, vel exaltandi, vel investigandi curiose quæ nulla sibi est utilitas scire. nunquam delectabitur, vel extelletur, vel curiose inutilia scrutabitur 300; sed tamen horum vitiorum mala præcedit voluntas, sequuntur et ipsa, its nascuntur ex es, ex his vero alia omnia. Ex delectatione namque nascitur luxuria, adulterium, fornicatio, immunditia, ventris ingluvies, ebrictas et alia D hujusmodi vitia. De exaltatione vero inanis gloria, invidia, ira, tristitia, et avaritia, et alia similia. De curiositate autem inquietudo, susurratio, detractio et cætera alia. Omnia vero in familia propriæ ve-

CAPUT XXXVII 363.

Similitudo inter propriam voluntatem, et adulteram reginam.

Propria namque voluntas est velut quædani adultera regina, quæ se cuidam regi adultero conjunxit, ex quo etiam tres filios habuit. Ex his vero *** tribus tot alii filii et nepotes sunt geniti, ita 204 multiplicati, ut numerari non possint. Omnes autem in familia Hius regis et reginæ consistunt, eorumque jussa quisque suo modo perficiunt. Rex itaque 305 cum regina ista cuidam alii regi adversatur, collectoque fliorum et nepotum exercitu, regnum illius aggressum prædatur. Hie autem exercitas sic servos illius regis invadit, ut aut plures plures, aut unus unum, aut plures unum, aut unos plures aggrediatur. Quoscunque vero devincere possinit, vincios et abductos in carcerem trudunt, exigentes ab eis quantum nunquam persolvere possunt, sed omnibus affecti miseriis, in carcere ille deficiunt. Arec autem regina ***, propria est voluntas omnium inobedientium domina. Que ideo vocatur adultera, quia separator a Deo, cui esse deberet conjuncta; el diabolo conjungitur, a quo deberet esse disjuncta. Ipse vero diabolus ideirco rex dicitur et adulter, quia in hominibus regnans per voluntatem pròpriam, animabüs eorum, Dei videlicet sponsis, abutitur. Cui se postquam propria voluntas junxerit, ex illius senime, id est perversa süggestione, tria principalia ejus vitia \$57. scilicet delectationem. extollentiam, cnriositatem concipit; et per quinque corports sensus, velut ca pariens, emittit. Ex his vero tribus tot alia vitia nascuntur, sicque multiplicantur, ut absque numero habeantur. Omnia vero ex familia diaboli propriæque voluntatis existunt ; et ex seipsis quamdam admirandam multitudinem reddunt. Diabolus itaque propriaque voluntas Deo Regi regum adversatur; et congregata vitiorum militia, regnum illius, scilicet huac mundum, aggredientes, prædantur. Hæc autom militia ses sic humanum genus invadit, ut aut plura vitia plures homines, aut unum unum, aut plura unum, aut unum plures, diversis modis accipiant. Quencunque vero superare possunt, mala consuctudine ligatum in infernum detrudunt, Ubi ab eo funumquodque vitium exigit quidquid unquam per illud commisit. Quod quia nunquam persolvere poterit, nec ei miseria unquam deerit.

VARIÆ LECTIONES.

387 Seil olfacit, querit et tractat. Econtra ma Viet. et Edit. Colon. 1573 sed olfacit. Econtra Nunquan delectabitur vel extol-238 Ex partibus consistit quinque mes ex quinque partibus consistit : letur vel... serntabitur ms Vict. nunquam delectaretur, vel exaltaretur vel... scrütaretur see Voluntatis existant ms et Edit. Colon. 1573 voluntatis existunt 361 Exercitium magnum ms Vict. et Edit. Col. 1573 exercitum magnum ²⁶³ In ms A. 1 Item tractates ejusdem Anselmi Cantuarias Arcinoviscopi, ... p. p. volastate. ³⁵³ It his vero mss et Edit. Col. 4573 Ex his vero ³⁶⁴ Itaque quoque mss et Edit. Col. 4575 omili. quoque ³⁵³ Rex antem mss et Edit. Col. 1573 Rex itaque ³⁶⁶ Have autem Regina ms. A. 1 have itanua Basina ³⁶⁵ Tria principalia vilia mas tria principalia ejus vilia ³⁶⁵ May autem familia ms et Edit. Colon. 1573 has autem militia

PATROL. CLIX.

• - •

CAPUT XXXVIII.

Similitudo inter propriam voluntatem, et venenosam herbam.

Rursus propria voluntas cuidam herbæ venencsæ atque mortiferæ assimilatur 369; quam medicus quidam peritissimus progeniei cujusdam, primis scilicet parentibus, interdixit, comminans eis quia si 376 ex ea comederent 371, leprosi effecti procul dubio interirent. At illi præceptis ejus obedire noluerunt, sed ex eadem herba comederunt; unde et leprosi effecti, leprosos quoque filios genuerunt, atque, ut medicus eis comminatus fuerat, mortui sunt. Quorum filii, licet patres suos agnoverint herba illa infirmatos fuisse et mortuos, seque ipsos lepra percussos et mortuos *7*, eamdem tamen herbam super omnes alias diligunt, indeque cibos universos B suos condiunt. Mane quoque surgentes 373 ex eadem quasi pro medicamento accipiunt, sed et somnum *** sero capturi, similiter faciunt. Ili igitur quam sint dementes, omnis qui audit, advertere potest. Sed nec minus dementantur, qui propria voluntate utuntur, ipsa est etenim herba diaboli, venenosa suggestione venenata, et omnibus ea utentibus pestifera. Hanc Dens, qui nostris pie medetur peccatis, primis humani generis parentibus interdixit, cum eos comedere pomum sub mortis comminatione prohibuit. Qui quia præceptum ejus transgressi ex eo comederunt, mox peccatores effecti, et in anima mortui, postquam alios peccatores genuerunt *78, et ipsi carne mortui sunt. Homines tamen eamdem voluntatem præ cæteris diligunt, et eam immiscent C omnibus pene quæ agunt. Nihil itaque istis dementius qui nihil utuntur sua morte libentius.

CAPUT XXXIX.

Ostensio quomodo propriæ voluntati omnia vitia militent are seu deserviant.

Huic denique propriæ voluntati, postquam suam in homine sedem constituerit ***, alia vitiorum genera serviunt, quasi milites terras tenentes, alia velut pro solidatis militantes. Illa etenim *** vitia quasi terras tenentes, ei obediunt, quæ pro seipsis in homiaibus consistunt, ut odulterium. Qui enim adulteratur, hoc ea solum facit de causa, quia eum vitium ipsum delectat. Illa vero serviunt ei, velut militantes pro solidatis, quæ sunt in homine, pro aliis vitijs *** : ut cupiditas pretiosarum vestium pro D struere. Suggestioni ergo ne attendamus, delectagloria inani. Nemo enim pretiosas vestes nisi ad inanem gloriam quærit. Item vitium aliquando huic, aliquando illi vitio servit, ut avaritia aliquando ventris ingluviei, aliquando exaltationi. Rursus,

A aliquando alterum alteri cedit, ut luxuria gloria inani. Aliquando enim luxuria repellitur, ne laus concupita perdatur. Omnta vero, sive hoc, sive illo modo, proprize voluntati diaboloque famulantur 300, e quibus in homine tribus modis procreata nascuntur 381. Diaboli enim suggestione, et carnis delectatione, spiritusque consensu, unumauodaue vitium consummatur.

CAPUT XL **.

Similitudo inter suggestionem, delectationem, consensum el canem.

Ex his igitur tribus (suggestione videlicet, delectatione et consensu) suggestio est velut canis ponderosus; delectatio, ut levis et acer catulus; consensus autem, quasi canis fortis et immensus, Ponderosus etenim canis, cum quempiam juxta se transeuntem audierit, semel vel bis post eum latrans, statim quiescit, si tamen ille viam suam in directum tenuerit. Si vero respiciens instigaverit eum, canis quoque latrando, licet non mordeat, insequitur eum. Catulus levis et acer, instat acriter; et nisi cito percussus fuerit, acrius mordet. Fortis vero canis et immensus, et fortiter instat; et nisi magna vi obruatur, hominem strangulat. Quare ponderosus canis non est respiciendus, catulos vero mox repercutiendus, canis vero immensus viriliter obruendus. Similiter autem si peccati suggestio animum pulsat, qui ab amore præsentium tendit ad æterna, mox eum deserit, si intentionem suam tenuerit firmiter. Si autem ad eam attendens in se

receperit, et cogitando quasi cam incitando revolverit, et ipsa sæpius eum infestat, quamvis non vu!neret, dum est suggestio sola. Sed si diutins cam replicaverit, ponderosus canis in catulura transit. id est suggestio in delectationem, quæ acriter instat, et nisi cito rejiciatur, animam vulnerat. Quare mox ut venire cœperit, debet cam repellere anima sponsa Christi, cogitans quia magna est ignominia illi ut in ejus conspectu appareat fædata delectatione tam turpi. Nisi eam repulerit delectationem, catulus transit in immensum canem, id est delectatio in consensum transit; qui arripiens animam, eam nisi magna vi obruatur, occidit. Sed mox, ut cœperit attentare ***, dehet eum anima *** magna vi obruere. id est immenso terrore mortis æternæ in se detionem mox reprimamus, consensum fortiter obruamus. Sicque cor nostrum studeamus custodire, ut nec una ess superfiva cogitatione diabolum illad valeat violare.

VARIÆ LECTIONES.

and Assimilatur et comparatur mes et Edit. Col. 1573 omittunt et comparatur *** Comminatis eis qui si mas comminatus eis quia si ³⁷¹ Ex ea comederent ms Vict. ex ea comederint cussos et mortuos mas Gem. Bc. A. 1 et Edit. Col. 1373 percussos et morituros ⁴⁷³ I gentes mas et Edit Colon. 1573 mane quoque surgentes ⁴⁷⁴ Et somnium mas et somnum ava Percuisos et mortuos mas Gem. Bec. A. 1 et Euris Com 374 Et somaium mas et somuum gentes mas et Edit Colon. 1573 mane quoque surgantes 374 Et somaium mas et somuum sentes mas et Edit Colon. 1573 mane quoque surgantes 376 In me Vict. Quomodo omnia vitia proprize volumtati sentes de Vict. alios genuermat 376 In me Vict. Quomodo omnia vitia proprize volumtati Edit. Col. 1573 illa etenim 100 Diabolo que famulanter ³⁷⁹ Præ aliis vitiis munuscript. pro aliis vitiis ms A. 1. diaboloque famulantur ms Vict et Edit. Col. 1573 diabolo quoque famulantur ⁴⁰¹ Procreata nascuntur ms Vict. peccata nascuntur ³⁴² In ms A. 1 omittitar. ³⁴³ Attentare mss Vict. et Edit. Col. adventare 34) Debet cum anima mas debet oum anima 300 Ut neque una me Vict, et Edit. Col, ut nec una

CAPUT XLI.

Similitudo inter cor humanum et molendinum.

, Cor etenim nostrum simile est molendino semper molenti, quod dominus quidam cuidam servo suo custodiendum dedit, præcipiens ei ut suam tantum apponam, videlicet frumentum, vel hordeum, vel etiam avenam, in eo molat see, et ex eodem ser gued moluerit, ipse vivat. Verum illi servo quidam inimicatur, qui huic molendino semper insidiatur; qui si quando illud vacuum invenerit, aut arenam ibi statim projicit quæ illud dissipat, aut picem quæ conglutinat, aut aliquid quod feedat, aut paleam que tantum illud occupat. Servus igitur ille ses isi molendinum suum bene custodierit, dominique sui tautum annonam in eo moluerit, munda ex eo farina egreditur juxta genus annonæ quæ intus molitur. B Ex codem autem quod molucrit, et domino suo servit, sibique ipsi victum acquirit. Si vero inimicum suum violare molendinum suum permiserit, mala ex eo furina procedit, quia mala est anuona quain molit. Hæc autem farina, et vehementer displicet domino illi, nec servus ex ca sibi victum, sed famem conquirit. Hoc itaque molendinum semper aliquid molens, cor est humanum, assidue aliquid cogitans. Hoc Deus unicuique homini servandum tradidit, jubens ut in eo volvat *** illes tantum cogitatus 200 quos ipse suggerit. Quorum cogitatuum alii ut frumentum, alii ut hordeum, alii ut avona sunt. Puri quippe at framentum sunt, quos anima replicat, cum in contemplatione posita pure de Deo cogitat. Hi autem hordeo assimilantur qui de virtute in virtutem, quasi per quosdam labores, ascendere meditantur. Hi etenim, licet sint boni, minus tamen superioribus sunt perfecti. Illi vere sunt ut avena, quibus homo intendit sua deserere vitia; beni namque sunt et isti, sed tamen imperfectiores prædictis. Hos itaque omnes vult Deus ut homo toto corde revolvat, et ex eisdem sibi victum æternum acquirat. Sed quia homini semper adversatur diabolus, et semper insidiatur cordi illius, quod si aliquande vacuum bonis cogitationibus invenerit, statim replet, si potest, malis. Harum autem malarum, aliæ cor dissipant, ut iræ et invidiæ. Aliæ conglutinant et coinquinant, ut gastrimargize et luxuriæ. Aliæ tantum occupant, ut vanæ h non **1 nimis nocivæ. Hic igitur homo, si cor sunm bene custodierit, sanctosque cogitatus in eo revolverit, munda per os verba, velut per foramen molendini, emittuatur; mundus per oculos visus, mundus per aures auditus, mundus per os gustus, mundus per nares odoratus, muadus per totum corpus

A tactus, secundum genera cogitationum mundarum quæ intus volvuntur. Ex his autem cogitationibus mundis, et Deo cas cogitando deseruit, et æternam sibi vitam acquirit; si vero diabolum cor suum corrumpere permiserit, mox vitia per sensus progrectiuntur, juxta genera cogitationum malarum quæ intus volvuntur. Hæc autem et Deo vehementer displicent, nec homo ex eis victum sibi acquirit, sed mortem. Cum enim ad finem quisque pervenerit, quantum boni vel mali nunc moluerit, tantum ad vitam vel mortem sibi præparatum inveniet. Verum sciendum ⁸⁰⁵ quia horum molentium, id est in hac vita laborantium, tria genera sunt.

CAPUT XLII.

Similitado inter molentes et laborantes.

flæc autem tria genera 203 velut fires sunt homines, de mane usque ad vesperam manu molentes. Horum itaque primus quidquid molit in saccum suscipit et abscondit. Alter vero partem capit, partem in flumen negligentia cadere permittit, partem vero ventus rapit. Tertius autem quidquid molit. impetus fluminis secum tollit vel ventus dissolvit. Veniente vespera, quando a labore cessatur, et fructus laboris inquiritur, quid putas singulos habitu. ros? Qui farinam totam reservavil, totum laborem suum bene recognovit. Qui vero partem collegit. inde lætatus est quod habuit; inde autem mæstus est, quod vento aut in flumine amisit. Qui vero totum amisit, eo tristior est. Flumen pro sæculi decursu accipitur, vento vero gloria designatur inanis; molendinum quod tota die molit, præsens labor hujus *** sæculi, qui a mane usque ad vesperam nunquam finit. Mane nobis erat quando nati fuimus, vespera vero erit quando per mortis debitum hine transibimus. Tempus itaque præsens dies est quo laborare debemus, unde in vespera vivamus. El sicut mola, circum circa ducta, ad eumdem semper locum revertitur, sic labor iste singulis annis more solito reiteratur. Modo namque aratur, seminatur, metitur, panificatur, comeditur quod iterum ad idem revertitur. In vespera ergo, quando dicetur: Voca operarios, et redde illis mercedem suam (Matth., xx, 8), katabuntur justi, tota farina servata, id est vita sua. Alii vero qui non cam totam servaverunt, in hoc mæsti erunt ; læti tamen, quod ex parte laboris sui Deum recognoverunt. Verum alii qui omne tompus suum in vanitate ponunt, et quod faciunt non ab humana laude abscondunt, quasi omne studium vitæ suæ in decursum fluminis projiciunt, farinamque suam vento committunt; unde et in fine, pane vitææternæ 200 carebunt. Væ illis!

VARIÆ LECTIONES.

²⁸⁶ In ca molat was in co molat ²⁸⁷ Ut ex codem mas A. 4 et Vict 13 et Edit. Colon. et ex codem ³⁸⁸ Servus autom ille mas et Edit. Colon. Servus igitur ille ³⁸⁹ Et in eo molat mas ut in eo volvat ³⁹⁰ Tanturns cogitans mas tautum cogitatus ³⁹¹ Ut vance glorize non mas A. 4 et Vict. 13 ut vanze non ²⁹⁹ In 299 A. 4 incipit § ab his terbis : veru: a sciendum, etc. ³⁹³ Hæc autem tria genera, velut ma Vict. et Edit. Col. bæc autom velut ³⁹⁴ Præsens labor hujus mas p. æsens est labor hujus ³⁹⁵ Panæ vitæ æternæ ma Vict. uane æterno

CAPUT XLIII.

Quod bonitas cujusque fidelis Deo et omnibus bonis sit utilis 386.

Eo diligentior ad studium bonitatis quilibet efficitur, quo fructus uberior inde provenire probatur. Sciendum itaque est quod bonitas cujusque omni creaturæ est utilis et bona, exceptis dæmonibus et damnatis hominibus. Deo etiam, qui nullius est indigens, quadam ratione prodesse videtur. Hominibus est utilis : quando enim ex vitæ merito quis ad æternam beatitudinem pervenit, numerus electorum incrementum accipit. Qui quanto amplius creverit. tanto minus æterna retributio exspectanda erit. Nam cum numerus ille sanctorum completus fuerit 207, retributio justorum mox accipienda erit, tunc quidem in corporibus quam jam habent in ani- B mabus. Si antem unusquisque fidelis, mox ut hanc vitam deserit, corpore simul et anima aternam beatitudinem consequeretur, omnis qui hoc videret ejus sequi sanctitatem compelleretur; itaque meritum fidei quodammodo videretur evacuari. Bonis itaque utilis est, his qui cum Deo sunt, quia corum meritum sua præsentia auget : et illis qui in præsenti vita sunt, et adhuc 398 futuri sunt, prodest, quia locum in illo cœtu beatorum implet, qui nullo modo in fine vacuus esse potest. Facit etiam aliud; malitiam perversorum ³⁹⁹ siguidem exemplo suz bonitatis restringit 400. Soli ac lunæ bonus homo, cæterisque creaturis est utilis, quia in consummatione justorum commutabitur in melius quidquid est omnium creaturarum. Sol quippe, sicut propheta oit : Septempliciter lucebit, ut lux septem dierum ; et luna erit sicut sol (Isai. xxx, 26). Aliæ creatura, ficet pulchræ sint, mutabuntur in melius, cum illas Deus mutabit in statum exinde non commutandum. Angelis quoque bonus homo utilis est, quia se omnibus illis amicum facit. Qui enim mihi amicum acquireret, qui me tanquam seipsum diligeret, et quem ego tanquam meipsum amarem, magnas ei gratias deberem. Quisquis ergo bonus studuerit esse, in bonorum amicitiam transibit, ita ut unumquemque tanquam seipsum amabit, et omnes eum eodem modo charum habebunt. Tantus enim amor tantaque concordia inerit omnibus, ut omnes amici unius, sint amici et alterius. Qualiter autem bonus D ctiam Deo sit utilis videamus. Omnipotens Deus civitatem quamdam magnam et admodum spatiosam 101 ad suam gloriam ædificavit, quam copiosa

A civium 402 multitudine replevit. Quorum nonnulli, cum propriam voluntatem potine elegerunt facere quam sub voluntate et ordinatione Dei remanere, miserabiliter corruerunt, et domus et ædificia magua et spatiosa ex parte vacua remanserunt. Ut igitur aliquis qui urbem maguam fleri ordinasset, qui multa in ea palatia construxisset, multasque mausiones ad urbis ædificationem feeisset, sod babitatores non haberet, et omnes quoscupue potuisset, ad se invitasset; sic facit Dominus Deus 403. Omnes enim, ut ad se veniant, et ut sibi ad suæ civitatis ædificationem subveniant, presatur, admonet, invitat, bonas leges pollicens, pacem et socuritatem promittene.

CAPUT XLIV.

.Commendatio supernæ Hierusalem.

Ibi namque jura legum immobilia, optime consuetudines, ibi cives non ex timore alicujus suas occultant opes, imo gaudent dum pelam omnibus apparent. Nullus siquidem ibi incursus malorum. pestis nulla, violentia omnisque rapina procul inde nemota. Præterea locus amænus et magna dulcedine refectus; domus parata, ædificia ampla, diversi generia mansiones. Unde et ipse Dominus : In domo, ait, Patris mei mansiones multæ sunt. Et propheta Baruch : O Israel, quam magna est domus Dei, et quem ingens locus possessionis ejus! (Beruch. 111, 24.) Magous, et non habet consummationem, excelsus et immensus. Tenebræ ibi nullæ, luce indeficienter circumlucente; infirmitas nulla, sanitas indefessa, nibil incommodi, omnia ad votum. Ad hanc itaque ædificationem invitat nos Dominus, dicens : Ven te ad me, omnes qui laboratia et onerati estis, et ego reficiam vos (Matth. x1, 28). Qui ergo venire voluerit, Dei procul dubio quodammodo adjutor erit. Unde Apostolus : Dei adjutores sumus, Dei edificatio estis (I Cor. 111, 9). la bonitate ergo quicunque steterit, non solum sibi et omni creaturæ utilis eril. sed etiam ipsi suo et omnium Conditori, ut divimus, beneficium præstabit. Hæe enim eivitas saucta, cui se sponte associavit 103, si vel unus homo defuerit honus, nunquam perficietur.

CAPUT XLV.

Quad bonilas bani hominis damnatis et damonibus sit inutilis 405.

Notandum etiam quod, sicut bonitas hominis boni omnibus est ad *** lætitiam incrementum, sic dæmonibus et hominibus damnatis est ad *** detrimentum;

VARIÆ LECTIONES.

²⁹⁵ In ms Vict. et Edit. Col. Quod bonitas cujusque Adelis Deo et omnihus bon's sit utilis scilicet sanctorum completus fuerit ms Vict. et Edit. Colon. ille sanctorum impletus fuerit præsenti vita sunt et adhuc ms Vict. et Edit. Col. impræsentiarum sunt vel adhuc rum ms Vict. et Edit. Col. malitiam perversorum ⁴⁰⁶ Siquidem, exemplo, suæ bonitatis restringit ms Vict. et Edit. Colon. siquidem excludit exemplo suæ bonitatis ⁴⁰⁵ Admodum spaciosam ms Corb. Vict. et Edit. Col. Admodum speciosam ⁴⁰⁴ Quam speciosa civium ms Vict. et Edit. Col. quam copiesa civium ⁴⁰⁶ Sic facit Dominus Deus : ms Vict. et Edit. Col. sic facit Deus : ⁴⁰⁵ Et omni et creaturæ mss et Edit. Col. et omni creaturæ cui sponte associavit ms Corb. et Edit. Col. cui sæ sponte associavit ⁴⁰⁹ Quod bonitas hominis, damnatis et domonibus sit inutilis. ms Vict. et Edit. Col. Quod bonitas boni doemonibus sit utilis ⁴⁰⁵ Omnibus est ad ms Vict. et Edit. Col. hominibus est ad ⁴⁰⁷ Damualis est sd ms Vict. et Edit. Col. damuatis erit ad

dæmonibus namque et bominibus damnatis, sancto- A fuerit infidelis esse, flageliatar interim, usquequo rum consummatio crit interminabilis factus et sterna damnatio. Nam cum isti Am obtinebunt corporis et anime gaudium sempiternum, tunc similiter et fli · ibunt in supplicium reternum. Quod quia dæmones non latet, modis omnibus laborant sanctorum incrementum impedire. Quoniam quidem, donec ultimus illorum eis associetur, non includuntur, sed habent potestatem tentandi elèctos Del, quatenus qui probati invenientor digna remoneratione corononuir; victi vero atque reprobi perenniter puniantur. Vigilemus ergo, ut Salvator admonet, quia adversarius noster circuit, querens quent devoret (1 Petr. v. 8). Mam attem devorat quem sua suggestione in malis actibus indurat. Notandum etiom quod qui honis alterins arridet, sanctia consentit; qui vero invidet, diabolis. B Siguidem magis puto ejus salvationem sperandam qui parum boni facit et benefactis aliorum favet quam illius qui multa facit et invidet. Is etenim cui benefacta aliorum placent, si damnatus etiam esset, juste taliter conqueri posset : O vos sancti, semper de vestra justitia juste lætatus fui. Itaque, si beatitadinis vestre particeps non fuero, inde damnacionem accipiam *** unde semper gaudebam.

CAPUT XLVI.

De similitudine inter Deum et quemlibet regem suos judicantem ^{\$10}.

fater salvandos autem *11 et damnandos sic Deus discernit quomodo rex quidam inter fideles et infideles imperii sui. Hic itsque rex, præparato ex ana parte quodam convivio 448 magno et ex alia parte quodam carcere tenebroso, disposuit quia quoscunque *1ª sibi fideles poterit comprobare, postquam omnes congregati fucrint, faciet simul discumbere; quoscunque autem sibi infideles esse convincere poterit. postquam et ipsi fuerint congregati, in tenebrosum illum carcerem simul faciet detrudi. Omnes itaque ad se invitat "", ut quis sit fidelis quisve jufidelis sgnoscat. Horum autem fidelium et infidelium, qui omnes invitantur, alii præceduat, alii subsequuntur. Fidelium igitur cuicunque, ut venerit, postquam vere esse fidelis comprobatus fuerit, datur mistura in terea cibi, donec conveniant omnes qui cum ipso sunt conaturi, ut simul incipiant omnes epulari. InAdelium

congregentur et alii qui cum co in carecrem sunt detrudendi, ut simul in eo incipiant omnes cruciari. Mox ergo ut fuerint omnes congregati, et fideles vel infideles esse fuerint comprobati, hi simul 416 omues in convivium collocati, satiantur 417, illi vero 416 in carcerem trusi, fame et siti moriuntur. Hic igitur rex inse Deus est, qui sie discernit inter bonos-ct imalos mundi istins. Ipse etenim, præparato hinc paradise et hinc inferno, constituit quia quoscunque sibi fideliter obsequentes invenire poterit, postquam omnes, ad cum ex hoc sæculo transcuntes, Accrint congregati, simul omnes in paradiso in 419 corpore et anima collocabit. Quoscunque vero reperire poterit præceptis suis resistentes, postquam ipsi convenerist, ownes simul in infernum horribiliter cum diabolo detrudet. Omnes itaque per prædicatores suas ad se invitat, ut quomodo sibi quisque velit obedire agnoscat. Verum ejus præceptis alii obediunt, alii vero resistunt. Utrorumque autem alii prius, alii morientes posterius 450 ejus examini repræsentantur. Quicunque itaque ei obediens fuisse comprobatur, requies ei (sed in anima sola) interim datur. Quicunque vero de inobedientia convincitur, et ipse in anima sola cruciatur. Postquam autem omnes mortui, et, ut dictum est, sigillatim exanimati sei fuerint, finitoque sæculo cunctisque resuscitatis, illud etiam generale judicium peractum fuerit, boni omnes, in cœlum translati, in anima simul et corpore lætabuntur; mali vero, in infernum detrusi, et ipsi in anima simul et corpore torquebuntur. Et sicut boni perfectam corporis et animæ beatitudinem tune primum obtinebunt, sie et mali e contra perfectæ miseriæ corporis et animæ tunc primum subjacebunt 439.

CAPUT XLVII.

De quatuordecim beatitudinibus corports et anima.

Multi homines 423 (quibus nonnunquam boni mores et justa opera proponuntur, ut se in eis, seculi postposita vanitate, exerceant admonentur) inquirere solent quamobrem, quo præmio, qua retributione. Respondetur itaque illis quod scriptum est : Quia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se 🗤 autem, ut 418 venerit quisque, postquam convictus D (Isai. LXIV, 4; I Cor.11, 9). Quod, cum illi non clare

VARIÆ LECTIONES.

400 Damnationem non accipiain mes et Edit. Col. damnatio-*** Nam cum isti ms Vict. nam cum justi ⁴¹⁹ De similitudine inter Deum et aliquem regem, suos judicaturos. mss et Edit. Col. de ler Deum et quemlibet reges suos judicantem ⁴¹¹ Inter salvandos siquidem ms A. 4 Inter nem accipiam similitudine inter Deum et quemlibet reges suos judicantem ⁴¹³ Quodam convivio ms Vict. et Edit. Col. omittunt quodam ⁴¹³ Q pia quoscunque ⁴¹⁴ Adinvitat ms A. 1. Vict. et Edit. Col. ad se invitat 413 Quod quoscunque s ilvandos autem - Guodani en este Adinvitat ms A. 1. Vict. et Ean. Un. au so international autem aute s lvandos autem 418 Infidelium ⁴¹⁹ In -paradisum, in me Vict. et Edit. Col. in paradiso in osterins ⁴¹⁴ Sigillatim examinati mes Sigillatim examinati fideles, in ms Vict. et Edit. Col. illi vero, in Alii moriuntur posterius mas morientes posterius ³²⁸ Torquebatar. ms A. 1 torquebatur. Et sicut honi perfectam corporis et animæ heatitudinem tunc primum obtinebant: sic et mali econtra perfecte miseriæ corporis et animæ tunc primum subjacebunt ³²³ Multi homines, etc. A. 1. Quatuordecim quippe sunt beatitudinis partes, etc., quæ in sententiis quidem omnino endem sunt ac in Kditis; al in verbis prorsus diversa : in mss enim abbreviate sunt sancti Anselmi sententiæ de beatitudine, quas prolizius expositas legimus in excusis manuscript. Sagiense P. 16 her eadere previus adhuc contraxit Diligentibus eum ms Vict. et Edit. Colon. diligentibus es

aliis verbis, et dicitur eis : Præmium quod his qui in hac vita Deo serviunt in futura vita recompensator, est vita æterna 406, beatitudo æterna, æterna jucunditas, sufficientia simul omnium commodorum sceundum voluptatem et sine omni indigentia. Hæc ergo, cum illis hoc modo dicuntur, bona quidem et magna, ut sunt, videntor; sed quia non intelligunt quid in hac vita habituri sint, nec subito quid sit omnium commodorum secundum voluntatem sufficientia et sine omni indigentia percipere possunt, hærent animo, nec multum affecti 427 sapore ad audita et a szculi vanitate 408 trahuntur. Quid igitur est agendum ut hæc illis al quatenus sapiant et sic ad bona opera evigilent? Puerorum more cibandos æstimo eos qui, si aliquando grossum aliquod pomum edendum per- B cipiunt, illud, ob dentium teneritudinem et oris angustiam, absumere nequeunt 459, nisi pro illorum 430 capacitate prius fuerit 431 particulatim divisum. Itaque dividantus in partes magna quæ diximus, ut inde possint ad vitam nutriri, de quibus agimus. One ut melius eluccant, consideremus que in hac vita mens avidius amet humana; et ex his, prout possumus, conjectemus illa cos habituros in vita æterna multo excellentius. Siquidem inter multimoda mundi pericula constituti, si Domini fuerint præcepta secuti, atque cum ipsa illic adepti fverint, plenitudine 438 desiderii sui se nequaquam fraudatos percipient. Hac igitur, ut prætaxavimus, faciamos et a minimis paulatim progrediamur. Quatuordecim C igitur sunt beatitudinis partes, quas, finito generali examine, perfectius omnes electi habebunt; totidemque miseriæ genera, quæ mali tunc sustinebunt. Hæ autem beatitudinis partes atque miseriæ sic sihi invicem sunt omnino contrariæ quomodo et ipsi qui eas accipiunt in remuneratione.

CAPUT XLVIII.

Hæ sunt quatuordecim partes beatitudinis.

Partes vero beatitudinis sunt pulchritudo, agilitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas, longævitas, sapientia, amicitia, concordia, honor, potestas, securitas, gaudium. Ista, ut æstimo, sunt, quæ propter se et propter quæ alia quæque ab hominibus appetuntur. Si autem in his aliqua sunt quæ aliquando servi Dei non modo non appetunt, sed etiam magno- D pere in hac vita curare subterfugiunt, ut sunt, verbi gratia, pulchritudo corporis atque voluptas, utique mon ideirco ea fugiunt quod hæc naturaliter nolint,

quid sit advertere possunt, repetitur hoc *** ipsum A sed ue Deum in his quequo modo possint effendere. aliis verbis, et dicitur eis : Præmium quod his qui in hac vita Deo serviunt in futura vita recompensatur, est vita æterna ***, heatitudo æterna, æterna jucunditas, sufficientia simul omnium commodorum guenndum velumtetere et sine omni indigentia. Hæc

CAPUT XLIX.

. Il æ sunt quatuordecim partes miseriæ.

Partes vero miseriæ quatuordecim prælihatis beatitudinibus contrariæ, hæ sunt : Turpitudo, ponderositas, imbecillitas, servitus, infirmitas, anxietas, vitæ brevitas, insipientia, inimicitia, discordia, dedecus, impotentia, timor, tristitia. Notandum quod sicut septem priores illius heatitudinis partes ad corporis beatitudinem, septemque posteriores *** ad animæ pertinent beatitudinem, sic quoque septem priores hujus miseriæ partes corporis, septemque ultimæ miseriam perficiunt mentis. Quicunque ergo illas omnes beatitudinis partes habere poterit, perfectam corporis et animæ beatitudinem possidebit. Quemcunque vero has omnes miserize partes tolerare contingerit, summa corporis et anime miserie subjacebit. Verum in hac vita, nec unam illius beatitudinis et hujus miseriæ partem quisquam potest habere, nec rursus ex 1010 ea carere. In alia vero vita, aut perfectam babens beatitudinem miseriæ nuilatenus subjacebit, aut summæ subjacens miseriæ, omnino beatitudine carebit. Quod ut totum 435 comprobare possimus, per singulas beatitudiais atque miserize partes curramus.

CAPUT L.

De pulchritudine et turpitudine.

Pars igitur prima beatitudinis est pulchritudo; et miseriæ, per contrarium, turpitudo. Illam omnes habere, hae vers concupiscunt carere. Verum bie neutram habere perfectam ***, vel neutra possuet carere. Quænam enim est illa speciositas hominis, quæ non sit multo minor pulchritudine Bosculi 127. Quis enim ut lilium candet? Quisve ut resa rubet? Quia tamen quantulameunque *** pulchritudinem habet, nec summæ turpitudini subjacet. Non 430 ergo vel illam vei istam perfecte habere, nec eis in bac vita potest omnino carere. In alia vero vita perfecte alteram babebit, alteraque omnino carebit. Pulchritudo etenim bonum quoddam est, et quod naturaliter a cunctis haberi amatur. In illa siquidem vita pulchritudo justorum solis pulchritudini, qui septempliciter quam modo sit, splendidior erit, adæquabi-

VARIÆ LECTIONES.

⁴³⁵ Reperitur hoc ms Vict. et Edit. Col. repetitur hoc. ⁴³⁶ Recompensantur, est vita ms Vict. et Edit. Col. recompensantur, vita mterna ⁴³⁷ Multum affecti ms Vict. et Edit. Col. multum efficaci ⁴³⁸ Et a szculi vanitate ms Vict. et Edit. Col. omittunt ⁴³⁹ Ahsorbore nequeunt ms Vict. et Edit. Col. assumere nequeunt ⁴³⁶ Nisi pro illorum ms Vict. et Edit Col. si pro illorum ⁴³¹ Prius fuerit ms Vict. et Edit. Colon. prius non fuerit ⁴³⁶ Fuerint, plenitudine ms Vict. et Edit. col. fuerint plenitudinem ⁴³³ Certe sentirent mus Vict. certo sentirent ⁴⁴⁵ Septem posteriores mss et Edit. Col. septemque posteriores ⁴³⁸ Quod ut totum neutrum habere perfectant ms Vict. et Edit. Col. Verum hanc neutram habere perfectant ms A. 4 Vict. 42 floris Dei Edit. Col. foris seculi ⁴³⁶ Quia tamen quantulanque Edit. Colon. Quia cum quantulancunque ms A. 6 Quia tamen quantulancunque ms Vict. 13 quæ tamen quantulamcunque ⁴³⁰ Subiacet. Non Edit. Col. subjacere, nec

tur. Unde scriptum est : Fulgebunt justi sicut sol, in A Radius quippe oculorum nostrorum, in sublevatione : conspects Dei (Matth. x111, 43). Amplius, corpus Christi 440 claritati solis prælucere nescio quemquam posse ambigere. Huic autem similes, teste Apostolo, erimus, qui ait : Reformabit corpus humifilatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ (Phil. III, 21). Hecautem *** auctoritate comprobata. si quis etiam velit sibi ratione comprobari, credo nulli debere incredibile videri justos pulchritudinem solis in illa vita, ubi mortale hoc absorbebitur, tantummodo sortiri, cum vere dicantar et sint templum et sedes Dei, quod nusquam in divina pagina de sole isto visibili meminimus legi ***. Hac igitur tali et tanta pulchritudine justus rutilabit. Si vero injustus fuerit, cœno et omni cadavere fælidior erit, omnique fuligine turpior. Ibi jergo pulchritudi-

nem perfectam aut summam habebit turpitudinem.

CAPUT LI.

De agilitate et ponderositate.

Secunda pars beatitudinis est agilitas; miseriz vero, econtra, ponderositas. Has vero nec omnino habere nec rursus his homo potest penitus hic carere. Nam quanta est hominis agilitas, quam minimus passerum superat, quia tamen 443 quoquo modo movere se potest, nec summæ ponderositati subjacet? in futuro autem aut perfecte agilis erit, aut sie ponderosus ut se omnino movere non possit. Sed in illa beata vita velocitas, quæ pulchritudine non minus amatur, tanta nos comitabitur ut ipsis angelis *** Dei æque celeres simus futuri, qui a cœlo ad ter- c ram 445, et, econverso, dicto citius dilabuntur. Quæ celeritas, utrum sit in angelis, si probari necesse esset, exempli gratia, dici posset hominem, mortali adhue carne gravatum, mox a Judza in Chaldzam per angelum delatum, indeque tradito prandio quod deferebat, sine mora relatum. Ergo cum istis omnino par velocitas nobis erit quibus, sicut promissa est, corum æqualitas inerit. Apostolus etiam, qui corpora nestra, quantacunque locorum intercapedine separata membratim fuerint sive dispersa, in ictu oculi asserit resurrectura, satis innuit quam velocitatem eadem corpora incorruptibilia sint babitura. Corruptibile quippe hoc, sicut ipse testatur, induct incorruptionem, et mortale hoc induet immortalitatem (1 Cor. xv, 53). Hujus quoque velocitatis exemplum in radio solis licet intueri, qui statim orto sole in plaga orientali pertingit usque ad ultima plage *** occidentalis ut in eo perpendamus non esse impossibile quod de nostra dicimus futura velocitate, præsertim cum rebus animatis soleat inesse major velocitas quam inanimatis. Hinc etiam 447 radio solis simile exemplum velocitatis habemus in nobis.

palpebrarum, usque ad cœlum pertingit, et ictus : earum 446 totus in semet ac integer redit. Amplius. constat quidem animas sanctorum, quæ jam cœle-a stia tenent, necdum plena felicitate frui, donec incorruptibilitate corporum suorum potiantus; quam cum adeptæ fuerint, non erit quod amplius velint. Hæc itaque corpora, si cas a sua velocitate aliquatenus tardiores aut gravieres efficere deberent; nimirum corum potius consortium abhorrerent quam appeterent. Igitur ea, quam disimus, velocitate dotabitur homo sanctus, cum ad veram vitam fuerit translatus. Malus vero tanto prenarum pondere premetur, ut nec pedem quidem, vel manus, vel aliquid sui corporis possit movere. Unde et illud in Evangelio : Ligatis manibus et pedibus ejus, mittite *** eum in tenebras exteriores (Matth. xx11, 23).

CAPUT LII.

De sortitudine et imbecillitate.

Tertia pars beatitudinis fortitudo dicitur; miseriæ vero, imbecillitas, quæ ei opponitur. Sed quæ est hominum fortitudo in hac vita, quorum plenam navim echinus in mari releutat? Quia tamen homo imbesillia quædam superare valet, nec omnino imbecillitati subjacet. Itaque nec fortitudinem perfectam, nec summam hic habet imbecillitatem. Verum præstabunt viribus quicunque supernis meruerint civibus associari, in tantum, ut nullatenus illis quidquam obsistere valeat, vel si movendo quia aut evertendo volverint a suo statu, quin illico cedat. Nec in eo quod dicimus majori laborabant conata quam nos modo in oculorum nostrorum motu. Ne, quæso, similitudo illa angelorum nostro excidat ab animo quam adepturi 400 sumus in futuro, quatenus, si in hac fortitudine aut in his quæ dicturi sumus, exemplum usi non occurrit, vel ipsa, per quan angelis adæquabimur, ad ea comprobanda prosit. Sic igitur 433 in guibus angelos valere constat nostra nihilhominus fortitudo valeat; neminem autem qui 483 dubitet puta existere angelos ea qua volunt fungi fortitudine. Cum igitur similes eis fuerinus, nunquam imbecilliores illis erimus. Sed fortassis quæret aliquis : Qnid nobis tunc illa fortitudo præstabit, cum singulis tam convenienter, nt convenientius nequeant, ubique dispositis, nihil immutandum, nihil vertendum, nihil statuendum sit in quo vires suas quis exercere possit? Qui hæc dicit paucis nobiscum quid in hujusmodi habeat usus humanus attendat, et videbit quia non semper omnibus quæ habemus et quæ nos habere non parum gaudemus actu utimur; sicut, verbi gratia, ipso visu polestate aliqua nonnullarum scientia rerum, et multis in bunc

VARIÆ LECTIONES.

*** Corpus Christi ms Vict. 13 *** Hæc autem ms Vict. et Edit. Col. hæc autem 443 Invenimus i mass et Edit. Col. meminimus 443 Qui tamen mas et Edit. Col. Quia tamen 444 Angeli mas Ang Ad terram ma Viet. et Edit. Col. ad terras 446 Ad ultimum plagæ mas et Edit. Col. ad ultima plagæ legi mss et Edit. Col. meminimus *** Angeli mss Angelis 1 Aric etiam mas hinc etiam ⁴⁴⁹ Et ictu earum mas et Edit. Col. et ictus earum ⁴⁴⁹ Et pedibus tite ms Vict. et Edit. Col. et pedibus, mittite ⁴⁵⁹ Quam habituri ms et Edit. Col. quam adepturi 440 Et pedibus ejus, mit-uam adepturi 481 Sumus exemplum ms Vict. et Edit. Col. sumus ad exemplum 458 Si igitur ms Vict. 13 sic igitur 533 Fortitudo valebit neminem, qui mos et Edit. Col. fortitudo valeat; neminem autom, qui

modum, sic et tunc de qua agitur fortitudine erst. À incipit esurire, slire, lacessere ⁴⁸³, suis in panns Sola namque possessio ejus nobis grata erit et exsultatio grandis, licet in actu nequaquam sit necessaria nobis, cunctis, ut dictum est, in suo statu convenienter locatis. Hæc eadem quæstio, si aut de veloeitate aut de aliqua partium bealtudinis movetur, bac solutione, si non aptiorein lector invenerit, solvatur. In futuro igitur, ut jám prælibavimus, šic justus ³⁴⁵ fortis erit ut etiam, si velit, terram commovere possit; et e converso injustus imbecillis, ut

nec etiam vermes amovere queat ab oculis suis.

CAPUT LIII.

De libertate et servitute. Quarta pars beatitudinis, libertas dicitur; miseriæ vero, servitus. Liber est ille qui ⁴³³ cogi non potest ad ea quæ nelit, nec probiberi ab eo quod vulit

ad ea quæ nolit, nec probiberi ab eo quod velit. Sed quis in hac vita valeat esse qui hanc possit libertatem habere? Quis non quotidie patitur quod nollet? Quis valeat assegui omne quod vellet? Quia tamen *** non ad omnia homo quæ non vult cogitur, nec ab omnibus quæ vult prohibetur. nec omnino libertate privatur, nec omnino servituti subjicitur. In futuro autem, aut perfectam homo habebit libertatem, aut omnimodam inibit servitutem 487. Sed, ut jam prædiximus et auctoritate 488 apostolica idipsum confirmavimus, angelis consimiles 400 erimus. Quicunque angelis assimilabuntar, corum quoque libertatem necessario assequentur. Itaque, sicut angelis nihil obsistit, nec aliquid eos impedire potest nes constringere quin pro velle suo cuncta penetrent liberrime, its non erit aliquod obstaculum quod nos retardet, nulla clausura *** quæ nobis ullatenus obstet, non elementum quod nobis ad velle nostrum pervium omnine non exstet 444. Amplius, certe dominicum corpus, cui corpora nostra configuranda Paulus testatur (Phil. HI, 21), ut jam supra meminimus, clauso sepulcro a mortuis surrexit, ac demum ad discipulos obseratis januis palpandus introivit (Joan. xx, 26), nobisque in hoc future libertatis grande documentum reliquit. In illa etenim vita, si bonus fuerit, nihil patietur quod nolit, sed agere permittetur quæcunque voluerit. Si vero fuerit malus, ad omnia quæ noluerit cogetur, et ab omnibus quæ voluerit prohibebitur.

CAPUT LIV.

De sanitate et infirmitate.

Quinta pars beatitudinis est sanitas; miseriæ vero, infirmitas. Illa homo ⁴⁶⁹ ab ortu suo carere, hanc autem incipit tolerare. Ex que enim nascitur, prima vox ejus indicat quod patiatur. Mox denique

sordescere. Hinc cacus vel surdus, mutus vel cloudus, cardiacus vel scabiosus, leprosus, vel paralyticus 444, aliove morbe efficitur infirmus 445. Quia tames ejus infirmitas leniri guibusdam medicamentis potest, nec summæ "" infirmitati subjacet. Verum in futuro, sic sanus erit quod nullatenus infirmabitur, sed summa sanitate perfructur. Do hac sanitate quid melius dicipoterit quam quod Psalmita canit? Salm, inquiens, justorum a Domino (Psal. xvxx1, 39). Quibus autem fuerit a Domino data vera sauitas, guze subripere valebit infirmitas? Verum de ista sauitate quam in seculo futuro habebimus, quod exemplum afferre queam, ut quæ sit intelligatur, non video. Quia nihil est sanitas, quod ei "" comparare possem, aut ego in me, aut aliquis sub mortali degens carne sensit in se. Hic etenim tunc nobis sani videmur, eum in nobis nihil, quod doleat, sentimus. Fallimur tamen nonnunquam in hoc; nam frequenter in aliqua parte corporis infirmamur, nec tames hoc ipsum, nisi aut motu corporis, aut tactu aliquo ullo pacto experimur. Ac de his qui nec ita infirmantur, sed ex omni parte sibi sani esse videntur quid dicemus, ut utrum sint sani aut non sint probemus? Pone tibi quemlibet sanissimum corpore, et de sanitate illius sciscitare, sanus est suo judicio. Hie talis paulo durius tangatur aut in aliqua sui corporis parte arctius constringatur, et statim videbis quis clamabit : Sine, lædis me, vexas me. Quid est hoc? Nonne prius se esse sanum dicebat, et nunc modice. tactus, ita dolenter succlamat? Istene tibi sasus videtur? Non puto. Nequaquam salus hujusmodi nobis dabitur, quorum salus a Domino futura esse promittitur. Nam absterget Deus omnem lacryman ab vculis sanctorum, et jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, neque ullus dolor, quoniam priora transierunt (Apoc. xx1, 4); et non esurient. neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus astus (Isai. XLIX, 10; Apoc. VII, 16); dextera emim sua Deus tegal cos, et brachio sancto suo defendet illos (Sap. v, 17). Quid itaque eis nocere valehit quibus dextra Dei tegumentum erit? Qualis autem sit illa sanitas, certe scio me nec alicujus sensu vel experimento accepisse. Febrium vero, et diversarum infirmitatum qualitates, si cujusmo-li

sint quis interrogaret, facile eas a me expositas forsitan intelligeret, tum quia ergo illas in me 448, tum quia ab eis accepi qui sciunt, qui eas experimento didicerunt in se. At quod nec sensu percepi, nec ab ullo qui percepit, ut dixi, accepi, nou eoderu

VARIÆ LECTIONES.

⁴⁵⁶ Sic justus me Vict. et Edit. Colon. et sic justus ⁴⁵⁸ Liber est qui me A. 4 liber est ille, qui ⁴⁵⁸ Cum tamen mes et edit. col. Quia tamen ⁴⁵⁷ Omnimodam inibit Servitutem me A. 4 Omnino servituti subjacebit ⁴⁵⁶ Ut prediximus auctoritate me Vict. et Edit. Col. ut jam prediximus, et auctoritate ⁴⁵⁹ Angelis enim consimiles me Viet. et Edit. Col. omit. cum ⁴⁶⁹ Nulla clausula mes nulla clausura ⁶⁴³ non extet mes non esset Edit. Col. non exercet ⁴⁶⁶ Hla autem homo mes Illa homo ⁴⁶³ Lacessere mes Lacescere ⁶⁴⁶ Paralyticus mes vol paralyticus ⁴⁶⁶ Afficitur infirmus mes A. 4 et Vict. 13 et Edit. Col. efficitur infirmus ⁴⁶⁶ Nee summe me A. 5. non summe ⁴⁶⁷ Nibil sanitatis quod ei me Vict. et Edit. Col. tamen quia ego illas in me

dem fert opinio, astruera licet sanitatem vitæ futuræ ita jugem, et immutabilem ac inviolatam fore et ineffabili quadam duleedine suavitatis totum hominem repleat, et omne quod aliculus in se vicissitudinis, mutabilitatis .***, aut Lesionis suspicionem prætendere queat, procel arceat atque repellat. Sie igitur justus orit sanus. At vero quomlibet injustum tanta ibi infirmitate sciss infirmari di multo postmodum medicamine quest medicari.

CAPUT LV.

De voluptate et anxietate.

Sexta pars beatitudinis est voluptas; miserize vero, anxietas. Illam homines appetunt, hanc vero refugiunt. Verum, eum eam in hac vita quærunt, non nisi per anxietatem invenire possunt. Cumque ad B id pervenerint quod voluptatem putant, non nisi laborando eodem perfrui valent. Quod si etiam 470 usi fuerint immoderatius, rursus cis in anxietatem vertitur 471. Quia tamen in eo qualitercunque deleclantur, nec omnimodam auxietatem patiuntur. Post hanc vero vitam, aut in omnimoda voluptate erunt 479, aut omnino replebantur anxietate.

CAPUT LVL

Similitudo ferri igniti.

Sicut enim ferrum ignitum quacunque sui parte continet ignem, sic in se boni voluptatem, mali vero sentiont anxietatem. Hanc vero voluptatem neminem in hac mortalitate viventem esse puto vel fuisse qui cam, ut est ***, senserit vel gustaverit, ut illius saporem vel habitudinem aliis declarare C possil.

CAPUT LVH ***.

De duabus beatitudinibus totidemque miseriis.

Dicamus tamen aliquid ad hanc declarandam. Dicamus duas beatitudines et item miserias esse dyas, majorem videlicet atque minorem. Majorem, regnum Dei; minorem vero, in qua Adam fuerat primo positus, paradisi gaudium dicimus. Item majorem miseriam, æternum ignem gehennæ; minorem autem, ærumnas fatemur vitæ præsentis, quas, dum vivimus, incessanter patimur. Beatitudinem quippe neutram aliquando experti sumus. Quod si saltem illam parvam beatitudinem quam Adam in paradiso positus habuit experti essemus, forte per p hanc illam majorem aliquo modo conjectando videre possemus, sicut nuncin minori miseria nati, nutriti et adulti, multa de majori miseria, quoties volumus, edicere et explanare valemus. Itaque cum voluptas, de qua agimus, constet esse una portio summæ beatitudinis, quo illam modo explicemus, ut capia-

mode. Credere tamen et ineuncienter, ut men qui- A tur, non video, nisi forte illud aganus un aliqua contraria similitudine magnæ miseriæ, quam ex minori conjectamus 476. Sit igitur ante ocules cordis positus, exempli causa, homo aliquis, qui tany in ip is oculorum suoram pupillis quam et in singulis membris ferrum ignitum, et candens infixum habeat, its ut not medulla, nec infestina, nec omnino quidquam in toto ipso sit quod illius cruciatus immanitate careat, vel cam levius quant in oculis aliquatenus sentiat. Quid dieam angustiatur? Quis hunc estimet essesanæ mentis inter ista? Bodem mode, sed penitus contraria consideratione, in illa futura vita delectatio quadam ineffabilis bonos inebriabit, et inæstimabili dulcedine sui totos eos inenarrabili exundantia satiabit. Quid dixi totos? Oculi, aures, nares, os, manus, pedes, guttur, cor, jecur, pulmo, ossa, medullæ, exta etiam 417 ipsa, et cuncta sigillatim singulaque membra eorum, in communi. tam mirabili delectationis et dulcedinis sensu replebuntur ut vere totus homo de torrente *** voluptatis Dei potetur et ab ubertate domus ejus. inebrietur (Psal. xxxv, 9). Verum e contrario, ut dictum est, credimus de injusto.

CAPUT LVIII.

De longævilale et vitæ breritate.

Septima pars beatitudinis est longævitas; miseriæ vero, vitæ brevitas. Hla beatitudinem corporis, bæc autem miseriam perficit. Tunc enim primum prædictas beatitudiais partes corpus habere potest, cum eas diu retinere valet. Nam si eas omnes haberet et statim moriendo amitteret, quid eas sibi habuisse prodesset? At longævitatem habere perfectam non potest qui aliquando moriturus est. Quantumlibet enim vivat diutius, somnium "" sibi esse videtur quod vixit, cum moritur. Non ergo longævitatem homo hic habet, ubi quandoque moriturus est. Qui tamen, quia mori citius possel, nec vitam omnino breven hic habet; in futuro autem aut longissimam, aut vitam habebit brevissimam. Si enim bene vixerit nunc, tunc vivet quantum et Deus, quia scriptum est 408 : Justi autem in perpetuum vivent (Sap. v, 16). Si vero male vixerit, non nisi moriendo vivere tunc poterit. Nihil ergo brevius illa 481 vita. cui mors fuerit semper juncta. Nunc autem notandum quia septem prædictæ beatitudinis miseriæque partes ad corpus pertinent; cæteræ vero, quæ sequuntur, ad animam.

CAPUT LIX.

De sapicutia et insipientia.

Octava itaque pars beatitudinis ad animam pertinentis 449 est sapientia; miseriæ vero, icsipientia.

VARIÆ LECTIONES.

⁴⁶⁰ Vicissitudinis, immutabilitatis ms Vict. et Edit. Col. vicissitudinis, mutabilitatis ⁵⁷⁶ Quo si etiam mas Quod si etiam ⁵⁷⁴ Vertitur ms A. 1. Vict. 13 et Edit. Col. convertitur ⁵⁷⁸ Aut in omnimoda voluptate erunt, aut mss A. aut voluptate. aut ms Vict et Edit. Col. aut in omnimoda voluptate sunt ⁵⁷³ Qui erun ut est mss ce Edit. Col. qui eam, ut est, ⁵⁷⁴ In ms S. Germ. A. 1. integrum hoc Caput omittitur ⁵⁷⁵ Forte agamus ms Vict. et Edit. Col. forte illud agamus ⁵⁷⁶ Conjecturamus ms et Edit. Col. conjectamus ⁵⁷⁷ Somnium sibi ms A. 4 mss exta etiam ⁵⁷⁸ Homo de torrente ms' Vict. et Edit. Col. homo de torrente ⁵⁷⁹ Somnium sibi ms'A. 4 Somnia sibi ms Vict. 13 somnum sibi ⁵⁸⁹ Unde scriptum est ms Vict. 13 quia scriptum est ⁵⁴¹ Nibil' brevius illa mss et Edit. Col. uibil ergo brevius illa ⁴⁴² Ad animam pertinens ms A. 4 ad animam pertinentis

Illam habere hacque carere se homo astimat, si A tia, plena remissio, secura omnium offensionum quid agnoverit quod alius nesciat. Sed quæ est ejus sapientia qui seipsum ignorat? Quis enim perfecte agnoscere valeat cujusmodi res sit anima sua? Quisve novit quale sit corpus ejus interius, vel quale posterius, vel etiam exterius? Quia tamen et se et alia quoquo modo cognosecre potest, non omnino insipiens est. Verum in futuro, aut perfecte sapiens aut omnino erit insipiens. Sapientia igitur, quam ownes in hac vita non inutiliter amant ses, tanta in futura vita bonis erit ut eorum quæ scire voluerit nihil sit quod ignorent. Bonus enim perfeeta, quæ Deus est, sapientia replebitur, eamque facie ad faciem intuebitur. Quam dum ita perspexerit, creaturæ totius naturam videbit 404, quæ in Deo melius quam in seipsa consistit. Tunc enim justi cuncta scient quæ Deus fecit scienda, tam ra quæ præterita sunt quam ea quæ postmodum sunt futura. Ibi a singulis omnes, ibi ab omnibus singuli cognoscentur. Nec quemquam omnino latebit qua patria, qua gente, qua stirpe quis editus fuerit, vel quid cliam in vita sua fecerit.

CAPUT LX ***.

Quod peccata singulorum singulis pateant.

Hic fortassis aliquis ait : Quid est hoc? Peccata quæ feci, scient omnes? Ad hoc ca confessus sum ut delerentur et obliviscerentur, ut nulli amplius panderentur. Bene. Sed cum tu in illa gloria, ab omni criminum sorde purgatus, vultui Dei præsens astiteris, ingratusne ei poteris esse pro tanta mise. C ricordia quam tibi fecit, remissis illis et illis delicuis? Non, inquies. Et unde, inquam, gratias ages ***, si nihil corum unde jure gratias illas debeas in tua memoria habeas? Ut igitur in laudibus illius seternaliter jucunderis, semper de quanta miseria sis crutus, at puto, coram habebis. Cum ergo singulorum conscientiæ singulis pateant, fateri audeo ea quoque ser peccata cunctis electorum patere pro quorum curatione tu Deo gratiosus existes assidue, non ad tuam confusionem, sed ad magnam Dei misericordiam, ejusque glorificationem tuamque congratulationem. Non enim tune pro percatis tuis te major augustia cordis premet scelerumve tuorum magis 488 pudebit quam aliquem, olim magnis vulneribus sau-Eatum jamque ex omni parte sanatum, aboliti lan- D guoris molestia premit. Vel nunquid eorum quæ in cunis positus infans egerat nunc grandævum pudet? Tunc quippe, cum integra sanitas, perfecta mundi-

impunitas tibi certo arriserit 484, recognitio vel recordatio peccatorum tuorum in nullo tibi magis borroriesse vel confusioni valebit quam est modo besto Petro spostolorum principi, qui Christum negavit, abnegatio sua ***, beatæ Mariæ Magdalenæ peccata sua, et multis aliis multa, quæ sequuntur, jam donata crimina sua. Verum super hoc agnitis delictis tuis, velut *** in enormi ac fæda infirmitate tua 492, pietas, virtus, sapientia medici qui te sanavit, sublimius a cunctis admirabitur, laudabitur, magnificabitur. Laus autem et magnificentia gloriæ Dei, tua, si bene advertis, gloria est. Sed dices : Et quidem consentio laudem Dei gloriam esse meam; verum, cum binc inde tot et tanti, ad mei comparationem, innocentes prodeant, qui, consideratis vitz meæ obscenitatibus, me omnino, sicut æquum erit, horrori habendum judicent, quid dicam? Justitia nempe suum, et suum injustitia præmiom exigit. In his, frater, nolo timeas; aliter enim erit quam existimas. Illum siquidem 403 quem tu tibi comparatum judicas innocentem, penitus non ibi reperies de te quemadmodum putas sentientem. Namque videns ⁴⁹⁴ ille, de quo agis, plane intelligit te neguaquam 405 se, sed Deum, quando peccasti, offendisse. Cum ergo viderit Denm tibi debita funditus dimisisse, nec in cor ascendet ut te inde aliquatenus judicet. In hoc enim ipso Deum offendere se cognosceret, si te, Deo per omnia reconciliatum, pro his quæ olim feceras ullatenus contemnendum cogitaret. Magis autem gratiosus, ineffabilem Dei clementiam admirabitur, non solum in te 406, sed etiam in se. In te, quia te de tam profundo iniquitatis eripuit; in se, quia sola gratia ejus, ne in idem profundum rueret, tenuit se. Laudando igitur, magnificabit in te, post gratiam Dei, vim atque constantiam, quibus enitens voraginem tanti mali viriliter evasisti, juxta quam, quod et 👐 ipse considerabit, nisi a Deo adjutus fuisset, non ita forsitan iter justitiæ tenuisset. Vides igitur quam nihil habet improperii vulgata cognitio peccati tui, imo quam multum laudis et gratiarum cognita remissio sui generabit.

CAPUT LXI ***.

Altercatio inter hominem justum et angelum.

lpsi etiam angeli, si te societate sui propter peccata tua indignum vellent judicare, haberes qualiter contra cos jure te posses defensare. Quonam, inquis, modo? Audi. Propone angelum aliquem quasi

VARIÆ LECTIONES.

*** Vita non inutiliter amant ms Vict. 13 vita amant Edit. Col. vita non utiliter amat debit ms A. 1 Vict et Edit. Col. naturam videbit *** Ms A. 1 integrum hoc caput omittit *** Natura videbit ms A. 4 Vict et Edit. Col. naturam videbit *** Gratias videbit ms A. 1 vice et Edit. Col. gralias ages 457 Audeo co quoque mas el Edit. Col. auucu ca quoque rumque magis mas el Edit. Col. scelerunive tuorum magis 450 Tibi recto arris. mas el Edit Col. tibi certo rumque magis mas el Edit. Col. scelerunive tuorum magis 450 Delictis tuis velut ma Vict. et Edit. Col. de-tes Abuegatio sua ma Vict. 13 abjuratio sua 451 Delictis tuis velut ma Vict. et Edit. Col. de-tes Abuegatio sua ma Vict. 15 abjuratio sua 451 Delictis tuis velut ma Vict. et Edit. Col. de-*** Infirmitate tua mss Vict. et Edit. Col. infirmitate sua lictis velut nfirmitate tua mas Vici. el Ean. col. martines o sudens 495 Plane intelligit te, neque 490 Namque videas ma Vici. el Edit. Col. namque videns 496 Plane intelligit te, neque Col. Plane neunagnam intelliget te, nequagnam 496 Nec solum in te ma Vici. el Ed. Col. 403 Illud quidem ms ei Edit. Col. illum siquidem mss Vici et Edit. Col. Plane nequaquam intelliget te, nequaquam "Juxta quam, 'et me Vict. et Edit. Col. juxta quani, quod et *** Ms A. 1. Non habel non solum in te nisi ultima verba hujus capitis

talia tibi improperantem : Tu homo de pulvere fa- A solum insipiens, verum omnino fas u amons. ctus, tu pulvis aliquando futurus, contra Deum te extulisti, contra præceptum ejus; et in cœnum omnis peccati et immunditize tumidus dejecisti et nunc nostri similis esse quæris, quos nunquam in aliquo voluntati Dei 409 contraisse cernis? Ad hæc ita respondeas : Si ego, ut tu dicis 204, de pulvere factus sum, certe non est mirum si vento tentationis impulsus in sordes sum ego criminum lapsus. Verum agnita et credita misericordia Christi, spretis omnibus quæ illum nolle scire potui, in cunctis quæ illum velle intellexi memetipsum exercui. Unde tribulationes et angustias, in fame et siti, vigiliis, verberibus, contumeliis aliisque modis innumeris ad houorem ejus sustinere non renui et, quæque mundana pro viribus B meis nihili pendens ⁸⁰¹, ipsius tantummodo solius gratize per singula reconciliari studui. Vos autem quid horum unquam sui causa sustinuistis ? Semper vos gloria, semper jucunditas est comitata, semper vos tenuit dextera Dei atque defendit ab impugnatione omnis peccati, ita ut nulla vobis subriperet macula ejus. Itaque si a voluntate ipsius non recessistis, illius sos donum est, a quo jugiter tenti estis. Sed quia hæc ratiocinatio illos tantummodo respicit qui perditioni suæ *** vim fecerunt et regnum cœlorum violenter rapuerunt "" (Matth. x1, 12), alii, qui in illo sunt, sed alio modo intraturi, alia ratione puritatem angelorum sibi sunt vindicaturi., Sed quæris : Quo? forsitan ista. Dicent ergo illis : Quid in regno Dei vestra quærimus æqualiter beari *03, dono et C gratiæ Jesu Christi Domini nostri ascribimus, qui ad hoc dignatus est homo fieri, pati, mori, ut nos, ab omni delicto in sanguine suo justificatos, ipsius regni consortes efficeret. Vos igitur considerate an sanguis Christi, qui pro nobis est effusus, queat nobis non esse perfecta causa salutis? Quid ad hæc angeli, qui libenter, eo quod boni sunt, rationi acquiescere "" volunt, dicerent nisi quæ dicta sunt ratione niti *** et hujusmodi homines jure suam æqualitatem debere sortiri? Cum itaque angeli atque homines quos magis tu judicaveras "" innocentes, tibi consentiant, cum in cunctis pro veritate rationis honorem deferant, perpende, si vales, quam grata sit sapientia ista qua tu, sicut ab omnibus, sic omnes a te cognoscentur in vita illa. Si autem fueris malus, verum etiam omnino *** sapientia privatus, tantis urgeberis doloribus ut non

CAPUT LXH.

De amicitia et inimicitia.

Nona pars beatitudinis est amicitia; miseriæ vero, inimicitia. Perfecta autem amicitia est, quæ in inimicitiam converti non potest. Sed quis hic habet #10 amicitiam tantam, etiam filius erga patrem? Quia tamen nullus habet hie, inimicitiam tantam, que converti non possit in amicitiam *11, nec omnino habet hie inimicitiam summan, in futuro *14 autem aut amicitiam perfectam aut inimicitiam quisque *14, iuveniet summam; bonum etenim quemque sic Deus omnesque alii diligent boni ut eum habere odio ultra non possint. Quantum namque quisquis scipsum, tantum et tam diu diliget alterum. Nec enim video quomodo aliter esse possit, præsertim cum omnes unum 'corpus Christi sint, et Christus, qui est ipsa pax, sit omnium capat. Nec minori sese affectu complectantur quam membra unius corporis sibi invicem copulantur. Quantum putas #14 abun fans eris in dilectione, quando hoc tibi fuerit in possessione? Attamen ista transi, et contemplare ipsum per quem hæc bona tibi pervenere et percipies quia ille plusqnam ut teipsum et quam omnes alii se incomparabiliter amet te, et tu super teipsum et super omnes alios ineffabili quadam suavitate illum amabis. Malum autem quemque sic Deus omnesque boni habebunt odio ut nec filius quidem pietatem habeat de patre in pœnis conspecto.

CAPUT LXIII.

De concordia el discordia.

Decima pars beatitudinis est concordia; miseriæ vero, discordia. Concordiam homo *** tam raram hic habet ut nec sibi ipsi semper concordet. Sic enim corpus et anima dissident sibi ut quod unum appetit alterum nolit. Verum quia non semper hoc ste, faciunt, sed aliquando idem volunt, non in discordia summa persistunt. In alia vero vita, vel in concordia vel in summa persistent discordia. Corpus etenim et anima cujusque sancti, imo concordiæ tantæ erunt omnes justi quantæ in præsenti sunt oculi nostri. Sicut enim oculus unus verti non potest quo non vertatur et alius, sed in eamdem partem semper volvuntur, sic etiam corpus et anima, vel societas D illa justorum, nihil poterunt velle diversum ^{\$17}, sed eamdem semper voluntatem habebunt. Corpus enim unum erimus. Ecclesia una erimus, sponsa Christi

VARIÆ LECTIONES.

⁴⁰⁰ Contra voluntatem Dei mss et Edit. Col. voluntati Dei ⁵⁰⁰ Ut dicis ms Vict. et Edit. Col. ut tu dicis ³⁰¹ Nihil pendens ms Vict. et Edut. Col. uihili pendens ⁵⁰³ Non recessistis, illius ms Vict. et Edit. Col. non cecidistis, ipsius ⁶⁰³ Qui salvationi suze mss et Ed. col. qui perditioni suze ⁵⁰⁰ Rapuerunt : ideo alii mss et Edit. Col. rapuerunt. Alii ⁵⁰⁶ Æqualitate beati mss et Edit. Col. æqualitate beati ⁶⁰⁰ Kationi veri acquiescere mss et Edit. Col. rationi acquiescere ⁵⁰⁷ Ratione moti ms Vict. et Edit. Col. verum omnino ⁵¹⁰ Sed quis habet mss Sed quis hic habet. ⁵¹¹ Amietitam moti ms Vict. et Edit. Col. verum omnino ⁵¹⁰ Sed quis habet mss Sed quis hic habet. ⁵¹¹ Amietitam tantam que converti non possit in inimicitiam mes et Edit. Col. inimicitiam tantam que converti non possit in amicitiam sum Nec ullus omnino habet hic inimicitiam summam, aut amicitiam. In futuro mes et Edit. in amiciliam Col. nec omnino habet hic inimicitiam summam. In futuro *1* Antem perfectam, aut inimicitiam quisque ross et Edit. Col. autem aut amicitiam magnam vel perfectam, aut inimicitiam quisque *** Quantum putas ms Vict. et Edit. Colon. omitunn, quantum *** Concordiam homo ms A. 1 Concordiam vero homo *** Quantum putas ms Vict. et Edit. Colon. omittunt, quantum sis Concordiam homo ms A. 2 Concordiam voro putas ms Vict. et Edit. Colon. omittunt, quantum sis Concordiam homo ms A. 2 Concordiam voro

erimus, quicunque ibi erimus. Ipsa Dei voluntas non A num habere. Nullus enim yel imperator laudatur a crit a tua diversa, sed sicut tu quod ille ita et ille volet i) cunciis quod iu. Caput namque a suo corpore quomodo discreparet?

CAPUT LXIV.

Quod omnes justi idem velint.

Hic forsitan dices : Eia ! si Deus et omnis ille beatorum cœtus volent quod ego tunc et augmentum mei boni mecum volent, quod ego ibi non velle non potero. Ero itaque, pro velle meo, de majoribus in cœlo. Huic tuæ imbecillitati respondeo. Quia si etiam beato Pet o in gloria par esse volueris, eris. In gloria dico quia, ut Petrus sis in persona velle non poteris. Namque si hoc velles, teipsum nihil esse velles, quod velle nequibis. Sed nec in g'oria illi æquari, si moritis ejus impar fueris, velle poteris, quis pulcherrimam illius corporis compositionem, quam in hoc conspiceres violari, plus omni commodo amahis. Nec etiam in humano corpore vel pes loco aut officio manus vel manus pedis fungi exoptat ; aut os vel nasus, ubi oculi sunt ; aut oculi ubi os ; aut nasus, relictis sedibus suis, cupiunt transferri ; aut si transferrentur, convenienter et sine injuria non id paterentur. Eodem modo, in illa admirabili et glorificata dispositione, et æque disposita glorificatione leatæ civitatis Dei ita quisque quod adeptus luerit amabit ut statum suum potiori gradu immutari non velit. Quare? Quia cuique satis erit sua felicitas et beatitu lo, sibi pro meritis suis misericorditer impertita. Amplius, si hi, qui jam tunc in ipsius corporis unitate locati fuerint, majora guampsint adepti desideratent, eo ipso miseri essent, quod nondum haberent #18 quod vellent. In quo enim alicui, quod cupit deest, in co miser sit necesse est. Sed absit ab illo regno omnis miseria. Aderit itaque omnibus omnis sufficientia, quam perficiet in singulis unanimis et plena concordia. Mali vero in discordia tanta persistent ut corum corpus et anima semper dissideant. Nam et corpus animam odio habebit, eo quod male unquam cogitaverit, et anima corpus eo quod male cogitata opere compleverit, pro quibus omnibus torquebuntur in s19 pænis.

CAPUT LXV.

De honore et dedecore.

Undecima pars beatitudinis, honor dicitur; mi-D seriæ vero, dedecus. Honorari homo ab omnibus appetit ***, aut corum verbis, aut factis. Verbis quidem, ut eum collaudent? factis autem, ut sibi eum præponant. Sed, cum honorem hujusmodi appetit, sale est ac si unus vermis sat quærat ab aliis laudari eisque in regimine præponi. Hunc tamen honorem, licet nullus sit pene, nemo potest hic ad ple-

cunctis, vel omnibus aliis præponitur. Quia tamen nec ullus a cunctis hic blasphematur, vel aliis omnibus substernitur, nec omnino mbonoratur. In futuro autem, aut honorabitur, aut econtra omnino inhonorabitur sea. Qui honor cujusmodi sit, bresi sub exemplo consideremus.

CAPUT LXVI.

De paupere in regnum adoptato ***.

Ecce sit ante oculos nostros positus aliquis pauper, omni solatio destitutus, ulcerum et aliarum infirmitatum foeditate corruptus, et omni quo vel a frigoris asperitate defendatur tegmine nudus. Hunc igitur talem, tali modo jacentem et in nullo semet juvare valentem, si rex aliquis potentissimus transiens illum videret 324, et miseratus ejus ulceribus mederi juberet, curatumque suis regalibus ornamentis indu-'tum sibi præsentari præciperet, et adductum in filium adoptaret, ac deinde præciperet ut in regno suo filius suus a cunctis haberetur, atque in nullo quod imperaret a quoquam [contradiceretur, hæredem suum filiique sui proprii cohæredem constitueret et eum suo nomine vocari vellet, nonne diceres hunc maguifice et inopinate honoratum? Et certe Deus nobis hæc omnia faciet. Nati enim de putredine carnis replemur multis miseriis (Job 2117), in quibus miseriis constitutos, et omni solatio destitutos, omniumque infirmitatum passionibus obnoxios, ac peccatorum et corruptibilitatis ulceribus plenos sola misericordia ductus accipiet et curabit nos, et sanitati restitutos ornamentis perfectæ justitiæ et incorruptibilitatis ornabit adductosque in filios suos sibi adoptabit, regni sui consortes efficiet et hæredes, Filioque suo unigenito, sibi per omnia æquali et coomnipotenti, concorporales statuet et cohæredes, omnique creaturæ jubebit ut in omni quod volemus nobis obediat, vocatosque nos nomine suo decs faciet. Ipse enim dicit : Ego dixi Dii estis, et filii Excelsi omnes (Psal. LXXXI, 6). Sed ipse Deus deificans est, tu vero deus deificatus. At fortasse ais : Hac ratio tua in illis quidem magnis apostolis, seu martyribus, potest existere rata, in me autem (qui utinam inter illos vel minimus esse mercur!) non intelligo quonam pacto constare queat. Ad hoc intende, quæso, et intellige quia nullum justorum ab ista deitate excepit Deus, ubi ait : Dii estis, et filii Excelsi omnes.

CAPUT LXVII.

Similitudo inter Deum et ignem 818.

Verum ut dicta melius eluceant, considera sub exemplo naturam ignis et naturam rerum ignitarum, si forte ibi aliquatenus queas imaginari qualiter illi

VARIÆ LECTIONES.

sis Quod nondum haberont ms Vict. et Edil. Col. quo nondum haberent sus Torquentur in ms torquebuntur Unda nondum naperone me vice. et Edit. Col., que nondum hauer de vermis me A. 1 et Edit. Col. mus ⁵³⁰ Ab omnibus appetit ma A. 1 ab hominibus appetit ⁵¹¹ Unus vermis me A. 1 et Edit. Col. mus ⁵³³ Inhonorabitur me Vice. et Edit. Colon. Exhonorabitur ⁵¹³ De paupere in Regnum adoptata ⁵³⁴ Inhonorabitur me Vice. et Edit. Colon. Exhonorabitur ⁵¹³ De paupere in Regnum adoptata ia unus ma Viet. et Edit. Col. De paupere in regem adoptato an Illum videret ma Vict. et Edit. Colon. on illum an Similitudo inter Deum et ignem ma Vict. et Edit. Col. similitudine inter ignem et Deitatem Illun: videret ms Vict. et Edit. Colon. omitt. illam

LIB. DE S. ANSELMI SIMILITUDINIBUS.

cipando deificari. Ecce ignis unus est, et in sua natura calidus. In hunc ignem pone lignum, 'plumbum et ferrum simul. Itaque cum lignum fuerit in carbones conversum et plumbum liquefactum, ita ut in carbonibus nihil nisi ignis apparent et plumbo nihil caloris addi queat, necdum tamen poterunt ferro in calore cozquari, quod nondum forsitan penitus incanduit igni. Licet Igitur aliud alio magis in calore, profecerit, singulorum tamen servata natura sua, usitato locutionis modo, quia quod ignitum, est per se dicitur ignis. Sic erit in illa beata supernorum civium socletate, de qua loquimur ***. Nam quemadmodum hi qui summæ deitati sunt propinquiores, et ob hoc aliis præstantiores, dii dicentur ita et qui illis sunt inferiores, (quoniam una et eadem, qua et ipsi, B fectam hic habet. Quia tamen non semper qued summæ deidati pro sua capacitate participant) simili nomine deos dicendos necesse est. Talis honor, ut prælibavimus, justis pro modo meritorum exhibebitur. Quisquis vero malus e contra se sic exhonorabitur ut, in omni fetore dejectus, vermium etlam dominio subjicietur.

CAPUT LXVIII.

De potentia et impotentia.

Duodecima pars beatitudinis est potentia; miseriæ vero impotentia. Veram ille potentiam obtinet gui gnæcunque voluerit facere potest. Quod quia nullus hic valet facerc, nec veram hic potentiam potest "" habere. Quia tamen quandoque quod vult facere potest, nec omnino impotentiæ subjacet. Verum in faturo, aut vere præpotens, aut omnino semperque C vit, id ei aliguando me auferre volet, nec ullus etiaar impotens erit. Bonus autem guidquid 🚧 voluerit facere poterit, quoniam ipsum Onnipotentem in omnibus suæ voluntati concordantem habebit. Malus vero nihil quod velit agere quibit. Quando ergo cum tanto honore et cum cæteris prætaxatis hanc adeptus sueris omnipotentiam, non video qua ratione possis cupere ampliorem. Igitar, dum possessione harum beatitudinum quas digessimus felix fueris, nonne sufficiens tibi videberis? Et maxime, inquis. Age igitur. Si in omnibus istis vel una die, sicut exposita sunt, sccurus viveres, gauderes sine dubio. Si autem mense, vel uno anno lætificaveris, si toto tempore vitæ tuæ, quid faceres! Nec dici quidem potest, ut autumo, lætitiæ modus. Darem pretium n *** utique libens quidquid haberem, et memetipsum insuper, si sic, et non aliter, ea adipisci valerem.

summæ majestati ase, pro modulo tuo, possis parti- A Si vero adhue omnino securus existeres quod ea, dum viveres, nullo eventu amitteres, opitto dicere utrum cogitare sas possis an non quid exsultationis tibi decase!.

CAPUT LXIX.

De securitate et timore.

Tertiam decimam beatitudinis partem, accipe securitatem; miseriæ vero, timorem. Hæc alias siquidem omnes beatitudinis partes confirmat, nec haberi possunt perfecte sine illa. Tunc enim perfecte homo cas habet, cum nusquam amiltere timet. Verum *** in hac vita nibil quis potest habere, undo securus valeat esse. Sub eodem enim momento pauper ex divite, mortuus ex vivo potest existere. Ergo nec alias beatitudinis partes, nec securitatem perpatitur timet ***, sed quandoque effugere potest, nec summum timorem hic habet. In futuro autem, aut securitatem perfectam, aut econtra summum habek:t timorem. Bonus autem quidquid voluerit habebit, et nihil ex co se amissurum timebit.

CAPUT LXX.

Quod nullus amittat bona semel adepta:

Dico enim quod si ea perditurus est, aut ipsevolet en perdere sua sponte, aut Deus volet ei volenti illa auferre, aut aliquis alius Deo fortior superveniens, ea tollet ab illo, Deo et ipso non volente. Sed certe nec ipse, abjecto tanto bono, in miserias quasse evasisse gratiosus exsultabit recidere volet, ucc Dens, qui illud tam larga et clementi bonitate donafortior Deo superveniet, qui, Deo justum protegente, hoc illi invito aliquatenus tollet. Malus vero et semper tormenta que patietur pavebit, et nunquam ex eis evadere poterit.

CAPUT LXXI.

De gaudio et tristitia.

Quarta decima beatitudiais *** pars, gaudium; miseriæ vero tristitia est. Gaudium perfectum solus ille potest habere qui prædictas omnes beatitudinis partes potest obtinere. Quaruin quia ullam nemo hic habere potest, patet quia nec gaudium summum hic retinere valet *37. Sic et ille solus vere tristitiam patitur summam *** quem prædictæ omnes mi>eriæ partes omnino coarctant. Verum quia nullus ex tolo hie eas patitur, liquet quia nee in somma trist fia hic habeatur ***. In sæculo autem futuro aut lætit a

VARIÆ LECTIONES.

¹³⁴ Summæ majestati ms Vict. et Edit. Col. summæ Deitati ³¹⁷ De qua lequitur mss et Edit. Col. de qua loquimur ³⁵⁸ Malus sit, econtra ms Vict. et Edit. Col. malus, econtra ³¹⁹ Voluerit, facere potest. ms A. 1 voluerit, potest ³⁵⁰ Bonus vero quicquid ms A. 1 Bonus enim quicquid ³³⁴ Quid faceres? Nec dici midden potest at antime. Institute Duite Duite Duite Duite Col. cuid faceres? darage a voluent, potest and bonus vero quicquid ms A. 4 Bonus enim quicquid de Guid facetes ? dares quidem potest, ut autumo, letitize modus. Darem precium ms Vict. et Edit. Col. quid facetes ? dares precium? ³⁴⁴ Utrum cogitare ms Vict. et Edit. Col. utrum et cogitare ³⁴³ Possunt firmiter atque per-lecte, sine illa. Verum ms Vict. et Edit. Col. Possunt perfecte sine illa. Verum mss Bec. et A. 1. Possunt perfecte, sine illa. Tunc enim perfecte homo cas balet. cum nusquam amitters timet. Verum ³⁴³ Non accie, sine nia. verum ms vici. et Lait. Col. Possunt perfecte sine illa. Verum mss Bec. et A. 1. Possunt perfecte, sine illa. Tunc enim perfecte homo eas habet, cum nusquam amittere timet. Verum semper patitur, quod timet : mss non semper quod patitur timet ³³⁵ Id en aliquando ms Vict. et Edit. Col. id ei aliquando ⁵⁴⁶ Quarta decima beatudinis ms Vict. et Edit. Col. Quarta decima igitur beatitu-dinis ⁵⁴⁵ Retinere valet ms A. 1 habere valet ⁵⁴⁶ Solus vere tristitiam patitur summam ms A. 1 solues pati potest tristitiam summan ⁵⁴⁵ Nec eliam summa tristitia hic habetur mss A. 4 et Vict. 13 et Edit. Col. me in summa tristitia hic habeature pati potest tristitiam summain sub Nec

agt tristitia guisque replebitur summa. Bonus enim A illuc latenter et multum callide, ut guasi nullo quisque omnino tunc poterit *** gaudere, quia prædictas omnes beatitudinis partes oblinebit perfecte. Quid ergo beatius isto, qui tanto replebitur gaudio **1. Adhuc tamen ad cumulum beatitudinis suæ aliud habebit, unde magis possit gaudere; quia enim quisque, sicut se, alterum amabit, patet quia sic de illius felicitate, ut de sua, gaudebit. Quot igitur et quanta gaudia quisque obtinebit qui de tot et tantis beatitudimbus sanctorum jubilabit? Quod si tantum de aliis, quos ut se diliget, gaudebit, quantum de Deo, quem supra se diliget, exsultabit? Gaudium enim erit ei intus et extra gaudium sursum atque deorsum, gaudium circum circa ubique gaudium plenum. Malus vero e contra tristitia replebitur summa, quia omnes miseriæ partes, quibus nihilominus se cir- B cumseptum sentiet, inevitabiliter sine fine patietur et indesinenter.

CAPUT LXXII.

De cupiditate mundani honoris.

Sic agunt *** illi qui mundi hujus honores appetunt, quomodo pueri qui sequuntur papiliones. Papiliones enim cum volant, tramitem rectum nunquam tenent, sed buc illucque se agitant, cumque alicubi residere videntur 444, nec ibi diu morantur, Hos autem cum pueri capere volunt, cito post eos currere satagunt, et quia non ad suos pedes, sed ad papiliones intendunt, aliquando in foveam cadunt, seque immaniter lædunt. Plerumque vero, cum eos vident alicubi insedisse "", incedunt suaviter et caute, ut eos valeant comprehendere. Quod dum C faciunt, manibus quoque plaudunt, et ad invicem levi voce dicunt: Ecce jam eos habebimus, ecce eos jam habebimus. Sed *** cum proprius accedentes eos apprehendere tentant, papiliones avolant. Si quando vero eos apprehenderint, exsultant de nihilo, quasi magnum quid fuerint adepti. Similiter autem faciunt qui mundi hujus honores appetunt. Honores enim hujus mundi nunguam certam tenent viam, sed incertis diverticulis de uno ad alium transvolant. Cumque sub alicujus substiterint potestate, non ibi diu possunt remanere. Hos ergo dum stulti homines assequi cupiunt, festinant post cos quibuscunque modiv possunt. Et quia non considerant quo eos modo assequantur, sed ut quoquo modo "" adipiscantur, sæpius in gravin crímina docidunt, quibus suas ani- D mas vehementer lædunt. Aliquando vero, cum viderint eos alicubi quasi paratos sibi esse accedunt

sciente valcant eos obtinere; et quo dum appropriant, vehementer gaudent et exsultant. Sed cum proprius accesserint eosque se posse jam apprehendere putaverint, honores de manibus eorum se excutiunt, et aliqua de causa ad illos aliquos se transferunt. Quos si quandoque adepti fuerint, gratulantur, quasi aliquem verum honorem fuerint assecuti, cum ad veri honoris culmen pervenire non possiut, si nop hos, pro suorum *** satisfactione commissorum, reliquerint.

CAPUT LXXIII.

Similitudo inter Deum et aliquem dominum.

¹³⁴ Rebelles designatur ms Vict. 13 et Edit. Col. rebelliones si-perfecto ¹³⁸ Bono et perfecto debent mss bono debent ¹³⁷ lis filiæ ms Vict. 13 regaues nue ¹³⁵ Quæ in perfecto mss quot in perfecto ¹³⁶ Bono et perfecto ucount minis ¹³⁶ Dano et perfecto ucount minis ¹³⁸ Sit regionis ms A. 1 sit regiminis ¹³⁸ Sit regionis (et ideo nomen non habet ⁹¹⁸ Regalis filize ms Vict. 13 regales filize gnantur⁴⁷¹⁵ Quæ in perfecto miss quot in perfecto Non enim leviter Edit. Colon. non ergo leviter⁷¹⁶ Sit regionis mis A. 1 sit regiminis mi we A. 1. Is vero, qui⁷²⁶ Non adhuc : sed vitam suscepit (et ideo nomen non habet monachi) assi mi we A. 1. Is vero, qui⁷²⁶ Non adhuc : sed vitam suscepit (et ideo nom eque venali. Verum sicut mis A. 1 "s Iste vero, milatur nummo ponderoso, monetam tamen non habenti, et ideo non æque venali. Verum sicut ms A. 1 non adhuc suscepit, et ideo non habet nomen Monachi, assimilatur nummo, monetam nondum habenti et 73s Reponere cupit ms ⁷⁸¹ Ita ut habentem ms A. 1 æque ut habentem ideo nondum venali. At sicut 734 Hunc thesauro ms 788 Monachalem habere ms A. 1 Monachicum habere A. 1 recuperare cupit A. 1 recuperare cupit and management inductor me A. 1 and management and the same a lidus enim mss A. 4 Vict. 13 et Edit. Col. Invalidus quippe ⁷⁴⁹ Quam debeat habere, sed manuscript. A. 4 quam debeat, sed ⁷⁴¹ Puto ex ære ms et Edit. Col. puro ex ære ⁷⁴³ Eundem quem perfectus manuscript. A. 4 eript. A. 4 eundem quem bonus ⁷⁴³ Interiorem retinere ms A. 4 interiorem habere ⁷⁴⁴ Religiosus videtur ms Vict. 13 religiosus habetur ⁷⁴⁴ Religiosus habetur ms A. 4 religiosus habeatur ⁷⁴⁴ Facti-cius quippe ordo mss Bec. Vict. 13 et Edit. Col. factiti quippe ordinis ⁷⁴⁷ De causis rationabilibus ⁷⁴⁸ Naturali vero mss et Edit. Col. naturalis vero ⁷⁴⁸ Deus, ipsi ms A. 4 de causis irrationabilibus ⁷⁴⁹ Naturali vero mss et Edit. Col. aturalis vero ⁷⁴⁹ Deus, ipsi ms A. 1 Deus ipse ⁷⁸⁰ Est et ille ms A. 4 est ille ⁷⁵¹ Munimento ms Vict. 13 juvamento

LIB. DE S. ANSELMI SIMILITUDINIBUS.

sola circumligetur. Sotularis vero, etiam solus pedem munit satisque decenter convenit ei, ne tamen cadat vel tortus flat, necessaria sibi est corrigia ut ligetur ex ea. Sic licet factitius ordo nihil solus prosit, sed magis dedeceat, naturalis vero sine illo et prosit et deceat, ut tamen iste firmus teneatur necessarius ille sibi habetur. Hinc quippe est quod qui religionem interius servare desiderat habitu menachali exterius se alligat, qui quod exterius demonstrat semper cum coarguat 752, quia, si postea noluerit hoc esse, magis⁷⁵²eum dedecet habitus iste. Si enim, werbi gratia, monachus superbus fuerit, qui habitu exteriori humilitatem prætendit, multo iuconvenientius esse videtur quam si careret humilitatis habitu. B Decet igitur ut quod ostendit exterius studeat et habere interius. Nihil enim pene exterius habet in habitu vel professione sive consuetudine "" quod non eum commoneat aliquid interius babere.

CAPUT XCII.

De vestibus monachi.

Quod enim viles "" nigrasque fert vestes, ut "" se vilem reputet peccatoremque commonet 787; auod vero eisdem a capite usque ad pedes tegitur, hoc eum facere a principio vitæ usque ad finem hortatur 759. Quod autem eædem in modum sunt crucis. eum semper habere commonet memoriam Dominicæ passionis.

CAPUT XCIII.

De corona et tonsura monachi.

Corona denique capillorumque tonsura eum esse debere sacerdotem "s" et regem demonstrat. Sacerdotes quippe in Lege mitra tegebant caput ad similitudinem cujus et huic caput raditur. Reges autem co. ona utuntur 760, ad cujus similitudinem, hujus capilli tondentur 744. Hæc itaque cohortantur 768 eum. ut sacerdotis et regis gerat officium.

CAPUT XCIV.

De spirituali sacrificio monachorum.

Officium sacerdotis 763 erat in Lege generis diversi pecora maetare; hujus ergo similiter officium debet esse leonem iræ et crudelitatis interficere, lupum rapaci atis, taurum ferocitatis "**, vulpem astutiæ,

pedi, imo magis inconvenicos videtur esse, si lbi A hircum immunditiæ, glirem somnolentiæ, equum et mulum luxuriæ, asinum pigritiæ, aliaque bestialia vitia in se occidere 768. Regis autem officium proprium est regere regnum, hostes inde propellere, ne justo injustus injuriam faciat providere, malis depressis ; bonos exaltare. Hoc itaque officium debet esse monachi ut suze mentis regnum regat et corporis """. Hinc enim vev omnia expellere debet vitia, providere ne malus bono appetitus resistat, sed ut bonus mahum sibi semper subjiciat. Quidquid postremo exterius ostendit in habitu, vel in consuetudine, "** studeat etiam interius habere. Alioquin, nihil sibi corona sive tonsura proderit, ullusve habitus vel consuetudo monachalis "". At sunt plerique qui factitio ordini imputant quod naturalem non servant. Dieunt enim bono animo se pati non posse quod eis imponantur "" consuetudines tantæ. Queruatur etiam quod in szeulo meliores fuerint cosque monachatus deteriores effecerit. Verum quisquis boc dicit, denario falso est similis.

CAPUT XCV.

Similitudo inter monachatum et ignem.

Falsus quippe denarius, bonus plerumque esse videtur; at, si in ignem fuerit missus, protinus falsus esse probatur. Sic plerumque male morigeratus hemo, bonis csse moribus videtur in sæculo; at si monachus suerit effectus, culpisque 771 post modum exigentibus regulariter fuerit increpatus, protinus probatur non esse quod videbatur ***. Qui enim humilis videbatur et patiens, mox superbus invenitur et impatiens. Quod si hoc imputaverit ordini, tale est ac si denarius dicat igni : Tu me falsum fecisti. Non enim falsum "7" eum fecit, sed quod erat ostendit. Sic denique istum non ordo male morigeratum effecit, sed quia hoc jam esset declaravit. Non igitur ordinem sed seipsum accuset moresque perversos in bonos commutet. Nisi enim esse bonis moribus videatur, bona, si quæ exterius *** agit, parvipenduntur.

CAPUT .XCVI.

De interiori virtute et exteriori.

Duo quippe virtutis sunt genera quæ inter se sic differunt ut corpus et anima. Unum enim interius

VARIÆ LECTIONES.

755 Esse arguat mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col. eum coarguat 755 Quia si postea noluerit esse,-magis mss. Quod si postea noluerit esse, magis Edit. Col. Quod si postea noluerit hoc esse, magis ⁷⁵⁴ Habitu vel postea sione sive consuctudine mss habitu vel consuctudine mss Victor. Gemmet. et Edit. Colon. habitu vel postes-sione sive consuctudine ⁷⁵⁵ Quod enim vitem ms Vict.13 Quid enim vites ⁷⁵⁶ Vestes ut ms Vict.13 vestes nisi ut ⁷⁵⁷ Peccatorum commonet manuscript. A. 1 peccatoremque commonet ⁷⁵⁸ Hæc est enim talaris tunica et polymila quam filio suo Joseph fecisse legitur Jacob Patriarcha mss omittunt. ⁷⁵⁸ Eum esse tunica et polymila quam filio suo Joseph fecisse legitur Jacob Patriarcha mss omittunt. ¹⁴⁹ Eum esse socerdotem ms Vict. 13 et Edit. Col. cum esse debere sacerdotem ¹⁶⁰ Coronis utuntur nus A. 1 corona utuntur ¹⁶¹ Tonduatur mss et Edit. Col. tondentur ¹⁶⁸ Coactant mss cohortantur eum ¹⁶³ Officium similiter sacerdotis mss Å 1 Vict. 13 et Edit. Col. officium sacerdotis ¹⁶⁴ Tantum ferocitatis mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Col. taurum feritatis ¹⁶⁵ Vitia occidere mss vitia în se occidere ¹⁶⁶ Ut suze mentis regnum regat et corporis. ms Vict. 13 omittit ¹⁶⁷ Hinc enim ms Vict. 13 hic enim ¹⁶⁶ Vel in ipsa professione ms A. 1 omittit ¹⁶⁶ Habitus monachalis ms A. 1 habitus vel consuetudo monachalis ¹⁷⁹ Eis imponantur mss A. 1 Vict. 13 et Edit. Colon. eis imponuntur ¹⁷⁴ Verum si rigorem arripuerit aliquo instinctu Monachatus; culpisque mss At si Monachus fuerit effectus, culpisque ¹⁷⁸ Videbatur esse et mss A. 4 cure exterius exterius ms A. 1 quæ exterius

Interius namque est charitas, humilitas, patientia, benignitas, cæteraque similia; exterius vero, jejunare, eleemosynas dare, in orationibus vigilare, laerymari aliaque hujusmodi. At sicut corpus sine anima non diu subsistere valet, anima vero sine corpore potest ""; sic exterius genus sine interiori non diu subsistit, cum hoc interius faciat sine exteriori. Diu enim charitatem habere quis potest, etiamsi non jejunet, cum din pro Deo jejunare non possit, si gum non amet. Ut tamen plerumque spiritus malignus corpus assumit illudque vegetando subsistere facit, sie inanis gloria cor hominis intrat illudque virtutis genus exterius simulat. Sicut enim charitas jejunare, sic et inanis gloria facit. At sicut corpus exanimatum cito fetet, et contemnitur , sic exterius ge- B nus sine interiori despicitur 776. Cum enim guispiam jejunio quidem intentus, sed irasci facile videtur, si de jejunio laudetur ab aliquo, confestim respondetur ab altero : Quis, inquit, de illius curet jejunio, qui sic inflammatur 177 pro nihilo? Si autem frequentius manducaret, sed humilis et patiens esse videatur; si quia non jejunat, ab aliquo reprehendatur "", illico ab altero respondetur : Bene utique"" ut manducet, promeretur, quia adeo 786 patiens est et benignus.

CAPUT XCVII.

Similitudo inter monachum et hortulanum.

et invisibile, aliud vero exterius est atque visibile. & debeat more hortulani 788. Hortulanus quippe qui plantare appetit herbas, prius terræ et earum m naturam considerat, ubi eas plantet. Nisi enim terræ et earum natura convenerit, crescere vel fructificare nullatenus poterunt. Sic qui virtutum facere vult plantarium, quo in loco sui plantet **** eas sibi est prævidendum. Si enim locus fuerit vitiosus, et ipsæ virtutes in vitia redigentur.

CAPUT XCVIN.

De ædificante domum.

Rursus sic eum agere decet velat qui domm ædificare debet. Qui enim ædificium facere vult stabile, soliditatem privs considerat terræ, quo scilicet fundamentum firmum supponere, parietem erigere, tectum superimponere, tutusque possit 784 inhabitare. Sic qui virtutum vult facere ædificium, quo securus inhabitet ab insidiis dæmonum, quo in loco sui construat illud" sibi est prævidendum. Si enim locus non ¹⁸⁶ fuerit firmus, nec ædificium diu sabsistere poterit. Hoc itaque solum vel terra bona767, est humilitas, enjus cunctis virtutibus congruit natura easque ve'ut firmum fundamentum sustentat.

CAPUT XCIX.

Quod superbia sit vallis maxima bestiis vitiorum plena.

Non est in altum "** elevata superbia, sicut quidam putant, sed demissa est, et vallis maxima bes-Sciendum est ad 781 virtutes tendenti quod agere, tiis vitiorum plena, et caligine tenebrarum deusis-

VARIÆ LECTIONES.

⁷⁷⁸ Sine corpore esse potest mas A. 1 Vist. 13 et Edit. Col. sine corpore petest ⁷⁷⁶ Inte-riori, Deo et Angelis displicet mas et Edit. Col. interiori, despicitur ⁷⁷⁷ Sic inflatur pro ma sic inflammatur pro ⁷⁷⁸ Sed humilis et patiens esset, recte videretur. Sed si, qui non jejunat, ab aliquo reprehendatur mas et Edit. Col. sed humilis et patiens videatur esse; si quia non jejunat, ab aliquo reprehendatur ⁷⁷⁹ Bene utique ma A. 1 bene, alt ⁷⁸⁶ Qui adeo mas A. 1 Vict. 13 et Edit. Col. ⁷⁸⁰ Peter dit. Col. sed humilis et patiens ester ad ma A. 1 vere scientur scientur ad ma A areau scientur ad ma Vict. 13 et Edit. Col. ⁷⁸⁰ TTS Into-Aliquo reprehendatur ¹¹⁷ Bene ulique ms A. 1 bene, air ¹¹⁶ Gui auco mus A. 1 vici. 15 cs 2000. our quia adeo ⁷⁸¹ Sciendum est ad ms Vici. 13 et Edit. Col. sciendum ad ms A. 1 verum sciendum ad ⁷⁸⁵ Boni hortulani ms A. 1 Vici. 13 et Edit. Col. more hortulani ⁷⁸⁴ Terræ earum ms A. 1 Vici. 13 terræ et eorom ⁷⁸³ In loco plantet ms A. 1 in loco sui plantet ⁷⁸⁴ Tutusque intus possit ms A. 1 tutusque possit ⁷⁸⁵ Construat illud ms Vici. 13 et Edit. Col. constituat illud ⁷⁸⁶ Si enim ejus locus non mus A. 1 Vici. 13 et Edit. Col. si enim locus non ⁷⁸⁷ Vel terra bona ms A. 1 vel terra pura ⁷⁸⁸ Non est ia. altum etc. usque ad Cap. 109. Verum quia etc. in me Beccensi et San-Germani. Tandiu enim virtutes alia subsistere valent, quandiu firmamentum humilitatis retinent : losa namque velut mons magnus in cujus cacumine lux spleudidissima, in valle vero profunda densitas est tenebrarum magna, superius quoque personæ multum honestæ, inferius vero in valle multum malæ inhabitant bestiæ. Sunt enim dispositi gradus quibus a valle usque ad montis cacumen ascenditur. Qui vere in valle moratur, tenebrarum densitate executur, a bestiis sape invaditur : qui vero hine exiens ascendere cœperit, quo altius ascendit, eo rarescentibus tenebris lux ei clarescit, bestiæ quoque persequi eum omittunt, honestæque personæ sibi obviam veniunt. Cum autem usque ad montis cacumen pervenerit, inter ipsas personas, luce clara quiescit. Vallis itaque profunda, superbia est, quæ quo extollitur, inferius jacet; densitas vero tenebrarum est ignorantia sui, id est cum qui non agnoscit quod sit contemtibilis : malæ autem bestiæ sunt vitia, eos qui se ignorant conculcantia. Gradus vero quibus ad montis cacumen ascenditur, septem sunt humilitatis radus quibus ad ejus perfectionem pervaditur. Qui ergo in valle superbize commanens est; tenebris gradus quibus ad ejus perfectionem pervaditur. Qui ergo in vane superbite commanens car, tentori ignorantiæ sui cæcatur, vitlisque quibuslibet sæpe conculcatur. Qui vero, relicta superbia, per humilitatis gradus ascendere incipit, quo plures ex els ascenderit, eo ignorantia rarescente aperitur sibi cognitio sui. Vitia prius non ut prius eum infestant; sed honestæ personæ, id est virtutes, ei appropinquant. Cum autem usque ad supremum humilitatis gradum ascenderit, inter ipsas virtutes in clara sui cognitione quiescit.

Primus itaque humilitatis gradus est quemque contemptibilem cognoscere se esse. Et quia sunt quidam qui contemptibiles quidem se esse cognoscunt, sed inde non dolent : secundus est dolere se contemplibilem esse. Quia vero sunt alii qui se esse contemplibiles dolent : sed confiteri nolunt : tertius est confiteri se esse contemptibilem. Et quia rursus alii qui se contemptibiles esse confitentur, sed nolunt ut ita credatur; quartus est persuadere contemptibilem se esse. Verum quia quidam contemptibiles quidem volunt credi, sed hoc sibi nolunt dici : quintus est pati ut dicatur contemptibilis ; qued quia quidam patiuntur, sed tamen pati nolunt ut contemptibiliter tractentur : sextus est ita patienter injuriam sucipere, quasi commodum magnum fleret. Sed quoniam ex horum quidam inviti patiuntur : septimus est amare ut contemptibiliter tractentur. Ubi postquam quis ascenderit, clara est in luce, id est in perfecta sui cognitione; inter honestas quoque personas, id est virtutes, commoratur, que omnes hos humi-litatis monte, velut ædificium quoddam fundantur. Hujus denique humilitatis omnes illi gradus sunt

sima. Nam quanto amplius quis superbia involvitar. A tanto lucem veritatis minus intuetur. Nec clare justum ab injusto, quandiu in tenebris, id est in cæcitate cordis sui jacet, discernere superbus potest 789; sed quæ sunt distorta æque sectatur ut recta. Unde fit ut, in valle ista tenebrosa vitiorum, sit copia quasi bestiarum crudelium multitudo magna. Nam leones crudelitatis, vulpes calliditatis, serpentes quoque venenosæ invidiæ, ranæ garrulitatis et iracundiæ, cætera etiam vitiorum animalia solent ibi abundare. Quæ quanto plus cuique familiares habentur, tanto minus quam sint crudeles videntur. Consuetudo enim vitii est ut non facile videatur ab illo qui eo premitur, sed mox ut cessaverit et ab eo se alienaverit, tunc demum considerat in quanta foeditate B a Creatore meo non timuistis peccando recedere et et miseria jacuerat 790, et quam graves morsus ma-Jarum bestiarum toleraverat 791.

CAPUT C.

De monte humilitatis et septem gradibus ejus.

Humilitas autem mons magnus est, in cujus summitate lux est non modica, et honestarum personarum, id est sanctarum virtutum pulcherrima turba. Sed quicunque ad hunc "" pervenire desiderat, necesse est ut per gradus quosdam ascendat, si hunc montem agnoscere et inhabitare affectar.

CAPUT CI.

Pimus gradus humilitatis.

Primus itaque gradus in monte humilitatis, est cognitio sui. Hunc unusquisque sic debet habere ut C se inferiorem omnibus judicet, imitans 793. Apostolum, qui se omnium suorum coapostolorum dixit esse minimum (I Cor. xv, 9). Nam si esset aliquis homo. qui ita peccasset ut dominus ejus sibi justo judicio pedes et manus amputare, oculos eruere, et totum corpus dilauiare posset, nec tamen faceret, sed ex sua misericordia illum toleraret, vehementer se domini sui debitorem cognoscere deberet, et co magis humiliari quo se minus perpenderet meruisse a domino sic tolerari. Nos igitur Dominum nostrum in multis offendimus omnes (Jac. 111, 2), et in tantum ut nos ex vindicta justitize suze membratim posset dilaniare, aut jugi languore in præsenti affligere. aut pœnis postmodum æternis tradere.

CAPUT CIL

Quod qui in Deum peccat omnem creaturam contra se excitat.

Ex qua offensione non solum iram Dei promeruimus, sed etiam totam creaturam adversum nos excitavimus. Etenim si servus alicujus a domino suo recederet et inimico domini sui adhæreret, non solum ipsum dominum exacerbaret, sed et totam ejus familiam justissime irritaret. Cum igitur Dominum creatorem cunctorum offenderimus, adversum nos omnem creaturani, quantum special ad meritum nostrum, in iram commovimus. Potest ergo nobis justa consideratione terra dicere : Non debeo vos sustincre, sed potius absorbere, quoniam inimico ejus, diabolo scilicet, adhærere 794. Potest etiam cibus dicere et potus : Non mernistis ut vos pascere debeamus, imo potius ut confusionem et necem vobis præparemus. Ab illo enim peccando recessistis, per quem nec ales esurit. Sol quoque: Vobis ad salutem non debeo lucere, sed, ad vindictam Domini mei, qui est lux lucis et sons luminis, penitus coercere. Sic et singula quaque creata 798 contra nos possunt surgere irrefragabili ratione. Proinde expedit nobis humiliari, ne, diu dilata vindicta, tanto acrius adveniendo mala nostra puniat quanto diutius toleraverit 706 quod punire poterat. Ut ergo humiliemur, quid simus, quid nati 787 fuerimus, vel quid fecerimus, mente pertractemus, et nos viles peccatores multoque supplicio dignissimos fore cognoscemus. Qui se ergo talem judicat, jam in primo gradu humilitatis stat.

CAPUT CHI.

Secundus gradus humilitatis.

Secundus gradus est dolor. Nam sunt nonnulli qui se peccatores esse cognoscunt et fatentur 700, sed nullum inde dolorem habere dignoscuntur; quibus necesse est ut doleant, si veniam mereri desiderant, quia non valet ad salutem ut se cognoscat quispeccatorem, nisi inde habeat et dolorem. Nam si domino suo aliquis peccaret, et inde dolorem non haberet, quid putas dominus ejus de eo diceret 700 ? Quomodo ei offensam posset dimittere, quandiu

VARIÆ LECTIONES.

necessarii, sicut a simili perspicue potest vlderi. Si enim dominus quispiam servum haberet quem proculpa sua tradere morti deberet, positaque ratione cum eo, servus culpam occultare velut in tenebris vellet, vel si cognosceret, non inde doleret, aut si doleret coram aliis, domino licet jubente confiteri nollet, aut si confiteretur, persuadere nollet ut hoc ita crederetur, aut si vellet culpabilis credi, pati tamen nollet ut diceretur culpabilis, aut si hoc sibi pateretur dici, non tamen pati vellet ut sicut culpabilis tractaretur, aut boc patiens non ita tractari amaret, licet hoc velle dominum sciret, non ei profecto culpam illam Dominus dimitteret, imo magis iniquum servum eum puniret : sic nec nostras nobis culpas Dominus dimittet, si

dimitteret, into magis iniquum servum eum puniret i sie nee nositas nonis cuipas bommes cuinter et non nos gradibus iisdem humiliaverimus sicut ipse jubet. ⁷⁸⁹ Superbis potest mss Vict. 13. et Corb. 307 superbus potest. Edit. Col. superbos potest mss Vict. 13 et Corb. 307 jacuerat ⁷⁸¹ Toleraverit mss Vict. 13 et Corb. 307 toleraverat ⁷⁸² Quicunquo ad hunc ms Vict. 13 et Edit. Col. qui ad hunc ⁷⁸³ Judicet : imitans ms Vict. 13 et Edit. Col. judicet, esse imitans ⁷⁸⁴ Diabolo servire et adhærere ms Vict. 13 et Edit. Col. diabolo, scificet, adhærere ms Corb. 307 diabolo adhærere ⁷⁹⁵ Sic et singulæ quæque creaturæ mss Vict. 13 et Corb. 507 Sic et singula quæque creata ⁷⁹⁶ Diutius toleravit mss Vict. 13 et Corb. 307 diutius toleravit ⁷⁹⁷ Quid vel quales nati mss Vict. 13 et Corb. 307 quid nati ⁷⁹⁸ Esse cognoscunt et fatentur, sed ms Corb. 307 esse fatentur, sed ms Vict. 13 et Edit. Col. esse cognoscunt, sed ⁷⁹⁹ De eo dicere mss et Edit. Col. de eo diceret

1.1 × 1.1

eum de offensione sua ⁸⁰⁶ nequaquam sciret dolorem habere? Ridiculum potius quam aliud videretur, si veniam peteret de hoc unde se non dolere fateretur ⁸⁰¹. Necesse est énim ut dolorem habeat quisquis de perpetratis culpis veniam consequi desiderat.

CAPUT CIV.

Tertius gradus humilitatis.

Deinde sequitur confessio, qua qualiter 808 se peccator cognoscat et doleat consiteri studeat. Multi enim sunt qui se peccasse cognoscunt et dolent, et tamen celant, quoniam quidem hoc conflteri erubescentes non audent. Et quia sciunt confessionem ad salutem necessariam fore, ita in cordibus *** suis coram Deo pænitent, et illi confiteri proponunt multoque majorem pœnitentiam agunt quam si confiterentur eisque injungeret aliquis sacerdotum. Verum in hac re penitus decipiuntur, quia nullus Deo quidquam confiteri potest quod ipse ignoret. Omnia enim ei nuda sunt et aperta (Hebr. 1v, 13). Vult itaque Deus ut quicunque ei peccaverit, ac si ipse nesciret, ita suo loco alii nescienti confiteri ne dissimulet, quatenus hoc judicio manifeste comprobet qui, si Deus 863 hoc ignoraret, ipse veraciter ei manifestaret. Ad boc, si is qui majorem pœnitentiam ex proprio arbitrio non confessus vult agere quant aliquis, si confiteretur, vellet ei imponere, putat majus qui se secisse ex propria voluntate quam si confiteretur, penset apud se quid sibi plus constiterit, an confiteri et parvam pænitentiam agere, an sine confessione spontanea voluntate longo tempore C pænitere. Cumque magis eligit 605 pænitentiam gratis protelare *** quam reatum suum per confessionem manifestare, agnoscat pro certo quia nondum vere confessioni illam suam spontaneam pœnitentiam, quamlibet gravis 807 fuerit, adæquavit, quoniam quidem necdum sibi tantum constitit graviter clam poenituisse quantum confessionem, cui eam facere debuit, fecisse. Quare minus est semper quenilibet graviter sine confessione pœnitere quam puro ex corde confessionem facerc.

CAPUT CV.

Quartus gradus humilitatis.

Cum itaque tres gradus in monte humilitatis habeamus, sequitur persuasio quæ unicuique habenda est, quartus videlicet jam prælibatæ virtutis gradus. D Cum enim necessarium sit ut confiteamur, sciendum est quod ita confiteri debemus, ut hoc ipsum quod confitemur, ita esse persuadeamus. Tunc ete-

eum de offensione sua ses nequaquam sciret dolo- A nim pura est confessio, si eam sequitur voluntaria rem habere? Ridiculum potius quam aliud videre- persuasio.

CAPUT CVI.

Quintus gradus humilitatis.

Quinto igitur gradu,⁸⁴⁶ confessio apponatur, ut scilicet qualem se quis cognoscit dolet, confitetur et suadet, talem quoque se ab aliis concedat judicari. Sunt enim plerique satis semetipsos iudicantes, sed nequaquam possunt ab aliis pati judicari, vituperari. Qui ut ad ⁸⁴⁹ montem veræ humilitatis ascendant, lis necesse ⁸⁷⁰ est ut sicut semetipsos despiciendos judicant, sic etiam alios, si se judicando despezerint, tolerare sciant. Qua in re ⁸¹¹ opus est patientia, quæ sexto loco est apponenda ⁸¹³.

CAPUT CVII.

Sextus gradus humilitatis.

Hæc itaque unicuique familiaris sic esse debet ut quandocunque ⁸¹⁸ ei aliqua injuria fit, ita eam suscipiat patienter quasi commodum sibi magnum fieret. Profecto si aliquis servorum alicujus discreti hominis peccasset, et, dum sibi exinde ficrent multæ molestiæ, non reclamaret, sed potius juste talia patl se diceret, citius apud dominum misericordiam inveniret. Nos itaque qui multa contra Creatorem nostrum commisimus, tanto studiosius humiliari debemus quanto magis indulgentia ejus nos indigere videmus.

CAPUT CVIII.

Septimus gradus humilitatis.

Nec solum absque murmuratione pati debemus molestias, sed ut etiam 'graviter puniamur ad vindictam Dei amemus. Amor enim supremus montis humilitatis gradus esse videtur, quoniam tunc quidem est Deo grata satisfactio, cum in ejus mente, qui satisfacit, nulla manet murmuratio, sed pia jugiter fervet dilectio.

CAPUT CIX.

Recapitulatio graduum humilitatis.

Quod autem superius dilate per partes ostendimus, nunc eadem breviter et summatim sub exemplo colligamus. Si enim dominus quispiam servum haberet, quem pro culpa sua tradere morti deberet, positaque ratione cum eo, suam servus culpam occultare, velut in tenebris, vellet; aut si cognosceret (quod est printus humilitatis gradus) non inde doleret; aut si doleret (quod est secundus) coram aliis, domino ticet jubente. confiteri nollet; aut si confiteretur (quod est tertius) persuadere nollet ut

VARIÆ LECTIONES.

⁸⁴⁰ Pro effensione sua ms Vict. 13 de offensione sua ⁸⁴¹ Unde se non dolere fateretur ms Vict. et Edit. Col. unde se dolere non fateretur ⁸⁰⁸ Ut scilicet qualiter mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. quia qualiter ⁸⁰⁸ Fore, in cordibus ms Vict. 15 et Edit. Col. fore, ita in cordibus ⁸⁴⁴ Quod si Deus mss Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col. Quia si Deus ⁸⁰⁵ Magis elegit ms Vict. 13 magis chigit ⁸⁴⁶ Quod si Deus mss Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col. pomitentianu gratis protelare ⁸⁰⁷ Quantumcunque gravis mss Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col. quanlibet gravis ⁸⁰⁸ Igitur gradui mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. igitur gradu ⁸⁰⁹ Qui enim ad mss Vict. 13 et Corb. 307. Qui ut ad ⁸¹⁹ Ascendant iis necesse mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. ascendant, necesse ⁸¹¹ Quare opus mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Colon. Qua in re ⁸¹⁸ Est exponenda et apponenda mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. est apponenda ⁸¹³ Ut quandocunque ms Vict. ut quantuncunque

credi (quod est quartus), pati tamen nollet, ut diceretur culpabilis; aut si boc sibi dici pateretur (quod est quintus), non tamen pati vellet ut sicut culpabilis tractaretur; aut si hoc patiens #14 (quod est sextus) non ita tamen tractari amaret (quod *18 est septimus), licet hoc velle dominum suum sciret, non ei profecto culpam illam dominus dimitteret, imo magis ut iniquum servum eum puniret. Sic nec nostras nobis culpas Dominus dimittet, si non nos gradibus iisdem humiliaverimus, sicut ipse jubet.

CAPUT CX.

Quomodo unusquisque se minorem omnibus putet.

Verum quia nonnunguam ideo extollimur quia nos aliis non recte comparamus, videndum est nobis R quo id modo facere debeamus. Si enim nos aliis volumus comparare, ea tantum dehemus considerare *1* quze a nobis sunt in nobis *17, non a Deo quasi præstita nobis 818. Sic namque agit, qui de bonis a Deo sibi præstitis 819 super alium extollitur, velut qui vestibus alienis indutus gloriatur. Non ergo hæc aliorum bonis comparare debemus, sed mala tantum nostra, quæ a nobis in nobis *** habemus. Quod si fecerimus (mala videlicet nostra bonis aliorum ut conferamus) in nos 881 inferiores esse cæteris omnibus nobis ipsis videbitur. Quod contra, quia superbi faciunt, etiamsi sint omnibus deteriores, cunctis tamen se judicant esse meliores. Sua enim bona tantum attendentes, aliorum malis comparant, quorum mala nullatenus considerare deberent. C

CAPUT CXI.

Quod obsit consideratio alterius peccati.

Consideratio namque, vel cognitio alieni peccati, mala multa in diversis parit. Si enim peccator est qui alterius culpam considerat, malo illius exemplo in suo peccato perseverat; si vero poenitens a peccato, a prenitentia frigescit eodem exemplo. Quod si eodem peccato, vel etiam alio 445 tentabatur, facilius illius exemplo superatur. Si autem tentatione carebat, eo ipso tentatur quod vitium illius considerat. Si vero est justus ***; præferendo se illi, in superbiam extollitur, quem si diligebat in Deo nunc eum incipit habere odio ***. Non ergo facile consideranda est alterius culpa, cujus consideratio tot

boc ita crederetur; aut si vellet inde culpabilis A generat mala. Virtus vero illius semper debet attendi, quia ejus consideratio contrarinm facit *** : ipsa namque peccatorem converti, pœnitentem pœnitere, magis tentatum tentationi resistere, non tentatum sic permanere, justum humiliari, diligentem magis *** diligere facit. Alterius igitur virtutem, non vitium, suumque vitium, non virtutem, attendere debet quisquis ad cuimen humilitatis ascendere studet.

CAPUT CXII 817.

· De duabus sororibus hunc montem custodientibus.

Hujus autem humilitatis pulcherrimi montis duæ sorores sunt custodes, verecundia scilicet quæ est apud Deum, et verecundia quæ est apud homines. Nam cum tentatur aliquis, si ante mentis suze oculos has duas sorores firmiter reduxerit, hanc facile superare poterit. Sic enim sibi ipsi logui debet.

CAPUT CXIII.

De verecundia quæ est apud Deum.

Si ego hoc peccatum vel illud fecero, quomodo ante Deum et sanctos ejus angelos, qui me vident ***, oculos meos levare potero? Quid dicam, cum reatum *** meum omnis *** creatura videbit? Angeli et diaboli ⁸³¹ me accusabunt. Neguaquam peccabo, imo propter te, Domine, morte afficiar tota die custodiamque vias meas, ut non delinquam ***. Sic sibi ⁸⁴⁸ unusquisque proponat, sic semetipsum consideret, sic se ab irruentibus bestiis eruet 834. Sed considerandum quia verecundia quæ est ante Deum ***, semper est libera et custos fidelis.

CAPUT CXIV.

De verecundia quæ est apud homines.

Verumtamen illa quæ est apud homines verecundia nonnunquam fallax et latro pessima est. Solet enim contingere ut aliquando mentem alicujus, ubi jam sæpe dictus mons humilitatis est constituendus, hircus luxuriæ, lupus rapacitatis, vel alia quælibet vitiorum bestia, tentet irrunipere sse; quam cum vcrecundia, quæ apud homines est, ne intraret prohibere deberet, sic sibimet ipsi interdum male consulendo loquitur. Magna erit, inquit confusio, si huic tentationi luxuriæ, ut postmodum sciatur, aditum dedero. Sed nullus hominum hoc videbit, et ego bene

VARIÆ LECTIONES.

⁸¹⁶ Aut si hoc pateretur mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. Aut si hoc patiens ⁶¹⁵ Amaret aut amare non posset (quod mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. amaret. quod ⁵¹⁶ Bebemus con-siderare ms A. 1 attendere debenus ⁸¹⁷ Quæ nobis sunt in nobis mss quæ a nobis sunt in nobis ⁸¹⁸ Præ-stita nobis mss præstita sunt nobis ⁸¹⁹ Sihi collatis et præstitis mss et Editio. Colon. sibi præstitis ³¹⁰ Quæ a nobis sunt, in nobis mss quæ a nobis, in nobis ⁸¹¹ Fecerimus, mala videlicet nostra bonis aliorum ut conferamus, nos mss fecerimus, nos ⁸¹² Vel etiam alieno mss Edit. Col. vel etiam alio ⁸¹³ Si vero justus, ⁸¹⁴ Ouen i dilizabet aum justificial dia babere mæ quæm si dilizabet in Des conferamus, nos mes fecerimus, nos ⁵¹² Vel etiam alieno mes Edit. Col. vel etiam alio ⁵¹³ Si vero justus, mes si vero est justus ⁵¹⁴ Quem si diligebat, nunc eum incipit odio habere mes quem si diligebat in Deo, di Edit mss si vero est justus incipit eum habere odio ms A. 1 qui si diligebat etiam in Deo, nunc eum enim incipit habere odio Edic. incipit eum habere odio ms A. 1 qui si diligebat etiam in Deo, nunc eum enim incipit habere odio Edit. Colon. quem si diligebat etiam in Deo, nunc eum incipit habere odio ⁸³⁸ Per contrarium vadit ms A. 4 per contrarium facit mss Bec. contrarium facit ⁸¹⁶ Diligentem vero magis ms A. 4 diligentem magis ⁸¹⁷ In ms A. 4 omittitur hoc Caput cum subsequentibus usque ad Caput 11 cujus similitudinem alies etiam verbis exprimit. ⁸¹⁸ Qui me vident ms Vict. 13 qui hoc vident ⁸¹⁹ Cun peccatum mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. cum reatum ⁸¹⁰ Meum in die judicii omnis mss Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col. meum omnis ⁸³¹ Angeli id est diaboli ms Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. Angeli et diaboli ⁸⁸³ Meas ut in anima non delinquam Edit. Col. meas ut non delinquam ⁸³³ Sic igitur sibi mss Corb. 307 Vict. 13 et Edit. Col. sic sibi ⁸³⁴ Bestiis eruat ms -Vict. 13 hostibus cruat ms Corb. 307 bestiis eruet ⁸³⁵ Angel Deum ms Vict 43 anud Deum ⁹³⁶ Caput et al. ⁸³⁶ Curter to tentet in the tenter to the tenter ten *** Ante, Deum ms Vict. 13 apud Deum *** Tenet irrumpere ms et Edit. Col. tentet irrumpere

celabo meipsum, nec amplius erit cognitum. Modice A exsecratur, ecce fallax soror fallaciter cam plenunc voluptati consentiam, et, cum voluero, memetipsum corrigam. Ac deinde pænitendo satis melior quam mode sum ero. Multi enim post ruinam surrexerunt, et postmodum meliores fuerunt. Sic nimirum verecuadia quæ est apud homines, malo suo consilio nonvunguam fallitur et fallit, et malam vitii bestiam in montem, quem tueri deberet, subintrare permittit; quæ cum intrare permissa fuerit, non facile expelli poterit. Nam si is qui scelus commisit, confiteri aliquando voluerit, ea cogitatio, quæ prius promittebat ei quod se emendaret mox ut voluisset, post perpetratam culpam dicit : Quomodo confitebon? Qua fronte reatum meum aperiam? Non amplius honorem habebo, si me manifestavero, sed qui modo appretior, omni tempore vilis ero. Quid igitur faciam? Saturabor voluptuose vivendo, nondum viam justitiæ tenere valeo sav. Ecce guomodo miser home decipitur 838. Quam callide vincitur, quam astute superatur l lpse namque humilitatis montem paulatim proficiendo statuit; ipse custodes ejusdem montis constituit, ipse custodes cosdem a propugnaculis montis expulit; ipse postmodum semetipsum male custodiendo mancipium hostibus suis tradidit. In me siquidem est unde com Dei gratia proficio, in me etiam unde deficio. Non mihi proficiendi aliquis vim facit. Non ad defectum aliquis me venire cogit. Suggerit Deus, suggerit ratio, suggerit virtus ut recte vivam; et est in me materia arbitrii, scilicet libertas, et hoc facere sa possum, c si volo. Verum e contra suggerit diabolus, suggerit appetitus et vitlum ut voluptuose vivam, et habeo potestatem boč faciendi sto, sed contradicere nolo *1.

CAPUT CXV.

De consultatione *** duarum prædictarum sororum.

Sciendum est quod verecundia 848 quæ est apud homines, interdum fallat, multisque modis per cam auditus nobis vitiorum fist. Verecundia quæ est apud Deum, nec fallit nec fallitur. Hæc etenim quando ad montem revocatur, postea et locum suum, videlicet humilitatis, quem tueri deberet, fallente sorore sua, vitiis subversum, quasi porcorum rostris disjectum *** invenit ; vehementer turhatur, dolet, ingemit, sæpe etiam lacrymas fundit, misera miserabiliter *** secum quærit qualiter bestia intravit funesta, quæ fuerit causa, quod exordium, quisve aditus. Et dum illam vehementer rumque sic consolatur : Eia, quare tantum doles? Cur tot tantisque lacrymis teipsam affligis? Gravius te ille *** vel ille peccavit, et veniam obtinuit. Humanum est peccare, nec tanti ponderis est peccatum quanti facis illud. Taliter male consulendo, dolorem tentat lenire. Sed fidelis custos, que se coram Deo formidat accusari, sicut fallere nescit, sic malum consilium admittere contemnit. Nam commissa et dolendo plangit, et plangendo indesinenter sui conditoris indulgentiam quærit, stque locum suum curiosius deinceps custodit.

CAPUT CXVI.

Quod non semper misericordia Dei debeat cogilari 847

Notandum est igitur quod tempore *** tentationis, ante perpetrationem culpæ, nunquam misericordia Dei debet cogitari; sed justitia et judicium ejus, furor et indignatio illius. Ilæc debent peusari 44, hæc ante mentis oculos reduci, hæc sæpenumero cum magno horrore retractari debent. Quando quis tentatur, non debet dicere : Misericordia Domini magna est, sed hoc potius : Horrendum est incidere in manus Dei viventis (lleb. x, 31). Quando appelitus luxuriæ quemque pulsat, non cogitet tunc : Quacunque die peccator ingemuerit, omnia peccata ejus oblivioni tradentur (Ezech. 1, 4), sed potius sæpe recogitando tractet quod maledietus omnis qui peccat in spe; et illud Isaiæ : Væ genti peccatrici, 10pulo gravi iniquitate, filiis sceleratis, semini nequam (Isa. 1, 4). Si autem per injuriam fuerit peccal admissio, tunc demum Dei misericordia propensius est cogitanda, ne desperatio veniæ superveniat. Tempore itaque tentationis, modis omnibus unusquisque debet conari 886 ne superetur. Quia licet Deus veniam promiserit pœnitenti, non tamen spopondit delinquenti, ut ei daret voluntatem pœnitendi. Cum autem certum sit quod Dei gratiam promeretur quisquis declinat a malo et facit bonum, et iram et indignationem 881 incurrit omnis qui operatur peccatum, magnopere curandum est ut et vitia vitemus et virtutibus adhæreamus.

CAPUT CXVII.

Que comparatio sit inter ascendentes.

Tria sunt necessaria ascendenti, innocentia, beneficium, prælatio. Innocentia talis esse debet, ut nulli noceat; beneficium, ut omnibus presit; prelatio, ut se inferiorem *** omnibus judicet. Unde

VARIÆ LECTIONES.

⁴⁴⁷ Tenere valeo nis Vizt. 13 tenere volo ⁵⁴⁸ Homo in his decipitur mss Corb. 307 Vizt. 13 et Edit. Col. homo decipitur ⁵⁴⁹ Quod et hoc facere ms Corb. 307 et hoc facere ms. Vict. 13 et Edit. Col. guod hoc facere ³⁴⁰ Potestatem hoc faciendi ms Vict. 13 et Edit. Col. possibilitatem hoc faciendi ms Corb. 307 potestatem faciendi ³⁴¹ Sed contradicere nolo ms Corb. 307 si contradicere volo ³⁴² Confabulatio ms Vict. 13 et Edit. Col. de consultatione ³⁴³ Quod verecundia mss et Edit. Colon. quia verecundia ³⁴⁴ Dejectum Edit. Col. disjectum ms Vict. 13 dissectum ³⁴⁵ Fundit uniserabiliter mss Corb. 307 ³⁴⁴ Vict. 13 et Edit. Col. disjectum ms Vict. 13 dissectum ³⁴⁵ Fundit uniserabiliter distance ³⁴⁷ Outof tem Vict. 13 et Edit. Col. fundit, misera miserabiliter ave Gravius ille mes gravius te ille av Quod tentationis tempore non semper misericordia Dei deheat cogitari mas Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. Quod non semper misericordia Dei debeat cogitari ⁸¹⁶ Quod tempore ms et Edit. Col. quia tempore ⁸¹⁰ Hace pensari mas et Edit. Col. hace debent pensari ⁸¹⁶ Debet vehementer conari mas Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. debet conari ⁸¹¹ Et iram et indignationem ms Vict. 13 et iram indignationis ⁸²⁸ Omnibus inferiorem mss Vict. 15 Corb. 307 et Edit. Col. omnibus aliis inferiorem

Aposto.us : Superiores invicem arbitrantes (Philipp. A n. 13). Hæc tria debet unusquisque aliis impendere, et nihil horum sibi fieri ex debito exigere. Nam si servus alicujus domino suo in multis peccasset, non solum iram domini provocaret 453, sed etiam omnium conservorum suorum indignationem incurreret; et si aliqua injuria ei interim fleret, non juste conqueri deberet. Dicit aliquis : Innocentiam et beneficium aliis libenter impendo, sed me omnibus aliis inferiorem credere nequeo : sunt etenim bomicidæ, adulteri, latrones, et hujusmodi. Ad hoc : Ouicunque comparationem facis inter te et alium, noli ponere in trutina 824 quod tuum non est; imo quod tuum est, videlicet mala tua, et postmodum bona sua. Talis comparatio, vel talis consideratio semper sit inter ascendentes. Si quid vero boni in B te videas, non tibi, sed Deo imputes. Unde Apostolus : Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? (I Cor. ıv, 7).

CAPUT CXVIII.

Similitudo inter cœnovexiam et charitatem.

Sic igitur debemus innocentia, beneficio, et prælatione *** uti in faciendo et recipiendo, sicuti usualiter portatur cœnovexia. Quippe qui illam 886 subcunt 887, faciem 888 ad locum quo tendunt; ad locum autem unde veniunt, dorsa vertunt. Tribus enim ⁶³⁰ aliis modis potest, sed non convenienter, portari, videlicet, ut facies sint contra facies. vel dorsum contra dorsum, vol facies ad locum unde C labentia, facies ve ad futura et ipsa perpetualia. procedere ***, terga vero quo ire debeant, convertantur. Et notandum quod non minus quam a duobus cœnovexia in operando portatur; nec charitas (quam per cœnovexiam volumus significari) minus quam inter duos haberi potest. Si ergo in monte aliquo ædificarent sibi homines plures domum, et de valle oporteret lapides, cœmentum et alia quæ ad ædificationem domus pertinerent, cænovexiis sursum **1 in montem portari : si, inquam, illi portitores instrumentum illud ita acciperent, ut uterque sibi dorsum, aut faciem vel dorsa quo tenderent, facies vero verterent unde procedere vellent; et dum sic ire competenter nequirent, verbis litigare inciperent, et de litigio ses ad pugnos et capillos venirent, deinde ad arma : rogo, quid diceret aliquis præteriens, si sic hos bac de causa pugnantes inveniret? Utique quod insanirent. In nobis igitur hæc omnia consideremus, quia talem habitudinem

in fraterna charitae tenere debemus, ut sic quasi quamdam coenoxexam spiritualem portemus. Nos enim in excelso monte, in coelesti scilicet patria, domum nobis ædifiore satagere debemus, quæ sola virtutum operations construitur; ad quam humilitatis gradibus ascoditur. Qui gradus necesse est at fiant per innoceniam, beneficium et prælationem. scilicet, ut nulli nceam, omnibus serviam, et ut quemlibet mihi ips præferam. Cum hæc aliis frequenter exhibeo, tsi mihi exhibita non fuerint, patienter tolero. Gadus pergendi in montem virtutum, ad domum:celestis patriæ, mihi congruos facio, et cœnovexia bene porto. Si autem alijs hæc impendere detrect, quasi dorsum contra dorsum verto; dum illum ergentem, et quasi antecedentem subsequi debæm, faciem illi vertendo. At si mihi hæc quasi petlebitum fieri quæro, et ille quod postulo facit, quanis non libenter, quoniam exigo. quasi faciem contr faciem in subvectione sta cœnovexiæ verto. Cumero *** exigo, et ille quod exigitur denegat, quonm illum per exactionem irrito. terga vertimus ad cum ad quem ire debemus, et facies unde procedus. Sic istis tribus modis qui conovexiam portai satagit, plerumque lites et discordias sustinebit.Faciem ergo, hoc est intentionem, semper hæamus super innocentiam, beneficium et prælathem, ut illa omnibus independamus, et a nulloadem requiramus. Hoc enim est ad illa terga verte, videlicet ad præsentia et ad

APUT CXIX.

Similitudo intequalitates co-poris et animæ.

Sicut qualitatis' corporis, sie etiam genera sunt duo qualitatis aniæ. Qualitas quippe corporis aliquando subitanez aliquando vero est continua. Subitanea, ut *** m repente repentina infirmitate nigrescit, vel verandia erubesit, sed mox hac.et illa transeunte, acolorem pritinum homo redit. Continua, ut cumisiduam patitir *** infirmitatem. quæ sibi continuuparit palloren. Sic animæ qualitas aliquando sutanea, aliqundo vero continua est. Subitanea, uum irruente subita tentatione. subito in peccateigrescil, sedstatim per confessionem et pænittiam ad prioem pulchritudinem redit. Continua, cum assidu in peccato jacet. per quod et assie anté Deui deformis apparet. Hæc autem gene duo qualittis animæ genera sunt duo indignits suze. Qui ndignus est secun-

VARIÆ LECTIONES.

⁵⁵⁵ Iram Domini provocaret mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. am Domini deserviret ⁵⁵⁵ in medio seu trutina mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. in trutina ⁴⁵Sic igitur ebemus innocentia, beneficio et prælatione etc. In ms A. 1 contrarins ista ponuntur ⁵⁵⁶uippe illan qui ms Vict. 13 quippe qui illam ms Corb. 307 quippe illi qui ⁸⁵⁷ Subvehunt mss V. 13 Corb. 07 et Edit. Colon. subeunt ⁵⁵⁵ Faciem habent mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. omittu habent ⁵⁵⁷Tribus aittem mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. ⁵⁶⁰ Corb. 307 et Edit. Col. ⁵⁶¹ Unde procedere ⁶⁵⁵ Coenovexia sursum ms Vict. 13 et Edit. Col. convexia sum ⁵⁵² De litigio¹⁵ ms Victor. 13 et de litigio ms Corb. 307 litigio ⁶⁶³ In subvectionem n in subvectine mss I. 1 Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. ⁵⁶⁵ Subtanea est ut mss A. 1 Vict. 13 subitanea, 1 ⁶⁶⁷ Assidum quis patitur mss. A. 1 (jorb. 307 et Edit. Col. assiduam patitur ms Vict. 13 assiduam mo patitur and Iram Domini provocaret mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. am Domini deserviret 884 in ³ Unde procedere A. 4 Gorb. 307 et Edit. Col. assiduam patitur ms Vict. 13 assiduam mo patitur

Iudicium sibi assumit Christi corpus et sanguinem. Qui vero secundum continuam (ualitatem indignus assistit ses, ille ad judicium ea sibi assumit.

CAPUT CXX

De cordis immunitiis.

Noverit quoque qui suam discitere intendit infirmitatem, tria esse genera immnditiæ cordis. Primum namque genus est amo non amandorum, veluti luxuriæ et similium. Scundum vero est odium eorum quæ odio non chent haberi, sicut est odium alienæ prosperitatis. 'ertium autem nec amor, nec odium, sed quædai cogitationis vanitas, ut cum cogitamus unde isteveniat vel quo ille vadat.

CAPUT CXX

Similitudo inter corporis et amæ infirmitates.

Rursus attendendum *** duo se genera infirmitatis animæ, quemadmodum sat infirmitatis corporeze 870. Corporis namque firmitas aliquando est quasi infirmitas naturalis, aliquando vero est casualis. Quasi naturalis namge est, ut si cui ab ipsa hominis infantia sibi contiuus languor sit 874. Casualis vero srs est ut febrisquæ frigore repen. tino vel alio casu accidit homii. Hæc itaque quia occasione accidit extrinseca, failius curari potest una medicina. Illa vero, quia casi naturaliter adhæret homini, non una repentia curari, sed cum frequenti medicina potest minuet alleviari, donce G facilius valeat portari. Ita quque vitiorum, quæ sont animæ infirmitates, alia qasi naturalia, alia vero sunt quasi casualia. Quai naturalia quippe sunt, ut ingluvies et luxuria, juæ ex ipsa carne concrescunt ab infintia homini Casualia vero, ut mendacium, quod aliqua exúnsecus accedenté causa sæpe proferur, etiam on præmeditatum. Hæc ergo, quia causs exteriorils accidunt, leviori custodia evitari posunt. Illa ver quia intus naturæ cohærent, licet not una abstinetia omnino deleri, continua tamen insantia eo usque possunt minui, quo satis facile ara valeant tolenri. His ergo delendis semper instae debemus, licet non omnino ea delere possimus. Sicut enim naturalem 874 corcinam adhibere ncgixerit, quia emel vel bis adhibita non statim curaus fuerit, sù naturali vitiorum

dum subilaneam qualitatem, 10n ideo tamen ad A infirmitate ars detentus insipienter agit si sibi castodiam adhibere destiterit, quia aliquoties adhibita, station a tentatione liberatus non fuerit.

CAPUT CXXII.

De appetitu, el quid intersit inter appetitum et voluntalem.

Nullus namque appetitu vitiorum prorsus carere potest, sed eum vice appetitus veræ commoditatis quasi naturaliter retinet. Postquam enim humana natura perfectam beatitudinem amisit, perfectam quoque sui commoditatem perdidit. Semper tamen naturaliter affectionem 876 ejusdem commoditatis habet. Et quia perfectam commoditatem babere non potest, nec perfectse commoditatis appetitum amittere valet. Habet itaque appetitus ingluviei et luxuriæ, aliarumque falsarum commoditatum, et per hos incedit quærendo illam perfectam commoditatem cujus appetitum retinet naturalem. Hos autem appetitus diabolus *** accendit aliquando per falsas commoditates, et per eas 878 voluntati aliquod peccatum suggerit, aliquando vero per semetipsum ipsi voluntati persuadet, ut eosdem appetitus ad peccandum incitet. Ut cum ebrioso, qui amplius bibere nequit, aliquid assum 879 velle comedere suggerit ut habeat appetitum amplius bibendi. Sic autem 880 diabolus incitat voluntatem ad peccandum, aut per hos appetitus, aut per semetipsum. Velut si quis latro aliquem ad se spoliandum incitaret aut artificio aliquo quo carnem ejus calefaceret **1, aut dicendo el simplici verbo ut se exueret. Ad quem vero cum ille nihil suspicans fallaciæ, appropinguat, subito capitur, vapulat, versa vice despoliatur. quandoque demum occiditur. Appetitus vero isti non aliud sunt quam quædam commoditatis necessitates. Non enim idem est appetitus quod voluntas. Appetitus namque mali non est malus ***, sed voluntas mali est mala. Hos igitur appetitus quia diabolus semper accendit, studio magno et custodia sunt restringendi.

CAPUT CXXIII.

Similitudo inter aquam et humanam naturam.

Humana namque natura tam facile per vitia quam per planum diffunditur *** aqua. Sic ergo agere deporis infirmitatem atiens stulttagit si sibi medi- D bet qui eam restringere appetit, velut qui aquam currentem retinere contendit. Sicut enim ille aquam *** concludit in stagnum atque coercet, sic

VARIÆ LECTIONES.

⁵⁵⁸ Continuam, idignam existit mss continuam qualitatem, indignus assistit ⁵⁵⁹ Attendendum ms A. 1 attendat ⁵⁷⁰ hfirmitatis corporis mss A. 1 Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. infirmitatis corporeze 871 Ut ficus a ipsa hominis infantia sibi continuus. ms Vict. 13 ut ficus ab ipsa hominis infantia sibi continuus langue sit. mes et Edit. Col. ut ficus ab ipsa hominis infantia sibi quasi continuus 871 Quasi vero casualis mas et hit Col. casualis vero 878 Quod satis mas et Edit. Col. quo satis facile 874 Sicut naturalem mas et Edt. Col. sicut enim naturalem 678 Vitiorum in firmitate mas et Edit. Col. vitiorum infirmitate ⁸⁷⁶ Tamen naturales affectionem mss Vict. 13 Corb. 307 et Edit. Col. tamen naturaliter affectionem ms A. flamen affectionem ⁸⁷⁷ Hos autem diabolus mss et Edit. Col. hos autem appetitus affectionem ms A. flamen affectionem *** Hos autem mauouus mas c. Lunt Cert eas *** Aliquid ad diabolus *** Accend per falsas commoditates, et per eas ms A. 4 accendit, et per eas *** Aliquid ad suum mss aliquid assim *** Sicenim mss et Edit. Col. sic autem *** Aut carnem suam calefaceret suum mss aliquid assim *** Non act mala mas et Edit. Col. non est malus *** Profunditur mss quo carnem eju calefaceret 884 Non est mala mss et Edit. Col. non est malus mss diffunditur ms Grb. 307 effinditur 883 life qui aquam mss ille aquam

aliquam cohibere debet. Utque ille procurat ne qua parte dirumpatur stagnum, qua affluat aqua, ita et istum providere condecet sas, ne suam in quoquam violet regulam, quo ad peccatum 887 proruat. Sic enim restringi carnis appetitus possunt : quod est quandam facere pacem inter ipsam carnem et spiritum; quam quidem pacem 888 nemo melius secum habere see poterit, quam qui districtioni ordinis monastici semetipsum suhjugare studuerit. Ipsa etenim est quasi quædam clausura vel stagnum vivarii. Quoniam quidem sicut pisces decurrente aqua vivarii moriuntur, si clausuræ ipsius minutatim ac sxpe crepant, nec reficiuntur, ita omnis religio monastici ordinis funditus perit si custodia ejus per modicarum contemptum culparum paulatim a fervore sui tepescit, attestante Scriptura, quæ dicit : Qui modica spernit, paulatim decidet (Eccli. xix, 1).

CAPUT CXXIV.

Quod quatuor modis pax agatur.

Videas hominem 1005 in vanitate ab infantia usque ad profundam senectutem conversatum, sola terrena sapientem, et in his penitus obduratum. Cum hoc age de spiritualibus, huic de subtilitate divinæ contemplationis loquere, hunc secreta rimari cœlestia doce, et prospicies eum nequaquam posse hæc videre 1000. Nec mirum, indurata est cera, in istis ælatem nutrivit, aliena ab istis segui didicit. E contra consideres puerum ætate et scientia tenerum, nec bonum, nec malum discernero valentem, nec te quidem intelligere de hujusmodi disserentem. Nec quidem mirum. Mollis enim est cera, et quasi li- C quens, nec imaginem sigilli quoqnomodo recipiens. Medius horum adolescens et juvenis est, ex teneritudine alque duritia quasi ex senectute et pueritia congrue temperatus. Si ergo hunc instruxeris, ad quemcunque utilitatis profectum volcs, sive honestatie, apte informare valebis.

CAPUT CLXXVII.

De conatu diaboli contra novitium.

Cum diabolus nequit monachum obruere vitze quam professus est odio, nititur 1007 eum conversationis in qua est subruere, fastidio. Et licet illi monachicum propositum 1008 tenendum quasi concedat, tamen hoc quia sub talibus, aut etiam inter tales, aut in tali loco incepit 1009, illum stultum ni-D mis imprudentemque multimodis versutiis arguere non cessat. Ut dum illi persuadet incœpto Dei be-

adversitas, su moertas, subjectio, in secreto esse, A neficio ingratum existere, justo Dei judicio nec ad 1010 meliora proficiat, nec quod accepit diu teneat¹⁰¹⁴, aut in eo utiliter persistat. Quippe dum incessanter laboriosis cogitationibus de mutando, aut si mutari non valet, saltem de improbando proposito meditatur, nunguam interim ad finem perfectionis tendere conatur. Nam quoniam illi 1013 fundamentum quod posuit displicet, nullatenus illi structuram bonæ 1013 vitæ superædificare libet. Unde fit ut 1014 quemadmodum arbuscula, si sæpe transplantetur, aut nuper plantata in eodem loco, crebra convulsione 1018 inquietetur, nequaquam radicare valens, ariditatem cito attrahit nec ad aliquam fructus fertilitatem pervenit : sic infelix monachus, si sæpius de loco ad locum proprio appetitu movetur 1818, titur.

CAPUT CLXXVIII, De pueris plantæ somparatis.

Dic, quæso, si plantam arboris in horto tuo plantares, et mox illam ex omni parte ita concluderes ut ramos suos nullatenus extendere posset, cum cam post annos excluderes, qualis arbor inde prodiret set? ? Profecto inutilis arbor, rugosa et gibbis plena, ramis suis incurvis perplexa. Lloc utique facitis, o vos pnerorum magistri, de pueris vestris, qui plantati sunt per oblationem in Ecclesise horto, ut crescant 1010 et fructificent Deo. Vos autem in tantum terroribus, minis et verberibus undique illos coarctatis, ut nulla penitus liceat sibi libertate potiri. Itaque indiscrete oppressi, pravas et spinarum more perplexas cogitationes infra se congerunt, fovent et nutriunt. Unde fit ut quia nibil amoris, nihil pietatis, nihil benevolentiæ circa se in nobis sentiunt, nee illi alicujus boni in vobis; sed quidquid est odii, impiotatis, malevolentiæ, postea spem habeant. Contingit itaque miserabili modo ut sicut corpore crescunt, sic et in eis timor tantum, et invidia, et suspicio omnis malí crescat ex vobis, semper proni et incurvi ad vitia, secum præmeditantes aut quomodo vestras insidias et machinationes valeant evitare, aut deinde sæculo redire.

CAPUT CLXXIX.

Exemplum de lamina auri.

didistis, quæso 1019, unquam artificem ex lamina auri vel argenti solis percussionibus 1818 imaginem

VARIÆ LECTIONES.

1005 Videns hominem mes et Edit. Col. videas hominem 1006 Ad here videre mes hæe videre me Vict. hoe videre ^{1,07} Cum diabolus nequit nonachtum alicui dare odio, nitiur ms Gem. G. 40. Cum diabolus mona-chum nequit obruere vitæ quam professus est odio, nititur ¹⁰⁰⁸ Monachatum propositum mss monachicum propositum ¹⁰⁰⁹ Loco suscepit ms Gem. loco incepit ¹⁰¹⁰ Multimodis.. nec ad ms Gem. G. 40 illum stulum nimis, imprudentemque multimodis versutiis arguere non cessat; ut dum illi persuadet incepto Dei beneficio ingratum existere; justo judicio Dei nec ad ¹⁹¹¹ Diu teneat nus Gem. omittit, diu ¹⁹¹³ Improbando proposito etc. ms Gem. improbando initio meditatur; nunquam ad finem perfectionis tendere conatur. Nam quoniam illi ¹⁰¹³ Structuram bonæ ms Vict. fructum bonæ ¹⁰¹⁴ Ut ätt ut ms unde ät ut ¹⁰¹³ Conculcatione na Gem. convulsione ¹⁰¹⁶ Appetitu movetur ms Gem. appetitu mutatur ¹⁰¹⁷ Quales putas ramos extenderet ms Gem. qualis arbor inde prodiret ¹⁰¹⁸ Scilicet ut crescant mss Coró. Vict. et Edit. Colon. omittant, scilicet 1010 Audistis, quæso mes vidistis, quæso 1020 Solis mallei percussionibus mes Vict. Corb. et Edu. Cal. solis percussionihus

speciosam formasse? Non puto. Quid tunc? Quate- A enim his persona ejus eget), ostendit nobis quibus nus aptam formani ex lamina formet, nunc eain 1011 suo instrumento leviter premit et percutit, et postmodum planat; nunc etiam discreto levamine 1011 levius levat et informat. Sic et vos, si pueros vestros cupitis moribus bonis ornatos esse, necesse est ut cum depressionibus verberum, impendatis eis paternæ pietatis et mansuetudinis levamen atque subsidium. Tenera quidem teneris 1923, sicut et ipsi teneri sont, lac scilicet, non solidum cibum præbentes eis necdum ad perfectam ætatem provectis.

CAPUT CLXXX.

De charitate.

Qui charitatem in corde retinet, hoc unde Deus gratias soit ei, habet 1024; ille vero ad quem tantummodo habetur, minime 1016. Quas enim gratias B mihi debet Deus, si quis me diligit? Amplius : is cui dilectio alterius servit, solius commodi munus perfunctorie 1026 suscipit, verbi gratia, beneficium unum, bonorem unum, prandium unum, vel quodlibet officii genus in hunc modum; alius vero qui charitatem 1027, quasi commodi munus exhibuit, intransitive sibi retinuit. Charitatis enim 1939 officium ab eo qui hoc suscipit, transit. Charitas vero ipsa, quæ Deus est, in eo remanet qui cam aliis impendit; bonum autem permanens bono transcunte melius est. Hæc igitur considerando profecto perspiciemus magis esse nobis gaudendum si alios diligimus quam si ab aliis diligamur. Nihil mihi debet aliquis, nec ego alicui; ergo charitas est C exhibenda, non exigenda.

CAPUT CLXXXI.

Ex tribus causis omnis res amatur.

Quidquid amatur, aut natura amatur, aut recte, aut spe commodi. Natura enim est 1000 ut omņe bonum amenius et utile. Rectum vero, ut benefacientem aobis amemus. Spe commodi quandoque res amatur. Alia propter usum, ut mel, eo quod sit bonum et suave, etiam secundum usum. Alia vero secundum effectum, ut absinthium, et nonnulla naturalis potio, quæ cum dent sanitatem, nullam tamen in usu præbent suavitatem.

CAPUT CLXXXII.

Quod tribus modis diligendus sit Deus.

tura, quia omnibus et melior et utilior, et ideo plus cæteris est amandus. Rectitudine. quoniam onmia quæ habemus præstat nobis, etiam hoc ipsum- quod sumus. Et tanto major amare debemus plus nobisipsis, quanto major est ipse qui se pro nobis dedit, et nobis eisdem semetipsum daturus est. Et quoniam ei personaliter non possumus reddere illud (non

debeamus vicem reddere, dicens : Mando vobis ut diligatis invicem, sicut dilexi vos (Joan. xv, 17). Et apostolas : Sicat pro nobis Christus animam suam posuit, ita debetis pro fratribus animas ponere (1 Joan. III. 16). Diligere igitur debemus nos invicem, tum quia et bruta quædam animalia boc faciunt, tum quia unius familiæ, scilicet Christi, sumus, et quia in regno cjus singulos sicut nosipsos diligemus, et quia ibi æqualiter ab ipsis diligemur. Indecens enim est si in hoc mundo habnerimus odio quos ibi sumus habituri charissimos. Sciendum est enim quoit quicunque ibi aderunt, nobis vicem reddent pro dilectione præsenti. Spe etiam commodi vel rennmerationis diligendus est Deus, quoniam immortalitatem et incorruptibilitatem uobis promittit.

CAPUT CLXXXIII. De tribus libertatibus.

Libertatis signidem modos tres dicimus esse : libertatem videlicet actionis, quam omnes volunt, id est, ut libere facere possint quæ volunt. Dicitur etiam libertas intelligentiæ, quam non omnes volunt. Est etinn libertas rectæ voluntatis, quæ semper est bona: nanc paucissimi volunt, id est ut ea velint quæ debent. Notandum quod libertas actionis sine libertate bonze voluntatis semper est mala. Verum libertas intelligendi est media, quæ bona est, quotiescunque libertati rectæ voluntatis adhæret ; mala autem, cum sine illa est. Habet primo quis quantulamcunque libertatem intelligendi, id est scit intelligere quid sibi expedit; velit illam in bono, et sic promerebitur adipisci libertatem intelligendi quidquid expedit, volendi quodcunque debet, agendi quidquid prodest. Sub libertate volendi est libertas arbitrii.

CAPUT CLXXXIV.

De venatione diuboli.

Diabolus per peccati suggestionem quotidie it ad venandum. Eos vero intra retia sua retinet quos nec dolor pro peccato proprio afficit. Illos autem jam amittere incipit quos pro carnis intemperie lugere jam conspicit. Quosdam autem tertii ordinis, id est sanatos a carnalibus et spiritualibus peccatis, Tribus etiam his modis diligendus est Deus. Na- Domnino perdit. Primi omnino lugeant, doleant adhuo secundi, tertli vero gaudeant.

CAPUT CLXXXV.

Quod Deus nou horreat peccalum.

Horrere dicitur Deus animam peccatricem, non quod horreat peccatum, quod nihil est, sed quia non est ibi debita justitia, quam ibi amaret. Ut dicincus nos horrere domum, in qua nihil est quod

VARIÆ LECTIONES.

¹⁹²¹ Minceam suo mss et Edit. Col. nunc eam ¹⁹²⁹ Nunc etiam discreto levamine ms Vict. et Edit. Col. nunc etiam levamine ¹⁹³³ Tenera quidem tenetis mss Corb. Vict. et Edit. Col. tenera quidem teneris ¹⁹³⁴ Hie unde gratias Deo agat, habet mss Corb. Vict. et Edit. Col. hoc unde beus gratias scit ei, habet ¹⁹³⁵ Ille vero.. minime ms Vict. et Edit. Col. illi vero.. misericordiæ ¹⁹³⁶ Pro functione mss. et Edit. Col. perfunctorie ¹⁹³⁷ Alius vero qui charitatem ms Vict. et Edit. Col. Aliis vero charitatem ¹⁹³⁸ Charitas enim mss Corb. Vict. Charitatis enim ¹⁹³⁹ Naturale enim est mss Corb. natura enim est

amemus, sed hoc et illud improprie. Virtutibus igi- A lætatur et suo modo bene sibi est, dum vero inter tur adhæreamus postponendo vitia, et hauc patientiam amplectendo cum jugi exercitio. Patientia etenim, vel quælibet virtus sine exercitio, quasi plumbea lancea est.

CAPUT CLXXXVI. Visio Anselmi de fluvio.

Vidit, ut asserere solebat, Anselmus in infirmitate positus, et in exstasi guodammodo extra se raptus, vidit, inquam, fluvium unum rapidum atque præcipitem, in quem confluebant omnium fluxuum purgaturæ et quarumcunque terrestrium rerum lavaturæ. Videbatur itaque aqua ipsa nimis turbulenta, et immunda et omnium spurcitiarum sorde horrida. Rapiebat igitur in se quidquid attingere poterat, et devolvebat tam viros quam mulieres infra se, B divites et inopes simul. Fæda quidem erat aqua, ex ea tamen vivebant, et delectabantur in illa, ut ille asserebat qui eum ducebat. Illo vero ab ipso 1030 inquirente quisnam torrens ille esset, vel quid multitudo illa, in eo volutans, prætenderet, adjecit ille prædux Patris nostri, atque ait : «Ne mireris. Torrens mundum significat quo rapiuntur, in cujus illecebrosis spurcitiis involvantur omnes ipsum amantes.» Et his dictis, inquit .

CAPUT CLXXXVII.

De vero monachatu.

(Visne videre quid sit monachatus verus?) Ad hoc alter : (Volo.) Duxit itaque illum quasi in conspectum cujusdam magni claustri, et admodum spatiosi et speciosi. Et ait : « Circumspice. » Aspexit et ille. Et C ecce parietes claustri illius obducti erant argento purissimo. Herba quoque virens in medio erat, et ipsa argentea, mollis quidem, et redolens, et ultra humanum opinionem delectabilis. Hæc more alterius herbæ sub his qui in ea pausabant leviter flectebatur, et surgentibus illis, ipsa quoque erigebatur 1031. Ut quid immorer? Quidquid est jucunditatis, ibi erat. Cum ergo hic perpetuo habitandum elegisset Auselmus, ductor ejus se ei spopondit, si vellet, veram ostensurum patientiam. Sed quia, ut assolet, interim evigilavit, et promissum et promissi 1038 demonstratorem amisit. Has igitur duas visiones, a sancta paternitate et a paterna sanctitate nobis relatas 1033, libenter audiamus, et audiendo devote teneamus, tenendo mente jugiter revolvamus, ut unius horrorem, dum vacat, fugiamus; alterius vero 1033 amœnæ jucunditati et jucundæ amœuitati insistamus, nos qui monachatum tenemus.

CAPUT CLXXXVIII.

De securitate et pace in religione. Sicut bubo, dum in caverna cum pullis suis est, corvos et corniculas seu alias aves, incursatur ac dilaniatur et omnino sibi male est : utpote quem hie rostro male percutit 1035, ille alis in eum irruit, alter vero unguibus discindit, ita et mihi. Quando enim cum monachis, meis scilicet filiis, conversari queo. mihi bene est et grata hæc singularis vitæ mez consolatio. Quando vero remotus ab illis inter seculares conversor, hinc inde me variarum causarum incursus dilacerant, et quæ non amo sæcularia negotia vexant. Male itaque mihi est, quando sic sum, ac tremens pertimesco animæ meæ dispensum, Hic idem Pater noster quadam vice de trans mare regressum regem Guillelmum Juniorem adiit, et ut Romam ad papam Urbanum pro stola sui archiepiscopatus eundi sibi licentiam daret humiliter et mansuete petiit. At rex, ad nomen Urbani turbatus, dixit se illum pro papa non tenere, ucc suz consuetudinis esse ut absque sua electione alicui liceret in regno suo papam nominare. Hinc igitur orta quædam gravis dissensio est inter regnum et sacerdotium, adeo quidam magna quod et ipse absque "" assensu regis Anglia exivit 1037 et Romam peliit. Ibique aliquandiu cum maximo honore et reverentia, tam ab ipso papa quam ab ipsis Romanis. sublimiter commorans, ac tandem precatu 1088 regis ac totius regni Angliam revisens, suæ profecto sedi, Deo quidem annuente ac populo favente re stitutus est.

CAPUT CLXXXIX. Exemplum de lepore.

Discedente autem quadam vice eodem Patre no stro a prædicti curia regis, pueri quos nutriebat leporem sibi occursantem in via canibus insecuti sunt fugientem, etiam intra pedes equi, quem Pater ipse insidebat, subsistentem consecuti un sunt. Ille vero sciens miseram bestiolam sic se refugio consuluisse, retentis habenis equum loco fixil, nec cupitum bestiæ voluit præsidium denegare. Quam canes circumdantes, et linguis suis hanc grato obsequio 1040 hinc inde lingentes, nec de sub 1941 equo poterant ejicere, nec in aliquo lædere. Quud videntes, admirati sunt qui aderant. At Pater pius, ubi quosdam aspexit ex militibus ridere, et quasi pro capta bestiola lætitiæ frena laxare, solutus in lacrymas, ait : « Ridetis ; et huic utique infelici nullus risus, nulla lætitia, hostes ejus circa eam sunt, et ipsa sola de vita sollicita confugit ad nos, præsidium suo modo flagitans. Noc plane, filii, est similitudo hominis et animæ morientis. Nam cum de corpore exit, mox inimici sui, maligni scilicet spiritus, qui eam in corpore degentem per anfractus vitiorum

VARIÆ LECTIONES.

¹⁰³⁰ Ille vero ab ipso Edit. Col. illo^{*}vero ah ipso ¹⁰³¹ Ipsa quoque surgebat mss Vict. Corb. ipsa quoque crigebatur ¹⁰³⁹ Evigilavit, promissi mss Vict. Corb. evigilavit, et promissum et promissi ¹⁰³³ Relatas ms Vict. nobis relatas ¹⁰³⁴ Alterius velut mss Vict. Corb. alterius vero ¹⁰³⁴ Rostro percutit ms Vict. rostm male percutit ¹⁰³⁵ Ut ipse absque ms Vict. Corb. et Edit. Col. quod et ipse absque ¹⁰³⁷ Angliam exivit mss et Edit. Col. Anglia exivit ¹⁰⁴⁸ Tandem precatu ms Victor. Ac tandem precatu ¹⁰³⁹ Insidebat consecuti mss Vict. Corb. insidebat subsistentem consecuti ¹⁰⁴⁰ Hanc grato obsequia mss hanc grato obsequio mss Vict. ac grato obsequio ¹⁰¹¹ Nec se sub ms Vict. nec de sub

multis modis persecuti sunt, crudeliter adsunt, A parati eaun ¹⁰¹⁹ rapere, et in mortem ælernam præcipitaze. At ista nimis auxia, huc illucque circumspicit, et manum defensionis et auxili, qua se tueatur, sibi porrigi ineffabili desiderio concupiscit. Dæmoues autem econtrario rident, et immensa lætitia gaudent, si nullo eau adminiculo fultam invenire queant. » Quibus dictis laxato freno iter arripuit, et bestiam ultra persequi clara voce canibus interdixit. Tunc illa ab omni læsione immunis, exsultans et hilaris præpeti cursu campos silvasque revisit.

CAPUT CXC.

Exemplum de avicula.

Alia quoque vice respexit puerum quemdam cum avicula in vià ludentem, quæ pedem filo innexum habebat 1913. Sæpe cum laxius ire permittebatur, fuga sibi consulere cupiens, avolare nitebatur. At per filum manu tenens retrabens irretitam aviculam ad se usque dejiciebat, et hoc ingens gaudium pulchruinque spectaculum puero præstabat. Factum est hoc semel et iterum, factum frequentius. Quod Pater benignus aspiciens, aviculæ condoluit et ut rupto filo libertati redderetur præcepit. Et ecce filum rumpitur, avisque avolat : puer plorat, Pater exsultat. Et vocatis qui aderant : « considerastis, inqu'i. jocum pueri?) El confessis considerasse, ait : · Simili consideratione jocatur diabolus cum hominibus multis, quos irretitos suis laqueis pro sna voluntate in diversa vitiorum impedimenta pertrabit. C Sunt enim quidam (ut verbi gratia dicam) avaritiæ, seu luxuriæ et similium flammis succensi, et ex mala consuetudine illis addicti. His contingit aliquando ut sua facta considerantes fieant, seque amodo e talibus cessaturos ore promittant, et more avis 1044 irretitæ liberos se volare autument 1044. Sed quia pravo usu irretiti ab hoste tenentur, nolentes in eadem vitia dejiciuntur; fitque boc sæpius, nec omnimode liberantur, nisi magno conatu et gratia Dei 1666 fuffis rumpatur pravæ consuetudinis.

CAPUT CXCI.

De malitia et sæditate peccati.

Si hinc ¹⁶⁴⁷, inquit Anselmus, peccati pudorem, et illinc cernerem inferni horrorem, et necessario uni illorum haberem immergi, prius me in infernum mergerein quam peccatum in me immitterem. Malhem enim purns a peccato et innocens gehennam intrare quam peccati sorde pollutus cœlorum regna teuere, cum constet solos malos in inferno torqueri, et solos bonos in cœlesti beatitudine foveri.
 Si hinc ¹⁶⁴⁷, inquit Anselmus, peccati pudorem, et necessario pudorem, et necessario pelutus cœlorum regna intrare quam peccati sorde pollutus cœlorum regna

CAPUT CXCII.

De verbis de juncti.

verba defuncti Osberni monachi, ad Anselmum in spiritu delata et ab eodem Anselmo postmodum exposita : Ter, inquit ille defunctus, antiquus serneus insurrexit in me, sed Ursarius domini mei liberavit me ; bæc dicens, evanuit. Benedictus vero Pater noster visionem illam expergefactus a somno ad memoriam revocans ac singula propensius inspiciens, quando et quibus libuit sic eam exposuit : Primo, inquiens, pro peccatis quibus obligatus ante baptismum fuerat, in eum insurrexisse bostem antiquum; secundo, pro peccatis qua fecit post bartismatis sacramentum, ante professionem · tertio, pro illis quæ secit post professionem, ante obitum. Sed ter cecidit; peccata enim quibus astrictus fuerat ante baptismum, fide parentum in ipso 1068 sacramento delata, diabolus invenit. Illa etiam quæ in sæculo vel in monasterio ante professionem commisit, in ipsa professione monastica aque abolita, scrpens ille antiquus reperit. Quæ vero post professionem fecit, vera confessione ante obitum monachus ille delevit. Per illum dominum Ursarium designari dixit ordinem angelicum. Sicut enim ursarii ursos, ita angeli spiritus malignos a sua sævitia coercent et opprimunt, ne nobis noceant ouantum volunt.

CAPUT CXCIII.

Similitudo militis

Sicut miles temporalis armis munitus est temporalibus, sic miles spiritualis debet armis munitus esse spiritualibus. Quæcunque enim militi temporali contra hostem visibilem sunt necessaria, ipsa eadem spiritualiter intellecta, spirituali militi contra hostem invisibilem sunt pernecessaria. Sed quæ sunt illa quæ temporali militi sunt necessaria? In primis siquidem caballus qui ei adeo est nècessarius ut recte dici possit suus fidelissimus socius; cum illo namque et occurrentem aggreditur hostem, et persequitur fugientem, et, cum tempus postulet, fugit persequentem. Deinde frenum additur quo ipso equas regitur; non enim in directum viam teneret, si miles oum freno minime regeret. Apponitur et sella, ipsi militi admodum idonea, quia tunc primum super sedere, cum viderit eum super se sellam habere. Adduntur etiam et calcaria ad eumdem equum excitandum valde necessaria; sæpius namque gressum non moveret si miles eum calcaribus non urgeret, quorum alterum est dextrum, alterum vero sinistrum. Dehinc miles suis induitur armis, quibus ab

VARIÆ LECTIONES.

¹⁰¹⁰ Parati sunt com mes Vict. Corb. parati cam ¹⁰¹⁰ Annexum habehat ms Vict. et Edit. Col. annexum habens ¹⁰¹⁰ Et more avis ms Vict. et Edit. Colon. si more avis ¹⁰¹⁰ Autument ms Vict. et Edit. Col. autumant ¹⁰¹⁰ Et gratia mes Vict. Corb. et Edit. Col. et gratia Dei ¹⁰¹⁷ Si hic mes et Edit. Col. si hime ¹⁰¹⁰ Per fidem parentum in ipso ms Vict. fide in ipso ms Corb. fide parentum in ipso ms Corb. 307. Explicit liber sancti Anselmi Cantuariensis archiepiscopi, De similitudinibus. In ms. Bec. (éiguntur însuper duce Similitudines : una de Milite; altera de Cellario, quæ ctianu habentur in ms San-Germani A. 1.

aliqua sui corporis parte vulneretur. Galea caput ejus ornatur, ut et ipse inde decoretur, et ejus principale securum habeatur. Scutum prætenditur ut ipse totus inde protegatur. Lancea in manibus tenetur, ut inde hostis adhuc longe semotus transfigatur. Gladio accingitur, unde idem hostis cominus juguletur. Ista itaque omnia militi temporali sunt valde necessaria; nequaquam namque bene armatus esse poterit, si vel unum ex istis, quamlibet minimum, illi defuerit, nec proprie dici poterit miles legitimus, quia adhuc erit imperfectus. Verum ista omnia, ut prædiximus, spiritualiter accepta, spirituali militi nihilominus sunt necessaria. Spiritualem vero militem nostrum dicimus hominem interiorem, hic etenim debet omni tempore suo Creatori militare; equas autem militis bujus est corpus ipsius, sicut enim iniliti equus est necessarius, sic interiori homini corpus. Nam quemadmodum miles cum equo contra suum adversarium pugnat, sic interior homo cum corpore contra diabolum. Cum corpore namque et occurrentem diabolum expugnat, ejus tentationibus viriliter resistendo, et sugientem cruciat instanter persequendo, et persequentem, cum ratio postulat, deridet prudenter fugiendo. Cum enim homo bene vivere incipit, mox diabolus illum decipere totis viribus satagit; cui si ille non consenserit, sed ejus tentationibus et animo et corpore viriliter restiterit, mox ipsum diabolum devincit; hoc est enim diabolum vincere, ejus suggestionibus fortiter resistere. Qui si etiam in bonis operibus, et animo et corpore instanter perseveraverit, et ipsum quidem diabolum magno persecutionis cruciatu ferit. Tunc etiam miles Christi diabolum persequitur, cum in bene operando perseverantiam amplectitur. Cum vero ipsi diabolo, summa Dei providentia juste disponente omnia, super hominem potestas tribuitur, tunc illum persequi dicitur. Sed plerumque miles Christi ejus ad modicum cedit vesaniæ, ut adhuc Domino suo possit fructificare, juxta quod idem Dominus ipse de membris ipsius diaboli suos discipulos admonuit dicens : Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam (Matth. x, 23). Quod cum miles Christi facit, ipsum diabolum prudenter illudit. Non enim fugit quod eum timeat, sed ut Domino suo adhuc D tranquillitate. Sunt etiam calcaria huic militi ad prædam acquirat. Valde itaque est necessarius nostro militi suus equus, id est interiori homini, corpus exterius. Sciendum vero quia proprium est militis præesse, equi autem subesse; militis imperare, equi obtemperare; nequaquam namque miles contra adversarium decenter pugnare poterit, nisi equus suus sibi subjectus fuerit, et nisi sibi per omnia obedierit; sed quia est animal mutum et non habet intellectum, miles capiti ejus frenum imponit quo cum huc et illuc, cum etiam noluerit, secundum propriam voluntatem flectere possit. Neque enim expedite adversus suum pugnare poterit adversarium, nisi in equo suo habuerit frenum. Nam quomodo ipsi hosti fortiter resisteret, cum sibi pro-

hostis sui incursu defenditur. Lorica vestitur, ne in A prius equus multoties repugnaret. Decet itaque ut in equo suo habeat frenum, si vult expedite pugnare contra adversarium. Debet autem secundum equi qualitatem freni providere quantitatem. Si enim obedientem equum habuerit et quietum, in eo parvum et suave debet ponere frenum; si vero rebellem et indomitum, magnum in eo et asperum necesse est ut imponat frenum; si autem mediocrem, et in freno debet providere mediocritatem. Similiter si miles Christi vult legitime certare contra diabolum, debet in suo equo habere frenum; frenum autem quo hujusmodi regitur equus, abstinentia dicitur; per abstinentiam namque debet interior homo exterioris lasciviam refrenare, et eum secundum propriam voluntatem huc atque illuc flectere. Nam sine hujusmodi freni regimine nullatenus expedite poterit adversus diabolum pugnare. Sed ipsa abstinentia debet esse discreta; secundum enim corporis sui qualitatem decet ut interior homo provideat abstinentiæ quantitatem; alioquin sibi non erit ad ullum adjumentum, imo ad maximum impedimentum, Notandum quoque quia frenum duo lora solet habere, quæ miles in sua manu debet tenere, et sic equum suum regere, sed si alterum plus altero traxerit nequaquam ipse equus in directum viam tenere poterit. Ut autem in directum viam teneat, necesse est ut miles utraque lora in directum trahat. Ouid itaque per duo lora freni, nisi duo membra abstinentiæ debent intelligi; alia namque abstimentia est nimium remissa, alia supra modum districta quæ si inæqualiter interior homo exteriori indixerit, id est, si unum plusquam alterum ei injunxerit, nequaquam rectam viam tenere poterit; aut enim propter nimium remissam abstinentiam superbiet, aut propler plurimum districtam deficiet. Restat igitar ut neutram indiscrete corpori suo injungat, sed discretionis manu mediocritatem teneat. Bebet autem miles iste super equum soum sellam habere. Ejos sellam credinus esse mansuetudinem; hanc enim debet interior homo super exteriorem ponere, ut super oum firmius sedere et eum decentius possit regere, videlicet ut nullum membrum huc vel illuc inordinate moveat, sed omnia decenter et mansuete contineat, ut nihil agat superbe, sed omnia cum equum excitandum pernecessaria; ista siquidem calcaria duo sunt exhortationum genera. Duo namque sunt genera exhortationum, quibus interior homo exteriorem debet excitare ad opus bonum: quædam namque exhortationes sunt de timore ; quædam vero de amore. Illæ autem quæ sunt de timore dicuntur sinistræ; quæ vero de amore, dicuntur dextræ. Sed de quo timore et de quo amore? De timore gehennæ et de amore vitæ perpetuæ; de timore horribilis calamitatis et de amore delectabilis jucunditatis; de timore perpetuse miserize et de amore perennis gloriæ. Quia ergo nostet exterior homo est infirmus et corruptibilis, szepius aliqua instante gravitate a bono opere vellet cessare, sed,

cum interior homo cum ab incorpto bene operandi A sic solent quadam membra subsequi. Quic autem itinere velle torpere senserit. mox eum quasi miles equum subsy calcaribus debet exercitare prædictis exhortationibus, aliquando videlicet dextris, aliquando sinistris, id est nunc timore, nunc amore, quandoque simul utrisque. Hæc de equo et de his quæ ad eum pertinept disseruimus. Nune vero ad militem nostrum redcamus, et quibus armis armari debeat attentius inquiramus. Militem nostrum, ut prædiximus, nostrum esse interiorem hominem credimus, unde, sicut constat de temporali milite, nullatenus miles iste cum adversario suo sine armis bellicis poterit legitime certare. Nam quomodo a diaboli mortiferis jaculis membra sua servaret illæsa, si non indueretur lorica? Quam securitatem suo principali oblineret, vel quem limorem ipsi hosti B incuteret, si galeam in capite non haberet? Quomodo a virulentis antiqui serpentis ictibus tam se quam equum suum desenderet, uisi seutum prætenderet? Unde vero ipsum bostem transfigeret, si lanceam in manibus nequaquam teneret? Aut unde idem hostis. jugularetur, si miles Christi gladio non accingeretur? Sunt itaque admodum necessaria nostro militi sua arma. Arma ista, licet sint bellica, non sunt tamen temporalia, sed spiritualia; non sunt carnalia, sed intellectualia; sicut enim docet Apostolus, spiritualia spiritualibus comparare debemus (1 Cor. 11, 13): siquidem miles noster spiritualis dicitur, sed ejus adversarius nibilominus spiritualis creditur. Quid itaque consequentius quam ut isti tales adversarii armis adversum se invicem dimicent spiritua- C libus ? Ut ergo miles Christi contra ignita diaboli jacula ex omni parte se muniat, sine mora loricain suam induat. Ejus quippe lorica, attestante Scriptura, dicitur justitia (Ephes. vi, 14). Nam quemadmodum lorica annulis contexitur, sic justitia bonis operibus perficitur; opera namque justitize sunt quasi annuli loricæ, sed ipsa justitia debet esse continua. Manifestam quidem est de lorica quia, si fuerit interrupta, ad tuendum militem minus sit idonea. Eodem modo intellige de justitia, si et ipsa fuerit interrupta : ipsa quidem interrupta dicitur, quæ quandoque intermittitur. Qui ergo intermittit justitiam, quasi interruptam induit loricam. Sed miles iste nequaquam poterit contra adversarium D ad ipsum opus mentis intuitum debet dirigere et ad snum fortiter pognare. Igitur ut miles Christi antiquo hosti viriliter resistat, loricam justitize inviolatam custodiat, id est sine intermissione operibus justitiæ studeat insistere. Debet etiam miles iste galea caput suum ornare, videlicet ut et ipse inde decorus appareat, et ipsi hosti ob taatum securitatis signum terrorem minimum incutiat. Caput hujus militis non inconvenienter accipitur intentio ipsins leominis interioris. Nam sicut caput præest cæteris membris corporis, sic intentio videtur præcsse cæteris instrumentis interioris hominis. Ut enim nos docet asus ipse, intentio in nobis solet præcedere, deinde cura, sollicitudo, studium et cietera hujusmodi, ut ipsa intentio opere valeat demonstrari. Ac

intelligere debemus per galeam, nisi beatam spem? Nam quomodo galea sursum dirigitur, sic beata spes semper ad superiora sustollitur. Tunc ergo miles Christi super caput suum galeam ponit, cum intentionem snam beata spe munit, id est, cum quidquid boui intendit agere, hoc solummodo facit ob spem beatie et perennis gloriæ. Est jetiam clypeus nostro militi valde necessarius, hune quippe debet prætendere, ut a virulentis diaholi jaculis tam se quam equum suum valeat defendere. Scutum militis hujus fidem docet esse Apostolus : Sumite, inquit, scutum fidei in quo (Ephes. vi, 16), etc. Fides namque tanquam scutum inexpugnabile ardentissima vitiorum tela solet excipere, ac metu gehennæ et coelestis regni credulitate mortificando exstinguere. Possumus etiam, per scutum, aplissime patientiam accipere. Sicut enim scutum excipiendo adversarii tela militem temporalem servat incolumen, ita patientia excipiendo mortifera diaboli spicula, militem spiritualem. Notandum quoque quia miles ex sinistro latere scutum solet prætendere; per sinistram guippe partem, intelligere possumus adversitatem. Scutum itaque miles Christi ex sinistro prætendit latere, cum patientiam et animo et corpore amplectitur in adversitate; nunquam enim in prosperitate est virtus patientiæ. Ille autem vere patiens esse creditur gni adversis atteritur, et tamen a spei rectitudine non flectitur. Restat igitur ut miles ille absque mora lanceam manibus arripiat, gladio se accingat, ac sic audacter ad singulare certamen accedat hostique suo viriliter se objiciat. Lanceam debet arripere, ut inde suum hostem valeat transfigere; gladio dehet accingi, unde idem hostis queat jugulari. Quid autem per lanceam intelligendum est, nisi providentia? Sicut enim temporalis adversarius adhuc longe semotus transfigitur lancea, ita hostis antiquus quasi adhuc longe divisus quadam transligitur providentia. Unde, ut diximus, miles noster ipsam lauceam debet tenere in manibus. Sæpius in divinis Scripturis, quia per cas solemns operari, opera per manus solent designari; lanceam itaque in manibus tenere, est in operihus providentiam habere. Cum enim miles Christi aliquid proponit agere, statim quem finem tendat diligenti providentia circumspicere, quod si tedenderit ad finem malum, mox anathematizando illud, tanquam mortiferum respuat venenum; sin autem ad finem bonum videatur tendere, sive sit leve sive sit grave, intrepidus ipsum opus debet arripere, ac hilari devotione perficere. Si igitur miles Christi hanc providam sollicitudinem ia omnibus operibus suis jugiter habere studuerit, ipsum adversarium suum, tanguam lancea providentiæ transfixum, facillime superare poterit Quid vero significet gladius? Exponere nobis dignum duxit Apostolus : Et gladium, inquit, spiritus, quod est verbum Dei (Ephes. vi, 17). Et ilerum : Vivus est sermo Dei et efficax (Hebr. 1v, 12), etc. Verbum guippe Dei

anceps dicitur gladius, quia quod hujusmodi gladius agit corporaliter, verbum Dei videtur agere spiritualiter. Anceps namque gladius ex utraque parte solet incidere, sic et sermo divinus quasi ex utraque parte videtar incidere, cum corda hominum duobus modis solet compungere, scilicet nunc terrendo, nune blandiendo, nune mortem æternam comminando, nunc vitam sempiternam promittendo. Cum ergo miles Christi hanc verbi Dei lectionem et in se et in quoscunque valet exercerc, ipsum antiquum hostem gladio quodammodo videtur jugulare. Quasi enim jugulando eum usque ad internecionem prosternit, dum longe a finibus suis, a cordibus videlicet in quibus ante inhabitaverat, gladio verbi Dei illum necessaria spirituali militi sua arma.

CAPUT CXCIV.

Similitudo cellerarii.

Salonion ex persona sponsæ dicit in Canticis : Introduxit me rex in cellam vinatiam (Cant. 11, 4). Videamus quomodo prudens cellerarius soleat ordinare dolia in cella vinaria, siquidem juxta ostium illud ponit dolium in quo est debilissimum vinum, juxta quod et aliud ponitur in quo aliquantum melius vinum habetur, sed et juxta illud tertium sistitur in quo adhuc melius vinum continetur. Sicque quanto dolia ab ostio disjunguntur, tanto in eis melius vinum habetur. Novissimo vero, id est in angulo, illud ponitur dolium in quo continetur pretiosissimum vinum. Omni prudentia optimum vinum C nent ehrius erit, illa videlicet ebrietate ad quam neguaguam ponitur juxta ostium, sed illud'quod est vilissimum. Sed quare? Propter ingredientes videlicet et egredicates. Si enim bonum esset juxta ostium, ipse cellerarius non minimum inde ab ingredientibus sive egredientibus incurreret damnum; citius namque arripitur quidquid prope manus invenitur, et ideo viliorem potum anteponit, potiorem vero postponit; solet etiam et aliam facere prudentiam, cum aliquem in cellarium suum introducit, juxta modum quo eum diligit, ei ad potandum tribuit ; quem enim parum diligit, illi de leviori potu tribuit ; quem vero aliquantulum diligit, ei de mediocri potu tribuit; quem autem plurimum diligit, huic de optimo dolio ad potandum tribuit. Dicit itaque sponsa : Introduxit me rex in cellam vinariam. Rex iste Rex regum cellam habet vinariam in qua sponsa sua, videlicet fidelis anima, se gratulatur introductam; ejus cella vinaria dicitur Scriptura sacra. In hac cella quatuor habeutur dolia mellifluæ dulcedinis plena, quorum ista sunt nomina: simplex historia, allegoria, moralitas, anagogen, id est intellectus tendens ad superiora. Ista quidem dolia modo quo superius dixinus sunt ordinata. Primo namque loco in Scriptura sacra, tanquam juxta ostium, est simplex historia, deinde allegoria, postea moralitas, novissime vero, quasi in angulo, ost anagogen, id est contemplatio. Valde dulcis

non inconvenienter gladius, spiritualis videlicet, seu A potus est historia, sed et dulcior in allegoria ; dalcissimus vero in moralitate, longe autem incomparabiliter dulcior in anagogen, id est in contemplatione. Potus qui continetur in primo dollo, id est in historia, sunt simplicia gesta sanctorum et exempla, quibus dum intendimus, animas nostras magna dulcedine quodammodo potamus. In secundo autem dollo, id est in allegoria, est fidei instructio ; per allegoriam namque ad fidem instruimur et interiore homine admirandæ suavitatis sapore imbuimur. In tertio vero dolio, id est in moralitate, est morum compositio ; per moralitatem ctenim mores nostros componintus, et, quasi miræ dulcedinis potu refecti, hilares et amabiles proximis nostris apparemus. Potus qui continetur in quarto dolio, illo videlicet violenter expellit. Vatde itaque ut prædiximus, sunt B qui stat in angulo, id est in ansgogen, est quidam suavissimus divini amoris affectus, cujus ineffabili dulcedine, cum anima nostra relicitur, ipsi summæ divinitati quodammodo unitur. Cum igitur cellerarius iste aliquos in cellarium suum, sanctam videlicet Scripturam introducit, modo quo superius diximus, eis ad potandum tribuit ; simpliciores namque et rudes in fide ac ejus amore, de primo dolio solet potare, id est de historia ; capaciores vero de allegoria ; perfectiores autem de moralitate; perfectissimos autem de anagogen, id est de contemplatione. Sciendum vero quod quisquis de quarto dolio, de illo videlicet quod stat in angulo, id est de anagogen, biberit ; quantulumcunque inde gustaverit, statim ob miram ipsius potus dukcedisponsus electos suos invitat in Canticis : Comediac, amici, et bibite, et inebriamini, charissimi. Quicanque etenim de potus hujus dolii suavissimo sapore inebriatur, mox ad mundi Injus turbines, tanquam ebrius, insensibilis redditur. Habet autem istud cellarium in se quoddam ostium ; in isto vero ostio, quædam clavis habetur per quam infidelibus clauätur et fidelibus aperitur. Ostium kujus cellarii, id est sanctæ Scripturæ, est recta fides ; ciavis autem bumilitas; qui ergo vult intrare in cellarium Domini, id est in sanctam Scripturam, necesse est ut intret per ostium et clavem, per sidem videlicet et humilitatem; debet namque certissime credere quidquid dicit sancta Scriptura verum esse ; deinde sensum ipsius Scripturæ, ac si pro foribus pulsando, humiliter debet investigare ; nullus etenim sine fide et humilitate in cellarium Domini ad suam utilitatem poterit intrare. Poterit quidem tanquam fur irrumpere, et quadam vi sæcularis scientiæ, de primis doliis quasi quasdam guttas lambere, sed ad ultimum dolium, in quo continetur illud vinum quod ketificat cor hominis (Psal. cm, 15), id est ad anagogen, nullatenus quibit pertingere. Quisquis igitur in cellario Domini de omnihus doliis, id est de historia, de allegoria, de moralitate, de contemplatione sufficienter bibere desiderat, rectam fidem cum summa humilitate habere studeat.

VITA S. VVILFRIDI EBORACENSIS EPISCOPI AUCTORE EXDMERO. Contuanence

(MABILL., Acta sanctorum ord. S. Bened., tom. HI, parte 1, pag. 170.)

OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

1. Plures Wilfridum, eo nomine primum Eboracen- A Dorobernensis Ecclesiæ; quod fragmentum ez all sem episcopum scriptis suis celebravere auctores. In primis Beda Venerabilis res ab eo gestas describit in variis Historiæ suæ locis, maxime in lib. 111 cap. 25, et lib. v cap. 20. Bedæ æqualis accedit Eddi seu Heddius, cognomento Stephanus, qui librum De Vita sancti Wilfridi composuisse fertur apud Joannem Pitseum aliosque recentiores. Is fuit invitatus de Cantia a reverendissimo viro Wilfrido, ut primus post Jacobum cantandi magister Nortanhumbrorum Ecclesiis esset, teste Beda in Historiæ lib. 1v cap. 2; qua ex consueludine Wilfredi gesta certo rescire potuit. Post Heddium occurrit Fridegodus, cui Odo Cantuariensis episcopus Vilam ejusdem sancli heroico metro texere præcepit. Legerat Willelmus Malmesburiæ monachus eam Fridegodi scriptionem, de qua B hoc profert judicium in lib. 1 de Pontificibus Cantuariensibus : Exsecutus est id munus Fridegodus quidam versibus non improbandis : nisi quod latinitatem perosus, græcitatem amat.

Græcula verba frequentat, ut merito dictis ejus aptetur illud Plautinum :

Hæc quidem præter Sibyllam leget nemo.

Huic lucubrationi manum admovit Fridegodus statum post Wilfridi reliquiarum translationem in Ecclesiam Cantuariensem. Ipse etiam Odo, qui Ecclesiæ Cantuariensi præsuit ab anno 934 in annos quatuor et viginti, Wilfredi gesta descripsisse perhibetur ab Eudmero. Eadmerus vero seu Edmerus monachus, Anselmo Cantuariensi pontifici a secretis, id postea præ- C sitit anno 1121. Sic enim præfixa habet inscriptio codicis manu exarati bibliothecæ Cottonianæ: Vita sancti Wilfridi archiepiscopi per Eadmerum Cantuarier sem auno MCXXI. Res ab se descriptas in exordio et in fine approbat auctoritate venerabilium virorum Odonis archiepiscopi et Bedæ presbyteri, nulla Heddii aut Fridegodi mentione facta, tametsi Fridegodi ipsissima verba non raro usurpat. Unde suspicio injicitur num Fridegodi fetum Odoni, qui hortator operis fuit, supponat. Sed tamen ex prologo ipsius Odonis, quem Eadmerus in fine Vitæ ab se compositæ citat, aliam Odonis a Fridegedi lucubratione juisse conjectura est. Eadmeri fragmentum de translatione corporis sancti Wilfridi recitat Gervasius Dorobernen-

sis monachus in libro De combustione et reparatione D rus vost vrologum Vitæ præposnit.

Eadmeri opere desumplum est. Eadmeri æqualis fuit Willelmus Malmesburiæ monachus, qui itidem facta sancti Wilfridi recantavit in libro secundo De pontificibus Anglorum, ubi de episcopis Eboracensibus. Post eos omnes Petrus Blesensis, archidiaconus Bathoniensis, librum De Vita sancti Wilfridi composuit, eumque Galfrido Eboracensi atchispisco dedicavit, uti legitur in Monastico Anglicano, pug. 172, ubi fragmentum es codem Petro adducitur. His omnibus annumerandi sunt Anglorum scriptores, in his Thomas Stubbesius in libro De episcopis Eboracensibus, quorum catalogus vetustus exitat apud Labbeum in tomo 1 Bibliothecce nova. pag. 322. Ex prædictis auctoribus obvii quibusque sunt Beda et Willelmus. Nic duos exhibemus hactemus ineditos, Fridegodum * extrema quidem parte muttlum; et Eadmerum, cujus lucubrationem ex Anglia accepimus beneficio viri spectatissimi D. Josephi Williamsonis, regi ab intimioribus secretis, Heddium dia exspectatum, si fors contingat, ut ops amicorum recuperemus, dabimus, Deo dante, in Appendice nujus sæculi, aut alterius insequentis, cum Fridegodi carminum reliquiis.

2. Wilfridi diem natalem exprimunt tum Martyrologia recentiora, tum vulgata Bedæ historia iv idus Octobris, tametsi hæc rerba intrusa sunt in textum Beda, quo apud Abrahamum Whelocum intra parenthesim conclusa, desunt in exemplari nostro Ger. manensi, uti et in Aluredi versione Saxonica. Dies certe prædictus est translationis, quo teste Eadmerocorpus sancti Wilfridi decentiori'loco revositus a Lanfranco est. At quo tandem die vir sanctus ad superos. migravit, silent Vitæ scriptores omnes, unus inter vetustos fastorum sacrorum conditores designat diem vni Kal. Maii, is nempe qui nomine Bedæ vulgatus est metrici Martyrologii auctor in tomo X Spicilegii, his versibus

Egbertus, digna virtutum laude coruscus, Astrigerum octavis veneranter scandit olympum. Quoque die præsul penetravit Wlfridus alma, Angelico vectus cœtu trans sidera cœli.

Celebrior tamen videtur fuisse solemnitas translationis iv Idus Octob., ut patet ex titulo quem Eadme-

 \cap

* Vide Patrologize tom. CXXXIII, in FRIDEGODO.

3. Monachi vitam ab anno ætatis quarto decimo A nodo Streaneshalensi, tametsi Beda in lib. 111 cav. 25 cgit Wilfridus, et regulam sancti Benedicti mirifice propagavit. Quo vero in loco monasticum susceperit habitum, non ita liquet. Et primo quidem annos natus quatuordecim apud Lindisfarnenses monachos diligenter ca quæ monasticæ castitatis ac pietatis erant, et discere curabat, et agere, inquit Beda in lib. v cap. 19, « necdum quidem attonsus, verum eis qui tonsura majores sunt virtutibus, humilitatis et obedientiæ, non mediocriter insignitus. In quo monasterio cum aliquot annos Deo serviret, animadvertit minime perfectam esse virtutis viam, quæ tradebatur a Scotis : proposuitque animo venire Romam, et qui ad sedeni apostolicam ritus ecclesiastici sive monasteriales servarentur, videre. Illic perfectam vitæ monasticæ, hoc est Benedictinæ, adeptus nor- B versus didicisset Geaddam Ecclesiæ suæ consecratum mam, reversus Lugdunum a Dalfino seu Annemundo loci episcopo tonsus est. Postea Alchfridus, Oswii Nortankumbrorum regis filius Wilfridum in Britanniam regressum, virum, ait Beda, doctissimum, magistrum habuit eruditionis Christianæ. Hujus doctrinam omnibus Scotorum traditionibus jure præferendam sciebat : unde ei etiam donaverat monasterium quadraginta familiarum in loco qui dicitur in HRipum. > Ilæc Beda in lib. 181 cap. 25, ubi Wilfridum abbatem consequenter appellat, ut proinde monastica insignia eo in monasterio suscepisse dicendus sil; paulo post ab Agilberto Gallo, occidentalium Saxonum episcopo, in præfato suo monasterio, presbyter factus rogatu Alchfridi. Scotis in synodo Streaneshalensi confutatis, in monasterium Lindisfar- C nense, ubi Scoli monachi degebant, monachos nostros induxit. Unde ipse apud Willelmum gloriatur, quod primus in Nortanhumbria e verum Pascha, Scotis ejectis, docuerit, et sanctissimi Benedicti Regulam a nionachis observari jusserit. Complara adificarit canobia, HRipense, Hagustaldense, in suo ipsius episcopatu; alia in Cantuariensi; Scleseiense apud australes Anglos, et alia in regno Merciorum. Iluc spectant epitaphii ejus hi versus :

Inque locis istis monachorum examina crebra Colligit, ac monitis cavit quæ regula Patrum, Sedulus instituit.

Quo in loco regula sancti Benedicti, quam Wilfridus tum in Britannia, tum Romæ didicit et excoluit, Re-D gula Patrum appellatur, uti et diserte apud Ambrosinm Autpertum in libro De vita sancti Paldonis abbalis el successorum.

4. Ad seriem gestorum Wilfridi quod attinet; natus est anno 634 aut insequenti, siquidem obiit anno 709, annos natus septuaginta quinque. Adolescens annorum quatuordecim Lindisfarnense monasterium petiit, ibi aliquot annos moraturus. Inde Romam peint anno circa 653, paulo ante aut certe paulo post mortem Honorii Cantuariensis episcopi, quam eo anno reponit Beda in lib. 111 cap. 20. Annis fere quatuor tum in Lugduni mora, tum Romæ exactis, reversus in Britanniam, HRivense monasterium ædificat et abbatis nomine administrat. Anno prope 660 Colmannum, Scotorum antesignanum, rejutat in sy-

signat annum 664. Verum Beda non satis sibi constat dum eo loci scribit Agilbertum episcopum Gallum huic synodo interfulsss, ejusque jussu Wilfridum adhuc presbylerum Colmanno restitisse; et tamen Wilfridum episcopum ordinatum esse anno ipso 661 Compendii in Gallia, ex cap. 28, ab Agilberto jam Parisiorum episcopo, qui finita ac soluta concione domum, id est in proprium episcopatum, quem apud occidentales Saxones obtinebat, rediisse dicitur cap. 26. Certe in Epitome Saxonica, Bedæ Historiæ subjecta, Agilbertus anno 660 abiisse a Kenwalchio, et Parisiorum episcopatum in Galliis ad Seguanam flumen suscepisse perhibetur. Wilfridus, anno 664 ordinatus episcopus Eboracensis, cum ex Gallia reepiscopum, secessit in HRipense monasterium. Dein a Wulfario Merciorum rege accitus, postea venit in Cantiam, ibique presbyteros et diaconos ordinavit, usquedum Theodorus adveniret, ex Bedæ lib. m, cap. 28, et lib. sv, cap. 2, a quo Ceadda Eboraco pulsus, et Wilfridus in sede sua institutus. Anno 670 Oswius rex Nortanhumbrorum cum Roman ire vellet, Wilfridum itineris ducem sibi fieri rogaverat; sed re infecta moritur, apud Bedam in lib. w, cap. 5. Anno 673 Wilfridus concilio Heorutfordensi, Theodoro præsidente, per proprios legatarios adfuisse memoratur ; ibidem. « Anno 677 orta inter ipsum et Egfridum regem dissensione, pulsus idem antistes a sede sui episcopatus, et duo in locum ejus substituti episcopi, Bosa, gui Deirorum; et Eata, qui Berniciorum provinciam gubernaret, cap. 12. interim Wilfridus post biennium Romam pergit, causam dicturus. Confecta re provinciam australium Saxonum convertit ad Christum, ac Seleseiense monasterium ædificavit favente Edilwalcho rege : ac, Cead. wala ilidem conspirante Vectæ, insulæ populum Christianis institutis imbuit cap. 16. Anno 687, post mortem Cuthberti Lindisfarnensis episcopi, episcopatum Ecclesiæ illius anno uno servabat venerabilis antistes Wilfridus, donec eligeretur qui pro Cuthberto antistes ordinari deberet, cap. 29. « Post longua exsilium, annorum videlicet amplius decem, in episcopatum Hagustaldensis Ecclesiæ receptus est es lib. v cap. 3. Anno secundo (malim duodecimo) Aldfeidi, qui post Egfridum regnavit, alins ab Alchírido, id est anno 697, sedem suam et episcopatum, ipso rege invitante, recepit. Sed, post quinque annos, denuo accusatus ab eodem ipso rege et plurimis episcopis, præsulatu pulsus est, veniensque Romam anno circa 703, a Johanne papa absolutus repedavit in Galliam. Meldis ad extrema vitæ redacius, inducias annorum quinque a Deo meruit. Postea in concilio Niddensi restitutus principio regni Osredi Aldfridi filii, id est anno 705, mortuus est anno ejusdem Osredi regis quarto, post quadraginta et quinque annos episcopatus, teste Beda in lib. v, cap. 20, et quidem vun Kal. Maii anni 709 incuntis. Certe quindecies ternos episcopus annos egisse perhibetur in epitaphio suo apud Bedam relato.

PROLOGUS AUCTORIS

batisque Brittanis Angliam vocant et incolunt, omni ex parte Oceano cincta, tam ingenitis quam et undecunque allatis divitiis mirabili copia antiquitus exulerabat : quæ ut terrenis rerum copiis, ita quoque sanctissimorum virorum magna fecunditate pollebat. Quorum exigentibus meritis in tantum gratia Dei omnipotentis totam insulam sua munificentia decoravit, ut et cultus circa Dei obsequium circumquaque multiplicaretur, et res tam publicæ quam familiares multa pace felicique prosperitate fruerentur.

2. Sed cum nihil omni ex parte perfectum mundanis rebus natura concessit, 'cæca damnatrix animi cupiditas dum interdum quosdam ad hoc B perduxisset, ut suis rebus contenti esse nescirent; pacis munimenta dirupit, pax dirupta rapinas, incendia, seditiones, bella, omniumque bonorum excidia peperit; quæ nonnunquam a sanclis ejusdem provinciæ viris detrita; nonnunguam, ipsis in immensum malis crescentibus, ii qui mala deterrere moliebantur, varia casuum perturbatione attriti. Dum enim studium suum in eo potissimum ponerent, ne perversorum hominum pravitati amissa sui statas rectitudine cederent; damque illi e diverso modis omnibus inandarent, ne istorum reclitudini ad sui correctionem sese vel ad modicum darent ; iidem neguitiam suam modo vi, modo fraudibus exercentes, quos in malitia nequiverant, hes in commoni vita socios habere nullo módo volebant. Hine multi propria dignitate privati, multi a patria eliminati, multi quoque crudelissima morte necati, et a justo judice Deo gloriosissime coronati. Hæc in primordio coalescentis fidei partim insuper venientibus in se prædicatoribus est experta; hæc in processu ejusdem fidei partim in propriis et in se procreatis prædicatoribus est perpessa; hæc nibilominus eadem fide quaque fundata partim a suis, partim ab externis hostibus, in suis pstribus

1. Brittan'a (1), quam Angli victis a se protur- A Anglorum Ecclesia est atrociter passa. Hinc, ut alia taceam, venerandi antistites Mellitus et Justus Galliam petunt Anglia expulsi; kinc sanctissimus Pater Wilfridus toties a proprize dignitatis sede rejicitur; binc quoque gloriosissimus rex Eadmundus et beatissimus antistes Ælfegus iniqua morte damnati, martyrii gloria dignissime coronantur; hinc etiam dubio procul vir præclarissimus et excellentissimæ sanctitatis Pater Dunstanus in exsilium pulsus fuisse dignoscitur. Sed hæc me brevi attigisse suffecerit. Majores etenim nostri de his multa memoriæ digna cognovere, et luce veritatis insignita exinde sua posteris scripta reliquere.

> 3. Et quoniam ea quæ de præfato Wilfrido scripta habentur, non simul in uno, sed in diversis auctoribus sparsa esse probantur; rogatus a nonnullis, quibus me contradicere incongruum duxi; imo, ut verum fatear, ipsius sanctissimi Patris dilectione compulsus, ea quæ sparsim de ipso scripta sunt, nostro opere in unum componere institui. Equidem Beda, nobilissimus gentis nostræ historiæ scriptor, in ipsa historia de eodem Patre per diversa loca nonnulla disserit, et beatæ memoriæ Odo sanctæ Dorobernensis Ecclesiæ pontifex de vita et conversatione ejus quemdam libellum edidit, postquam reliquias ipsius sancti de loco in quo primum positæ fuerant, excepit, et ad ecclesiam totius Brittaniæ matrem, quæ in urbe Cantuarberia sita est, magno devotionis honore transvexit. Horum igitur dicta per omnia sequens, pene nihil quod eorum auctoritate roborari non possit, nihil autem ex toto quod contrarium sit, dicturum me fore confido. Sane quicunque hæc vel legere vel audire dignatus fuerit, precor ut ista me non ita scripsisse accipiat, quasi antiquis, quæcunque sunt hac de re, mea velim scripta præferre; sed potius cogitet et amicis meis me (ut dixi) rogantibus morem gerere, et sancto Dei aliquod obsequium mei amoris et reverentiæ exhibere volu'sse.

INCIPIT VITA

Sanctissimi confessoris atque pontificis Christi Wilfridi, cujus festivitas colitur 🕫 Idus Octobris

centesimo tricesimo quarto, regnante in Cantia filio gioriosissimi Edelberti regis Cantuariorum Eadbaklo, et in Nordumbria successore nobilissimi Edwini regis Nordanhumbrorum sauctissimo rege

4. Anno igitur Incarnationis Verbi Dei sex- D Oswaldo, de inclyta gentis Anglorum prosapia puer Dei Wilfridus nobilitate natus, et e vestigio crelesti est prodigió mundo, nobilissime designatus. Cum enim beatus puer intempesta noctis silentiq matris prodiret ab alvo, columna ignis supra domum in

(1) Ita non raro apud antiquos scriptum reperitur Brittania, etiam apud Gracos Brettavia nonnun-Guam.

PATROL. CLIX.

23

78

υ

noctis tenebras radio suæ lucis abstersit. Quique igitur vicinorum tanti luminis magnitudine subito terrore turbati, ii domibus proruunt, et stupore affecti singuli quod primo capere poterant arripiunt, et in turbam coacti turbato murmure ad ignem concite currunt. Ad domum usque pervenientes, flammam, ut cœperat, radios emittentem inveniunt; sed domum et quæcunque vicina nil læsionis pati mirantes aspiciunt. Nimio itaque stupore paventes : · Pape ! inquiunt, quidnam signi hoc nobis innuere putas? nimirum divini est numinis omen. > Et domum irrnere volentibus occurrerunt mulieres de domo, dicentes : (Sustinete, sustinete, precamur, quo ruitis ? ad causam ignis cognoscendam quem præ oculis habetis tantopere tenditis? non aliam esse B quam puerum nunc maternis visceribus editum pro certo noveritis. > Quo cognito, gressu reflexo in sua redeunt, magnalia Dei sua devotione venerantes. Quid ad hæc dicendum? antiquum Moysi famulo Dei ostensum in rubo miraculum videmus, cum ecce iu domo pueri Dei ignis æstuat, nec comburit; flamma emicat, nec aliquid consumit. Et illud quidem antiquitus factum quid signi protulerit, jam mundus agnovit : hoc autem in seipsa experta pene totius Anglici regni nobilitas didicit. Re etenim ipsa probatum est, quod sicut olim Dominus populum soum ex Ægyptia servitute liberaturus, ipsius liberationis ministerium Moysi per ignem rubi demandavit; sic et nunc idem Dominus alium populuin suum a tenebris vitiorum educturus, quem C eiusdem eductionis magisterium habere delegerit, per emissum cœlitus ignem designavit.

5. Primordia ergo vitæ beatissimus Pater Wilfridus tantæ nobilitatis signo accipiens, cum esset puer bonæ indolis, eidem nobilitati sua industria morum nobilitatem superaddere studuit. Unde ætatem moribus transiens, nil puerilis levitatis, nil insolentiæ in suis moribus admittere voluit; sed ita se tempore adhuc teneræ ætatis modeste et circumspecte in omnibus gerebat, ut merito a majoribus quasi unus exipsis amaretur, veneraretur, amplecteretur. Vultus enim magnæ venustatis, sed in habitu vultus crat ci multo venustior mes probitatis. Facundæ, ut id ætatis tenor admittere poterat, münia linguæ, non garrulitati vel detractioni aut contentioni, sed iis quæ Dei sunt summo studio dedicare curabat.

6 At postquam perfectioris setatis attigit metas, defuncta matre, statuit natales relinquere fines, quo liberius posset Domini servitiis operam dare. Quod ubi patri suo retulit, libenter ejus votis ac desiderils coelestibus annuit, eumque salutaribus coept's insistere jussit. Ubi vero quartum decimum ætatis explevit annum, comitatus munimine Dci, venit ad reginam Eanfledam nomine : a qua benigne susceptus et aliquandiu magno cum honore deten:us, innotuit sibi propositum suæ mentis in eo quampotissimum esse, ut relicto sæculo Dei se mai.ciparet

qua nascebatur cœlitus emissa omnes circumfusæ A obsequio. Quo regina vouerabilis agnito, moltum ejus animi virtute lætata, consilium simul et auxilium tantæ rei perficiendæ devota mentis alacritate largita est. Et quoniam cumdem virum monasticam singulari vitam præferre cognovit; eum, ut ipsi placuit, ad insulam Lindisfarnensem venire, et monasterio monachorum sociari fecit. Quo constitutus, diligenter ea quæ monasticæ castitatis ac pictatis erant ediscere curabat et agere. Et quoniam aeris erat ingenii, didicit quanto citius psalmos et aliquot codices, necdum quidem attonsus, verum eis que tonsura majores sunt virtutibus, scilicet humilitatis et obedientiæ, non mediocriter insignitus. Propter quod a senioribus et coxtaneis suis justo colebatur affectu.

> 7. In quo monasterio cum aliquot annis Christo serviret, animadvertit paulatim adolescens, minime perfectam esse virtutis viam, quæ tradebatur a Scotis, proposuitque animo Romam venire, et qui ad sedem apostolicam ritus ecclesiastici sive monastcriales servarentur videre. Quod cum fratribus referret, ejus propositum laudaverunt, eunque id quod mente disposuerat perficere suadebant. At ille confestim veniens ad prædictam reginam, indicavit ei desiderlum sibi inesse apostolorum limina visitandi. Quæ delectata bono adolcscentis proposito, misit illum Cantiam ad regem Erconbertum, qui erat flius avunculi sui, postulans ut eum Romam honorifice transmitteret, quo tempore ibi gradum archiepiscopatus Honorius, unus ex discipulis beati papæ Gregorii, servabat, vir in rebus ecclesiasticis sublimiter institutus. Ubi cum aliquantisper demoratus adolescens animi sagacis, diligenter iis quæ inspiciebat discendis operam daret, supervenit illo alius adulescens nomine Biscop, cognomento Benedictas, de nobilibus Anglorum, cupiens et ipse Romam venire. Ilujus ergo comitatui rex beatum Wilfridum sociavit, atque ut illum Romam secum perducerct jussit.

> 8. Qui cum Lugdunum pervenissent, a venerabili Dallino ejusdem civitatis archiepiscopo honoritice suscepti sunt. Wilfridus a pontifice detentus, Bencdictus Romam usque profectus est. Delectabatur etenim antistes prudentia verborum strenuissimi juvenis, gratia venusti vultus, alacritate actionis. constantia neene maturitate intentionis. Unde guxque necessaria habebat, ipsi cum sociis ejus, dum secum esse volebant, abundanter tribuebat. Quin ct beato Wilfrido partem non modicam Galliarum regendam obtulit, ac filiam fratris sui virginem, si conjugem ducere vellet, ei se daturum fore promisit, quatenus ipse illi in patrem, et ille ipsi esset tali conjunctione in filium. At ille gratias agens pietati quam erga se, cum peregrinus existeret, dignaretur habere, respondit sibi magis propositum alterius conversationis inesse, et ob hoc relicta patria Romam ire cœpisse. Quihus antistes auditis, dato itineris duce, simul et iis quæ tantæ viæ necessitas poscebat copiose impensis, ipsum Romain transmisit, obse

rediens ad se dechnaret.

9. Ut autem Romam venit, beatissimi apostolorum principis limina orandi gratia petiit : et egressus, germani beati Petri, cadem causa ductus, oratorium est ingressus, humique prostratus hac prece fertur pium apostolum, quem mente præsentem videbat, palam rogasse : « Piissime apostolorum Dei, frater bealissimi apostoli Petri, en ego peregrinæ provinciæ civis ad tua limina veni, veniam pro peccalis meis postulaturus. Precor te igitur per pietatem, quam cæteris præstare totius orbis attestatione probaris, ut veniam peccatorum, quam per te obtinere confido, non quæram in vanum, ne mihi tantæ progressio viæ procedat incassum. Verum, ut experiar, vincula B meæ impictatis per merita tua solvi; solve, quæso, impedimenta ingenii mei et linguæ meæ, quatenus verbi Dei mysteria corde percipere, et diserto elocutionis modo eadem aliis valcam insinuare. > O fides famuli Dei, o insigne pietatis indicium apostoli Dei, o larga benignitas et benigna largitas clementiæ Dei! Non citius orationis verba complevit, quam vivacissimum mentis ingenium et promptissimum elocutionis modum sese percepisse cognovit. Redit in se, et gratiesus miratur seipsum qui fuerat jam non esse.

10. Romæagitur degens, orationique acmeditationi rerum ecclesiasticarum quotidiana, ut animo proposuerat, instantia mancipatus, pervenit ad notitiam viri sanctissimi atque doctissimi, Bonifacii videlicet archidiaconi, qui et consiliarius erat apostolici : cujus magisterio et amicitia felix, quatuor ab eo C libros Evangeliorum, rationabilem Paschæ terminum, aliaque nonnulla quæ in patria sua nequiverat, didicit.

11. Ecclesiastica igitur disciplina magnifice imbutus et apostolica benedictione perfusus, in iter rediit, Dallinum episcopum de suo reditu valde suspectum lætus adiit, eigue tribus annis fida societate adhæsit. A quo attonsus, in tanto est amore habitus ut illum sibi hæredem facere cogitaret. Sed ne hoc fieri posset, antistes est crudeli morte peremptus, et Wilfridus ad suze potius, hoc est Anglorum gentis episcopatum reservatus. Siquidem regina Francorum ea tempestate sævam Ecclesiæ Christi tempestatem intulerat. Nam dæmoniaci furoris igne n simul et confirmantibus cis qui de Cantia et Galliis succensa, fortunis omnium bonorum inhiare, inhians rapinis et deprædationibus æstuare, æstuans atroci multos examinatione damnare, et damnatos immani mortis feritate necare. Unde, ut alia taceam quæ in innumeros quasi minores crudelia exercuit, octo ecclesiarum Patres ense peremit, cum quibus et prædictum venerandum antistitem pari buic vitæ pæna mortis exemit. Quem usque ad locum suz neci dispositum Wilfridus secutus est, cupiens pro eo, si concederetur, aut certe cum eo, si permitteretur, simul gladio mori. Verum ne id fieret episcopus modis omnibus interdixit, et ne tantum flagitium flagitiis suis gladiatores adjicerent, Christi miseratio sanctique viri peregrinatio interdixit; quodque tunc tem-

crans et multa prece contestans, quatenus de Roma A poris magno terrori quamplurimis erat, sua aciliect Anglorum natio interdixit. Corpus tamen occisi debito honore tumulavit, sicque Angliam prospero cursu repedavit.

> 12. Præfuit eo tempore genti Nordanhumbrorum Christianissimus rex Oswius, successor beatissimi, regis et martyris Oswaldi, qui Oswius filium suum Alfridum regni socium sibi constituit. Fuere autem utrique reges in Christiana religione ferventes, Ecclesiarum diligentissimi cultores, et catholicarum doctrinarum studiosissimi auditores, amatores, sectatores. Cum ergo beatus vir Dei Wilfridus in patriam esset reversus, fama sanctitatis et prudentiæ ejus, fama eloquentize 'et apostolicze doctrinze ejus. circumquaque mira celeritate innotnit, nec non ad aures prædictorum principum ingenti cum laude processit. Sanctitas quoque et insignis amor Christianitatis, qui regum corda repleverat, notitlam sancti nequaquam fagere poterat. Ex hoc curiæ regis Alfridi præsentatus, humane suscipitur, brevi, quod antea solo auditu in eo sciebatur, reipsa cognoscitur, et eo regali amicitiæ familiariter associatur. Probitas cliam integerrimæ vitæ, quam fama primo vulgaverat. et prudens simplicitas simplexque prudentia quæ in illo ad omnes humilitate vigebant (?) non modo regi, verum et omnibuseum charum exhibebant. Tribusex hoc annis regalem curiam fovit, et virtute animi gratiam, gloriam, honorem sibi comparavit. Unde et regio munere auctus tam mobilibus quam immobilibus rerum bonis, etiam inter animales homines clarus erat. Super hæc quoque Ripcasi Ecclesia cum iis quæsui juris exstiterant, regali munificentia donatus est. Ex co autem summa cura procurabat, quatenus opes sue magis transirent in victum indigentium, quam servarel eas more avarorum opes suas recondentium.

> 13. Interea venit ad regem episcopus occidentalium Saxonum, nomine Ailbertus, vir sanctus et ecclesiasticis disciplinis apprime institutus, qui eteidem regi magno fuerat familiaritatis amore conjunctus. Hic, rogatus a rege, Wilfridum ad presl yteratus officium promovit, utpote guem sacerdotio fungi dignissimum esse cognovit. Mota est autem ea tempestate quæstio de observatione Paschæ, quæ magna et frequens eatenus exstiterat, probantibus advenerant, quod Scotti diem Dominicum Paschæ celebrarent contra morem universalis Ecclesia. Nam Scotti usque ad id temporis scripturarum serie hac de re disputante non plene edocti, sæpe Dominicum Paschæ diem celebrabant cum csset Dominica dies in Palmis, ea re quod ipsa die decima quarta luna esset, quæ terminus est diei Paschalis. Istiusmodi secte vir sanctissimæ vitæ Aidanus suo tempore grande firmamentum fuerat intantum, ut a cunctis quasi æquo animo toleraretur, dum eximia in opere Dei morum ipsius conversatio consideraretur. Sed, illo defuncto, Finanus, vestigia sectæ illius per omnia sequens, in episcopatum ejus subrogatus est : quo nihilominus huic vitas modum facienta,

Colmannus in sectam amborum sedemque successit, A calumniis observatio libera. Quod si ea qua uitecujus temporibus gravior de paschali observatione atque aliis ecclesiasticæ vitæ disciplinis controversia versata est. Quapropter merito movit bæc quæstio sensus et corda multorum, timentium ne forte accepto Christianitatis vocabulo in vacuum currerent aut cucurrissent. Pervenit et ad ipsas principum aures, Oswii videlicet regis filique ejus Alfridi, quorum primus a Scotis edoctus atque baptismi sacramentis imbutus, nihil melioris propositi existere posse credebat, quam quod a suis doctoribus acceperat. Porro sequens potioris fidei privilegio primum præcedens, Romanæ et universalis Ecclesiæ ritum omnibus antestare ratum habebat. Siquidem Christianissimus et doctissimus vir Wilfridus, qui et Romæ (ut prædiximus) ecclesiasticæ disciplinæ multa B documenta acceperat, et penes Dalfinum Galliarum pontificem Lugduni nonnullis imbutus exstiterat, eum suo magisterio rationabili atque catholica eruditione informaverat, ac informatum omni scrupulositate sublata in veræ fidei stabilitate firmaverat. Mota ergo (ut præfati sumus) quæstione de paschali observatione, dispositum est, ut synodus cogi, et hæc quæstio deberet ventilari terminarique. Veneruntque illo reges ambo, pater scilicet et filius, magnopere deprecantes ut eis adesse dignaretur Spiritus sanctus. Venit itaque jam dietus Ailbertus antistes, Alfridi regis amicus, cum beato Wilfrido et suo Agathone presbyteris : contra quos Colmannus com suis clericis venit, et Hildem abhatissam, sectæ suze fautricem, cum aliis pluribus secum in synodum C duxit.

14. Silentio itaque facto, primo rex Oswius præfatione præmissa tali fertur modo locutus : (Hactenus, Patres venerandi, schisma in Ecclesiis Christi exortum eo quosdam minus veritati studentes perduxit, ut bis in anno (quod dictu quoque nefas esse probatur) sanctum Pascha sit celebratum. Cujustamen rei causam bene considerantibus non adeo miram videtur. Dum enim ipsi arietes iter diversum arripiunt, greges etiam post se diviso tramite rapiont. Ubi plane miseriam est videre, cum ad regnum via sibimet contraria tendunt, quo communi proposito fidei properare contendunt : et qui viam individuam perveniendi ad vitam solummodo Christum noscuntur habere, absonum valde absurdum- D que fore dignoscitur, ipsum Christum in suis nwsteriis velle dissona observatione dividere. Ea re in hanc me sententiam ipsa rationis necessitas polissimum duxit, quatenus utriusque partis defensores una venire jussio nostra constringeret, quo utrinque ratione audita, quid sequendum, quid sugiendum sit, discusso errore queamus inspicere. Quapropter tu, Colmanne, qui præcipue contra morem universalis Ecclesiæ Pascha celebrare a nonnullis calumniaris, causæ tuæ, inquam, et ego tecum similis observationis coarguor, primo propugnator assiste; quatenus auctoritate qua nititur agnita, si tanta est, fet amodo nostra sub cadem auctoritate a tantis

ris minus firma auctoritate victus exstiteris, profecto nec me, nec quemlibet meorum tuæ sectæ ulterius sectatorem habebis. >

15. Tum Colmannus : « Pascha, inquit, a guarta decima luna usque ad vicesimam celebramus, et celebrandum confirmamus, et ita fieri oportere validæ auctoritatis firmamento comprobamus. Beatissimus etenim Joannes apostolus et evangelista, Domini Jesu tam familiaris conviva, ut supra pectus ipsius in Cœna recubuerit, eodem quo nos ordine illud celebravit, et in omnibus quibus præfuit Ecclesifs celebrandum fore sua ancioritate præfixit. Hoc per successionem prudentum et æque sanctissimorum virorum ad nos usque perlatum, hoc nostrorum doctrina majorum in nobis stabili firmitate fundatum, hoc a nobis antehac inviolabili observatione servatum, et firmamus nulla ratione non esse servandum. »

16. Quo hæc et hujusmodi nonnulla dicente, jussit rex et Ailbertum suæ morem observationis in medium proferre, ut sciretur quo principio, cujusve niteretur auctoritatis institutione. Respondit Ailbertus : (Loquatur, obsecro, vice mea Wilfridus presbyter, quia unum ambo sapimus cum cæteris qui hic assident ecclesiasticæ traditionis cultoribus; et ille melius ac manifestius ipsa lingua Anglorum, quam ego per interpretem, potest explanare quæ sentimus. > Tunc Wilfridus ad jussum regis exorsus, Colmannum non modo auctoritate beati Joannis falso niti aperta ratione monstravit, verum et contra Joannem et contra legem et Evangelium, necne doctrinam apostolorum, imo et contra universalis Ecclesiæ morem eum sentire in paschali observatione probavit. Quam probationem idcirco scribere supersedimus, ne in re huic opusculo non necessaria sliquod fastidium legentibus inferremus. Si quis autem eam velit, in nostræ, hoc est Anglorum, gentis historia requisitam inveniet. Hac ergo omissa, vitam beati viri, ut cœpimus, ordine prosequamur. prout ipse, de quo loquimur, nos adjuvare dignatur. Finito conflictu contentioneque soluta, Ailbertos domum rediit; Colmannus vero, suæ sedis episcopa:u dimisso, Scotiam petiit, quoniam ecclesiasticis traditionibus suas traditiones postponere noluit.

17. Vir autem Domini Wilfridus ex hoe maguæ apud omnes est venerationi habitus : quippe qui et divinis cruditionibus præclare imhutos, et Dominicis comprobatus erat operibus magnifice fultus. Quapropter a rege Alfrido totius plebis acclamatione ad pontificatum eligitur; sed ipse gravi reclamationis adnisu ne id flat obsistere nititur. Tandem importunitate omnium victus, id a rege petivit, ne se inordinate ordinari in Brittania permitteret: verum ut tanta res secundum instituta canonum expleri valeret, ordinandum sese in Galliam mitterct. Venerabilis nempe Deusdedit sanctæ Cantuariensis Eccleziæ archiepiscopus jam huic viæ subtractus fueral, nec in tota Brittania episcopus

saliquis canonice ordinatus supererat, excepto Wine A causa vetante confirmant. Quid igitur negotii tenor o cidentalium Saxonum episcopo. Ailbertus siquidem, cujus paulo ante meminimus, relicta Brittania, Parisiacze civitatis episcopatim sortitus erat. Cum igitur ita se res habebat, quod petebatur rex promplissime annuit, et consilio patris sui Oswii beatum Patrem ad regem Galliarum direxit, rogans et obsecrans quatenus virum honorifice susciperet, alque in gradum pontificatus sua auctoritate sublimari præsperet. Igitur, prout dignum fuit, a rege honor fice suscipitur, ad Ailbertum episcopum cum mandatis divigitur, quibus ut summa honorificentia servam Domini ad ordinem episcopatus promoveat jabetur. Qui mandatis gratiosus obtemperans, eum cooperantibus undecim episcopis honorifice conse-B cravit.

18. Quo post ordinationem suam in transmarinis partibus domorante, il quorum sectæ pravitas per eum pridem detecta suerat atque dejecta, rependendarum injuriarum sese jam temptis opportunum accepisse putantes, regem Oswium fraudulenta calliditate convenientes circumveniunt, circumveniendo in eam sententiam ducunt, quatenus Ceaddam Eboracæ civitatis episcopum fieri jubeat, ne Ecclesia diutius carente pastore fides Christi quamlibet jacturam incurrat : præsertim cum penitus, inquiunt, ignoretur quo Wilfridus devenerit, quem ad ipsius Ecclesize regimen ordinandum in Galliam Alfridus direxit. Hac ipsorum versutia rex Oswius incaute præreptus, dato præfato Ceaddæ ipsius Ecclesiæ poutificatu, misit eum Cantiam in gradum sacerdotii C consecrandum. Quo cum suis veniens et camdem sedem pastore viduatam inveniens, inde divertit, prædictum Wine episcopum adiit, ut episcopus ab eo consecraretur obtinuit. Assumptis ergo duebus de gente Brittonum episcopis, qui contra scripta canonum erant ordinati, eumdem Ceaddam pari modo inordinate ordinavit.

19. Ordinatus autem Eboracensi Ecclesiæ prælatus est, cum non post multos dies beatus Wilfridus patriam redire instituens navem ingreditur, et aliquandiu felici cursu navis æquoreos fluctus transvehitur. Jam autem medio mari transito, et beato viro cum suis clericis in ea quæ Dei sunt corde et ore intento, ventis mutatis validissima tempestas D exoritar. Qui magna vexatione quassati, tandem in regionem australium Saxonum, quam non noverant, projecti sunt. Fluctibus vero in sinus suos ita illuc retractis indigenæ adhuc gentili errore devincti advolant, navem et omnia quæ in ea erant in jus suum vindicare volentes; et id propositi obstinato corde tenentes, ut aut captivarent, aut morte sibi resistentes involverent. Quo vir venerabilis aguito copiosam eis pecuniam obtulit, et quatenus ab intentione sua recederent humili postulatione admonuit. At illi serociores ex illius verbis effecti, nil se ab eo pro ipsorum dimissione sumpturos fore prociamant, quin etiam non modo omnia sua, verum et cumdem ipsum in ius proprium se accepturos nulla

intenderct socii pontificis intelligentes, præmissa supplicatione ad Dominum arma arripiunt, magis volentes more virorum fortiter bello occumbere quam ignava captivitate longioris vitæ spatio servando producere. Quod ubi a paganis cognitum, aciem struere, ac in populum Domini tela dirigere festinabant. Stans quoque princeps sacerdotum idololatriæ coram paganis in tumulo excelso, suis magiels incantationibus suos quasi benedicendo confortare, ac socios famuli Dei maledicendo satagebat enervare. Cui operi cum quantum sua intererat, summo studio mente, voce manuque vacasset, juvenculus quidam minister hominis Dei funda lapidem jecil, et eumdem magum trajecta fronte dejecil, exstinxit. Rediit mox ad memoriam viri Dei antiquum per David factum in Goliam miraculum Dei, cum subito mire paganorum tumultus exoritur, et in discerptionem Christianæ partis vires omnium exeruntur. Quid plura ? insurgunt acies, miles Christi sese prosternit in preces; Domino autem pro swis pugnante, inimica manus confusa et victa discedit. Sed post paululum multiplicior in idipsum et immanior redit. aciem struit, tela in vacuum dirigit. Tela non vacua recipit, pars maxima ruit, et pars residua fugit. Et quid morer ? jam tertio victi cum se ad quartum prælium cum rege suo præpararent, meritis beati Wilfiidi multo ante horam mare effluxit, navem extulit, et sauctum Dei cum omnibus suis, quinque solummodo ex sociis perditis, prospere in Sandicum portum evexit. Quod inimici videntes, maxima confusione in sua remeant, et servum Domini keta serenitate victorem abire gemebundi deplorant.

20. Patrio itaque portu patriaque potitus, confestim sibi rumor innotuit, qualiter suæ sedi Ceadda substitutus antistes sit. Qui pro re nihil omnino perturbatus, placido vultu et hilari pectore Ripum perrexat; ibique scrvitiis Dei intentus, magna mentis stabilitate per aliquod tempus in secretiori habitaculo deguit. Sed quia civitas supra montem posita nequit abscondi, a multis et præcipue nobilibus frequentabatur, eximiæ sanctitatis ejus fama permotis. Rex quoque Merciorum, nomine Wlfarius, vir Deo valde devotus, famulum Christi adiit, eunque ut loco cederet secumque maneret importuna vix prece deflexit; et compos suæ voluntatis effectus, ingenti beatum Patrem dilectionis affectu coluit, terris et honoribus auxit.

21. Metropolitana vero sedes totius Augliæ, dum hæc ita fierent, pastore carebat, defuncto (ut prædiximus) archiepiscopo Deusdedit. Et quoniam tanta sedes absque episcopali providentia esse nequibat, rex Cantuariorum Egbertus beati Wilfridi prudeutia sanctitateque audita, ad ipsum misit quam humillima eum supplicatione contestans, ut Ecclesiam viduatam sua dignaretur præsentia visitare, opo consolationis erigere. contra spirituales nequitias trypeo suæ admonitionis protegere, et quæque temor auctoritate statuere. At ille tali in causa reniti fas esse nequaquam existimans, regiæ voluntati assensum præbuit. Ad ecclesiam igitur venit, et quæ per Spiritum sanctum agenda cognovit, sedulus inibi administravit. Is primus erat, qui inter cpiscopos de Anglorum gente creatos catholicum vivendi morem Apglorum Ecclesiis tradere didicerat : unde et perplura catholicæ observationis moderamina quaque per easdem Ecclesias sua doctrina diffundebat. Quare factum est ut, crescente per dics institutione catholica, Scoti omnes qui tunc morabantur inter Anglos, aut his manus darent, aut ad suam patriam repedarent.

22. Beatus autem Wilfridus, prout ei facultas inerat, hac illac propter verbum Dei disseminan-B dum magna populi frequentia comitatus pergere consucverat. Quod cum tempore quodam faceret, devenit in locum ubi natus fuerat atque nutritus. Cujus loci indigenas verbo vitæ cœlestis enutriens, multos ab amore terreno avertit, et ad amorem omnipotentis Dei convertit. Unde factum est ut plures ibidem cellas Domino servire volentibus institueret, et quonam pacto eorum vita componi deberet, unumquemque prudenter instrueret. Sicque per tres continuos annos modo Cantuariensis Ecclesize dispositioni, modo illorum exhortationi et illorum correctioni suze providentize curam impendit. Et licet episcopalis cathedræ proprium locum nusquam haberet, tamen episcopali officio studiose intentus satagebat qualiter diabolo sua vosa criperet, et ea Domino Christo conciliaret, atque in sanctæ conversationis proposito corroboraret.

23. Emenso autem spatio trium annorum, Theodorus a Vitaliano papa archiepiscopus consecratus ct missus, Cantiam venit : susceptaque sede pontificatus in metropoli civitate, mox secundum quod vigorem ecclesiasticum decebat, ca quæ circumquaque omendanda erant, summa prudentia et pontificali auctoritate in melius mutare studebat. Ut vero comperit Ceaddam contra canonum statuta in cpiscopatus gradum fuisse consecratum, publica illum increpatione redarguit, et quod degradari jure deberet paulo districtius minatus cst. At ille, ut erat magnæ humilitatis et mansuetudinis vir : (Si me, n rum, omnibus erat speculum et informatio operum inquit, asseris contra scita canonum ordinatum, libenti animo exordinari concedo, cum profecto nunquam tanti apud memetipsum exstiterim, qui loco hujusce regiminis vel ad horam przeesse debuerim; sed obedientiæ causa jussus subire, hoc licet indignus consensi. » Qua responsionis ejus humilitate Theodorus accepta, dixit cum nequaquam gradu sacerdotii se velle privare. Verum quia (ut diximus) inordinate ad tantum ministerium fuerat ordinatus, ipse ordinationem ejus canonica ratione consummavit. Sed ille considerans se non juste episcopatum alterius episcopi obtinuisse, pœnitentia ductus elegit potius tali honore carere quam alterius cathedræ ulterius injuste præsidere. Discessit

ecclesiasticæ traditionis expeteret, in ea pontificali A igitur episcopatu, et ad monasterium suum, quod crat in Lestingesei, privatus sccessit.

> 21. Porro Theodorus beatum Wilfridum in episcopatu Eboracensis & clesiæ restituit, nec non et omnium Nordanhumbrorum, sed et Pictorum, quousque rex Oswius imperium protendere potuerat. Sicque vir sanctissimus et animam suam in patientia possedit, et multiplicatus honore, quod suum fuerat, totius populi exsultatione recepit. Quo tempore regno Merciorum Wifarius præsidebat, cujus paulo ante meminimus. Qui cum mortuo Jaramanno episcopo sibi suisque alium a Theodoro dari peteret, non eis ille novum voluit episcepum ordinare, scd præfatum venerabilem Ceaddam eis dedit. Beatus vero Wilfridus suis redditus, egregia mentis instantia operam dabat, quatenus et ca quæ longa vetuslas aut incuria dissolverat, in ecclesiis restauraret, et quæ in subditorum suorum moribus oculos magni Dei offendere poterant, eliminaret. Quibus operibus quanto magis intendebat, tanto se in majori virtutum exercitio constringebal, ut subjectis in ejus vita esset videre, qua diligentia deberent verborum ipsius documenta suscipere.

> 25. His autem quæ destructa repererat in integrum restitutis, ecclesiam in honorem beati Petri apostelorum principis a fundamentis consum navit, et eam multo decore sub immensa principum ac populorum frequentia consecravit. Ut autem ventum est ad sui sermonis officium, luce clarius visa sunt Dominica in ea verba con pleri : Non vos estis qui loquimini, scd spiritus Patris mei qui loquitur in vobis (Matth. x, 20). Quod ca re plane licet considerare, cum et populus in Dominum magna sit dilectione ex illo affectus, et corda principum tanto timore et amore Dei sint accensa, ut non solum ea quæ prius ad jura ipsius ecclesiæ pertinebant, ad vocem illius testamentis confirmarent, sed et quædam de suis ipsi ecclesiæ condonarent. Triduo post hæc omni turba secum detenta, pane vitæ tam coelestis quam terrestris eam copiose refecit. Ecclesiam præterca magnis muneribus et ornamentis decori domus Dei competentibus ditavit. Et cum hæc opera laude dignissima faceret, uti mortiferam pestem laudem fugiebat humanam : ac sic positus la medio populobonorum.

> 26. His its sese habentibus, omnipotens Deus ut merita famuli sui quanti penderet mundo demonstraret; que internarum luce virtutum primo profudit, etiam exteriorum exhibitione miraculorum decorare voluit. Hinc est quod die quadam cum venerabilis pastor oves Dei verbis et fidei sacramentis imbueret et antiquo humani generis hosti in eis jus dominandi auferret, atque per sacri chrismatis unctionem septiformis gratiæ Spiritum jam baptizatis traderet, ecce per effusas turmas mulier nimio dolore afflicta ministro Dei occurrit, defunctæ funera prolis miserabili deportatione in ulnis ostentans. Quo viso Pater obstupuit, hæsitque loco, paulumque

mulier acri doloris nimietate turbata pronior incubuit, gemituque præpedita vix in hæc verba ernpit : e En, inquiens, bone domine, quem ad impositionem manus tuæ confirmandum in Christo portare decreveram, jam non solum ad confirmandum, verum primo ad resuscitandum a mortuis tuæ sanctæ pietati piæque sanctitati apporto. Christum tuum prædicas omnipotentem, quod precor operibus proba, et meum a morte filium unigenitum suscita. Et quanti hoc est omnipotentiæ suæ parvulum suscitare, et mei doloris stimulos effugare ? revera nihili. Ouapropter in hoc peto que prædicas rata esse potenter ostende, pl ad meam consolationem unicum filium meum restituas vitæ.) Ingeminat querulas voces, cujus vehementi gemitu coacti sub uno convolant B omnes. En plangor grandis. Tandem compassus venerabilis Domini servus, agit tacitas sancto sub pectore grates, quod turba nondum perfectæ fidei novit regare clementiam Domini Christi; moxque solo fusus et faciem lacrymis perfusus : « O Domine Pater, ait, non ad merita mea, sed ad tux pietatis opera, precor, placatus attende, et ærumnis hujus mulieris open tuæ consolationis impende, restituendo incolumem filium suum per Jesum Christum Dominum nostrum unigenitum Filium tuum. » Quo dicto surrexit, et caput defuncti dexteræ manus extensione letigit : cui ad ejus tactum caput exagitanti vir Dei manum porrexit, et erectum vivum incolumemque cunctis exhibuit. Vulgus in nimios G admirationis ac laudis clamores excitatur, et fide plenissima in Christlanze legis observantia consolidatur. Puer redivivus in Christo per manus impositionem confirmator, matri cum gaudio redonatur co pacto ut septem annis materna cura nutritus viro Dei restituatur. Quod post præfinitum tempus ne fieret patre suo interdicente, exsul ad externos fugit cum prole Britannos, sciens videlicet puerum nequaquam contra viri Dei præceptum in proprio secum posse manere. Quod tamen sua fuga ei contulit. Post parvi temporis dies præsectus quidam invitis parentibus puerum in manus Patris reduxit, quem prolinus servitio Dei mancipavit, et bene instructum pluribus imitabilem in sancta conversatione postmodum f cit. Hinc guique perpendite guid p guod imitentur præ oculis habeant. signi prætulerit super ejus cunabula 'cœlitus emissom lumen radiantis flammæ.

27. Ea tempestate regnum gentis Anglorum genino decore nitebat, cum et reges Christianitatis amore fervebant, et pontifices divini operationem mysterii summo studio exercebant. Hinc regalis providentia hoc potissimum per se gerebat quosque subditorum magis a pravitate morum abstrahere, quain cupiditate animi res corum diripiendo distrahere; nec ulla eis cura fuerat quam subditis, sed quam bouis ipsi regnarent. Hinc nihilominus sacerdotalis apex sui officii plenissime compos exstiterat, eis solummodo sua diligentia operam præbens, ad quæ ipsius ordinis institutor et auctor Deus insum

ab inccepti operus ministerio se cohibenti orbata A instituit. Here propter summa quies erat plebi legalia jura tenenti, terra fragibas et tranquilitate opima suis cultoribus non modo egestatom colebat [f. tollebat], sed et operi Dei absque sollicitudine sæcularium rerum coram impendere permittebat. Classica dira silent, nec latronum incursio formidatur. Quid plura? ut cuncta brevi edicam, promicat Ecclesia pacato foedere nexa. Quæ ut diabolus vidit, propria sibi malignitate invidit, et tractans secum pacis interruptioni causas invenit. Spiritu namque superbiæ suæ invadit gentem Pictorum in tantum, ut en gens (quod semper ferre consueverat) bello a se tentaret excutere jøgum Anglorum.Præfuit eo tempore regno Nordanhumbrorum Ecfridus filius Oswii regis, qui patri suo in regnum successerat, vir in armis strenuus, et bcati Wilfridi amicitiis vehementer astrictus. Hic ergo pontifici negotium Pictorum quod incumbebat exposuit, alque ut rebus open suz intercessionis ferret supplici prece admonnit. Cujus dehine benedictione vallatus atque sanctissima oratione comitatus, cum parva militum manu Pictis occurrit, Pictosque occursantes catervatim prostravit, et Pictorum tumorem gladii ultione repressit. Et quid morer? dat stragem late, redeunt in colla catenæ; sicque victoria læta potitus rediit, et eximias propugnatori suo gratias egit. Hec modo genti Anglorum pax restituta per annos aliquot mansit. At regno Merciorum post ikec in dissensionem elato, rex præfatus armis pacem revocare desiderans, obvius eidem regi in bellum processit, pugnam commisit, quam quærebat pacem, duce fugato exercituque prostrato, victor obtinuit. Ea nimirum re huic regi sic processit, quo Deus ostenderet preces beati Wilfridi ante se penitus cassari non posse. Nec mirum. Qui enim in Evangelio dixit omnia fore possibilia credenti (Marc. 11, 22), merito illi quem et fide catholicum, et in operibus ejusdem fidei præcipuum ipsa Domini sapientia vidit, quæ juste-petebat, possibilia esse concedere debuit. Nam de illius fidei integritate quis dubitare, aut quis de perfectione operum ejus digne valeat disputare? Verumtamen paucis opera ejus quædam describantur, quæ et integritati suæ fidei testimonium præbeant, et illius cordis devotionem imitari volentes

> 28. Ac primo dicendum quod optimis a puero moribas institutus, nulla quoad vixit eisdem potuit ratione abduci incommutabilis justifiæ cultor, nec favore remitti, nec detractione diduci, nec laudibus decipi, nec vituperationibus in zelum poterat commoveri. Per noctem divinis insistens obsequiis, corpus suum quod ab omni contagione ex utero matris suæ mundum custodierat, tam vigiliis quam frigoribus mire afficiebat, singulis illud nociibus aqua frigida tinguens, nec prius ab hac consuetudine cessans, quam Joannis apostolicæ sedis antistes enm pro ætatis suæ gravitate huic proposito finem juberet imponere. Non hunc ardor sestatis, non frigus biemis ab instantia copti operis Dei

detorquere valebant. Pretores quaquaversum gratia A tans, quod negotinm regine persuaderet, ut omissu pradicandi gratiani Dei pergens, paratus erat pro ipsa quam prædicabat veritate vitam dare, si occasio competens offerretur quæ id fieri postularet. Si quando aliquid deliciarum quovis eventu, et hoc summa cum parcitate, in escam sumebat, idipsum in se postmodum gravi inedia vindicabat. Hæc institutio vitæ minimum elationis et maximum humilitatis in ejus pectore studium comparavit. Ilere subditis sibi exemplum sanctæ conversationis indixit; hæc cosdem in arctam continentiæ viam induxit; hæc quoque multos a suo errore conversos ad Christi gratiam duxit. Unde quamplurind nobilium incitati, filios suos Dei servitio mancipandos viro tradebant mirantes, admirando ejus merita dignis laudibus approbantes, atque suos ipsius probitatis imitatores fieri modis omnibus exoptantes. Sed sicut sape quod aliquibus provenit ad virtutis profectum, aliquibus procedit ad iniquitatis effequm; sic unde nonnulli in amorem et veneratio-- nem famuli Dei profecerunt, inde quidam in odium el contumeliam ejus crumpunt. At athlèta Dei cum iis qui oderant pasem erat pacificus (Psal. CXIX, 7), et odio ipsorum suæ rependebat obsequium mansuetudinis.

29. Præteres in Augustaldensi oppido templum mirabili opere fecit, quod ipse in honorem beati Andreæ apostoli Domino dicavit, ad vicem videlicet beneficii rependendam, quod idem apostolus jam ei dudum impenderat. In cujus templi constructione c non defuit invidia mortiferi serpentis. Nam dum czinentarii liaunt superiora parietis, præcipitante illum adversario humani generis, unus corum in præceps corruit, et sic ut contritis omnibus membris jam defangi putaretur. Qui cum velut in exhalatione sui spiritus laboraret, excurrant omnes utpote ad exseguias funeris ejus. Vir autem Domini Wilfridus cum corpore absens præsentia spiritus cuncta dignosceret, mox sese in lacrymas dedit, et quosque assidentium quid evenerit ex ordine docens, pro salute fratris cos intercedere postulavit. Ubi vero ad ægrum ventum est, mox ad Patris ta-. clum pristinam receperant membra salutem : et, si dicendum, lethum erubuit, cum per hominem vitæ se depelli, et homini vitam restitui vidit. Cujus mortis D auctor diabolus, videns virum tam internis animi virtutibus quam exteriorum exhibitione miraculorum suam confusionem sugere, in nimiam sui furoris malignitatem accenditur, quibus modis poterat inquirens, qualiter confusionem suam versa vice in eum retorqueret.

30. Acceperat autem rex Ecfridus conjugem nomine Adeldridam, quæ in voto virginitatis potius hanc vitam transigere proposuerat, quam aliena libidine violari. Juncta est tamen regi præfato lege conjugali, non conjunctione carnali. Cujus rei gratia beatum Wilfridum tam per se quam et per amicos suos rex convenit, orans et obsecrans, et maxin'arum retum pollicitatione in hoc ipeum allicere tenvirginitatis proposito regiæ voluntati assensum præberet. At Wilfridus, seiens scriptum esse : Vovete et reddite Domino Deo vestro (Psal. LXXV, 12), maluit Eefrido hae in re non parere, quam saam Domino sacrificium auferre, ne per hoe non modo virginis, verum et suæ animæ mortis æternæ dispendia pararet. Ergo virginel voti fautor existens, vigilantis animi sagacitate procurabat, ne qua femineæ meutis inconstantia propositum virgo postponeret, et terrenis illecebris animum devieta supponeret. Egit igitur sua industria, ut virgo potias divortima conjugii a conjuge quæreret, quatenus libertate potita sæculum linguere, ot thalamis æterni regis valeret feliciter inhærere. Quod quidem fachum est. Nam ubi rex comperit eam autio pacte a proposito posse mutari , licet invitus, concessit tamon at relicto seculo, prout volebat, acciperti velamen insigue virginitatis. Qua licentia felix, accepto velamine a beato Wilfrido, que mundi sunt cum muudo desernit, sprevit atque a sui desideria cordis procul abjecit.

31. Ermomburgis vero regali est copulata conjugio. Per hauc igitur diabo'us odium quod contra virum Dei habebat, exercre opportunum existimans, animum illius injectis quibusdam simultatikus acversus cum inflammat, quoque ipsi suarum insidias fraudum tendat vehementer instigat. Cui suggestioni eo facilius cessit, quo muhebris inconstantia mentis, intemperantia lubrice ostentations, oppressio ac rapina violentse daumationis, qua in ca magne cam tumore vigebant, servum Domini in redargutionem sui multoties acerba invectione armahant. Quamobrem non parum intus offensa, et iusuper dannoniaco igno succensa, gloriæ dignitatique ipsius magnopere cœpit invidere, et quonam modo cum dignitate sua spoliare ac spoliatum abjicere posset, occasiones quierere. Considerata er.o gloria viri, qualiter eum omni ex parte affluenta dignitatis circumfulsisset, regem muliebri facundia convenit, quasi de quibusdam suis utilitatibus actura; re autem vera prima ap animum ejus ad quæ vellet acclinare posset habere, ex obliquo perquisitura. Quem ubi ad suum votum esse persensit, at hominem Dei in invidiam adduceret, fraudulentis sermonibus ejus gloriam regi cœpit admirando enarrare. Nam, exposita divitiarum abundantia, cœnebiorum mukitudine, ædificiorum magnitudine, subditorum principum turba, obsequentium militum copia, regalibus vestibus et armis instructa intulit : e Et quid amplius ipse tibi, quam tu sibi? totum regaum tuum episcopatus ipsias est; quin et si tua potestas ejus potestati comparetur, minor est. Terminus enim imperii tui suis finibus coarctatur; terminus autem episcopatus ejus tuos fines auctoritate progreditur. Et, fateor, fidelibus et amicis tuis est timendum ne, si aliquando inimici tui contra te arma susceperint, ipse quam prædicat pacem sequendi suos ab armis immunes retineat, tuque tue-

rum paucitate infunicis inferior vienus occumbas. A rjus infortunio valde contristatis non pagea disso-Quapropter de negotio ante prgotium tracta; et, ne in ipsa gestione negotii tua virtus decidat, quæ, obsunt guarus præordina. Sunt quidem et alia nonnulla quæ tibi honeste possunt persuadere, tui honoris nullatenus esse, non dico superiorem, sed parem quemquam in regno tuo habere. Que nec dici quidem opus esse recognosco, quia non modo tuze prudentize, sed et cuivis imprudenti clara esse non nescio.

.31°. Talibus verbis rex permotus, et quasi suz utilitati consuleretur, ad ea totus arrectus, melius suis rebus consuli non posse putavit, quam si vir Dei suis omnibus privaretur, et episcopatus ipsius in plures episcopos divideretur. Verum quia id agi przeter consensum Cantuariensis archiepiscopi mi- B est, licet adhuc tota provincia idolorum cultul denime poterat, verba malignæ accusationis contra episcopum ipsius sedis antistiti Theodoro mandant, et ad suze voluntatis effectum deceptum inclinant. Venit igitur ad regalem curiam Theodorus, sua auctoritate regiam voluntatem super Wilfrido impleturus. Quod factum est. Nam protinus in locum ejus tres episcopos eo absente ordinavit. Res viro celari con potuit : et admiratione quammaxima ductus, hilari corde, alacri vultu, modesto gressu regis palatium subiit, causam negotii perquisiturus. Cui hoc modo, at fertur, ad inquisita responsum est : « Nec te impræsentiarum alicujus criminis submissione notamus, nec tamen statutum de te judicium hae vice mutabimus. » lile vero tolibus ver-Lis non sibi satisfactum esse consentiens, apostolicam sedem appellavit, et pro eorum injustitia indiguatus reflexo gressu aulam egredi voluit. Intuens autem quosdam satis feedo suis casibus insultare cachinno : « Et o, inquit, filii, felici prosperitate ducatis tempora longa; sed noveritis, quantocius sors infesta resolvet hac gaudia vestra : nec prius hunc aunum transisse videbitis, quam istas quas super me derisiones habetis, acerbi mœrore luatis. » Que prophetia veritas facta est. Nam post non multum temporis conserto gravi prælio inter Ecfridum et Ailredum regem Merciorum juxta fluvium Treanta, occisus est Elfuinus frater regis Ecfridi, juvenis circiter decem et octo annos habens, utrique provinciæ multum amabilis : ex cujus (1) morte magnus et intolerabilis mæror Ecfridum ac suos percutit, omnisque lætitia quam de expulsione beati Wilfridi habuerant, justo Dei judicio in tristitiam versa est. Sic ex eo quo a se fortissimum militem Domini repellere non timuerunt, nunquam læta victoria potiti sunt : sed qui prius parva manu militum, ejus intercessione muniti, ingentes copias straverant, postmodum cum ingenti copia a raro milite victi cadebant. Nec injuria. Repulso etenim co per quem victores exstiterant, nil erat residui quare passim vinci non debuerunt. Verum ad ordinem instituti operis styli officio redeamus.

52. Beatus Wilfridus episcopalis cathedræ dignitate privatus ad sua rediit, filiis et fratribus suis de

ruit verba consolationis, patientize et verze charitatis, dicens, inter alia, nihili esse pendendum quod constaret nonnunquam fore pendendum. Ipse veru post hac Romam iturus, et ne quod scandalum Ecclesize Christi propter cum imminoret causam suam ante sedem apostolicam expositurus, ad mare. venerabili monachorum collegio dextra lævaque slipatus, perducitar; navi imponitur, pin illorum imprecatione perfungitur; prospero cursu ventis vela panduatur. At ubi paululum navis processit. mutato vento pulsus est Fresiam : ubi a barbaris ac rege illorum Aldgislo honorifice susceptus, ibidemque honorifice conversatus, ab omnibus summo cum honore, quoad ibi manere cordi fuit, habitus dita deserviret. Viceni itaque benignitati corum rependere volens, prædicahat eis verbum Dei, et multa millia verbo veritatis instituit, ac fonte salutari a suorum peecatorum serdibus lavit : sieque susceptores suos. et a Domino suscipi, et Dominam in se suscipere legit. Erat autem aute adventum beati viri terra ipsa magnæ salsitatis magnæque sterilitatis, et velut in modum rupis nimix asperitatis, ac per hoc quibusque animalibus ad incolondum magnæ incommoditatis. Verum ad prædie:tionem viri Dei eadom gente fidem Domini suscipiente, sicut corda corum supernæ dulcedinis rom ad fertilitatem operum bonorum mollita, et inhabitatione Spiritus sancti sunt accommoda facta; im et terræ ipsorum salsitas in dulcedinem, storilitas in fertilitatem, asperitas in mollitiem atque pinguedinem versa, omnibus inhabitantibus cam diversæ commoditatis copias lautissime intulit.

53. Interea ii qui sua negnitia victi amicum Christi propria dignitate, possessione, terra protuchaverant, legatos suos tam fraudibus iniquissimæ delationis ligatos, quam et diversis exeniis oneratos in Franciam dirigunt, quo viro Domini partin fraude, partim munere laqueos deceptionis et captionis, laqueos deprædationis, perditionis et mortis instituant. Sed ut laqueus corum, qui muneribus seducti laqueum instituerunt servo Dei, ipsos involveret, quemdom sacerdotem Domini, nomine Winfridum, nuper a suo episcopatu depositum, et tune in peregrinationem pro Dei amore cuntem, occulto judicio Dei suis omnibus spoliaverunt, vicinitate nominis propriaque malignitate decepti. Verum ubi hoc ab illis est intellectum, et quouam vir Domini ea tempestate degeret recognitum, Ebroinus, regalia curiæ et istius nequitiæ princeps, scripta cum magna munere Aldgislo regi direxit, petens ut Wilfridum omnihus bonis exspoliatum crudeli morte necaret, Rex autem nec precibus, nec donis sub se cadere tantæ nequitiæ acquiescens, missam ebartulam magna cum indignatione diruptam ignibus injecit ; nequitizque, ut dignum fuit, exprobrans, legatos absque honore dimissos statim remeare præcepit.

34. Securus igitur insidiarum præsul, in ipia

provincia totam cum nova Dei plebe hiemem feliciter A suo fidus existetet, fodus rumpere noluit; ego graexigens, deinde pergendi Romam iter repetiit, et Galliam perveniens nota sibi regis Dagoberti mœnia subit. Quem ipse rex visum mox recognovit, cumque multa cum lætitia hospitio suscepit, et vocatis hominibus suis, hac eos voce alloquitur : « Virum hunc quem ecce coram babetis, magnopere dilectioni vestræ commendo, rogans ut illi in quoeunque negotio vestri opus habuerit assistatis, siquidem me, sicut credere fas est, sincera mente amatis. Ilujus etenim probitate et industria vobis redditus, vobisque, ut impræsentiarum videtis, regia sum dignitate prælatus. Nam dudum, velut ipsi recordamini, cum popularibus insidiis fere perditus essem, exsul quaque liberationis meæ gratia oherrassem, pelago quaque jactatus ad ignavos Hibernos perlatus Auis- B sem; hinc me inde adductum magna benevolentia secum aliquandiu tenuit, ab omni periculo protexit, alque nativo solo incolumem ac tutum restitui posse donavit. Quapropter per meam et vestram vos obtestor salutem ut, si qua in vobis est fides, tantum servemus amicum, et vicem exhibitæ mihi dilectionis ac benevolentiæ communiter gratiosi procurramus {f. procuremus] ei rependere. > Ad hæc dicta quique lætantur, suamque lætitism vehementi acclamatione testantur. Neque enim leve judicabatur inter illos quemquam subjectorum vel mutire contra præceptum aut voluntatem principis sui. Hinc sedes et prædia, dignitates et varia dona sancto a rege offeruntur, atque ut sui regui dignaretur terras in- C colere ac incolendo juri proprio vindicare, multis precibus exoratur.

35. Sanctus autem, sui propositi memor, regiæ voluntati non cessit : sed quibusdam necessariis rebus assumptis, quin etiam sociato sibi quodam prosule Deodato nomine, a curia recessit. Inde Companiæ ducem vocabulo Bertherum adiit, et ab eo nobiliter susceptus est. Qui post exhibita verze charitatis aque humanitatis officia, cum homine Dei residens cœpit ei enarrare, qualiter inimici ejusdem voluerint eum perdere, et se ad intentionem ejus oblatis muneribus inflectere. « At ego, inquit, non immemor quid fidelitatis et amiciciae quondam in pagano quodam rege repererim, cum de patria mea pulsus apud cum exsularcm; nolui minus fidelis D scopatum restitutus, acceptisque ab apostolica sede inveniri Christianus tibi Christiano, quam homo paganus mihi exstitit hominj Christiano. Siquidem rex Hunorum gentilis cum causa tuendæ meæ salutis me secum degentem retineret, iniit mecuni fælus in nomine dominorum [f. deorum] suorum, quod me nunquam inimicis meis quavis occasione proderet. Post aliquot vero dies nuntiis ad se ex parie inimicorum meorum venientibus, et ingentem pecuniam pro interitu meo sibi pollicentibus : c Dum, inquit, vitam meam succidant, si ego pro quovis lucro terreno vobis cedens, initum fædus quoquo modo disselvero. Si ergo homo infidelis, ut falso deo

tia Christi fidelis fidem quam vero Deo promisi, violabo ullius terreni commodi causa? Absit, absit! imo in sua [l. mea] fide te suscipio, et quoad velle tibi fuerit, ut mecum maneas obsecro. Id quoque magnopere desidero a te petere, quatenus si quid in meis affectuosius amas, accipias, utaris, possidcas. > Hac viri bonitate simul et benignitate vir Dei magnifice delectatus, quid potius animo proposuerit, viro aperuit : sicque multiplicatus rebus ac sociis, gratiosus ab co discessit.

36. Romam vero usque perveniens, illico fama jam cognita sanctitatis ejus quaque percrebuit, et el quamplurimos civium venienti in obviam egit. Aderat, et magno vulgi favore susceptus in aulam beati Petri veneranter adductus est. Pontificatum apostolica sedis beatæ memoriæ Agatho tune regebat, vir justus et simplex, ac in rebus ecclesiasticis non mediocriter solers. In cujus ac plurimorum episcoporum præsentia cum beati Wilfridi causa esset præsentibus accusatoribus ventilata, universorum judicio absque crimine accusatus fuisse, et episcopatu dignus esse comprobatus est. Quo in tempore cum idem papa Romæ synodum congregoret centum viginti quinque episcoporum adversus cos, qui unam in Domino Salvatore voluntatem atque operationem dogmatizabant, vocari jussit beatum Wilfridum, atque inter episcopos considentem dicerc Adem suam simul et provinciæ de qua venerat. Cumque cathelicus Ade cum suis esset inventus, et abs re sacerdotali dignitate privatus, placuit ut Romanze sedis decreto in episcopatum restitueretur, et in monumentum suæ catholicæ fidei ejusdem synodi gestis hoc scriptum insereretur : (Wilfridus (2) Dee amabilis episcopus Eboracæ civitatis, apostolicam sedem de cua causa appellans, et ab hac potestate de certis incertisque rebus absolutus, et cum aliis centum viginti quinque coepiscopis in synodo judicari a sede constitutus, pro omni aquilonali parte Brittaniæ et Hiberniæ, quæ ab Anglorum ac Brittonum nec non Scottorum et Pictorum gentibus incoluntur, veram et catholicam fidem confessus esi, et cum subscriptione sua corroboravit. >

37. Apostolico igitur et synodali decreto in epilitteris, regi Ecfrido et archiepiscopo Theodoro de sui status redintegratione directis, servus Dei magno servorum Dei reliquiarum munere ditatus, iter Angliam veniendi repctiit, et quia noverat scriptum : Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter (Prov. x, 9), regia via gradiebatur. Ecce autem extra quam putabatur latronum manus, ad interficiendum parata, viro Domini haud grata processione occurrit. Erant etenim qui regi Dagoberto insidias tetenderant, eumque gladio in inguine merso necaverant. Hi ergo viro Dei occurrentes, animique furorem vultus sui ferocitate pandentes, prælia vibratis intentant comi-

(2) Eadem subscriptio apud Bedam et Willelmum. Acta concilii exstant partim apud Willelmum, Partim apud Spelmannum.

nus hastis. Quoram unus qui quasi loco principis A que foeda garra state et feminea loquacitate derisum inter eos habebatur, excusso quod manu tenuerat telo, militi Christi fædo ore conviciabatur : « Delator, inquiens, patriæ petulans et moribunde viator. tu quidem jampridem Gallica sceptra violasti, tu Gallica rura pessumdedisti, tu Gallicam libertatem m servitutem redegisti, cum tyrannum a nobis jam olim exsiliatum tua instantia ia regnum constituisti. At ipsius quidem crudelitas justissima morte punita, te quoque utpote maximum suæ mortis auctorem, te, inquam, eadem morte puniendum esse declamat. Procumbe igitur, pestifer, procumbe, et digna ultione mulctatus, eidem quam contra nos fovisti morti succumbe. > Et Pater contra : « Si non jure, inquit, feci cum regem regno injuste depulsum, quantum in me fuit, hæreditariæ dignitati præfeci, et hoc ita penes se esse justissimi judicis æquitas habet, fateor, pænas justæ ultionis promptissime pendam. Quod si neguaquam hoc in facto contrarius, sed cum jure feci, velut ipsa mox innocentia mentis mihi testatur, co libentius, si vultis occidere, morti desidero, quo me pro justitia occisum martyrii gloria coronandum fore considero.) Quibus dictis, ubi viderunt virum tanta mentis constantia niti, nimio terrore perculsi arma projiciunt, terræ procumbunt, viri vestigia osculis petunt, veniam quærunt. Qua ad auum votum inventa ejus benedictione ditati, viæ prosperitati pontificem cum suis omnibus reddunt; ipsi certo itinere pergunt.

38. Perveniens vir Dei Brittaniam, regi litteras quas ab apostolica sede acceperat detulit, et earumdem litterarum auctoritate subnixus, in conventu nobilium suam causam viva voce defendit, seque, falso accusatum ac injuria degradatum libera protestatione ostendit. Rex autem quanto illum majori veritatis ratione vallatum agnovit, tanto se minori veritatis ratione suffultum indoluit, moremque nequissimorum initatus, maluit in sua pertinacia contra æquitatem perdurare, quam æquitatis ratione suam pertinaciam mitigare. Hanc vero sui cordis socordiam magnopere confirmabat antiquorum delatorum inveterata discordia, dum ipsi quos ipsa jam repletos possidebat, venena suæ malignitatis regiis auribus infundebant. Propria itaque rex ira cocatus et seducentium se adulatione a vero distractus, litteras apostolici papæ tumido fastu despexit, despiciendo irrisit, irridendo a se procul abjecit, ac in famulum Dei nequissimi delatoris crimen injecit. Tanta regis indignatione nonnulli clientes, imo et quique nobiles oppido permoti, unanima omnes contra beatum conspiratione insurgunt, ac multis cum contumeliis afficiunt; et quo regiæ majestati se ad plenum fideles existere monstrent, indignationi ejus plene satisfacere cupiunt, et Dei hominem a regis conspectn avulsum carceris imo detrudendum arripiunt. Ermemburgis autem bonorum omnium persecutrix, et hujus schismatis indomabilis auctrix, sese in direptione illius mediam immersit, capsulam reliquiarum de ipsius collo procacitor abstulit, cum-

abjecit. Ergo inclytus heros, sociis et opibus omni ex parte privatus, ad suos, prout potuit, inter iniquorum manus sese convertit, atque in his verbis brevi ad eos orationem fecit. « Non vos, inquit, domini fratres et filii mei, non vos hæc quæ nobis ingeritur injuria turbet, nec a veritatis tramite quoquo modo proturbet. Præ oculis semper habete : Omnes qui volunt in Christo pie virere, necessario tribula. tionem pati oportere (II Tim. 111, 2). Verum licet impli ad tempus pils prævalere videantur, tamen non sic semper erit. Erit enim tempus cum et piorum tribulatio perenni lætitia remunerabitur, et impiorum superba clatio perenni tristitià punietur. Sed ne tribulatio vos in impatientiam agat, animad-B vertite quonam modo cana patrum series multas perpessa tribulationes, per palientiam meruit, Deo juvante, vincere multiplices hostes. Nec id vestræ menti ullatenus volo abesse, neminem secundum Apostoli dictum posse coronari, nisi qui contra diabolum studuerit legitime decertare (11 Tim. 11, 5). Et certe hujus temporis certamina parvipendenda, nec multum diutina : per illa tamen æterna felicitas et felix æternitas regni Dei comparatur. Quam felicitatem, quæso, fratres, amate, cam desiderate; ad eam tendite atque ad cam pervenire tota mentis intentione satagite. Quod si feceritis, profecto nihil erit quare istlus vitze adversa formidetis.» Vix verba compleveral, cum ecce in quorum manibus stringebatur, acriori furore ex ipsis verbis accensi, eum in tenebroso carcere vinctum detraserant.

39. O constantia viri! sic enim tui cordis, sanclissime Pater, hilaritatem in tanta tua adversitate contucor, sic considero hilarem te esse solere, cum ompia prospera tibi videbantur arridere. Tamen ; ne pietatis viscera in tuis filiis aliquatenus perdidisse videreris, eorum polius quam tuis ærumnis pias lacrymas impendebas : et cum te carcer tenebrosus involveret, magis dolebas ab corum auribus vitæ verba separari, quam te præsentia corporeæ lucis spoliari. Interni etenim luminis fulgore nitebas. quo carcerales tenebras pro nihilo contendebas. Quare cum divinze lucis splendorem Deus in le vigere conspexerat, humanis tenebris te nequaquam din premi permisit; sed eisdem fugatis radium suæ lucis domui quam inhabitabas immisit. Ac quidem merito. Nam quia pervigil æternæ luci tam in noctis quam, in carceris horrore assistebas, dignum duxit sui luminis effusionem signare, operibus tuis et caligini tenebrarum nihil esse commune. Hanc luminis effusionem custodum vigilia protestatur. quæ circa mediæ noclis horam carcerem mire fulgentem non absque gravi timore sese vidisse testatur. Sed hoc testimonio te non eguisse perpendit, qui sanctitatis tuæ merita oculo fideli attendit. Besti Petri apastoli carcerem cum tuo potius considero. teque sibi accepta liberatione evangelica iu lumin.s ostensione comparari vehementer exsulto. Quanquam post hæc et archangelica Michaelis visitatione sis a

mortis periculo liberatus, ut cunctis clarescat, quod A ris expugnare ? quid toties et toties ad vincicudum gloria regni Dei simul cum ipso apostolo sis coronatus.

40. Inter hæc-uxor præfecti Offridi, qui beatum Wilfridum in custodia habebat, acerrimo languore corripitur, jamjamque ad vitæ extrema perducitur. Jacet siquidem toto corpore debilitata, solutisque compagibus omni membrorum officio destituta : perdito insuper sensu, contractis emortua nervis viscera fluitabant. Quæ res viro suo magni doloris et anxietatis stimulos magnæ defectionis et horroris causas ingerebat. Quo infortunio motus virum Dei lacrymosis questibus adiit; vincula quibus gravabatur absolvit ; ad pietatis affectum inclinavit, et eductum ergastulo suæ conjugi medicum salutis adduxit. Adfuit vir Dei et mox turbas, quæ ad funus mulieris venerant, jussit amoveri. Hinc precibus ad Dominom præmissis aquam benedixit, et benedictam super jacentis corpus aspersit. Mirabile dictu ! non prius aqua infirmantis membra tetigit, quam omni panguore depulso, mulieri perfecta sanitas rediit. Quo facto ab omnibus qui aderant grates Deo consona voce redduntur, ac merita beati Patris non carcere, sed omni honore digaissima prædicantur. Ne autem gratia evadendi carceris magis quam pietatis amore ductus hoc virtutis signum ab aliquo fecisse putaretur, extra remanere noluit, sed divinitatis lumine fruiturus quantocius carceralis custodiæ septa revisit. Conjux vero przefecti quz fuerat sanitate donata, post paucos dies, spreto sæculo, in servitium C tent, inquit, soror, anne patent veteris commissa Christi sacro est velamine designata.

41. Præfectus autem ex eo tempore servam Domini in magna veneratione habens, regi per nuntios adito dixit : « Per salutem et regnum tuum' te adjuro, quatenus sacerdotem Domini Wilfridum a me diutius defineri non facias; quia fateor melius mibi esse mori gam in eo aliquid injuriarum ulterius exercere. Quod si hac adjuratione despecta in tua sententia persistere mavis, me simul cum eo tormenta et mortem magis subire velle cognosce, quam eum in tormentis habere. > Ad hæc rex vehementer iratus jussit sanctum duci in urbem suam Thymber (3) ad præfectum nomine Tydlin, utpote ferociorem, præcipiens illi nt compedibus et viaculis fortiter astrictum arctiori custodiæ manciparet. Qui jussioni contraire non audens, virum suscipit, custodiæ tradit, vincula facit. Verum cum in hoc ut ligaretur ministrorum manus elaborarent, aut rupta ab ipsius corpore eadem vincula dissiliebant, aut certe colligare non valentia diffusa cadebant ; et miro moderamine Christi eo minor in eum ligandi potestas exstiterat, quo ad ligandum hostilis feritas Immanlus sæviebat. Unde illi nimium admirati, sed regio terrore suaque vecordia in barbaricos motus exagitati, alia et alia vincula parant, conatu suo, casso labore funditus consumendi. Eia, tibi ligandi potestate sublata quid furis, manus insana? quid tantopere niteris oppugnare, quem auaquam polo-

(5) Willelmus satellitem Tumber vocat.

vincula mutas, et a te vincula quibus ex merito tuæ pravitatis es vincta, non potius mutas? Collo justi lora tua imponi verentur, quod ipsum jugo Christi subjectum esse digna veneratione contuentur. Manicæ tuæ manibus ejus inseri metuunt, qu in fovendis pauperibus eas fuisse exertas attenduat. Trementes catenæ pedes nexare devitant, propterca quod illos ad pacem prædicandum veloces exstitisse considerant. Omnes ergo vires tuas frustra dispendis, cum illum, quem nequaquam permitteris, torquere contendis. Beatus autem Wilfridus, licet carceralibus tenebris involutus, quosque tamen adventantium lumine verbi Dei, prout ei licuit, illuminavit, edocuit, ac baptismate ab omni criminum labe mandavit.

42. Hæc interim rex, dum suis comitatus ad expletionem suæ voluptatis se quaque deduceret alque in magna hilaritate frena lætitiæ laxaret, ecce repeatino turbantur gaudia casu. Dum etenim regia conjux tumens nimio fastu impietatis raptis audet abali reliquiis, illico vindex ira subit. Siquidem easdem reliquias ferens, cum sicut perdix alacri mente lasciva garriret, contigit ut mox repleta dæmonio, sicuti vulpecula, perdita mente insana ganniret : quemque sua prius petulantia volens coluit, hunc postmodum in sui corporis habitaculo nolens fovit. Hæc proper quibusque in stuporem arrectis accessit mater regis, furentem increpabat hujusmodi verbis : c Anne p= piacli ? Wilfridum tuis falsis criminationibus a sede sui episcopatus pepulisti, et nunc vice mutata in sedem tui pectoris dæmonem recepisti : ut per hoc intelligas quid peccati illo in facto commisisti. Wilfrido sanctorum reliquias de collo non sancte tulisti et ecce ut collum tuum suo dominio dæmon subderet meruisti. Wilfridi sanctissima verba et beati Petri auctoritate suffulta despexisti; et ob hoc dæmone cor tuum possidente verborum tuorum jus perdidisti. Wilfridus divinitatis lumine plenus carcerales tepebras per te in eis positus non veretur; et tuus animus dæmoniaco furore repletus per hoc jam nunc dignissima ultione torquetur. > Rex aderat oppido conturbatus, et ingenti furoris igne succensus venn tum naribus quasi fumum emittebat. Quem etiam mater sua tali voce est allocuta : « Jam tanden, fili, jam tandem memor esto tui. Ultio divina tuam quam nimis diligis conjugem, ut cernis, affigit, et fateor, crede mihi, quia bene promeruit tali supplicio faligari, eq quod diabolica indignatione succensa, servum Domini Wilfridum non timuit miris afflictionibus insectari.-Quapropter hanc vindictam sibi irrogatam ne dubites, obsecro, propter te esse collatam. Quoù si hac corrigi sponte contempseris, cave ne tua propria corrigaris invitus. Ergo solve virum a carcere, quem nullius sui criminis causa novimus detineri : et si eum in regno tuo manere nolucris, jube illum regno decedore, ne si diutius fuerit tentus,

pæna mulctatus. > Istis rex ipse admonitus, annuit ut carcerem vir sanctus exiret. Factum est, et e tenebris lux mundo processit. Malens autem servus Dei bonum pro malo quam pro malo malum redderc. oravit Dominum, et reginam confestim dæmone fugato sanitati restituit.

43. Hinc patriam cognataque rura deserit, et velut advena terras australes petiturus, eo veniendi iter invadit. Et cum Veritatis præconia nulla queant fallacia violari, famulo Dei primo quærenti regnum Dei, nihil eorum quæ vitæ necessitas exigebat, deesse valebat. Unde contigit ut hunc euntem quidam Byrtwaldus, regia stirpe progenitus, magno cum honore obvius exciperet, et aliquantisper secum detento quæque opus habebat benigne impenderet. At B invidia diabolica diu impendi ferre non potuit. Prædictum etenim virum veneno suæ perversitatis infecit, quoque militem Christi sua munificentia exutum a se suisque omnibus eliminaret effecit. Erat namq e frater Ædelfredi regis Merciorum, qui sororem regis (4) Ecfridi habebat in conjugium. Timens igitur ne fratris animum offenderet, si eum qui fratrem conjugis suze infensum habebat, secum teneret, non veritus injustitiam, Wilfridum abjecit, non tamen absque contumelia, ut per hoc sciamus cum non immunem fuisse in hoc facto a mente maligna. Nam prius tam a se quam ab Ædelredo rege suisque uxoribus, necne voluntatis eorum fautoribus nultipliciter allictus, injuriatus, multis quoque terroribus ad violationem fidei suæ atque ad exprobrationem catholicæ et apostolicæ traditionis pro qua maxime impetebatur incitatus, impulsus, nec prostratus, ad ultinum cum dedecore pulsus est.

44. Omni ergo humano frustratus auxilio, quo tenderet, quo se verteret ad hospitandum ignorabat: hoc solum fiduciæ præ se gerens, quod a Deo nequaquam deseri posset. Qua fiducia magnifice fretus, guidquid ei incommoditatis accidebat, summa cordis alacritate perferebat : quoque magis adversitatibus feriebatur, eo amplius in opera Dei toto studio ferebatur. Venit tandem ad curiam regis cujusdam, qui Kentwinus (5) vocabatur : ubi satis humane susceptus et bene, verum brevi habitus est. Nám quemadmodum alias, sic et ibi dæmonis instinctu femineas D passus est iras. Siquidem regia uxor soror erat Ermemburgis, malorum fere omnium quæ contra virum Dei flebant anctricis. Hæcigitur a sua uxore [/. sorore] in mentismalignitate non minor, beatumpræsulem/multiscontrarietations afflictum a suis omnibus expulit. Quid diaboli furor immanis, quid tantopere adversus famulum Domini sæviendo vagaris? quid ei laqueos tuze fraudis innectere tentas, et tentando illum variarum calumniarum tempestate fatigas? quid eum ab humani cordis ædificatione flectere niteris, et ob hoc Christianorum societati conjunctum

(4) Osdridam scilicet, quæ in solatium Elwini fratris occisi Ethelredo nupserat, pacem inter maritum et fratrem componens, ex Wilfelmo.

tunc cum primo dimittere velis, cum fueris majori A esso non pateris? Ecce cum illum a Christianis depellis, ad paganos liberaliter ibit, velis, nolis : et aui times ne quorumdam Christianorum mentes tuis deceptionibus per ipsius conversationem quoquo modo evacuentur, longe quam putas per ista efficis, ut integra provincia penitus tua dominatione privetur.

> 45. Namque divertit post bæc ad provinciam australium Saxonum, quæ adhuc illo tempore paganis adhuc cultibus insudabat : ibique verbum Bdei . prædicabat, et credentibus lavacrum salutis ministrabat. Erat autem rex gentis illius, Edilwalh nomine, non multo ante baptizatus in provincia Merciorum, et regina nomine Eabe baptizata in sua, hoc est provincia Huicciorum. Itaque beatus Wilfridus, concedente, imo multum gaudente rege, primos provinciæ duces ac milites sacro fonte abluebat ; presbyteri vero sui, cæteram plehem. Antehac enim tota illa provincia divini nominis et fidei erat ignara, præter regem atque reginam. Erat tamen ibi monachus quidam de natione Scottorum, nomine Diculus. habens monasterium permodicum in loco qui vocatur Bosanham, silvis marique circumdatum; et in eo fratres quinque vol sex in humili ac paupere vita Domino famulantes. Sed nullus provincialium vel eorum vitam æmulari, vel prædicationem curabat attendere. Evangelizans autem genti episcopus, non solum eam ab ærumna perpetuæ damnationis, verum et a clade infanda temporalis interitus eripuit. Siguidem tribus annis ante adventum ejus in provincia nulla illis in locis pluvia ceciderat. Quamobrem fames acerbissima plebem invaserat, ac impla nece prostraverat. Denique ferunt, quia sæpe quadraginta simul aut quinquaginta homines inedia macerati, ad præcipitium aliquod sive mare procedebant, et junctis misere manibus pariter omnes aut ruina perituri, aut fluctibus absorbendi decidebant. Verum ipso die quo baptismum fidei gens suscepit, ad preces eximit Patris, pluvia serena sed copiosa descendit. Refloruit terra; rediit viridantibus arvis annus lætus ac frugifer : siccue abjecta superstitione, antiqua exsufflata idoloiatria, cor omnium el caro exsultaverunt in Deum virum (Psal. LXXXIII, 3), intelligentes cum qui verus est Deus, et interioribus et exterioribus se bonis gratiæ cœlestis ditasse.

46. Antistes quoque, cum in provinciam venisset tantamque famis pœnam ibi vidisset, docuit eos piscando victum quærere. Nam mare et flumina corum piscibus abundabant, sed piscandi peritia genti nulla, nisi ad anguillas tantum inerat. Retibus igitur anguillaribus undequaque collectis et ab hominibus antistitis in mare missis, meritis sui Patris divina sunt largitate adjuti, ceperuntque diversi generis pisces trecentos. Quibus trifariam divisis centum in opus pauperum dispenderunt, centum eis a quibus retia acceperant contulerunt,

(5) Hone locom intactum prætermisit Willelmos, a Fridegodo expositum.

et secundum en judicari pro ratione aullatenus alnuo. Attamen, precor, mihi dicatis quidudm sit, quod jam per plurimos annos litteris ab apostolica sede directis inobedientes existitis, et tantopere me accusatis, quod cas institutiones Theodori pon recipio, quas ipse non auctoritate canonics, sed discordia dictante composuit, ut vos insi ontime nostis.)

54. Ad quæ cum verba penitus ratione carentia turbato murmure jacularentur, juvenis quidam curialis, viro Domini bene familiaris, circumstantium multitudini sese immersit, ac ad illum perveniens ei totius tumultuantis concilii causam aperuit, ut sibi provideret suasit : confestim per viam quam venerat clanculo curiam rediit. Præmonitus igitur et præmunitus relatione fidelis amici, tanto constantius æquitatis sibi defensionem adscivit, quanto et ipsos judices suos scienter contra justitiam agere scivit. Stat igitur inter verborum jacula securus, quonium suz libertas conscientize fuerat ei dextra lævaque impenetrabilis murus. Quod ubi compertum habuere, quem verbis superare neguibant, inje-tis minis ad sugm velle detorquere quærebant. Quibus cum responsa dare ad illorum vota minime vellet ; e Scito, inquiunt, quod justa damnationis sententia punieris, aisi cito ea quas tibi sunt objecta dato responso deleveris. » At ille : « Ad majus quod mihi a vobis objectum esse intelligo, scilicet me decretis gloriosi Cantuariensis Ecclesiæ præsulis nolle pa- C rere, jam respondi; et hoc ipsum, si vultis, iterum iterumque respondeo, quod cius canonicis institutionibus per omnia subjici volo. » Quæ verba fraudulenta mox calliditate ex ore ejus rapuerunt, et hoc ejus dixerunt canonieum institutum esse ut superbi et inobedientes deprimantur, humiles vers et obedientes extollantur. « Tu autem et contra dominos tuos in superbiam es elatus, et pibilominus archiepiscopo tuo inobediens comprobatus. Quapropter æqua ratione judicatum et statutum est ut omnibus tuis spoliatus, elationis et inobedientiæ pomas exsolvas. > Qno audito horror et ipsos inimicos ejus invasit, dicentes impium esse, virum quaquaversum nationibus honorabilem sic absque ullo certo crimine omnibus suis spoliari. Unde rex n et archiepiscopus, a nonnullis interpellati, monasterium quod ipse beatus Wilfridus in HRipis (ut superius diximus) construxerat, ei cum omnibus quæ ad illud pertinebant concessere, ea conditione proposita, nt illic quietus sederet, et absque licentia regis septa monasterii non exiret, nec curam episcopalis officii ulterius administraret.

55. Ilac igitur mutati judicii clementia coram omnibus accurato sermone exposita ad lioc laboratum est, et Wilfrido quasi utile consilium datum, quatenus ipsemet pro pia subscriptione se degradari ab officio episcopali eligeret, quo liber a tumultu sæcularium contemplationi vitæ cœlestis intendere posset : præsertim can el felicius esset privatim (ut

cisque (ut justem cut) per omnia obtemperare volo. A dicebant) in Dei servitio solum conversari. quam insudantem ministerio pontificali jurgita hominum quotidie fatigari. Sensit prudentia viri hujurmodi consilium quali de fonte manavit : et admirates fraudem illorum, tali omnes oratione confutavi. « Virtus, ait, veri consilii quæ numeratur in septem donis Spiritus sancti, nibil in se duplicitatis admittit : ac sic quo simpliciori fonte procedit, eo lucana in animo famuli Dei quo suscipianor, litterius invenit. Vestrum autem consilium, quod simplicitate Spiritus sancti carere quivis intelligere polest, tanto a me longius abjicio, quanto ex iis que la me prime congessistis unde procedat aptius video. Mondacia nempe quæ contra me malitiose compositistis, non poluerunt ex se procreare donum Spiritus veritatis. Quare secondum consilium verum proprii censura judicii me gradu sacerdotali non dejiciam, quia fateor quod, licet indignus, opera tamen pontificatu nou mediocriter digna adjutus Domini gratia feci. Hinc est, quod ecce per annes quadr.ginta intemeratæ fidei veritatem quibus potei prædicavi, et contradicentes invicta ratione devici, devictos ab omni veritatem docendo errore correxi, correctos lumine verbi Dei perlustravi, ac mombris Ecclesia: Christi copulavi. Hæc tamen non ego, sed Deus ipse per me. Ritum insuper ecclesiasticæ observationis multis per Angliam locis Scotica traditione depravatum, apostolica fultus auctoritate, correxi. Hæccine aliaque perplura, quorum in præsenti reminisci piget, hoc meruerunt, ut quasi legum proditor patrizgue delator nusquam tutus esse permittar ? Præceptis saltem apostolicæ sedis, quæ me jam sinuili injuria accusatum atque damnatum excusavere, et absolutum esse constituere, obtemperetis, si nec pro amore, nec pro timore Dei quietum esse permittere vultis. Sed, ut puto, illa præcepta aut obliti estis, aut certe scita aut cognita pro nihilo ducitis. Quapropter licet senio sim confectus, re tamen vera noveritis me Romæ coram apostolica sede probaturum esse calumnias, quas mibi pro regis indignatione imponitis, veras non esse; nec minus vere me prædicaturum esse sciatis, quali studio sacerdotale ministerium geratis, qui magis vultis injustitize hominum favere, quam justitiam Dei tenere. Quod satis est manifestum, dum me, contra æguum et verum. tanto studio impugnatis, quem veritati et justitia studere aperta ratione videlis; et insuper nihil adversi pro ils, quibus me accusatis, conscientia teste meritum ad hoc tentatis perducere, ut contra jus in meipsum sententiam damnationis edicam. Sed hac in re noveritis quod vobis nequaquam consentiam, sed fiducialiter appello sedem apostol'cam. Verum autem quisquis mecum agere vult, a me hodie invitatus mecum illuc ad judicium pergat.) Talibus verbis rex in iracundiam vehementer accensus, violentia sui exercitus eum opprimere, et ad subeundum judicium suum cogere cogitabat, si archicpiscopi consensum in hoc potuisset habere.

56. Post hæc concione soluta vir Domini ad regen

Ailredum rediit, et totius negotii summam sibi ape- A repulsus. Unde etiam tanti apud cum habitus est pe ruit. Qui tantæ frandis malignitate stipefactus, injuriam ei illatam vehementer indoluit. Alfridus quia Wilfridum ad summ yelle tractare non potuit, ne tamen in hac parte nihil posse putaretur, disposuit ca quæ ipso servis Christi ad victum paraverat omnino convellere, dissipare, distrahere, et eum ipsum locum habitationis eorum penitus desertum efficere. At etenim dispositio judicis qui humano furpri cedere pescit, lecum famulorum suorum in manibus peccatorum neguagnam ire permisit. Denique Pater Wilfrilus priusquam eundi Romam iter arriperet, ad locum venit, fratres ut se per omnia Deo commendarent admonuit, et ne hominis iram timerent magnopere jussit, dicens, nil penitus R eis posse nocere, si Deum protectorem mercrentur habere: haberent autom, si eum vere diligerent, eique semper sincero corde servirent. At illi verba sui, Patris obediendo susceperunt, et in Deo contra omnes advergarios Deum protectorem habere merueraní.

57. Cum autem beatus Wilfridus Romam venisset, magnifice tam a Joanne apostolicæ sedis antistite, quam et a populo Romano susceptus est. Adventus autem sui causa cum coram apostolico multisque episcopis ventilari deberet, præsentibus acousatoribus suis locum sese defendendi accepit. Itaque surrexit, causam suam coram omnibus (7) dixit; quod dixit, sic se habere firma veritatis ratione probavit. Unde communis judicii seatentia C viri Dei innocentia comprobatur, arque accusantum faisse calumniæ reprobantur. Super hæc quoque venerandus papa Joannes a cunctis exoratur, quatenus apostolica sanctione, et justitia justi debito honore sublevetur, et injustitia ei resistentium congrua damnatione prematur. Juvit autem causam illius lectio synodi venerabilis papæ Agathonis, quæ quondam in sui præsentia (sient diximus) acta est, cum in consilio episcoporum ipse medius resideret. Nam cum, re exigente, synodus eadem jussu papæ legerctur, et coram nobilibus plebisque frequentia diebus aliquot recitaretur, ventum est ad cum locum, ubi. scriptum erat : . Wilfridus, Deo amabilis, episcopus Eboracæ civitatis apostolicam sedeni de sua causa appellans, > et cætera quæ supra posuimus. D Quod ubi lectum, stupor apprehendit audientes, et silente lectore cœperunt alterutrum requirere, quis ille Wilfridus episcopus esset. Tum Bonifacius apostolici papæ consiliarius, et alii perplures, qui eum temporibus Agathonis papæ ibi viderant, dicebant ipsum esse episcopum, qui accusatus a suis, atque a sede apostolica judicandus nuper Romam advenit : qui jamdudum, inquiunt, æque accusatus huc adveniens, mox audita dijudicataque causa et controversia utriusque partis, a beatæ memoriæ papa Agathone probatus est contra fas esse a suo episcopatu

(7) Epistolam ejus Joanni papæ in sui purgationem oblatam refert Willelmus : nec non litteras Joannis papæ in gratiam Wilfridi directas dominis

PATROL CLIX.

ipsum in concilio quod congregarat episcoporum, utpote virum incorruptæ fidei et animi probi, residere præciperet. Quibus auditis, omnes una cum ipso summo pontifice dixere, virum tantæ auctoritatis, qui per quadraginta prope annos episcopatu functus crat, nequaquam damnari debere ; sed absolutum ad patriam, utpote immunem ab omni culpa, cum honore redire. Scriptum est igitur regibus Anglorum Æilredo et Alfrido, ut si anathemate ple- cti nollent, illum sui episcopatus sede recipi absque retractatione facerent, eo quod ipsum injuria depositum esse omnes ratum haberent.

58. Post hæc famulus Domini magnis sanctorum reliquiis locupletatus, et multa multorum veneratione perfunctus et exhilaratus, patriam remeandi viam repetiit. Cumque in partes Galliarum devenisset, subita infirmitate corripitur. Qua crescente, tanto dolore vexatur ut equo minime vehi valeret, sed ministrorum manibus in grabato portarctur. Sicque delatus in Meldum civitatem Galliæ, quatuor diebus ac noctibus similis mortuo jacebat, balitu solummodo pertenui vitre se funditus subtractum non esse demonstrans. Cum vero ita sine cibo et potu, sine voce et auditu quatriduo perseveraret, quinta demum die cum jamjamque moriturus a suis plangeretur, sanctus Michael archangelus a Domino mittitur, per quem sanitati pristinite restituatur. Cui Pater intendens, ac velut optime cognito pro posse suo vultus alacritate adgaudeas, tacitus jacebat, quidnam sibi dicere vellet operiens. Stans it :que angelorum princeps hujusmodi verba viro locutus asseritur : « Wilfride, concivis dignissime, surge, quid jaces ? nam licet inter cives colorum numereris, tamen propter orationes filiorium tuorum hoç tempore nou morjeris, præcipue per merita et interce siones beata, Mariæ genitricis Dei et perpetuz Virginis. Oravit eaim pro te, propterea quo l quædam opera sibi placuerint facta per te. Scit nempe quil operis Petro feceris, quidque ipsius fratri Andrea construxeris. Quapropter nunç quidem a morte revocaberis, ac vitæ salutique restitueris. sed paratus esto, quia post quadriennium rediens visitabo te. Patriam vero perveniens, maximam possessionum tuarum, quas tibi sunt ablata, portionem recipies, atque in pace tranquilla vitam terminahis.) Quibus dictis, visio angeli colloquentis ab ejus conspectu clapsa est. At ille protinus ac si de gravi somno expergefactus surrexit, sedit, apertisque oculis circa se choros psallentium flentiumque fratrum aspexit, ac modicum suspirans, ubinam esset Acca presbyter interrogavit. Qui statim vocatus intravit, et videns eum melius habentem ac loqui valentem, flexis genibus cum omnibus qui aderant fratribus Deo gratias egit. Et cum parum consedissent, ac de supernis judiciis trepidi aliqua confabu-

eminentissimis, Ethelredo 'regi Merciorum, et Alfrido regi Deirorum et Berniciorum.

lari coepissent, jussit pontifex cateros ad horam A minere cognovit, tanto sollicitius instabat, ut taleaegredi. Dehine ad Accam presby erum conversus, quæque viderat ordine retulit, tremenda illum adjuratione constringens, ne dum huie vitæ superesset, cuiquam homini visione:n ipsam ediceret.

59. Convaluit igitur episcopus cunctis gaudentibus, coeptoque itinere Brittaniam venit. Epistolis autem quas a Romanæ sedis antistite acceperat in conventu nobilium lectis, Birtualdus archiepiscopus ct Æilredus quondam rex, tunc autem abbas, eis libentissime faverunt. Qui videlicet Æilredus aceitum ad se Coenredum, quem post se regem fecerat, hortatus est ut servum Domini ex animo semper. oleret, eligeret, foveret et contra omnes adversarios indefessus el propugnator existeret. Rex annuit. Alfridus vero rex Nordanhumbrorum, sicut regai, sic et indignationis fraternæ malens successor esse, quam jussioni apostolicæ deposito rancore mentis -assensum præbere, ambagibus quibusdam objectis nitebatur ostendere, sibi penitus non case possibile quod præcipiebatur explere. Verum omnium secreta cordium scrutans sapientia Dei nequitiam ejus attendit, attendens examinavit, examinans dannavit, ac corpus illius acri doloris invectione sic debilitavit, ut protinus lecto reciperetur, et omni pene membrorum officio destitueretur. Qui cum se mori cognosceret, adhibitis testibus promisit, quod si Deus vitam sibl concederet, et jussis apostolicis vellet obedire, et Wilfrido omni tempore inclinatus existere. Sed ipse quidem sine retractatione a vita C recessit, et Ædulfus quidam ei in regnum successit, prædecessorem snum crudelitate et cordis obstinatione præcedens. Nam sanctus Wilfridus ad ejus curiam de Ripis veniens per nuntios an paci acquiescerct inquisivit. Quibus ipse pro antiqua et insita sibi nequitia dure respondens: « Per meam, inquit, saldtem juro, quia nisi infra spatia sex dierum mco regno decesserit, quoscunque de suis invenire potero, vita privabo. > Hac propter, facta conjuratione contra eum, regno quod duobus mensibus tenuit depulsus est. Post quem regnante Osredo filio Alfridi, cum synodus esset coacta juxta fluvium Nid, post aliquantum utriusque partis conflictum, tandem cunctis faventibus beatus Wilfridus in sedem suze ecclesiæ receptus est (8). Cujus familiari amicitia D mina diversi ordinis astant, et vota laudis Deo pro rex Ofredus magno affectu copulatus, per omnes imperii sai terras præcepit, quatenus nemo illi in quolibet negotio contrairet, sed sicut famulo Dei per omnia omnes obedirent. Quod factum est. Siquidem quatuor annis quibus ipse Pater supervixit, nemo qui sibi contradiceret fuit, non quisquam sua dicta spernere, non sinistre vel leviter audebat interpretari. Omnis enim invidia quaquaversum tum amore, tum timore jacebat oppressa. Ipse Pater quod sui ministerii cura petebat, circumquaque fideliter exsequens, quanto n agis diem suze vocationis im-

(8) Admitcate polissimum Elfieda so ore Affridi, abbatissa Streaneshalensi post Hildam : conspirante etiam viro illustri Berfrillo, apud Willelmum, tum sibi creditum Domino suo fenore multiplicato reportarel.

60. Et jam tempus angelica revelatione promissum instare præsensit, cum ecce gravi corporis languore invaditur, et fatigatus lecto recipitur. Venerauda fratrum agmina, nec non et plebis cum suis primatibus pars maxima in unum confluit, lectum jacentis flebiliter ambit, fitque pavor grandis, ne forte recedat ab illis. At ille se de laboré ad requiem, de miseria ad beatitudinem, de tristitis ad parennem lætitiam migrare perpen lens, tristia corda circumstantium quibus poterat verbis consolabatur, dicens cos lugere pro se nullo modo deberé. quem non ludibria, sed summe jucunda post mortem adire certissimum possent habere. lpsam vero seriem verborum quæ in corum consolationem, simul et in sanctæ vitæ propositum servandum exhortando locatas est, quis explicet? Nam quanto magis incommutabilitati veræ consolationis et æternæ vitæ appropinquabat, tanto plenius ejes dulcedinem hauriebat, et haustam quorumque assistentium auribus infundebat : et ut ejus sacra infusionis viratem audientium corda conciperent, que verbis dicebat, mirabili signorum efficacia in ipsorum oculis sie esse comprobabat. Quæ signorum efficacia co magis virum comitabatur, quo vitæ h jus transitoria fragilitate decedens, summæ Veritati seternaliter copulabatur. Unde fateor dicere menm non esse, quot infirmi per cum infirmum sint ab omni infirmitate sanati, quot dæmoniaci liberati, quot paralytici solidati, quot cæci illumia nati, quot surdi mutique curati, quot aliis calamitatibus afflicti, operante Deo, per eum magnifice recreati. His allisque de causis maxima homioum multitudo de longinquo properabat, cique se ac sues proximos pio studio commendabat : quos ipse sancto mentis affectu Deo commendans hortabatur Dei mandata sincera charitate amplecti, eisque per omnia debitam obedientiam cum reverentia exhi-Lere.

61. Instabat igitur tempus et hora, quæ a nulle mortalium potest præteriri, totaque iutirmitas quæ famuli Dei corpus premebat, vital a subit. Agillius ohitus exspectatione persolvant : ac licet ob desolationem sui nequaquam lugere non possent, spe tamen maxima consolantur, quia se spirituali ejus præsentia nunquam destituendos fore confidunt. hese vero Pater circumstantium filiorum nimia charitate tenuiter respirans, defessum caput paulisper crexit, atque in his verbis cos alloqui cœpit : c Gratia divini amoris ut in vobis jugiter mancat, fratres dulcissimi, tota virtute operam date. Quam gratiam ut feliciter mercamini perpetualiter obtinere, fraterni amoris officia studiose invicem exer-

principe secundo a rege, ex Monastico Angli cano.

cere studete. Nil quod vos ab istiusmoul officiosa A irradiavit, omnemque noctis et tenebrarum horrocharitate seducat attendatis, ne ab ca quæ in Christo est sinceritate cadatis. Maligni insidiatoris quas adelibus tendit laqueos nostis, quærentis corum animas deceptoriis captare figmentis. Que figmenta, sicut a me sæpe audistis, omni sollicitudine cavele, et prout me facere vidistis, a vobis procul abjicite. Hæc facite, et Deus pacis erit vobiscum. Et nunc, fratres mei dilectissimi, nolite moras inferre migranti. Vos equidem, vos jam olím me ad vitam cuntem revocastis; sed modo parcite, quæso. Juvat enim me deposito carnis onere Agnum Dei segui. Ultra vobis in hac carne non apparebo, donec Christus resuscitet me vobiscum in fine sæculi hujus. O viscera mea, valete. Urgeor, o jam defungar, et, o fratres, vigilate ne vos somnus per- B petuæ mortis involvat.» Hæc ait, et duræ quieti membra prostravit. Fratribus autem psalterium exordine decantantibus, et jam usque ad versum psalmi contesimi tertii pervenientibus : Emitte spiritum tuum et creabuntur (Psal. cut, 30), spiritum suum in manus Creatoris feliciter emisit, et sic Agni Dei convivium perpetuo recreandus adivit. Transiit antem (9) anno Incarnationis Dominica 709, qui est annus vitæ ejus 75, episcopatus vero 45. Sepultus sane est in monasterio suo, quod ipsemet in Ripum a fundamentis instituit, ac Deo in honorem beati. Petri apostolorum principis consecravit. Ubi ut se nequaquam vitam perdidisse, sed in melins mutasse mortalibus probet, quæ in hac vita positus C fecerat, huic vitæ subtractus miracula, cum res exigit, facere non cessat.

62. Vestes illius, prout ante mortem disposuerat, distributæ sunt. Unde interulam ejus sanctissimi corporis sudore madentem cuidam religiosæ abbatissæ minister deferendam accepit. Quam mulier quædam paralysi dissoluta, ut tangere mercretur, obnixe rogavit. Sed hæc quidem ipsam vestem tangere non meruit, verum aquam, ubi cadem vestis intincta fuit, in potum accepit. illicoque sanata est. Post hac quidem inimici hominis Dei, propriæ iniquitatis igne succensi, domum in qua ipse huie vitæ modum fecerat, injecto igni succendere conati sunt. At virtus defuncti viventem terruit ignem, domum illæsam servavit, hostos fuga- n vit. taliterque illum veraciter vivere demonstravit.

63. A die vero depositionis ejus jam anno transcurso, convenit undecunque maxima populi multitudo, utpote piæ depositionis illius memoriæ excubias celebratura. Cum ergo turba pernox. sua Domino vota persolveret, et pateruæ consolationis affectum irrecuperabiliter sese in illo perdidisse defleret, aspiciunt, et ecce lux coelitus ab Oriente demissa toum locum famuli Dei miro splendore

rem sua præsentia effugavit. Quod videntes magnifice sunt exhilarati, fixum animo præ se habentes, non multum de corporali Patris absentia esse dolendum, cum de spirituali ejus præsentia quam aperta lucis ostensione sibi adesse didicerant, multo maxime scirent esse gaudendum. Ex boc itaque veheinens omnium circa beatissimum Patrem Wilfridum veneratio crevit, id quoque certum onunino tenentes, quod sicut ipse sanctissimus poutifex in hac transitoria vita temporaliter degens omnibus erat mitis et affabilis, sic et nunc in illa perenni vita cum Christo aternaliter vivens, omnibus diligentibus se plus sit et exorabilis.

64. Magnitudo itaque signorum quæ ad corpus ejus Dominus de die in diem operabatur, merita ipsius longe lateque declarabat, et insigni fama permotos ad memoriam illius innumeros populos aggregabat. Quapropter locus ipse multo tempore summi konoris est habitus, et quibusque infirmitatibus pressis ad recuperandam sanitatem valde salubris. Dominus quoque hostiles incursus omni ex parte sedaverat, quia devotionem populi sui quam ad venerationem famuli sui habebat, perturbatum iri nolebat. Ubi vero pro assiduitate con-Auentis turbæ quidam vicini tædio affici, ac ideirco a loci visitatione paulatim cohibere coperunt, contigit ut ipsorum exemplo alfi a fervoris sui dévotione deficerent, nee locum lpsum amplius more solito visitarent. Sicque factum est ut qui primi ad studium piz actionis alios studio suo accenderant, postmodum sua desidia a pletatis opere quamplurimos discedere cogerent.

65. Hæc inter accidit ut hostilis incursus ipsam provinciam occuparet, occupans inibi multa hominum millia necaret, ac omnia loca monasterio beati Wilfridi circumjacentia ad instar solitudiuis devastaret. Monasterium ipsum pervasum et dirutum, quod prius exstiterat hymnis et canticis gloriosum, modo crat ferarum et inimicorum sordibus ignominiosum. Corpus interea ipsius antistitis Christi omni honore privatum, inter ipsas sordes primo sepulturæ suæ loco mansit immotum. Sed omnipotens Deus qui sua pietate et justitia nequit privari, quorumdam bene religiosorum mentes in considerationem tantæ rei excitat, atque ad demutationem illius affectum effectumque ministrat. Regebat ca tempestate Christianitatem in Anglia vir bonus et sanctus Odo Cantuariensis Ecclesia archieniscopus, utpote totius Britanniæ primas : qui cum suasollicitudine dispositionibus omnium Ecclesiarum invigilabat, ipsas Ecclesias, prout ratio postulabat, visitare solebat. Qua sollicitudine actus, cum quodam tempore Eboracensem provinciam adisset, ct

itus vm Kal. Maii ex dictis, et ex Kalendario vetusto Missalis Gemeticensis, a Roberto Londoniæ episcopo concessi ante annos sexcentos. Bacula abbas inter cæteros corpus Wilfridi sindone involvisse fertur in Monastico Anglicano.

⁽⁹⁾ Defunctus est in monasterio suo quod habebat in provincia Undalum sub regimine Cudbaldi abbatis, et ministerio fratrum perlatus in primum suum monasterium quod dicitur in-fi Ripum, positusque in ecclesia S. Petri juzta altare, ez Beda. Dies ob-

EADMERI CANFUARIENSIS MONACHI

pum pergit, mouasterium beati Wilfridi cousideraturus. Aderat, ot borrida solitudine visa lacrymis manat. Quo illis in partibus demorante, ii quorum corda (ut dixi) Deus ad demutationem cœlestis thesauri tetigerat, rati se opportunitatem ad expletionem sure voluntatis accepisse, pramissa supplicatione ad Dominum, quod dia mente tractaverant, opere juplere satagebant. Sieque factum est. Nam, statuto die, al locum veniunt; terram abi corpus beati Wilfridi sepultum jacebat aperiunt ; omnia ossa reverenter cum pulvere levant ot ea venerabili Odoni Cantuariensi archiepiscopo præsentant; quatenus ipse ca Cantuarium secum deferret, et in ecclesia Christi, cui præsidebat, pro voto reconderet. Monasterio etenim ipso quo condita fuerant, secundum quod prædietum est, in solitudinem miserandam redacto, nullus inibi locus resederat, in quo locari servarique tuto valerent. Quocirca arbitrati sunt, nusquam tutius aut justins ea servatum iri posse aut debere, quam in ecclesia Cantuariensi, ca videlicet causa, quod et illo tempore Cantia magna pace vigebat, et quiaipse beatus vir olim fraude quorumdam supplantatus, cum conversari non posset in Ecclesice Eboracensi eidem Ecclesiæ Cantuariensi per sacerdotale officium curam impenderet. Jystūm signidem illis visum fuit ut iliic mortuus in pace quiesceret, ubi viveus in pace quievit. Prater hac quoque affectus sacri amoris, quem ad venerandum Odonem habebant, maxima causa fuit. Nam cum illum talia dona diligere noverant, in hoc se ejus dilectionl morem gerere veraciter intelligebant. Ne tamen locus quem ipse beatus Wilfridus dum in corpore degeret, præ cæteris amavit, ipsis reliquiis penitus privaretur, aliquantula carum pars est ab eis cum pulvere retenta, atque in loco convenienti reposita. Porro venerabilis Odo tauto muncre locupletatus Cantuariam rediit : uhi magna totius civitatis exsultatione susceptus, et in aulam Dei sacra cum laude perductus, sanctissimas beati Wilfridi reliquias quas advezerat, in majori altari, qued in honorem Jesu Christi Domini noștri sacresum erat, collocavit (10). Qua de re posteritati, ne ulla dubicias nascerctur, ipse Pater qui casdem reliquias suscepit, transtulit; ac (ut a cula seculorum. Amen.

(10) Lege hae de re Eadmeri fragmentum apud Gervasium menachum in libro De combustione et reparatione ecclesiæ Dorobernensis,

oa-pro quibus venerat strenue peregisset, ad Ri- A dixinus) in altari recondidit; in prologo ipsius operis, quod de vita et conversatione ejus scripsit, hæc qua dix imus brevi sententia promulgavit.

> 65. Nos quoque qui ossa ipsa de præfato loco accepiums, nulla de his dubietate fluctuare permittimur. Nam in ipso loco cum mul isannis illiLata serv rentur, et jam ab illo tempore quo illic primo locata sunt, centenarius annorum numerus nonnullis annis superaretur, æquo Dei omnipoten'is occultoque judicio civitas Cantuariorum fere tota igne cremata, atque ecclesia Christi inibi constituta eodem est incendio conflagrata. Cujus conflagrationis anno tertio jucundæ simul et gloriosæ memoriæ Lanfrancus, Cadomensis cœnobii abbas, ipsam Ecclesiam regendam suscepit. Qui, postquam est in ipso patriar-B chata prime metropolis Anglorum nobiliter usquequaque roboratus, quidquid ipsivs ecclesize vetusti operis resederat, nova omnia constructurus evertit. Cum ergo prædictum altare subverteretur, reliquiæ heati Wilfridi repertæ ac levatæ sunt, atque in scrinio collocatæ. Verum, cum post aliquot annos fratrum voluntas in co consentiret, ut magis fixo loco chaderentur, sepulcrum eis in aquilonari parte altaris factum est, et in co sunt quarto Idus Octobris reverenter inclusæ.

67. Nos quoque, his ita de ipso Patre quoque modo digestis, jam tandem scribendi ordinem concludamus, et Deo ac Domino nostro Jesu Christo gratias de omnibus suis persolventes, finem Inic opusculo imponamus. Verumtamen id in fine adjiciendum putavimus, ut si quis hæc legens vel audiens, indignitatem et ingenii mei fatuitatem remota pietate perpenderit, et ea re jis quæ de tanto Patre dicta sunt fidem præbere contempserit, noverit quia omnia, quæ de eo utcunque descripsimus, auctoritate venerabilium virorum, Odonis videlicet archiepiscopi et Bedæ presbyteri, rohorata probamus, nil in cis ex nostra parte ponentes, nisi quod propriis oculis intuiti sumus. Illud tamen quod dixi de damnatione regis Egfridi (11), fateor nusquam legi : sed tot talesque viri ita se habuisse confirmant, ut eis nolle credere magnæ impudentiæ esse credidetim. Sit itaque laus et gratiarum actio omnipotenti Deo Patri et Filio et Spiritui sancto per omnia s.e-

(11) Et tamen Boila venerabilem ac piissimum regem Egfridum vocat initio libri primi de historia monasterii sui.

751

VITA B. BREGWINI

VITA B. BREGWINI

ARCIIIEPISCOPI CANTUARIENSIS Cantinnesses 112 MERO MONACHO AUCTORE E.

(WARTHON, Anglia sacra, II, 184.)

Exordiúm propositi mei alque procursum, quo de A ea vigebat; utpote sanctissimis ac strenulssimis sucbeato Bregwino poutifice Cantuariorum scribere a guibusdam familiaribus meis rogatus institui, gratiæ commendo Spiritus sancti, orans ut suæ largitatis abundantia quæ sunt dicenda revelet, et ad ea promenda cor meum et linguam juxta placitum sue voluntatis clementer aperiat. Fuit autem ipse beatus in matris utero a Deo electus, camdem electionem ante omnia sæcula in dispositione prædestinationis Dei feliciter nactus. Parentes ejus ex gente Saxonum, nobili, ut fertur, prosapia orti, hoc meruerunt ut talem eis filium Creator omnium daret; quem probitate morum, quem peritia disciplinæ cælestium dogmatum et summum in ecclesiasticis dignitatibus gradum et perennis gloriæ regnum digue debere adipisci comprobatur. Hæc inter opera Dei regnabat in Cantia vir strenuus et nobilis Wihtredus nomine, sacratissima in Deum religione imbutus, servos Dei in Deo et Deum in servis suis præ se magni semper habens. Suo tempore pater prædicandæ memoriæ Birktualdus in patriarchatum primæ metropolis Anglorum beato Theodoro successerat, et cum digne Deo in omnibus administrabat. Hujns instinctu et exhortatione (12) præfatus rex in generali concilio cunctas regni sui ecclesias ab omni dominatione et exactione regum sive cujuslibet terrenæ potestatis liberas in perpetuum esse constituit.

His diebus [ille] de quo scribere proposuimus in Saxonia natus est, et a parentibus Bregwinus co- C gnominatus, sacro dehinc fonte in Christiana fide regeneratus; et infantiles annos egressus cœpit puer bonæ indolis esse, modestia morum sancke spei fiduciam suis de se exhibere. Hine litteris traditur, et in schola Dominica enutritur. Augentur in co de die in diem studia sacri profectus ; et fit pro tenore suæ ætatis in litterali scientia non multo post temporis intervallo perfectus. Florebant etiam adhuc quaque per Angliam exercitia ac studia litterarum, quæ ex beati Theodori pontificis Cantvariorum ejusque discipulorum traditione totam terram magnifice irrigaliant. Religio nihilominus Christiana, quam ex prædicatione gloriosi ac Deo digni Patris Augustini, Cantia susceperat, quammaxime, in

cessoribus ejus, quos Roma direxerat quique Uli in patriarchatum Cantuariensem usque ad prælatum Birhtualdum successerant, ne in aliquo vacillaret vigilanti sollicitudine insistentibus. Siquidem ab ingressu Patris Augustini in Angliam eo usque insula ipsa non tautum patuit barbarorum irruptioni. quantum cam postmodum patuisso accepimus, et quidem juste. Noviter enim susceptum Christianita« tis jugum majori diligentia a multis portabatur, et ea de re Dominus Christus sibi adhærentes propensiori clementia tuebatur. Unde bonus odor et in exteras regiones emanans plures nativo solo relicto in Angliam egit. Inter quos Bregwinus Jesu Christi gratia fultus eo veniens, mox statione potitus cunctis charus est et civis patrize factus.

Deinde livore carens, docet alios quæ sciebat, discit ab aliis quæ ignoral:at. Igitur, sicut ætate .ct scientia, ita inspirante Dei providentia, sie in sanctis moribus proficiebat et cœlesti sapientia. Quia engo scriptum legerat : Qui addit scientiam, addit et laborem (Eccli. 1, 18), eo magis videbat sibi in hac vita laborandum, ne inter innumeros diaboli laqueos gradiens illis aliquatenus ab æterna vita impedirctur, quo majori scientia præditus intelligebat quo gradoretur, si nullis eorum impedimentis irretitus in via rectitudinis defineretur. Usus itaque salubri consilio, sprevit mundum et oblectamenta mundi omnia, sequi cupiens corum exempla, qui secuti Dominum reliquerunt se et omnia sua. Itaque sæcularem vitam vita monachali commutans, habitu sæculari abjecto, monachorum sese collegio nihil habentium sociavit. Factus ergo monachus ejus exterior homo, cuncta quæ veri monachi sunt, virtutum scilicet ornamenta, amplexus est interior homo. Et hæc singula in sua adolescentia sibi ascivit, sciens se juxta vocem divini elogii etiam cum senescerct, ab eis non recessurum. Nec fecit. Igitur cœleste propositum, quod ex dono gratiæ Dei susceperat, in servitio Domini perseverans eidem gratia conservandum jugiter commendabat.

Illis dichus antistes Birhtualdus vitæ præsenti sublatus, vitæ perrenni illatus est. Locum autem quem mundo discodens vacuum reliquit, eodem

(12) Factum id anno 694 in concilio Becanceldse, enjus Acta exstant in concil. Angl. tom. 1, pag. 189. :

1

vir eximiæ religionis e', quod præcipuum est, monachi professione et habitu insignis, ex totius Eeclesue sacratissima electione archiepiscopus factus supplevit. Ilic est ille Tatwinus, quem venerabilis Beda in Historia sua, id est, gentis Anglorum quain edidit, ultimum pontificem Cantuariorum ponit; sugue tempore tam ipsi historia quam sue vite modum posuit. Sane præfatus Christianissimus rex Wihtredus ante hæc nonnullis annis diem supremum sortitus, Eadberto habenas regni reliquit. Cujus regni anno undecimo Tatwinus (13) archiepiscopus beato fine quievit, quarto videlicet anno quo archiepiscopatum totius Angliæ gubernandum susceperat. Quem Nothelmus subsecutus, quiuque annis Christi Ecclesiam nubiliter rexit. Itaque post have, anno B scilicet Incarnation's Dominica septingentesime quadragesimo secundo, electus est Cuthbertus (14) in sedem pontificum prænominatorum, homo ex illustri prosapia gentis Anglorum clara progenie ortus, et ipse totus ex virtutibus factus. Is inter alia bona, quibus totum vitæ snæ tempus coram Deo et hominibus clarificabat, fecit ecclesiam in orientali parte majoris ecclesiæ eidem pene contiguam; camque in honorem beati Joannis Baptistæ solemniter dedicavit. Hane ecclesiam en respectu fabricavit, ut baptisteria et examinationes judiciorum pro diversis causis constitutorum, quæ ad correctionem sceleratorum in ecclesia Dei fferi solent. inibi celebrarentur, et archiepiscoporum corpora in ca sepclirentur, sublata de medio antiqua consue- 6 Indine, qua catenus tumulari solebant extra civitatem in ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi posita sunt corpora omnium ant cessorum suorum. Ilic decurso vite presentis articulo appositus est ad patres suos quinto dechno præsulatus sui anno, et in præfata ecclusia beati Joannis decenter sepultus.

Quærebatur ergo summo studio, ab Ecclesia Dei, qui non inferior vita ac sanctitate morum posset in locum defuncti subrogari. Tenebat co tempestate jus regni in Cantia Æthelberhtus supra memorati regis Wigthredi [filius], Eadberto qui ei successerat jam olim defuncto. Qui Æthelberhtus beatum Bregwinum ex sublimate sancti propositi morumque D illius gravitate notissimum habens, contulit cum iis quos in electione pastoris universorum tenor præcipue respiciebat, suadens ut in commune viri industriam, sanctæ conversationis normam, cæpti propositi perseverantiam considerantes, proposita voluntate Dei ecclesiasticam electionem in eo confirmarent, si in regimine omnium Ecclesiarum totius Brittanize eum i Joneum concordi assensu judicarent.

(15) Tatwinus thronum ascendit anno 731 medio ; excessit post medium annum 734. Wightredus obiit anno 725, juxta chrenologiam Saxonicam. Tatwinns igitur anno decimo Eadberti Vitam finivit.

(14) De Cuthberti successione vide dissertationem de vera successione archiepiscopi Cantua-Tiensis.

anno Tatwinus quidam presbyterii gradu sublimis, A Proponitur itaque viri a pueritia Deo digna conversatio, mansuetudo ad omnes, humilitas in onmibus. vitæ gravitas, et in his singulis et simul in omnibus continua cum discretione fortitudo. Refertur in populum'; consentiunt omnes in unnm, talem vide-Neet Domini servum dignissimum fore tanta Ec. clesiæ sacerdotem. Quid plura? Rapitur, et licet multum obnitens, grandævitatem quoque suam quibus poterat conatibus objiciens, patriarchatu Cantuariensi investitur. Deus in promotione ipsius sublimi totius cleri confluentis voce corporis ac jubilo cordis collaudatur. Dein Cantuariæ m Kalendas Ortobris, summo cum honore (15) sacratus, cathedram pontificalem ad regendum Ecclesium Dei exsultantibus cunctis ascendit.

> Speculum igitur omnibus a Deo constitutus, ita in sanctis operibus clarus effulsit, ut qui lucis semitam volebant incedere, in cjus vita qua graderentur satis possent aperte videre. Si de miraculorum exhibitione, quæ sanctitatem demonstrare magis solent quam generare, quis inquirit, dico quod scutio. Equidem utrum aliquod hujusmodi fecerit necne, ad notitiam meam fateor non huc us jue pervenisse. Quod si fecerit, ea aut scriptorum inopia aut vetustas vel certe casuum diversorum aliquis eventus a postra scientia tulit. Illa tamen, quæ post obitum ejus certa relatione cognovinnus facta ad sacrum corpus efus, luce clarius innuunt quid in corpore degens facere posset, si eum ratio aut necessitas ad talia exercenda perduxisset. Sed illa tempora fide Christi quaque fundata non egebant signis miraculorum; quæ, ut beatus Gregorius ait, infidelium sunt polius quam fidelium. Et vane miraculum foris ostenderetur, si deesset quod intus operaretur. Ac ut mihi quidem ratio suadet, ratum esse videtur mojus esse anctorem omnium miraculorum per munditiam carnis et spiritus in se quemque continue habere, quam miracula, quæ et reprobis Veritas dicit esse communia pro libitu hominum et admiratione exhibere. Pax quoque diebus sui pontificatus in toto regno vigebat, nec incursus hostiles aliquis metuebat. Donec ergo in Bei pace quaque consiste bant, Deus pacis in omnibus et per omnia omnib s erat. Beatus et felix Pater in istis cum in populo verbum vitæ prædicaret, mansueto animo ac modesto audiebatur; et quæ fieri in exhortationibus suis. pracipiebat, placido effectu prosequebantur. Ut fides vera aut succresceret, aut vacillans robur statumve reciperet, sola vox Patris vallata incremento quod tribuit Dominus sufficiebat, nec ad eam probandam miraculum aliquod quis exigebat. Sed lizec bona non multo, tempore permanserunt. Sublato namque in brevi de hac vita beato viro, cujus meritis ca

(15) Eodem die anni 759, Bregwinum consecrahum esse fidem facit chronologia Saxonica; et anhum quidem recte positum opinor. Dies autem isto anno iu Bominicam non incidit. Illa igitur setate non solum Dominicis, sed etiam in sanctorum festis consecrationes celebratæ fuisse videntur.

provencrunt, evolutis pauculis annis et ipsa sublata A vel quanta danma focus ipse perpessus sit, milius sunt. Lominum edicere potest. Ut tameu quædam inde

Tribus siguidem anuis vixit in pontificatu, Deo per omnia plenus, et universis virtutibus indeficienti constantia præditus. Anno autem patriarchatus ejas secondo Æthelberthus (16) rex, filius, ut diximus, atrenuissimi 'regis Wibtredi, diem ultimum clausit. Anno vero post hunc fuit validis-ima hiems, nimia frigoris accrbitate cuncta constringens, animalia diversi generis et nivjum densitate et immani brumæ asperitate ex-tinguens. Verum cum, juxta verba veri Salemonis in Cantico canticorum loquentis, hiems tran isset, inder abisset et recessisset (Cant. 11, 11), flores Dominici apparuerunt. Unde et vinea Fomini Sabaoth suavissimi odoris florem emittens, all vocem turturis ac sponsi dicentis : Surge, propero, B amica mea, i eni de Libano, veni, coronaberis (Cant. IV, 8), anima felicissimi Patris dulcis amica summi Patris surrexit, hoc est coronanda ab sponso suo Jesu Christo; sæculum corpusque reliquit, ac angetorum adminiculo fulta, ubi ipsum Deum deorum in Sion æternaliter ceruoret, gaudens hilarisque conscendit. Sepultus sanc est in prafata eccle ia beati baptistæ Joannis prope corpus reverendi pontificis Cuthberti ipsius ecclesia, ut diximus, fundatoris ac sui dignissimi prædecessoris. Post hunc assumptus est in pontificatum relictæ Ecclesiæ Jambertus Pater et abbas vicinæ ac prænominatæ abbatiæ gloriosorum apostolorum Petri et Pauli.

Ikne evolutis pauculis annis Dani gens effera perdiscentes Angliam in omni pene genere hominum G a pristino statu exorbitare, et divitiis ac voluptatibus magis solito operam dare, cœperunt quasi pedetentim probare, tribus pavibus illuc primo directis, quam efficere possent si plures mitterent, plures venirent. Quas cum prospere in nonnullis egisse audirent, animati sunt, et classe parata Angliam non semel aut his, sed sæpennmero veniendi usum acceperunt. Quodam itaque tempore, etc. Sequantur miracula plura, quorum Epitomen abtreviatis Eadoneri rerbis dedit Vita Bregmini Osberno male ascripta supra. Plura feruntur in hune modum de beato v ro, quæ omnia segifiere nimii ponferis esset. A.I. lia ergo tendentes, hu ç is is poniums modum.

Transierunt plures anni, et corpus ejus sub veneratione multorum loco mansit immotum. Nonnulli quoque successorum ejus huic vitæ decedentes, locum sepulturæ in ipsa basilica acceperunt. Post hæc multis malis quaque per Angliam crebrescentibus, contigit civitatem Canttariam ex incuria quorumdam sua minus caute curantium igne succendi et crescentibus flammis in matrem colesiam inibi consistentem incendium ferri. Quid dicam? Combusta est tota cum officinis monachorum ibi cegentium pene omnibus, simul et ecclesia beati Joannis Baptistæ, nbi, ut prædictum est, archiepiscoporum reliquiæ jacebant humatæ. In qua conflagratione quæ Lominum edicere potest. Ut tamen quædam inde tangamus, quidquid in auro, in argento, in diversis aliarum specierum ornamentis, in divinis ac stecularibus libris pretiosius habebat, fere totum vorans lingua ignis absorbuit. De his tamen quia fuerunt recuperabilia, minus est fortasse dolendum. At dolog . immanis et nullo fine claudendus hucusque eamdem ecclesiam premit, cum privilegia Romanorum pontificum, privilegia regum et principum regai ipsi ecclesiæ studiose sigillata et collata, quibus se et sua perenni jure munire deberet atque tueri, ex integro redacta in nihilum deperierunt. Si qua aut m sunt ex illis recuperata, diversis in locis, ubi contra scripta fuerunt, reperta sunt et accepta; bullis atque sigillis, quæ alia fieri nequibant, cum ccclesia in qua servabantur igne consumptis. Ex quo robur et fortitudo hostibus ejus usque in præsens contra æquum increvit, et multa mala, oppressiones et scandala insurgentium filiorum super cam audacia struxit. Sed hæc notissima omnibus vane quasi allorum notitize scribendo significamus. Quapropter is is omissis dicamus, quod post istud gemendum incendium corpora pontificum supra memoratorum suis loculis immota quiescebant, donec ille virorum strenuissimus et cum omni honore nominandus Lanfrancus videlicet Cadomensis comobii abbas archiepis-opatu Cantuariensi functus est. Is guippe omnia que combusti monasterii reperit vel ædificia vel ædificiorum detrita monumenta terræ comquans, et quæ sub terra erant fundamenta effodiens, cuncta nova exstruxit, et præsatos autistites levari ac in tuto locari constituit, donec ea quam coeperat ecclesia facta esset, in qua decenter poni valerent. Et its factum est. Post aliquot annos in ecclesiam jam fundatam illati sunt, et in aquilonali parte super voltum singuli sub singulis ligneis locellis, ubi quotidie mysterium sacrificii salutaris celebratur, positi sunt. His ita dispositis, forte die quadam unus ex fratribus coclesiæ in scanno sedens coram epulcro beati Bregwini, etc. Sequentur miracu/a bina, de quibus videsis Epitomen Osberno falso inscriptam supra. Et quidem, ut multi affirma t, hunc inter se morem Saxones præstantius habent, ut majores suos digning honorent et irreverentiæ subditorum nou parcant, ne insolescant. Morem igitur suæ gentis et mundo exemptus filiis suis studuit bonus, pater exhibere, ut ecs, moneret qua reverentia se debeant erga majores suos habere.

Inter hujusmodi facta sanctissimi viri venit Cantuariam quidam monachus de terra Teutonici imperatoris Lambertus nomine, notus reginæ quam rex Henricus defuncta prima conjuge sua uxorem de Saxonia duxerat. Hic Lambertus per multum temporis Cantuariæ rogatu reginæ cum fratribus conversatus est, et pene quasi monachus loci ab

(16) Ethelbertum regem anno 760 obiisse prodit chronologia Saxonica, quæ et hiemem asperrimam anni sequentis memorat. omnibus habitus. Unde familiaritate queque potitus, A oculis Dei, ut tanti pontificis præsentia vel pessessione coepit frequentare focum in quo pontificum reliquia quiescebant; illic orare; illic missas celebrare; illic familiariter conversari. Interrogabat hunc et illum, quis ille esset vel ille, quove nomine vocaretar qui filo rel illo loculo claudebatur. Ubi autem de beato Bregwino audivit, succensus est desiderio habendi illum et in terram snam transferendi, recordatus Tortassis antiquæ bonitatis famæ quam in patria sua de illo didicerat. Verum, dum impossibile sibi videret clam vel palam desiderii sui per se effectu potiri, suggessit archiepiscopo qui tune erat et graviter morbo paralysis premebatur, nomine Raduño, ut ossa memorati Patris sibi conecderet, asserens ei locum construendi monasterii a primotibus gentis suæ concessum, quod sub patrocinio Patris B Bregwini construere et comimodis servitio Dei accommodum ipse et sui proposuerant ordinare. Quid multa? Acquiescit pontifex : nec enim noverat quo de agebatur; et ideo facili assensu ad preces petentis permovebatur. Res Terfur 'in andientiam monachorum; et quidam, ut concessio pontificis perficeretur, plenissime laudant; quidam econtra modis omnibus negant. Post dies demngitur archiepiscopus. Raque plures corum qui co vivente laudaverunt fieri quod roganti concesserat fratri, versa vice contradicentibus acquieverunt, et uno animo pariser institerunt ne suo pastore Ecclesia, qua vivens in carne pio diligebat affectu, destitueretur. Ne tamén concessio antistilis videretur usquequaque contenini, ex communi consensu deliberatum est, in quo et archiepiscopum consensisse nonnulli attestati sunt, ut scilicet os unum, brachium videlicet sinistrum, sacri corporis fratri conferretur. Quod ipse parum æstimans, et ils quæ sibi promissa dicebat frustrari non sustinens, suspicatus est se per reginam, posse ayud regem efficere, quatenus ipse regia potestate vi a monachis extorqueret ut sibi concederent quod quærebat. Super negotio igitur reginæ locuturus, et eam cum rege in parco Wudestochico commorantem aditurus, Lundoniam venit, ibique valida infirmitate correptus, progredi ultra nequivit. Languore in dies crescente, ipse Cautuariam reportatus est. ubi parvo tempore vivens defungitur, et inter mortuos fratres sepelitur. Hine nocté sequenti astitit vir D ipsi. Si in aliquo bene processi, gratias Deo; si quidam statura mediocris, persona insignis, habitu monachus, facie ignotus, cuidam fratri de congregatione per visum, homini hene religioso Denmque timenti, dicens illi : Scisne quam ob causam Lambertus ille Saxo sic inopina morte raptus sit ? Cui cum se nescire responderet : Scias, inquit, quia co auod corpus Bregwini de sua sede auferre sibique eonalus est vindicare. Nec enim talis meriti suit in

debusrit jure poliri.

De his ita considerans ergo provida sollicitudo servorum Dei, et ex ils quæ frater ille facere molitur considerando perpendens in futuro tempore aliquid hnic simile a supervenientibus externis hominibus posse moliri, ne faciliorem effectum sortirentur, reliquias ipsins Patris a priefate loco cum reliquiis heati Plegemundi archiepiscopi in anstralem ecolesir partem transtalit, et post altare beati Gregorii papæ decentissime tuunlavit. Quidam autem ex monachis Willelmus nomine ex consensu aliorum hornm omnihm se præ cældris medium fecit, et ejas indústria ae provisione ferme omnia quæ in ipsa reliquarum transpositione vel sepulcrorum compositione impensa fuerunt procurata sunt. Is in una post hac solemnitate sorvitio ecclesize toto conamine sese dedens, et ultra vires in cantando vocem edens. ruptus est in interioribus, moxque in vomitu saugninis aliisque gravibus molestiis vehementer affictus. Quid igitur ageret, ignorabat. Noverat enim jam in ipsa ecclesia hoe nonnullis et eadem causa contigisse ; quorum alios morte multatos, alios multis annis multo languore vezatos, omui ambiguitate semota sciebat. Venit autem ei in mentem quid servitti, quid sollicitudinls, quid hoaoris uuperrime impenderit duobus pontificibus istis Bregwino et Plegenundo. Itaque corde contrite, spiritu humiliato, perfusus lacrymis genas, orat cos sibimisereri; quatenus impetrata sibi a Christo Jesu pristina corporis saritate inteffigat, quid de illis ipsi et. ahis amodo sit sentiendum, quave fiducia pro xterna sua salute eos appellare possit ad interveniendum. Mira Dei bonitas, potentia mira ! Mox, sieut ipse refert, se omni sensit languore en ratum nec novi doloris. aut incommoditatis ullam ulterius molestiam passum.

Hæc de beato Bregwino minus sapiens edidi, quæ a majoribus et veridicis viris didici. Et hi quidem alia se expertos in se fuisse tradunt, alia vel ab illis qui præsentes fuerunt vel a præsentibus acceperunt, seque referant accepisse, constanti ollegatione commemorant. Ne ergo animos amicorum meorum me ad hoc opus incitantium offenderem, cessi voluntate eorum. Quod itaqué scripsi, els scripsi; videant aliter in aliquo, intentlus orent, obsecro, pro scelere mco. Memoria trafisitus beatissimi viri vis Kalendas Septembris recolitur, ut illic nomen Domini qui illum honoravit expeditius magnificetur. Sit igitur ipse qui vivit, "dominatur et regnat per omnia, benedictus in szecula szculorum et ultra. Amen.

Explicit Vita beati Bregwini Cantuariensis archiepiscopi et confessoris.

VITA S. OSWALDI

EPISCOPI WIGORNIENSIS ET ARCHIEPISCOPI EBORACENSIS **AUCTORE ET** ÄDMERO

.n Kal Martii

Secundum propositum gratice Dei venerandus A frater erat patris ejus, vir præstans religione, dis-Ehoraccusis antistes Oswaldus ante sceula a Deo electus, ingenuitatem generis sui, quo nobiliter editus in Injus mutal lucem processit, ingenuis moribus initiatus, viun vite presentis incessit. Cujus quidem gesta vario diversorum stylo digesta (17), quo muRipliciora eo aninnis, ad multa divisis videntur ad legendum onerosiora. Unde iis qui, sicut veraciter creditur, illum in hac vita præ cæteris sincerius diligunt, plucuit tam prece quam præcepto me ad hoc commovere, ut que multipliciter de co-scripta sunt, compendioso ac novo marrandi stylo expediam. In quo, fateor, non partim expavesco; fatuitate quippe ingenioli mei penes melpsum considerzta, vereor ne petentibus satisfacere in ipso opere ricqueam; quia scio quod hunc quem precipie amant lætissima exponi oratione desiderant. Non parere autem voluntati illorum néfas judico, cum ne sibi anticissimis scilicet meis me nolle gerere morem, tum ne, læsa conscientia sna, me erga sanctuin Dei nullam habere opinentur amorem. His angustiis septus elegi potlus rusticano eloquio amicorum meorum voto concurrere, quam orbano silentio cos contemnendo per inobedientiæ culpam offendere. Scripturus Haque pro injuncto officio vitam fanti viri, quæ Hi fugiter adfuit, gratism invoco Spiritus sancti, quatenus ea quæ per illum ad laudem sui nominis operari dignatus est, illins meritis concedere mihi dignetur inoffensis Ecclesia suæ auribus qualicunque verborom indagine expli- C care.

Exordium ergo nativitatis gloriosus Oswaldus nobilissima progenie natus, eleganti forma enituit. Qui ubi infantiles annos diligenti cura nutritus exeessit, puer factus puerfles inchtias devitare, ae ut mtas illa advertere poterat, ad sanctitatis opera semetipsum coepit informare. Proposite enim in conspectu cementis secreta pectoris sul se almæ erguationis suz nullatenus fieri velle degenerem: sed quos propinquos sortitus fuerat in genere carnis. hos sequereur passibus virtutis, instructus fide exterisque coelestibus armis. Bonus siquidem et unus de præcipais Patribus Anglorum Odo nomine

(17) Oswaldi res gestas stylo suitea mandaveraht Effricus et Folcardus : de quibus consule præfationem.

(18) Nondam scilicet Odonis Vitam Eadmerus

cretione sublimits, moribus gravis, justitize cultor, magnus consilio, qui et in oinni actione sua circumspectas, auctoritate præenninebat : de cujus actibus que nobis quidam antiquiores pleno relati descripsere, pauca tangere (18) non incongrumm rati sumus, ut inde probetur quam imitabili, quam spectabili prosapia puer Dei Oswallus originem duxerit.

Hic, ut fertur, Ætheistano victoriosissimo regi Auglorum value charus erat et acceptus, ac pro illius prædicabilt sanctitate rex idem illum secum habere cjusque consiliis magnopere inniti soleba. Qui rex Deum diligens, requitatis legibus servicus, regnum strenne gubernabat. Is immenso paganorum exercitui quodun tempore armatas occurrens, memoratum Odotien, cujus meritis se quammaxime credebat hostem victurum, in aciem duxit. Et commisso prælio Odo entinus a pugna stans lumina ac manus in colum tetendit, pro rege ct sais Dominum intentions orans. Pugnatum hine inde atrocissime, et dies ferme totus in certamine absumptus. Tandem jum sole in occasum vergente, sors lacrimabilis accidit; juxta capulum confractus est regius ensis. Quid facerel ? Ut se armaret, nullum de su's exarmare volebat. Quid tunc? llostes qui jam vertere terga cooperant; videntes regem fracto ense factula quasi inerment, animali et in pugnam acris reversi sint. Insomit clamor, Odonem citius advolare per-

urgens. Adest ; ot upen snam prece negotio firat, rex ipse hortstur et obsecrat. At ille : Ope quain desideras, uti sölüminodo velis, præsto est. Quid igitur agis? Ut quid eo qui in latere tuo pendet gladio parcis? Cur eum ab interitu hostium arces? Quid formidas? Nil dubitans arripe illum; et ecce manus Domini erit tecum. Nec prius solis continget occubitus, quam obsistentes adversarios tnos fuga involvat ant interitus. Dixit, et rex ad ejus verba attouitus, ithico versa dextra ad vaginam extraxit gladimo fulgidam, fortent et insignem. In quo conclosoccursantes delerrens, cædens seu prosternens, an verbum servi Dei juxta factus est et solis occubitas. et regis triumphus. Ipse Odo, quoniam Eccleske

conscripserat. Hoc loco Vitam illius ab Osberna scriptam ibnuere videtur, atque cadem fasius postea narravit in Odonis Vita, que Osberno male inscripto supra collocatur.

761

ኅ

Cantuariensi officio summi portificiz loco et dignitate A in divinis ac sacalaribus discipliuis quosque sui præsidebat, jura Christianitatis per totum regnum ut patrize pater prudentissime administrabat. lu quibus diebus Edwins, qui quartus a præfato Æthelstano regni Anglorum sceptra tenebat, voluptatum amator magis quam Dei, luxuriæ quam sobrietatis, libidinum quam castitatis, regiam dignitatem obscenis operibus dehonestabat, ae viros virtutum parvipendens, contra æquum exasperabat. Unde beatus Dunstanus tunc temporis abbas Glastoniensis, co quod ad suggestionem et imperium sæpe fali Odonis ipsum regem illicitis amplexibus violenter abstraxit. e patria pulsus est, et demum innumera per Angliam mala ab codem rege patrata. Contra quem O.lo armatura Spiritus sancti præcipctus exsurgere, iniquitatum illius publicus hostis effectus est, nec destitit douec sopilis incestibus regnum ab infandæ mulieris infamia, cui rex illena omissa conjuge sua s.; pius conuniscebatur, expurgaret. Eam siquidem suorum militum mapu vallatus, a regali curia in qua mansitabat vi abduxit, abductam perpetuo exsilio in Hibernia condemnavit. Erat guippe vir viribus puræ æquitatis per omnia fultus, nec alicui iniquitatis ministro favens, voluntati Dei in cunctis obsequi satagebat. Quapropter et Deus ei sua misericordia semper aderat, ac voluntati illins aures suas inclinabat. Verbi gratia parietes ecclesia Christi Dorobernensis suæ videlicet sedis in aktiorem guant erat statum sublato tecto ipse Pater construere volens, ac velle suum facto adimplens, oravit Dominum ut quandiu ipsa Dei domus integritate sui careret, pluvia que populum a servitio Dei arceret infra ambitum illius non descenderet. Quod et factum est. Videres ctenim totam civitatem supe grandi pluvia circumcingi, et ipsum templum ejusdem pluviæ inundatione nec contingi. Item idem Pater, dum quadam vice sacrum mysterium altari præsens administraret, corpus Dominicum inter manus eius cruentum et sanguinem distillans in calicem apparuit. Ex quo intuentium mentibus nimio pavore percussis, mox ad preces pontificis in consuetam sui formam restitutum est. Feruntur et alia de eodem viro miranda facta, que nos silentio præterinus, ne putemur obliti operis quod incorpinus.

cxistens, a parentibus suis cjus doctrinis imbuendus, cjus exemplis instituendus ei commendatus est. Qui ex conversatione tauti viri sese felicem fore pronuntians, nec miraculorum, quæ nonnunguam adsunt malis, sed virtutum cjus, sine quibus nemo fit honus, imitator esse. curabat. Unde et ab omnibus diligebatur, non solum quia tanta carnis propinquitate illi copulabatur, sed etiam quia versus onnes id egerant merita ejus ut a cunctis amaretur. Traditur litteris, et cujusdam viri Frithegodi nomine (19), qui

(19) Monachus is Cantuariensis plurimis in lucem editis scriptis claruit, maxime autem Vita S. Wilfridi metrice jussu Odonis composita.

(20) Wintoniæ in veteri monasterio Oswaldum ab

temporis sapientes præcellere putabatur, magisterio functus studiosus discit, et in brevi plurimum profeit. Spiritus namque sapientiæ et intellectus (Isa. x1, 2), super co quiescebat, inspirans ei gratiam suam et cor intelligens ad singula discenda que audiebat. Sæcularium ergo librorum scientia ad plenum imbutus, divinarum paginis litterarum sedula intentione animum tradit. Ex quibus sancto charitatis igne in Deum proximumque succensus, in contemptum mundi totus erigitur, et qualiter servitio Dei mereretur omni modo ascisci singulis horis meditatur.

later bæc Wintoniam (20) a patruo spo sapra memorato scilicet glorioso Odone dirigitur, quatenus ibi degens, si quam forte in canonicis viam vitæ imitandæ reperiret, discoret et imitaretur. Quid amplius ? Fit canonicus inter canonicos ipsos, si queritur qualis inter quales, regularis inter irregulares. lpse etenim que institutio vite canonicorum docet ct præcepit indefessus exsequebatur; illi spreta institutione ordinis sibi juxta cordium suorum desideria gradiebantur. Unde admirandus cunctis effectus ob plenitudinem gratize. Dei, que in moribus ejus enitebat, decanus factus adolescens præponitur senibus, quatenus canitics seusus illius et immeculata vita illius maculatam semun vitam emacularet, ac pueriles sensus illorum studio disciplinæ coelestis evacuaret. Sed illi magis antiqua pravæ senectutis isinera tenere volentes, licet eum homm beneque agentem blando honore debitoque favore venerarentur, tamen illum nullo pacto se in talillus audituros affirmabant. At ille de laudis ipsorum ventositate nibil curans, gemebat quotidic ct, ut sihi ad salutem suam Deus consuleret, precabatur nocte ac dic. Verum ubi perpendit illos propter cum nequaquam velle a veteri vita emendari, seque per illos, si non absentaretur, a suo proposito posse depravari; spreta qua cingebatur pon:pa saculari, spretis quoque divitiis quarum copia redundabat, relictisque canonicis quorum conversatione catenus usus fuerat, redit ad pontificem patruum suum, negotium salutis animæ suæ cum eo tractatorus. Quid multa? Ubi miserias vitæ mortalis cum pontifice loquens pla llujus igitur Patris nepos puer Dei Oswaldus D consideratione deslevit, ubi quam difficile sit hominem inter mundi illecebras gradientem ipsis illecebris non irretiri, utringue sermo procedens appendit: infert Christi miles Oswaldis sibi jam cecidisse in mentem se nudum sæcularibus cunctis velle amodo Christum sequi et vere monachum fieri. Exsilit gaudio pontifex ad audita, et erumpentibus lacrymis præ jubilo cordis qua voce exprimat quod præ se intus habet invenire minime valet. O binc inter cos ex divinis verbis vitæ perennis orta contemplatio! O in contemptum mundi nata suadibilis divinague

> Odone collocatum ac postmodum decanum factum Timmuthensis refert. Nonasterie illi tunc temporia insederunt canonici sæculares.

senex juvenem ne retro abeat, ne posita super aratrum manu post tergum aspicial (Luc. 1x, 62); ne Laqueos sæculi jam evadere inciplentem suis laqueis inimicus involvat. Ad quæ ille : Ruptis vinculis voluptatum carnalium, jam, inspirante Deo, libertati donatus sum; et iterum me traderem miserrimæ captivitali sub earumdem voluptatum vinculis vinciendum? Non æstimabam me hoc ordine Christum segni detere. Amorem sui mihi concessit ex notitia Scripturarum snarum; st nunc eum desererem? Talem vide icet fructum capiendo ex meditatione earum? Imo, Pater, si placet, dic, nec dubites ubi re'is perficiam quod proposui ; aut certe si tibi grave non est, ipse proponam quod disposui. Ait, dic. Regulam. inquit, benti Benedicii servare sub obedientia rolo; B et idvirco in Gallia apud Floriacum, abi ipsius Patris relignice d'euntur haberi, monachus fieri mente revolvo. Nam. juxta quod mihi mea astimatio dicit. musquam rectins servanda sunt nec forte servantur quar ratem Pater instituit, quam in loco quem ipsemet sua corporali præsentia in perpetnum honorare non desistit. Antistes ad have : Idem, inquit, sentimus ; idem sapimus; in idem nostra intentio tendit. Honachus loci illius sam. Habitum enim religionis ad onus regiminis, sub quo gemo, vocatus inde suscepi; et propteren te, quem specialius amo, monachum ibi fieri potissimum opto. Et quidem hæc patriæ demutatio ca re tanc ita atriusque voluntati complacuit; quoniam per id temporis religio monachici ordinis, c quæ, cum propter barbarorum frequentes irruptiones, tum propter quorumdam malignantium turbulentas seditiones dudum in Anglia pene tota obsoleverat, needum sui vigoris statu reformata elaruerat.

Mittitur ego juvenis Floriacum, illic Aoribus fulciendus virtatum. Mittuntur quoque cum litteris commendatitiis dona quamplurima, juvenem et dicto et facto abbati ac fratribus commendantia. Suscipitar, et monachus habita factas, vita quoque monachi in ipsis primordiis est decoratus. Qui igitur venerat ab aliis doceri alios imitari, talem se illis exhibuit, ut satis haberent in eo quo docerentur, quod imitarentur. Erat enim somno parcus, cibo sobrins, in loquendo discretus, in oratione assimilitate, benignitate, mansuctudine, cæterisque hujusmodi quam fortis, quam subditus, quam bonevolus, quam constans exstitit, ex sincera charitate, qua supra humanam æstimationem ad omnes oral diffusus, conjici potest, Apostolo dicente : Charitatem patientem esse, benignam esse, non æmulari, non inflari, non agere perperam, nec quierere sua, nec irritari, non cogitare malum (I Cor. x111, 4), et cætera, que mihi brevitati studenti exsequi longum est. Hic idem Domini servus secretum in ecclesia locum ab abbate acceperat, in quo pro modo conver-

(21) Integra hæc sectio codici ms. Benedictino inserto folio est apposita manu recentiore, quantum amanuensis conficere potuit, exarata. Exstat cadem

collatio! Quis ipsam edisserat? hortatur deinceps A sationis sum Deo Anniliarius athærcret. like igitur orationi, meditationi, contemplationi vita perennis remotus ab illurum inquictudine operam dare solitus est ; magnum humani generis hosti fomitem livoris et odii suggerebat. Ille quippe attendens et attendendo subvertere inhians studium strenuizsimi juvenis, multiplici cum versutia pulsat, pulsando territat, terrendo fatigat, fatigando proturbare loco haborat. Unde quadam vice dum se in oratione pro computatione cordis Deo nocky mactaret, adfuit ipse malignus, et sonos horriticos edens hominem terrori addicere moliebatur, cum ut coepto desisteret, tum ut akis horis simile opus aut segnies put nullatenus attentaret. At Oswaklus fidei Christianæ seuto protectus, non magis ad fremitum loonis vel sibllum serpentis quan ad balatum ovis vel stridorem soricis (harum enim et aliarum ei bestiarum improbus ille voces ingessit) exterritus est, sumeta videlicet nihili pendens, cum suo auctore cuncta deridens. Quod dæmon advortens disparuit; sod in angelum lucis evestigio transfiguratus viro apparuit. Eum quippe jam tune pova de se victoria usam æstimabat sibimetipsi suasurum, se scilicet non jujuria ab angelo visitandum, quem firma fretum constantia montis pullis potuit inimicus irretire figmentis. Sed sua sibi iniquitas montita est (Psal. xxvi. 12). Nam ad boc monstrum famulus Christi signo fielei se signavit, sciens exinde angelum lucis non irritandum, angelum autem tenebrarum eminus effugandum. Quod et factum est. Juvenem namque hac crucis amatura munitum statim degener angelas, qui apparnit, territus fugit. Tune ille psallens : A dextris est, ait, mihi Dominus, ne commorear. Propier has delectaium est cor meam, et exaultavit lingua men ; insuper et caro meà requiescet in spe (Psal. xv, 8, 9). Praterea lecuoni divinc crebro intendebat, et quæ, docente Domino, inde didicisset, hilari vultu corde benigno minus scientes edocebat. Hase inter exercitia e us, post susceptos inferiores ecclesiastici or i.i. gradus, gradum suscepit diaconatus in quo ministrans Deum obsequio bumillimæ devotionis populum vero demulcebat, co quo magnifice præeminebat concentu dulcissignæ vocis. Siquidem inter ca quæ, ut præfati sumus, in duus, in aliis antem virtutibus, patientia dico, hu- n co fulgebant virtutum insignia etiam in exteriore homine illius emicabat multiplex quaslam et supereminens gratia. In habita enim, quem oculis intuontium proferebat, et decens et appetibilis compositio inerat, non alicui pompæ, non dissolutioni, non ostentationi, non serviens hypocrisi. In vultu nihilominus formositas ampla, nec cujuslihet praves voluptatis incentiva, sed que cæterorum

vultibus antestaret magna honestatis prærogativa (21) Talibus donorum insigniis vir Dei Oswahlus ad potiorem diaconatu ecclosiastici ordinis gradum conscendere dignus est comprobatus, ac dein pre-

totidem fere verbis apud Tinmuthensem, lib. xxi, cap. 52.

cans, qua puritate cordis et corporis Christo inhæserit, quamque benignum auditum precibus ejus piis Deus accommodaverit, et ex qualitate vitre ejus, quæ dictante rerum veritate describitur, et ex angelorum præsentia, quam ei nonnunquam etiam visibiliter adfaisse monstratum est, luculenter intelligi datur. · Locus siquidem in quo, sicut diximus, juxta confessionem abbatis orare solebat, crypta quædam erat in occidentali parte, decenti opere facta, qui loçus confessionis nomen pro more obtinuit. Pro foribus autem cryptæ ipsius dupdecim pauperes conversari ex antiquo usu consueverant, et quotidianum victum ab ipsa Ecclesia accipiebant. Qui pauperes ita fuere dispositi ut omnes litterarum socii, omnes clerici essent. De his ergo reverendus Pater Oswaldus unum B etiam illis se ipsius præsentia magnopere velle podelegerat ut quoties in ipsa missarum volebat solemnia celebrare, cjus ope ac ministerio tanti mysterii efficium celebraret. Quadam itaque die cumipse altario præsens cæptæ missæ officio insisteret, et post evangelica dicta offerenda in manus p nem et calicem, sicut multorum mos esse dignoscitur, someret, ocalisque in cœlum directis orationem suscipe, suncta Trinitas, intenta mente ad Deum premitteret, vidit præfatus minister ejus guamdam reverendi vultus personam, in dextera parte altaris stantem, faciem ad ipsum altare versam babentem, panem candidissimum, nontanien adeo mognum, inter manus, quas usque ad coput suum porrectas hahebat, digno cum honore tenentem. Ad quod licet nimio timore perterritus obstupuisset, sustinuittamen, nec subitam voluit invadere C fugam. Verum ubi eumileus panem juxta quod sacerdos in secretis orationibus procedebat, paulatim cresce-: re atque insolitæ magnitudinis crescendo fieri conspe -. xit, ultra residere non ansus, extra ostium fuga lapsus est. Emansit itaque presbyter solus, et qui videbatur in dextera stans angelus ejus. Minister vero, quem pavor abduxerat, foris prope ostium latitando subsistens, per vices stio caput ingerebat, et quid circa altare gereretur trepidus explorabat. Cum Dei servus per omnia sæcula sæculorum et alia quæ in audientia populi dici solent diceret in ordine missæ, nec ullatenus respondere auderet vel accedero pro admiranda que sibi apparebat visione, audivit angelum, quem videbat, ad singula respondenten et ministri obsequium D ei deferentem. Consumpto autem sacrificio toto, ~ caput ex more abditos minister ostio intulit, et illum " quem viderat jam non vidit. Introid ergo ad sacer- . dotem palpitans et tremens, ac ne animum eins quoquomodo offendisset in eo quod ipsum quasi solum reliquerat timens. Et exposita causa fugæ suæ, pallons sciscitatus est utrum et ipse viderit et au- . dierit que se vidisse ferebat et audisse. At ille : Bene, miquit, vidi et audivi quæ disis; sed benedictum sit nomen Dei omnipotentis, quia licet a te sim male de- .

st yteri honore sublimatus. In quo gradu Deo sacrifi- A ceptus, tamen in sacrosancto ministerio vivifici corporis et sanguinis ejus non sum ab eo desertus. Interdixit tamen ei modis quibus poterat ne, dum ipse vite præsenti superesset, rem quæ acciderat cuivis hominum innotescere'.

> Postquam autem supra memoratus venerabilis pontifex Odo certe relatu cognovit nepotem suum Oswaldom in bonorum operum culmen excrevisse, immensas omnipotenti Deo gratias agens, diebus ac noctibus eum precabatur, quatenus illum et jugiter ad melioria proficere et in via perfectionis consummatum concederct posthanc vitam se Deum deorum in Sion videre. Missis præterea diversis muneribus aldati ac monachis pro suo Oswaldo, quas noverat convenire cum precibus grates exsolvit. Indicavit tiri, cum quia senio confluis mortem sibi propinquam, sciebat, tum quia regulari conversatione suz gentis viros per eum instituere disponebat. Quæ ubi fratribus relata sunt gravi mœrore dejecti asseruerunt se sine ilko nequaquam, si fieri posset, in hac vita vivere velle, propterea quod ejus conversationem sibi et in anima et in corpore sensissent valde profaisse. Non audentes tamen vokultati antistitis obviare, parent, ac Domini servum debito cum honore ad nutum præsulis dirigun'. At ille citato itinere Angliam petens, terra marique ab omni periculo protectus est. Et hilari vulta, mente jucunda Dofris appulsus, extemplo ingenti est dolore perculsus (22). Illum cnim, quem præ cæteris arctius diligebat, illum cujus dulcem faciem præ omnäus videre sitiebat, illum eui adbærere ardentissima charitate cupiebat, et a quo se tandiu remotum fuisse non sine grandi angustia cordis recolebat, jam tune noviter, non modo sibi, sed et saculo exemptum audiens, nulli mirandum si dolebat. Deus meus, quos gemitus illo tuus alumnus ad hæc nova putamus emisit? Que suspiria edidit? Quas lacrymas fudit? Quas fuit, obsecro, confusio animi ejus, quando eum procujus aniore ac reverentia a cunctis sese ampleciji solere meminerat, jam in terram convertendum, a conspectibus omnium sub terra detrusum didicerat ? Quis mœror inditam pilssimo vultui ejus hilaritatem obduxit, quando et Angliam gravi morore pro ejus ol itu consternatam reperit, cui nimirum impar meeroris illius causa fuit? Veniens igitur Cantuariam, sed cam inveniens patre orbatam, quid faceret, quo gressum flecteret dubius hæsit. Auctus ad hæc lacrymabilis dolor. Illi enimqui eam prius agnoverunt, viso illo, ex recordutione defuncti Patris Licrymis mauant.

> Præsidebat ea tempestate per curam officii pastoralis Ecclesiæ Doreacestrensi quidam Oschetel nomine, homo bonz famz, et que sua intererant disponere gnarus (23). Huac vir Dei Osyaldus, utpote sibi et carnis consanguinitate propinquem, et qua pollebat sapientiæ luce conspicuum, ad cohabitan-

> (23) Oskitellum archiepiscopum Eboracensem Ecclesice Dorcacestrensi autea przesedisse, omnes scri-ptores nostrates hactenus editos latuit. Vide grze supra adnotavinuus ad Radulphi de Diceto historium

⁽²²⁾ Paulo aliter Willhelmus Malmesburiensis De gest. pontif. l. m, f. 153, qui Oswaldhun refert non- nisi nuntio ægri jam discumbentis avunculi perculsum iter initisse.

sapiente sapientior fieri, non ex consortio insipientium illis ipsis assimilari (Pror. xvi, 20). Suscep't autem illum idem episcopus benignissime, ac sincere dilexit, sécumque degentem sui secreti conscium fecit atque consortem. Post dies defuncto archiepiscopo Eboracensi præfatus Oschetel sedi illius subrogatur. Is pro stola archiepiscopatus Romani petens, sanctum Oswaldum suæ viæ comitem habuit. Potitus autem desiderio suo, cum Roma digrediens in patriam suam remeandi iter acceleraret, Oswaldus relicto consortio ejus Floriacum divertit, clericum quemdam, Germanum nomine, wlate juvenem, moribus senem, itineris sui e patria socium secum ducens. Excipiunt autem illum abbas et fratres cum summa lixtitla, ac nonnullis diebus circa eum læte exactis, pro sola quam intellexerant voluntate illius quem adduxerat Germano sanctæ inter se conversationis habitum tribuunt. Mansit vero venerandus Oswaldus in ipso cœnobio aliquanto tempore, Deo per omnia serviens et verbò et facto, qualiter ad cœlestia tenderent cunctis illic commanentibus exempla prætendens.

Interca memoratus antistes missis muntiis rogat eum Angliam redire ad se, quatenus via sanctæ religionis, cujus cum culmen attigisse certo cognoverat, suz gentis homines instructet. At ille petitioni cjus mitis obtemperans, Angliam Germano relicto perrexit. Rudis' enim adhuc in disciplinis regularibus erat; nec illum nisi perfecte edoctum a loco separari sinebat. Perveniens itaque ad episcopum, solito more in onini sanctitate et mansuetudine juxta eum conversabatur, et ideo a cunctis pio affectu, magno amore, summo studio amplectebatur, fovebatur, venerabatur. Inter hæc ille præclarus et gloriosus Dei amicus Dunstanus in cathedram pontificatus Cantuariensis prædicto Odoni successit, vir Bei gratia a matris utero plenus, et donec vitæ præsenti : superfuit, nunc cœlestibus secretis admistus, nunc beatorum spirituum' crebra visitatione perfunctus, nunc in exhibendis miraculis celebri efficacia fretus. flic audita eximize sanctitatis fama, que bealum Oswaldum circumquaque magnificabat, mittens accersivit eum, ex conversatione illins pleniter ediscere gestiens, vulgata opinio verane exstiterit D fatigaret, directo in Galliam nuntio Germanum, necne. Post aliquot vero dics comperto quod investigabat, multum præstare illis quæ fama disperserat gavisus est; et in gratiarum actiones Deo pio cor le et ore solutus. Verumtamen sæpe agebat cum eu, Bon nt firmitudinem animi ejus quasi suspectam habens exploraret, sed sicut cam in bono firmam penes se habehat, ita veraciter esse allis comprobaret. Et revera in omni virtutum decore probatus repertus est, eque non modo ab co verum et ab aliis præstanti est affectu dilectus. Unde beati patrui ejus

dum adiit, volens, juxta Salomonem, gradiendo cum A dignitate perpense, tam vitte illins qualitas quam morum probitas est Oswaldo, præter solam ætatem et pontificalem dignitatem, tota pene reperta. Dum igitur vita et mores in eo imitabantor dignitatem pontificis, ratus est beatus Dunstanos ipsam vitam et mores illius jure sublimandos dignitate pontificis. Quam ob rem adito Edgaro, quo rege per il temporis Anglia gloriabatur, venerandum Oswaldum secum adduxit, eumque pro meritis suis ipsi commendatum familiaritati illins induxit. Quid plura? Prædicatur a summo pontifice virtus animi cjus, constantia propositi ejus, integritas morum ejus, et ad hoc rex ipse tanto testimonio credens perducitur ut suo jusso atque judicio cathedram episcopalem apud Wigornam, cui Pater idem præsidero solebat, antistes factus ascendat. Primo tamen requiritur voluntas cleri et populi super re ipsa, et cum ingenti exsultatione et vociferatione fit vox omn'um una. Concrepant, clamant Oswaldum dignissimum tantæ sedis episcopatu, et magna prece doposcunt oum quantocius in ipsum ministerium consecrari. Fit quod clerus et plebs Wigorneusis precatur, ac in summum sacerdotium felix Oswaldus a Patre Dunstano sublimatur, factumque est pia Ilei dispositione ut sicut patruo S. Oswaldi Cautuariæ beatus Dunstanus, ita sancto Dunstano in episcopatu Wigornæ succederet beatus Oswaldus.

Dein aliguanto tempore ibi, ut sux consuctudinis erat, inter monachos degens, ædificationi vitæ illorum diebus ac noctibus intendebat. Et ecce nuntrus quidam a monachis Heliensibus directus adveniens, innotuit unum ex illis de maceria Ecclesiæ præcipitatum subita morte occubuisse. Ad guod Oswaldus vehementi mœrore dejectus (noverat enim hominem non usquequaque vitam duxisse felicem), confestim quod debuit officium ei charitatis impencht. Etenim monachis sub uno vocatis pandit eventum rei, subjungendo preces quibus exhortando perorat quatenus pro anima defuncti Dominum studiosius orent. Parent illi monitis ejus, et pro æterna salute fratris instant vigiliis, instant psalmis, instant lacrymis, pulsantes ad januam misericordiæ mundi Redemptoris. Super hac quoque singulis diebus offertur pro co id quod his omnibus anteccllit, illud scilicet sacrificium laudis quod in ara crucis Filius Dei obtulit Patri suo pro nobis. Quæ dum funt, una noctium pontifici, in oratione Christo apud Eboracam intendenti, defunctus idem visibiliter apparuit; a quo percunctatus quis esset, illum se pro quo et ipse per se et alii per ipsum Deum interpellabant esse respondit. At ille suspirans, Qualiter, C. inquit, frater, tibi fuit vel qualiter nunc est ? Hactenus, ait, valde male, nunc autem valde bene. Tuis quippe meritis et precibus a pænis quibus cruciabar per angelum suum me die hesterna eripuit Deus. Quod et tibi insinuando reni gratias agere, quo adrerteres, licet id optime scias, quam gratiosus pro hoc et aliis jure debeas Deo existere. Ilis dictis, non comparuit. Vir autem Domini, magno gaudio ad ista repletus, benedixit Deum super incfabili misericordia ejus. Facto mane, quid factum sit, quid viderit, quid audierit, suis retulit. Dehinc exsultans et gaudens in Spiritu sancto, pro re quæ contigerat gratias egit Deo Patri per oblationem corporis et sanguinis dilectissimi Filii sui, in quo solo, sicut ipse testatur, bene complacet sibi (Matth. x11, 18). Mandavit etiam D quidam transtulissent, reverenter excepi, atque intra hoc ipsum filiis suis, monachis videlicet Ramesiensibus simul et Wigornensibus ; et quod pro animæ fratris absolutione pio Deo grates exsolverent, monuit et hortatus est. Quod ipsi diligenti studio exsecuti sunt.

Præterea diæcesim suam opportunis temporibus peragrans, quidquid ediscere poterat in moribus suorum oculos summi Dei offendere, paterna castigatione corripere atque corrigere satagebat. Hæe

beatus quondam Wilfridus nobile construxerat templum, in quo ipse mundo sublatus seitur fuisse sepultus. Hoc templum ante tempus beati Oswaldi barbarorum irruptioni patuit ; qui illud magna ex parte dirutum, non ministeriis divinis, sed latibulis ferinis fecerunt accommodum. Hujus templi conseptum vir Dei subintrans, noctu pervigil in orationibus inibi mansit. Illic ergo divina revelatione lustratus, didicit ipso loco sanctorum corpora condita esse : quæ investigans cum nominibus singulorum dubio procul inveniret. Facto mane suos convocat ; quid noctu acceperit, eis enarrat. Ad audita cuncti exsultant. Igitur ad jussum pontificis semirutæ ecclesiæ pavimentum effoditur, promissus thesaurus sancta curiositate investigatur. Sanctorum corpora cum tabula hæc continente reperiuntur : Hic REQUIESCIT SANCTUS WILFREDUS ANTISTES EBORACENSIS, ET REVE-BENDI ABBATES TYLBEBTUS, BOTWINUS; ALBEBTUS, SIGREDUS ATQUE WILDENGUS. Ex his servus Dei omnipotentis gaudens bilarisque effectus, repertas reliquias loco interim apto collocavit. Postmodum vero ad corpus sancti Wilfredi feretro convenienter aptato, illud in eo magna cum reverentia condidit, utpote quem magno Wilfredo, fundatori videlicet. loci ipsius consanguinitate junctum noverat, quem in regimen Leclesiæ Eboracensis, sicut Venerabilis Beda prope fidem llistoriæ gentis Anglorum refert, ei sucressisse sciebat; quemque uti nominis ejus consortem, ita et vitæ morumque hæreden: fuisse acceperat. Corpus (28) siguidem illius majoris Wilfredi, quod semotum ab aliis per se in eminenti loco in ipsa ecclésia tumbam habuerat, quam et epitaphium ut idem Beda in cadem Historia narrat digniter decoraverat, a glorioso Cantuarioram antistite Odone, cujus in initio hujus opusculi paucis meminimus, trauslatum Cantuariam fuerar, quemadmodum ipsemet in prologo Vitæ ipsius Wilfredi, quæ per cum heroico metro composita est, attestatur ita scribens : Igitur venerabilissimas beati coxfessoris Christi Wilfridi reliquias indecenti sentinosæ voraginis situ marcidas, nimia, quod dictu quoque meticulosum est, prælatorum horripilatione neglectas, cum inde favente Deo scilicet a loco sepuleri ejus ambitum metropolitance cui gratia Dei præsideo ecclesiæ collocavi ; præsertim cogente illo evangelistæ testimonio; meo videlicet apologetico, quia ubicunque fuerit corpus, congregabuntur et aquilæ (Luc. xvn, 37). Itaque tantæ tamque Deo dignæ affinitatis delectatus vicinitate, et editiore eas entheca decusare. el excerplis de libro Vila ejus flosculis novo opere pretium duxi carmine venustare. Levatis ergo reliquiis, et convenienter, ut dixi, locatis, aliud ab illo

Juniores non Senioris ab Odone translatum fuisse. De qua controversia vide Malsburiensem De gest. pontif. Augl. f. 153, et tom. I hujus collectionis p. 66. Prologum autem Odonis ab Eadmero citatum superius habes, p. 50.

⁽²⁸⁾ Historiam translationis reliquiarum Wilfridi Senioris Eadmerus fusius narravit in Vita illius, quæ inter Acta Benedictin. exstat, Sæc. III, p. 226. Ex Eadmero Gervasius in Chronico p. 1291. Acriter ccontra contendebant Eboracanse corpus Wilfridi

cuod fecerat primo par omnimodis et æquale beatus A scere opus haberet, loeus quietis, væ misero! is Oswaldus feretrum fabricavit, ipsumque a se consecratum Wigornam destinavit. In cujus consecratione rogatus ad quarumnam reliquiarum conditionem illud apparet, hoc se ad honorem Dei respondit composuisse, et illi cujusnam reliquiæ forent in eo condendæ notissimum esse. Servatum est itaque Wigornæ feretrum idem, ac reliquiæ ipsius admirandi Patris Oswaldi a terra post multos annos levatæ magno cum honore sunt in eo collocatæ.

His ita dictis, cœptæ natrationi insistamus. Diffusa igitur sanctitatis fama sancti Oswaldi eo prodiit ut languoribus variis pressi ei de longinquo id ipsum mandarent, sibi ab illo subventum iri nullo modo diffidentes. Nec fallebantur. Verbi gratia, vir quidam potens regi Edgaro ex ministerio, quo ei deservire solebat, notus erat. Hic valida infirmitate corporis tactus, per nuntium viro Dei se oppido infirmari simpliciter insinuavit. At ille benedicens panem eique transmittens, ut plena fide recuperandæ sanitatis inde comederet jussit. Fecit ille quod præcepit; nec unius horæ spatium prius transit quam se degustato pane melius habuisse percepit. Alio tempore dum idem famulus Dei in multitudine suorum apud Eboracam pransurus consedisset, jamque panem sua sacratissima manu signatum considentibus distribuisset, forte micas decidentes sorex superveniens avido simul et pavido morsu colligere coepit. Qui dam in medium nullo eum deterrente prodisset, succubuit, nec usque progredi valuit. Benedicti etenim panis reliquias l'amelicus vorans, nec quod devoraverat ullatenus evomere gulbat, et suffocatur subito. Remansit itaque mortuus. Quod factum ne suæ laudi quivis ascriberet, exanimem bestiam a conspectibus intuentium abjici vir providentissimus jussit. Denique animadvertit nonnullos inter se inde loqui, et rem ultra quam sibi cordi esset extollendo admirari. Et mihi quidem duo hæc, quæ de pane signato proxime facta retulimus, consideranti nec alienum ab admiratjone esse perpendo, hoc scilicet irrationale animal præcipitasse de vita in mortem, quod animal rationale sublevavit a morte in vitam. Profecto natura panis eadem in illo quæ in isto fuit; et quemadmodum homo pane, sic et sorex alitur pane. Quod igitur D homini vitalis, sorici factus est exitialis; nec substantiam panis, sed meritum respicit sanctissimi Patris; qui ubique et in cunctis parvus et humilis exstans in oculis suis, magnus erat in oculis Dei atque sublimis. Quod inter alia eo probabatur, quia, ne dicam, illi, sed quod minus est, locis quibus per vices insistere solebat, sua Deus protectione et correptione, ne ab indignis occuparentur, intendebat.

Sed forte non credetur iis quæ dicimus, si ea declarans exemplum non subjicimus. Frater quidam erat professione et habitu monachus, nomine Ægelricus. Ilic laxatis balneo membris, cum fessis quie-

primus occurrit, quem venerandus præsul Oswaldus sedere frequentius morem habebat. Non ergo veritus sanctitatem loci, quam fuerat ex assiduitate pontificis nactus, in eo sese dejecit, somno inibi ac dulci quiete velut sibi pollicebatur fruiturus. Et jam quiescentem lenis sopor involvit, sed absque mora eum ab ipsa quiete irruens dæmonum multitudo atrociter evolvit. Astant quippe illi plures teterrimi spiritus, et ab eo districta examinatione perquirunt quænam illius mentem dementia ceperit, quæ sibi ut se in loco tanti pontificis collocaret subripere potuit. Ad quod rationem quam pro sui excusatione proferret nullam habentem invadunt, torquent, laniant, hac et illac trabunt, ab imo sursum rapientes, de sursum ad ima dejicientes. Quid miser ageret? Sciebat ubi erat; nec se tanta angustia involutum vel loco avellere, vel ad subveniendum quemdam poterat interpellare. Tandem tamen violento conatu erupit in vocem, et borrido clamore infremuit. Qui circa erant ex abrupto dormientis sono perterriti accurrunt, vociferantem pulsant, pulsantes excitant, excitatum quid dormiens passus sit diligenter interrogant. At ipse pavens ac pallens, quo casu quid fecerit, quid aut a quibus audierit, quid pertulerit, ex ordine pandit. Ad quorumcunque ergo notitiam istud perlatum est, non soli viro, sed et lis quæ sua inter erant deinceps honorem ac reverentiam per omnia deferebant. De quibus licet plurima scribere fortasse possemus, tamen, ne cui tædio sinus, illa omittimus, intendentes videlicet brevitati qua nos scripturos fore decrevimus.

Itaque ad sacrum ipsius transitum styli officium convertamus, et opus quod paucis huc usque protraximus, suo, sicut Deus concesserit, fini subdamus. Referre etenim qualiter Pater ipse Oswaldus Rameseiam postremo reliquerit, quantis lacrymarum imbribus, præsagis, ut autumo, illum amplius eo non rediturum, a fratribus dimissus sit, forsitan conjectando, quis possit, certe autem rei veritate neminem pronuntio posse. Discedentcm vero non modo monachi, quos illic adunaverat, sed et plebs hinc inde sub uno coacta deducunt, sluguli se illius sanclitati commendantes, sibi ab illo benedici supplici devotione flagilantes. Discessum autem illius sulsecutus est in ipsa ecclesia terribilis fragor; qui tertio intonans audientes nimio pavore concussit, sagaces animos illum non multo post sæculo adimendum et ex hoc plerosque gravi tumultui subden. dos edocuit, præmonuit, præmunivit. Denique nonnulli nosse volentes, unde qui audiebatur sonus prodicrit, e domibus prodeunt, et in Ecclesiam pervenientes, omnia sana, omnia integra, omnia suis in locis solito consistentia mirantes inveniunt. Jam quod aliquibus per visum fuit ostensum, ruinam videlicet duarum turrium factam fuisse, prætermitto ne, si dixero illarum turrium casus beati Oswaldi et præfati ducis Æthelwini præsignasse in (29) mor-

(29) Oswaldus Etbelwino ecclesiam Ramesiensem denuo consecravit anno 991, vi ld. Novembr.; quod

tem occasus, æstimer mili futurorum scientiam, A institutionis debetur Christiauis de hae vita transquam non habeo, ex iis quæ facta scio jure deridendus arrogasse. Illo igitur, ut diximus, prætermisso, nos gloriosum Patrem Oswaldum jam proxime cœlos petiturum descripturos sua prece rogamus idem Pater tueatur et adjuvet.

Ut igitur famulus Christi Oswaldus Rameseiam liquit, Wigornam adiit. Spiritus quippe charitatis, qui in eo circa Wigornenses per gratiam suam semper ferventior erat, ea re illuc eum non injuria creditur adduxisse, quia noverat illum co potiori æternæ vitæ præmio debere remuncrari quo in majori veræ charitatis affectu huic vitæ decedentem contingeret inveniri. Mansit itaque ibi quandiu in corpore mansit, diebus ac noclibus Deo intendens, et iter suum eundi ad Deum toto conamine purum ab B omni obstaculo faciens. Ob quæ labore et insuper senio fessus, languore corripitur gravi, per quem se intellexit alias de ista vita vocari. Aderant sacri Quadragesimæ dies, dies scilicet in quibus diversis modis diluitur quod in aliis anni diebus varia dæmomonum illusione delinquitur sea bono, quod alio tempore exercctur, diligentiori studio invigilatur. In usu habebat idem antistes singulis diebus præter alios, quos quotidie innumeros alebat, duodecim pauperum pedes abluere, deosculando crine ac linteo tergere, manibus aquam fundere, denarios præhere, et ipsis apposita mensa cibum et potum sufficienter ministrare, eosque in Pascha vestibus novis indutos per aliquot dies ipsius festivitatis in curia sua honorifice secum habere. Nulla eum infirmitas corporalis ab istis retardabat, sed quo se corpore sentiebat debiliorem, eo sibi ad serviendum eis ingessit vim validiorem. Et Jam Dei regnum ascendere cupidus, die quodam oratorium, quo continue in Dei servitio tenebatur, cum suis egreditur, et sub acre stans acies oculorum cœlo intentissime fixit, Christum ad quem anhelabat pio corde et ore intentius orans. Nec erecta lumina, nt fit, cito deflexit, sed quasi aliquod novi ac delectabile contemplaretur, ubi ea defixerat diutissime fixa tenebat. Unde præsentes admodum admirari, quid tanto opere intueretur, sciscitati sunt. Quibus ipse ait : Considero quo tendo. Quapropter, filii, sustinete, quæso, quatenus, juxta quod mihi conceditur, prægustem gaudia quæ exspecto. Attamen quod percunctamini, si quid sibi velit nosse vultis, cras vobis et me tacente res ipsa notabit. Salus enim ælerna, pro qua hucusque laboravi in terra, instat, nec ante transibit crastina dies quam me in eam Dominus meus, sicut est pollicitus, introducat. Dixit; et unde fuerat egressus, in oratorium reversus est.

Convocatis deinde fratribus, hortatur eosimpendere sibi ministerium sacræ inunctionis cum viatico Dominici corporis, quod juxta ritum ecclesiasticæ

rx Florentio et monacho Ramesiensi colligitur. Obiit Ethelwinus anno 992, vm Kal. Maii; quod ex cisdem constat. Oswaldus codem anno pridie Kal. Martli defunctus est. In id utrique consentiunt. Flo-

ituris. Quo illi audito in gemitus et lacrymas erumpunt, non illius gloriæ perenni ad quam properabat invidentes, sed cum paternæ pietati qua privabantur pios affectus impendentes, tum suam desolationem quam tanto Patre orbati se passuros non dubitabant amare defientes. Exhibent tamen illi quod petebat; et grandi mœrore consternati, sequentem noctem per multa sæcula, si sieri possit, optabant protelari. In qua nocte ipse Pater, ac si languoris quo tenebatur oblitus, horam nocturnæ vigiliæ præveniens, prout suæ consuetudinis jagiter esse solebat, ecclesiam petit; ibique noctis officium explens, residuam spatií quod diem usque tendebatur divinis laudibus pro more pervigil expendit. Et tali quidem modo nocte illa suis dimensionibus terminata, fratribus illuxit metuenda dies, in qua te, reverende Pater Oswalde, susciperet felix et nullo claudenda termino quies. Hac etenim die percantato psalterio, quod singulis diebus cum floribus inde acceptis decantare solitus erat, unicum redemptionis humanæ sacrificium coram se Deo Patri fecit offerri. Cujus dein participatione refectus, obitum suum, quem instare sciebat, ejus invicta virtute munivit. Ac demum totius diei officio in honorem Dei percelebrato, quasi convaluisset de infirmitate, surrexit; et monachis nequicquam insistentibus ut sure parceret imbecillitati, solito more linteo præcinctus pedes pauperum lavit, et osculans eos crine linteoque detersit. Quibus lotis et quindecim graduum psalmis, quos inter ipsum ministerium psallere semper moris habebat, percantatis, subjunxit Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto. Ad quod cum pauperes el assurrexissent, ac solitas grates exsolvissent, ipse dicendo Spiritui sancto sanctam est resolutus in mortem, emittens spiritum suum ante pauperum pedes in manus Christi, cui in ipsis pauperibus ipse ministrarat. Ipso enim teste, sibi fit, quod uni ex minimis suis fit (Matth. xxv, 40). Transiens itaque a Christo susceptus est, quatenus, juxta verbum illius, illic esset ubi et ille (Joan. xiv, 13). O vere ministerium felix, quod sui exsecutorem sub tanta celeritate regni Dei fecit hæredem ! Et tu, o beatissime Pater, non minus, imo multo excellentius fen lix, qui functus ministerio, ipso eodem momento quo illud fideliter peregisti, in gaudium Domini tui, cui servisti, felici præmio remuneratus felicissimus introisti (Matth. xxv, 21). Illa gloria, qua coronaris, innuit tuis quantum possis sibi prodesse ante Deum, si dignaris. Et quidem, inclyte Pater, felix fuit vita tua, felix fuit et mors tua. Atque utinam sentiant in se alumni tui, quod sit felix memoria tua, sibique salubris atque benefica quam ad te habent humilis devotio sua.

Itaque fratres, Patrem suum jam defunctum co-

rentius autem id feria secunda, Ramesiensis Dominica tertia Quadragesimæ contigisse tradit. Rectius Florentius.

ejulatus emittunt. Inter quos tamen trepidi ac gementes exanime corpus accipiunt, cilicio sternunt, abluunt, sacerdotalibus, uti moris est, vestibus induunt. Perciperes ad hæc pietatis officia, quam pio affectu vivens pastor a suis ovibus diligebatur, cum in exstinctu procederet tantæ charitatis ostensio ut nullus illi putaretur satis honoris detulisse, qui non lacrymantibus oculis manibus ejus ac pedibus devota oscula impressisset. Hinc superpositus feretro, fertur ad ecclesiam beatissimæ Virginis virginum, quam, sicut supra memini, a fundamento ipse construxit. Et ecce dum in sublimi gestaretur, ac præcedentibus iis, qui sonoris concentibus Deo laudes et preces offerebant, subsequente autem populo, qui amissum pastorem una cum monachis miseranda B voce plangebant, apparuit gloria Dei, quæ doctas mentes docuit intelligere meritum mortui. Viderunt etenim, qui convenerant, niveam columbam de superis venientem expansis alis lento volatu protegere corpus antistitis. Igneam quoque sphæram ad scuti teretis instar una cœlo delapsam super seretrum intuebantur. Et admirantes unum et aliud signum, rogant ut qui non adverterent intueantur. Insonat clamor hinc et inde, fitque diruptio vocum laudationis divinæ; laus autem ipsa quo magis dirumpitur, magis augetur; rumpitur in canoris vocibus, augetur in jubilo cordis. Jubilant namque Deo progratia, quam in tanta multitudine monstrare in Patre suo dignatus est; per columbam videlicet ostendens simplicitatem et innocentiam pectoris ejus; per igneam sphæram, fervens studium quo præditus erat in dilectione Dei et proximi animus ejus. Interim yenerabile corpus oratorio infertur, cœptæ protectionis præfati ignis atque columbæ continuatione comitatum. At ipso deposito coram altari, visio quæ apparuit in australem ecclesiæ plagam prope altare divertit, quasi locum designans corporis sepeliendi. Quo facto intuentium oculis cuelum remeans elapsa est.

Fama igitur obitus ejus circumquaque perlabitur, et illo die ac nocte subsequente quibus a sepultura corpus suspenditur, undique parvi ac magni utriusque sexus homines advolant, corumque clamores

0

gnoscentes, accurrunt et complosis manibus lugubres A suspiriis atque lamentis permisti aera compleut. Hos inter acerbior fletus monachos et inopes cruciabat; hos quia pastorem, patrem et advocatum; illos quia se in eo perdidisse adverterant totins vitæ subsidium, spem et consolationem. Fit igitur luctus omnium inæstimabilis, et adunata multitudo innumerabilis. Qua circumstante seseque super invicem comprimente, sepeliuntur sacratissimi præsulis artus in præfata nobilissimæ Virginis æde, loco videlicet divinitus pridem designato. Post hæc annuntiatur depositio ejus his et illis, id est vel quos regendos sub pastorali cura susceperat, vel quos a sæculari conversatione abstractos qualiter Deum in monachico habitu sequerentur instruxerat. Unde ex dulcedine recordationis ejus, cunctis qui intelligebant se fuisse filios ejus indicitur luctus communis. Ubi autem sæpe memoratus Æthelwinus dux rescivit gloriosum Oswaldum huic vitæ modum impo-

suisse, præ nimia angustia cordis infirmitas corporis, quæ illum tunc forte premebat, in tantum convaluit ut post modicum temporis sancto fine quiescens universæ carnis viam intraret, sepultus in ecclesia quam in Rameseia ipse et Pater Oswaldus. de suo fabricarant.

Transit autem venerandus Deoque dilectus antistes Oswaldus ab hac vita ad vitam æternam 11 Kalendarum Martii, Transactis ab episcopatu, quo primo functus erat, triginta vel amplius annis : Conditumque est venerabile corpus illius, uti prædiximus, Wigornæ, in ecclesia glorlosissimæ Dei genitricis et perpetuæ virginis Mariæ. Saue ut gratia Christi designet mortalibus Oswaldum mundo mortuum sibi vivere, qui eum non quasi penitus mortuum requirunt, vere viventis et ante se multum valentis indicia in eo reperiunt. Quod ut evidentibus probemus argumentis, quæ per eum post mortem suam facta et ad nostram notitiam sunt perlata. paucis subnectere rati sumus. Sed ne judicemur de percipiendis indigni, si invenimur de perceptis ingrati, pro iis quibus scribendis animum dedimus, et jam effectum, prout Deus dedit, nacti sumus, sit ipsi omnipotenti Deo, Patri, Filio et Spiritui sancto laus et gratiarum actio per immortalia sæcula sæculorum. Amen.

Explicit Vita beati Oswaldi archiepiscopi et confessoris.

VITA S. DUNSTANI ABCHIEPISCOPI CA NTUARIENSIS. AUCTORE EADMERO MONACHO.

INCIPIT PROLOGUS

Quia Deum in sanctis suis mirabilem prophetica voce laudare jubemur (Psal. LXVII, 36), eum in iis quæ in sancto Dunstano primæ metropolis Anglorum pontifice mirabiliter operari dignatus est, quo

uendæ voluntati obtemperantes, usitato more loquendi styli officio laudare decrevimus, scriptis quæ alio quodam elocutionis genere ipsa gesta commemorant sapientum considerationi relictis. Cui ut licet insipiens acquiescerem, me nonpihil illexerunt cadem scripta, eo quod in quibusdam nonnullis modum usitatæ narrationis excessisse videntur. Adductus etiam in hoc sum quorumdam calumniis, qui frequenter questi sunt et conqueri non desistunt auctorem (30) ipsorum scriptorum vulgatæ rerum historiæ non omnimodis concordasse. Quod non quidem in miraculis, quæ de ipso Patre scripta sunt, ei subrepsisse confitemur. De quibus, verbi gratia, est quod scribit episcopatum Wigornensem, cum ad eum Pater Dunstanus electus et consecratus est, fuisse in honore beatæ matris Dei Mariæ, cum revera fuerit in honorem gloriosi apostolorum principis Petri; et quod refert, secundum Edwardum, martyrem ex sanctimoniali femina natum, cum procul dubio constet eum ex legitima conjuge procreatum; ct alia quædam in hunc modum. Quorum omnium puram veritatem rogatus ab amicis meis tanto studio investigare sollicitus fui ut quaque per Angliam, ubi talium studia vigere sciebam et ipsemet ire non poteram, pro hoc ipso me mittere non pigeret, omnino videlicet detestandum existimans a rerum limite exorbitantia veritatem nosse volentibus dicto vel scripto subministrare. Unde ne quis me quavis arrogantia vel invidia ductum judicet istis scribendis o maaum imposuisse, fateor testimonium mihi perhibente conscientia mea in ipsa veritate, a qua Christianum deviare non licet, quia nisi me humanæ mentis cæcitas fallat, nil in hac parte quæ dixi vitia valuere, sed solus amor veri, quo tantum Patrem et præsentibus et secuturis omni seposita ambiguitate

rumdam simplicium in bono fratrum non contem- A commendare cupiebam. Nec in his meo sensu usus sum, sed firma et cui non credere nefarium esse credebam Patrum auctoritate subnixus, quos mihi quondam attestatos fuisse recordor se res ipsas, juxta quod cas describinus, certo relatu eorum qui optime illas noverant cognovisse. Horum unum Ægelredum scilicet, qui subprioris et cantoris officium in ecclesia Cantuariensi strenuissime per multum temporis administrabat, quique postmodum ob religiosam prudentiam et prudentem religiositatem suam Wigornensi ecclesiæ sub beatæ memoriæ Wulstano episcopo prælatus erat, et multis qui adhue supersunt notissimus fuerat, ne nudis solummodo verbis agere judicer, omissis aliis proponere cordl fuit. Hic Ægelrico Cicestrensi episcopo homini magnarum rerum peritia prædito antehac diu adhæserat, et ab co multa de beato Dunstano, cui pene contemporaneus fuit, didicerat; quæ ille ab iis qui interesse meruerunt se accepisse fatebatur. Sunt super hæc scripta veterum simpliciori stylo digesta et chronicorum abbreviatæ notationes, iisque scribimus attestantes. De lis autom quæ post sacratissimum transitum ejus per eum facta significamus, quædam ex litterarum monumentis, quædam ex propriorum sensuum approbationibus, quædam ex veridicorum virorum allegationibus, qui ea partim visu, partim auditu, partim experimento in seipsis didicerunt, omni remota scrupulositate, cognovimus. Si quis igitur hæc legere dignabitur vel audire, ita, quæso, legat vel audiat ut conscientiæ mcæ simplicitati non deroget. Nam ea non detrahere studiosis, sed parvitati meæ meorumque similium condescendere scientibus atque paratis, pro captu meo descripta esse pronuntio. Non itaque se illis quæ scribimus inaniter occupet, cui quod petimus in mente non sedet.

> ordinato conscripsisse tradit. Hujus enim scripta quamvis incendio Cant. ecclesiæ anno 1070. con-flagraverint, in Anglicum tamen sermonem translata superfuisse idem Osbernus perhibet. Osberni quidem librum Eadmero neque totum fuisse constat. Ipse autem Osbernus omnia antiquiorum de rebus Dunstani gestis scripta perlegerat, cumdemque Tinmuthensis passim describere solet in Historia sua ms. lib. xxı, in qua prolixam satis Dunstani Vitam dedit.

Explicit prologus.

INCIPIT VITA.

glorum prosapia originem ducens, eo nobilius in hujus mundi latitudirem prodiit quo sub materni sinus ipso adhuc angustia clauso divino miraculo designatum est præclarum mundo per eum lumen oriturum. Cum etenim mater ejus eo gravida spe proba futuræ lætaretur, dies Purificationis beatæ Ma-

Beatus ergo Dunstanus, ex nobilissima gentis An- D tris Dei festivus illuxit. Multitudo igitur utriusque sexus hominum pro excellentia tantæ festivitatis circumquaque coacta fluxit ad ecclesiam, quæ antiquitus Glastoniæ de lignis ædificata in honorem erat ejusdem Dei Genitricis consecrata. In qua multitudine multos nobilitate dignitateque præcellens pater sancti Dunstani, Herstanus nomine, cum Chyne-

⁽³⁰⁾ Auctor is Vitæ Dunstani, cujus errores Eadmerus perstringit, nec Bridferthus fuit nec Osbernus. Ille enim neque de ecclesia Wigorniensi beatæ Virgini dicata, nec de Edwardi regis matre mentionem intulit. Iste quidem ecclesiam Wigorniensem B. Virgini sacratam fuisse refert; de Edwardi autem - matre nil habet. Alium igitur ab Eadmero subinnui auctorem puto; quem Osbernus in præfatione sua res gestas Dunstani stylo festivo pariter et bene

dritha matre ejus ad Dei servitium properabat, ambo A cereos quos pro ritu ipsius diei Deo offerrent defereutes. Jam missæ officium celebrari cœperat, ctc.

(Prosequitur IInstoriam Eadmerus stylo uberi. Res gestas eodem, quo Osbernus (31), narrat ordine; eadem codemque loco refert miracula, stylo tamen longe alio. Simplicem et historieum Eadmerus adhibet, Osbernus mogis affectatum et quasi declamatorium. Ex rerum et ordinis convenientia conjici poterit utrumque Dunstani gesta ex eodem fonie, Anglica sciticet Historia, potissimum hansisse. Ne inutili igitur repetitione lectorem gravemus, Eadmeri omnia prætermittenda duximus, nisi quæ aliorum narrationes aut corrigant aut egregie illustrent, præfati solummodo notas in margine codicis antiquitus appositas Edredi regis obitum anno 955, Edwii 958, reponere.)

Exin defuncto episcopo Lundoniensi, quæsitum quis in episcopatum digne succedere posset. Et cam B est in summum Ecclesiæ Dorobernensis pontificatum in hoc aliquantum temporis expenderetur, nec persona decens et idonea reperiretur, tandem electio omnium super Dunstanum versa est, et ipse pontificatum prædictæ Ecclesiæ suscipere communi cunctorum acclamatione coactus est. Utraque igitur Ecclesia, Wigornensis videlicet et Lundoniensis, co præsule gloriabatur, quandoquidem summa necessitate compulsus utriusque pontifex per nonnullum temporis spatium erat, utrique sollicitudinis suæ curam impendens, utramque intus et extra sua defensione contra omnes æmulos muniens, in utraque officium pontificale opportuno tempore sedulus exsequens. En visio, quam supra descripsimus, in gladíis apostolorum partim impleta est, cum in episcopatu Lundoniensi, qui ex nomine beatissimi apostoli C Dunstanus acclamatione quasi voce vero divina con-Pauli celebris habetur, Dunstanus contirmatus est. Profecto namque gladium ipsius apostoli ipsi Ecclesiæ prælatus accepit, quia verbum Dei morem illius secutus subditorum cordibus excellenter infudit, et potestate, qua ille in virtute Domini Christi georiatus est, ipse ad terrendos impios, ad demulcendum pios circumquaque usus est. Quod et in Ecclesia Wigornensi strenuus egit, quam in gladio beati Petri regendam suscepit. Siquidem episcopatus idem per id temporis in honorem ipsius gloriosi apostoli fundatus habebatur. Sed Oswaldus, vir sanctus et religiosus, quem in regimen ipsius Ecclesiæ beatus Dunstanus antistes Cantuariensis effectus sibi succedere fecit, quia clericos ibi degentes nec a pravitate sua convertere, nec inde eo, quod nobiles D juxta sæculum atque potentes erant, quibat eliminare, construxit pene contiguam ipsi ecclesiæ ecclesiam beatæ Dei genitrici Mariæ, in qua ipse cum monachis, quos se proposuerat adunaturum, Christo serviret. Quod et factum est. Religio itaque monachorum contemptum clericis peperit, et vulgi conventum ab eis alienatum sihi assiduum fecit. Quid plura ? Numerus clericorum passim minuitur, monachorum conventus in dies augetur. Quidam insuper ex ipsis clericis conversi numero illorum additi sunt. Hoc modo sedes pontificalis mutata est in ecelesiam Beatæ Mariæ semper Virginis.

(31) Vide Patrologia tom. CXXXVII, col. 407, in S. Dunstano.

Memorato Odone archiepiscopo Cantuariorum ad perennis vitæ gaudia translato, immensum omnibus Anglorum Ecclesiis luctum suus transitus intulit, et innumeros populos acerbo mærore percussit. Postulatus Dunstanus Odoni in patriarchatum sedis Anglorum succedere abnegat, suscepti regiminis onus satis grave sibi ad portandum, nedum majus superaddatur, csse protestans. Unde Ælflinus Wentanæ urbis antistes per regui principes, quorum alios re præsentium, alios spe munerum futurorum ad hoc sibi fautores effecerat, archiepiscopatum rege annuente obtinuit. Qui post aliquot adeptæ dignitatis dies Romam pro archiepiscopatus stola petens, in Alpibus nimia frigoris asperitate correptus ultimum flatum ibidem emisit. Post quem substitutus Birhtelmus Dorsatensis populi præsul, vir totus ex mansuetudine, humilitate et modestia factus. Verum ubi compertum est nihil in corrigendis vitiis, nihil in exercendis ecclesiasticis disciplinis, nihil denique virtutis seu constantiæ in eo esse ad tuendos bonos vel coercendos malos, ad Ecclesiam suam jussus rediit. Et ita sedes Cantuariensis a pontifice aliquantis diebus vacua sedit.

Itaque unanimis omnium electio Dunstanum inclamitat, illum solum se nosse vociferans, quem tanta sedes dignum valeret habere rectorem, præsertim cum a primævo ætatis flore vitæ sanctitas, morum gravitas, et cui nemo contrairet eum perlustraverit invicta, constans et sequenda auctoritas. Hac ergo strictus primatem totius Britanniæ sedem regendam suscepit, et eam immensa omnium adjacentium Ecclesiarum ae populorum exsultatione et gloria deductus ascendit. Post hæc temporis opportunitate accepta beatissimorum apostolorum Petri et Pauli limina petiit, et eum summæ sedis pontifex magno sinceræ dilectionis affectu illo venientem excepit, secumque postea familiarius agens, et agendo templum sancti Spiritus esse indubitanter agnoscens, magnifice illum honoravit, ac stola sui apostolatus, pro qua venerat, decentissime decoravit. Sicque delegata ei legatione apostolicæ sedis genti Anglorum pastorem ac salutis eorum provisorem destinavit. Itaque vir Dei Roma reversus, et in patriarchatum primæ sedis Britanniarum receptus, in ipsum mundi principem quasi gigas surrexit, et armaturam verbi Dei c a dextris et a sinistris > (11 Cor. ¥1, 7) constanti virtute in eum vibrare, et membra ejus circumquaque debellare, prosternere cœpit et enervare.

Inter hæc visionem, quam sibi in oblatione apostolicæ armaturæ dudum apparuisse descripsimus, mente revolvens, et cam jam in administratione regiminis duarum Ecclesiarum, Wigornensis videlicet et Lundoniensis, firme impletam conspiciens, dicendum existimo per quid archiepiscopatus Cantuariensis, qui hos dignitate præcedit et in quo ipet.

excellentius sedit, ei præsignatus sit. Nimirum per A cujus momenti reputans, ad hoc solum se totum verbum Dei, quod scriptum suscepit in gladio beatissimi Petri, secundum quod illud rex Edredus exposuit, quando ei visionem ipsam ipse Dunstanus. ut prædiximus, retulit. Sicque gladius Petri ecclesiam Petri, et verbum Dei ecclesiam Verbi Dei quæ Cantuariæ sita est, significavit. Exin videtur rationis dicere quid gladius beati Andreæ cum cæteris oblatus prætenderit, quandoquidem ipse in nulla ecclesia quæ sub nomine ipsius apostoli consecrata sit, sicut in prædictis tribus ecclesiis sederit. Quod quidem, quantum attinet ad nos Anglos, quibus quid hoc sit luce clarius patet, superfluum reor dicto commemorare vel scripto. Propter externos tamen, si forte aliguando aliguo casu ista inter eos ceciderint, breviter dico illum merito cum gladio Petri B verbo Dei inscripto gladium suscepisse Andreæ. Nam qui Ecclesiæ Cantuariensi per pontificatum præsidet, Rofensi ecclesiæ quæ sub patrocinio beati Andreæ subsistit per cpiscopi institutionem, per horum et horum intus et extra cum res exigit dispositionem, utpote suo dominio præsidet.

Quis igitur in cunctis quæ religioni competunt Dunstanus fuerit, videlicet cujus virtutis ad omnes omnium personarum injustitias deprimendas, ad bona quæque opera sovenda et munienda exstiterit, usque hodie tota Anglia canit, nec opus esse arbitror ut me in illis scribendis fatiget grandis labor. Nonnulla tamen, quæ ab illis qui ex ejus tempore usque ad nos per successus ætatum fluxere accepimus, compendioso relatu subjiciam, quatenus inde percipiatur veritas verborum quæ proposuimus. Comes quidam præpotens cognatam suam illicito sibi matrimonio copulaverat; et a Dunstano semel. socundo et tertio redargutus, incestum suum divortio explare nolebat. Quapropter gladio Spiritus sancti a viro Dei percussus, a liminibus est sanctæ Ecclesize separatus. Qui typo attactus superbize regem adit, Dunstanum immoderatæ et impiæ severitatis accusat, regia sanctione se ab ejus tyrannide liberum constitui querelosa voce precatur et obsecrat. Cujus verbis rex acquiescens, Dunstano mandat ut hominem cum ea quam duxerat in pace manere sinat, et a quibus suspenderat liminibus sacris ipsum restituat. Miratur ille ad audita, et dolet reli- n giosum regem per mendacem hominis linguam ante rei inquisitionem et examinationem esse seductum. Ponit tamen hominem ad rationem, et tam pro commisso crimine quam et propter injustam sui criminationem apud principem terræ factam paulo durius increpat, cupions eo modo ad pœnitentiam et correctionem cor illius emollire. At ubi vidit ipsum non solum verbis suis non consentire, sed insuper contumaci spiritu contra se furere minarique, supra id quod eum ab ingressu domus Dei suspenderat, ut dixi, omnom ei communionem adelium donec a sua pravitate discederet interdixit. Tunc ille, scipso deterior effectus, immani est furore correptus, et nibil eorum quæ possidebat ali-

studebat impendere ut Dunstano excitaret scandalum, et Christianæ legis jugum, quo a sua libidime coercebatur, sibi faceret alienum. Legatos itaque suos Romam destinat, et talibus assueta quorumdam Romanorum corda et ora in suam causam largo munere largiori sponsione permutat. Quid deinde? Præsul apostolicæ sedis Dunstano peccatori homini condescendere verbis ac litteris mandat, et cum Ecclesiæ gremio integre conciliare monet, hortatur. imperat. Ad quæ Dunstanus ita respondit : « Equidem cum illum de quo agitur sui delicti pænitudinem gerere videro, præceptis domini papæ libens parebo. Sed ut ipse in peccato suo jaceat, et immunis ab Ecclesiastica disciplina nobis insultet et exinde gaudeat, nolit Deus. Avertat etiam Deus a me ut ego causa alicujus mortalis hominis vel pro redemptione capitis mei postponam legem quam servandam statuit in sua Ecclesia idem Dominus meus Christus Filius Dei! > Hæc sibi relata ilte audiens, et Danstanum ab iis quæ certo diceret inflexibilem esse certissime sciens, excommunicationis suæ pæna cum hominum pudore constrictus, tum timore periculorum quæ talibus ponnunquam accídere solent perterritus, obstinaciam suz mentis deposuit, et, abdicato illicito conjugio, pœnitentia siti cultum imposuit. Dunstano namque generale totius regui concilium de observantia Christianitatis celebrante, ipse suimet oblitus, nudis pedibus, laneis indumentis corpus amictus, virgas manu ferens, concilio sese medium ingessit, et ante pedes Dunstani gemebundus et ejulans corruit. Quo viso moti sunt omnes qui aderant ad pietatem, et ipse Pater omnium majori præ cæteris pietate motus est. In vultu tamen servato disciplinæ rigore, utpote hominem pleniter Deo reconciliare desiderans, lacrymas ejus ad horam severus sustinuit, ac demum a toto concilio postulatus, lacrymans et ipse culpam indulsit. Itaque ab excommunicationis vinculo absolutum communioni fidelium gaudentibus cunctis eum restituit.

Alio tempore monetarii tres, qui in potestate viri erant, cum falsa moneta capti ad subeundam pænam hujasmodi hominibus per totum regnum promulgatam sunt judicati. Quæ res Dunstano abscondi non potuit. Die ergo Pentecostes idem Pater missarum solemnia celebraturus percunctatur utrum Del populo statuta justitia de ipsis monetariis facta fuerit an non? Respondetur eam ob reverentiam tanti diei in alium diem esse dilatam. e Nequaquam, inquit, ita fiet. Monetarii nempe, qui falsos ex industria denarios faciunt, fures sunt, et corum furto nullum nocentius esse cognosco. Nam in falsa moneta quam faciunt totam terram spoliant, seducunt, perturbant. Ipsi divites, ipsi mediocres, ipsi pauperes in commune læduat: et omnes, quantum sua interest, aut in opprobriam, aut in egestatem, aut in nihilum redigunt. Quapropter noveritis quia ego hodie ad sacrificandum

Deo non accedam, nisi primo illi qui deprehensi A sunt, cam quam in seductione totius populi promeruerunt subjerint pænam. Si enim in ultione tanti mali cum negotium me respiciat Deum placare supersedeo, quomodo illum de manibus meis sacrificium suscepturum sperare queo ? Sed hæc licet crudelitati possint ascribi, Deo tamen patet intentio mea. Lacrymæ, gemitus atque suspiria viduarum ac pupillorum, clamor quoque vulgi totius mihi incumbit, et correctionem hujus mali deposcit. Quorum afflictionem si, quantum in me est mitigare non intendo, et Deum qui gemitibus corum compatitur nimis offendo, et alios ad idem malum exercendum promptiores et audaciores facio. > Dixerat, et pro pœna illorum qui manus erant perdituri pietate motus, lacrymis manat, ut satis esset videre de quo B fonte procedebat edictum quod nonnullis videbatur crudele. Ubi vero audivit præstitutam justitiam factam, surrexit, ac lota facie ad oratorium exhilarato vultu abiens ait : « Quia Deum obediendo statutis justitiæ legibus audivi hodie, confido quod et ipse per misericordiam stam sacrificium de manu mea suscipiet bodie. > Cujus confidentise effectu privatus non est. Eo quippe inter sacrosancta missarum solemnia sacras monus extendente, et Deum Patrem omnipotentem ut Ecclesiam suam catholicam « pacificare, custodire, adunare et regere dignaretur toto orbe terrarum interpellante, nivea columba multis intuentibus de cuelo descendit, et donec sacrificium consumptum esset, super caput ejus expansis et quasi immotis alis sub silentio C mansit. Inter hæc quid animi gereret servus Dei? Que amore, qua dulcedine, quo desiderio putas in Deo pascebatur, qui ex præsenti gratia Dei tali visitatione fovebatur? Consumpto sacrificio, columba eadem in australem altaris partem declinavit, et super tumbam beati Odonis, cujus supra mentionem fecimus, se reelinavit, alis suis illam hinc inde complexans, et quasi rostro deosculans. Quod beatus Dunstanus intuens, et exinde meritum jacentis appendens, in tauta cum deinceps reverentia haboit ut quoties coram sepulcro illins translbat. genua flecteret. Cognomine quoque Boni in materna lingua post hæc eum semper nominare consuevit, videlicet Odo Segede, quod Latine sonat Odo Bonus. Quo cognomine ex eo tempore usque ad hanc nostram ætatem solet ab Anglis, maxime tamen a Cantuaritis, nuncupari. Percantata missa, Dunstanus ab altari digreditur. Ministris autem ejus pro signo, quod acciderat, his et illis innuentibus, et alios ex fratribus ministerio pontificis affuturos suspicantibus, ipsi se in diversa toilunt, ac virum adhuc immensis ex præsentia gratiæ Dei lacrymarum imbribus madentem solum relinguant. Et ecce dum casulam, qua inter sacra vestiebatur, deponeret, nec ullus adesset qui cam susciperet, disponente Deo suspensa pependit in aere, ne cadens in terram servam Dei a sua turbaret intentioae.

Per id ferme temporis rogatus a quodam viro nobili et religioso, dedicavit ei ecclesiam, guam ipse in suo fundo contruxerat. Ubi ad ministerium aqua deficiente, et ob hoc hominem nonnulla mæstitudine corripiente, famulus Dei præmisa prece terram baculo percussit, illicoque fons limpidissimus erumpens omnes qui præsentes erant non modicum lælificavit. Qui fons usque hodie manans Dunstani nomen et meritum celebre facit. Idem Pater, a Cantuaria in remotiores villas suas opportunis spatiis hospitia sua disponens, apud Magaveldam, sicut et in aliis hospitiorum suorum locis, ligneam ecclesiam fabri- ... cavit. Quam ipsemet dedlcans, dum ex more circumiret et eam ad æquinoctialem solis ortum minime versam perciperet, fertur quod transiens humero sno illam aliquantulum pressit, moxque mutatam a proprio statu in medium orientis tramitem pro voto convertit. Quod ipsnm facile potuisse efficere nemo ambigit, nisi qui verbis Domini Christi, quibus fidem sicat granum sinapis babentibus promittit quod etiam montem dicto transferant (Luc. xvii, 6), incredulus existit. Inter hujusmodi opera Dunstanus Deum semper in mente habere, Deo quidquid boni faciebat non sibi ascribere, magnum humilitatis, minimum elationis cor per omnia et in omnibus possi-Aere.

Cum autem a sæcularium negotiorum occupationibus ei quies arridebat, modo contemplationi divinæ et orationibus incumbebat, modo sacrarum Scripturarum lectioni et earum expositionibus intendebat, modo fratrum exhortationi seu librorum emendationi sedulus operam impendebat. In compunctione vero lacrymarum tanta gratia præditus erat ut quoties eum sacris altaribus sisti vel aliquo officio pontificali fungi conspiceres, Spiritus sancti fervore mentem ejus accendi, et quæ ille exterius administrabat ipsum interlus operari per índices ex oculis illius decurrentes lacrymas non dubitare. Hæc inter sibl et successoribus suis competentia tam infra muroa urbis quam et in quibusque villis ad archiepiscopatum pertinentibus ædificia constitui, vel constituta, si qua ex parte diruta essent, renovari faciebat, se scilicet in istis non modo sibi, sed et multorum ut.litati natum vivereque perpendens. Præterea cunctarum Ecclesiarum totius Britanniæ adjacentiumque insularum sollicitudinem strenuus gerebat, earum causas, quæ ad eum sicut ad primatem et patriarcham quotie ferebantur, disponebat. Et quia vigilanti studio Domino Christo per omnia famulabatur, sæpe supernorum civium gandiis atque concentibus, ad quos anxie suspirabat, miscebatur, aliquando corpore vigilans, aliquando sancto sopore quiescens, Quodque fortassis non minus stupeas, per visum quædam a beatis spiritibus didici quæ ipse postea in servitio Dei canenda suos edocuit.

(Sequitur Historia visionis de matre sua cuidam regi potentissimo desponsata ; quam habes in Osberno.)

Alio quodam tempore rex in die Dominica mane

783 ·

erat, missam suam donec rediret, differre petivit. Appropinquante igitur hora tertia, vir Dei ad ecclesiam procedit, et indutus sacris vestibus, regem, sicut, ei promiserat, exspectabat. Stabat ergo cubitis innixus altari, orationi ac lacrymis deditus. Tum subito sopore leniter pressus, in cœlum rapitur, et beatis angelorum agminibus associatus, audit cos summæ Trinitati in laudem modulatis vocibus decantantes atque dicentes Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison. Quorum melodiam cœlestium contemplatur edoctus, ad se reversus est. Et conversus ad suos interrogat Rexne venerit, an non. At ubi eum nondum venisse accepil, ad suas preces sese convertit. Factoque non grandi intervallo, iterum extra se ductus audivit in coelis altisona voce dici : Ite, B incutiebat, ut ab eo fugere quam ad eum accedere missa est. Ad quod cum Deo gratias responderetur, accurrentes clerici regis regem adesse vociferantur, sacerdotem utfestinantius Missam celebret obsecrant. At ille versus ab altari, Missam se habere pronuntiat et aliam se ea die celebraturum abnegat. Depositisque vestibus sacris, a suis de re inquipitur; quod latebat aperitur. Ex hoc itaque sumpto sermone regen in diebus Dominicis deinceps a venatu prohibuit. Kyrie, eleison, vero quod in coelestibus didicit, suos docuit, idque multis in locis hodie sancta Ecclesia inter missarum solemnia canit.

Moris erat viro loca sancta, quando Cantuarize morabatur, uno tantum fideli socio comitatus noctu peragrare, et se inibi per compunctionem et contritionem cordis Deo mactare. Quadam igitur vice ad C monasterium beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, in quo beatus Augustinus et alii nonnulli de Patribus Ecclesiæ Christi Cantuarionsis tumulati sunt, ex moro circa mediæ noctis silentia perrexit. ibique Deo se diutius in oratione prostravit. Egressus vero ad oratorium beatæ Dei genitricis et perpetuze Virginis Marize, quod in orientali ipsius monasterii parte situm fuerat, eadem facturus divertit. Cui appropinquans, audivit intus voces psallentium alque dicentium : Gaudent in cœlis animæ sanctorum qui Christi vestigia sunt secuti, et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo gaudebunt in aternum. Ad hæc ille stupefactus, astitit ostio, ac per rimas illius introspiciens (erat enim n obseratum), intuetur oratorium totum immensa luce splendere, et quemdam cuneum candidatarum personarum ipsam antiphonam lætis concentibus resonare. Alio item tempore præfata pastorum ecclesiæ limina simili hora pari voto reguirens, ubi inde discessit, memoratam sacratissimæ Virginis ædem preces illic Deo fusurus adire cœpit. Ecce autem ipsa beatissima virginum Virgo, comitata numeroso virginum choro, venienti viro occurrit, et summo cum honore susceptum ad suam ecclesiam quo tendebat ducere cœpit, præcinentibus duabus de choro puellis illud Sedulii carmen itaque dicentibus :

Cantemus, sociæ, Domino, cantemus honorem. Dulcis amor Christi personet ore pio.

venatum ivit, et Dunstanum, qui tune forte secum & Quos versus chorus virginum resumendo percantans, prædictæ binæ cantrices binos qui sequantar in ordine versus prosecutæ sunt :

Primus ad ima ruit magna de luce superbus.

Sic homo cum tumuit, primus ad ima ruit.

Sicque donec vir Dei perductus in oratorium esset, virgineus chorus primas et virgines binze binos, juxta quod series hymni sese habet, versus modulatæ sunt. Propter hæc et horum similia facta insignis Pater Dunstanus quanti honoris, quantæ reverentiæ, quanta ve magnificentiæ apud omnes bonos exstiterit, æstimo, quod qui talia Dei dona amplecti novit, ex magna parte et me silente videbit. At iis qui potius in malitia quam in bonitate vitam agere satagebant, horrorem atque terrorem vultus ejus mallent. Omnes vero, qui perversa acta sua deserere et ad recta opera cupiebant transmigrare, vera pietate ac misericordia visceribus eum redundare sentiebant, et ultra humanam æstimationem consilium simul et auxilium suz salutis in eo reperiebant. A remotis itaque terrarum partibus ad eum passim currebatur, et quo illum præemicere notum erat, Spiritus sancti consilium ab ipso petchatur.

Si ad ista diaboli odium et invidia szeviebat, nulli mirandum. Sed quia se in perturbatione viri nibil posse, nisi quod verecundiam sui et ejus gioriam magnificaret, jam certo sciebat, ab ea qua illum sæpe fatigare solebat, impugnatione sese colibuit. Verum ut eum redderet conturbatum, Eadgaro regi, quem multum pro sua reverentia diligebat, laqueum gemebundæ deceptionis tetendit, et irretitum gravis peccati nævo involvit. Quadam enim vice idem rex in monasterium virginum, quod Wiltuniæ situm habetur, venit; ibique captus specie cujusdam puellæ, que de nobilibus Anglorum nata inter sanctimoniales non velata nutriehatur, custodiebatur, eam suo colloquio adduci secretius jussit. Illa cum duceretur, timens pudori suo, raptum ab una sanctimonialium capiti suo velum imposuit, eo modo se protegi sperans, si forte rex quid inbonesti a se exigere vellet. Quam ipse velatam intuens, (quam subito, inquit, sauctimonialis effecta es.) Arreptumque velum detraxit capiti ejus, illa conatu quo poterat frustra obnitente. Abusus siquidem ca est, et gravi scandalo quique per Angliam religiosi ex hoc mente vulnerati sunt. Quod scandalum co vehementius fuit quo rex idem legitimam uxorem habebat Ælfledam videlicet, cognomine Candidam, Ordinæri præpotentis orientalium Anglorum ducis filiam, de qua et sanctum Eadwardum genuerat. Ubi vero res Dunstano innotuit, etc.

(Sequitur de correptione Dunstani et pænitentis regis; de quibus vide Osbernum.)

Ordo elericalis ea tempestate plurimum erat corruptus, et canonici cum presbyteris plebium voluptatibus carnis plus æquo inserviebant. Quod malum Dunstanus corrigere cupiens, fretus auctoritate Joannis apostolicæ sedis antistitis, apud regem

obtinuit quatenus canonici, qui caste vivere nollent, A domus affixa audientibus cunctis dixit : Non fiet, Ecclesiis quas tenebant depellerentur, et monachi loco eorum intromitterentur. Præsidebat ea tempestate Wentanæ Ecclesiæ præsul Athelwoldus, vir eximiæ sanctitatis, et educatione Patris Dunstani nou parum insignis. Hic præscita de canonicis Ecclesiæ suæ, qui nimium sæculares existebant, voluntate Dunstani, monuit eos semel et sæpius mores et actus mutare, correctioris vitæ semitas, relictis feminis, arripere. At illi impræsentiarum quidem id sibi possibile esse negantes, voce corvina semper in crastinum correctionem sui pollicebantur. Quod ipse gnarus non diu sustinuit. Paratis nempe quamplurimis monachorum cucullis die quo communio Servite Domino in timore cantabatur, chorum intravit, vestes quas paraverat secum deferri faciens. Et projectis B illis in medium, canonicis ait : « Animadvertistis quid modo cantaveritis? Animadvertimus, inquiunt. lgitur, inquit, si servire Domino in timore et ei vultis exsultare cum tremore, apprehendite disciplinam, vestem videlicet monachilem, ne percatis, sicut cantastis, de via justa (Psal. 11, 11, 12). > Ad guod illi stupefacti, more solito inducias petunt, id se facturos in futuro promittunt. Tunc ille : « Mihi credite, amplius non credam huic vestræ sponsioni corvinæ. sed aut disciplinam in præsenti apprchendetis, aut loci istius beneficiis et conversationi hinc eliminati jamjamque cedetis. > Itaque nonnulli ex illis statim abjecto clericali habitu monachi facti sunt, cæteris, juxta verba pontificis, de Ecclesia eliminatis. Cæterum quia isti qui ita noviter fuere conversi, regularis ^C disciplinæ normam sine aliorum magisterio docte servare nequibant, monachi de Abendonia ab eodem pontifice adducti sunt, qui monasticæ institutionis tramitem ibi docerent. Clerici vero, qui ejecti sunt, citato gressu regem adeunt, judicium atque justitiam sibi de expulsione sui fieri postulant. Refertar megotium ad audientiam Dunstani, et ipse cos æqua postulare pronuntiat. Igitur ex præcepto regis et archiepiscopi coit Wintoniam nobilitas regni totius, et rex cum sua conjuge adest, ad determinandum querelas negotii hujus. Surgunt hinc inde lites; quas Dunstanus propositis rationibus destruit omnes. Rationabiliter quippe cunctis ostendit clericos, qui a sorte Dei incorrigibiliter per pravitatem vitæ suæ DAthelwoldo Wintoniensi, quorum supra meminimus, dissiliunt, nil per rectitudinem sibi vindicare posse ex iis quæ Ecclesiis datæ sunt ad subsidium eorum qui in clericatu pura conversatione sese custodiunt. Quibus auditis, omissa omni controversia, rex et de principibus plures clericorum precibus ad pietatem usque permoti Danstanum interpellant; quatenus hac sola vice parcat, et clericos, jam quid amodo si se non correxerint incursuri sint reipsa edoctos, de Ecclesia sua revestiat. Silet ille ad ista, quidquid potissimum de negotio sit agendum, demisso capite mente pertractat. Silentium ingens occupat omnes, et suspensi ad responsum pontificis erigunt aures. Tunc subito crucifixi Dei imago signo crucis in edito

non fiet. Judicastis bene, mutaretis non bene. Tremefacto in his simul universo conventu, intulit Pater Dunstanus et ait : « Quid amplius vultis, fratres mei? Divina sententia definitum audistis negotium præsens. > Aiunt : « Audivimus vere. > Resederunt igitur monachi Winteniæ deinceps securi, et, quoad clerici ipsi vixerunt, qui eos super causa ista inquietaret nemo fuit.

Illis autem huic vitæ subtractis (32), fili eorum; cupientes recuperare que perdiderant in parentibus suis, Scotiam miserunt, et inde quemdam prægrandis, ut fama ferebat, eloquentiæ virum, Bernelmum nomine, magno conductum pretio in tuitionem suæ causæ contra Dunstanum adduxerunt. Conglobati ergo sub uno clericorum filii regem atque Dunstanum apud villam quæ dicitur Kalne in quodam cœnaculo consistentes reperiunt, et armati rhetore illo qui suæ victoriæ spes maxima erat, antiquæ calumniæ coram eis jurgia promunt. Ad quæ Dunstanus his verbis brevi respondit : « Calumniam istam, quam movetis, divino ore jam olim definitam novimns; nec cam novo conflictu amplius in medium revocandam existimamus. Ego quoque grandævus sum, et vitæ meæ residuum quod pauci temporis csse non nescio, in pace, si licuerit, transigere cupio. Laboravi, dum potui. Amodo totius laboris impatiens, Domino Deo causam Ecclesiæ suæ contra insurgentes hostes tuendam committo. > Dixit; et ecce solarium sub pedibus corum qui adversus virum convenerant e vestigio cecidit, omnesque pariter præcipitatos in suo casa non modicum læsit. Ubi vero Dunstanus cum suis consistebat, nulla ruina domus, nullus emerserat casus. Hoc igitur modo calumnia clericorum est sopita, et usque kodie monachorum conversatio in ipsa ecclesia stabilita. Ejecti nihilominus per id temporis et alii quamplures clerici horum similes de suis ecclesiis sunt, et monachi in locum ipsorum substituti. Aucta-est igitur religio per Angliam in tantum ut quadraginta octo monasteria monachis vel sanctimonialibus instituerentur, cooperantibus beato Dunstano in hoc viris vonerabilibus, Oswaldo videlicet, qui primo Wigorneusis, postea fuit episcopus Eboracensis, et Vitam itaque beati Dunstani et actus formidabant omnes qui incedere volebant juxta vias adinventionum suarum (Psal. LXXX, 13).

Inter hæc sopito negotio, quod regem Eadgarum, ne regio more coronaretur, detinuerat, Dunstanus adunatis episcopis, abhatibus et cæteris principibus cum tota regni ingenuitate, coram iis astante immunera populorum multitudine imposuit illi coronaui regni, gaudentibus cunctis et jubilantibus Deo in voce laudis et exsultationis. Ipso autem post biennium, quo bæc facta sunt, immatura morte prævento, Eadwardo filio suo totum regnum hæreditario jure reliquit. Qui Edwardus, cum in regem conse-

(32) Imo vix septennium, certe non decennium, conciliis Wintoniensi et Calnensi intercessit

797

traire ne rex fleret nisi sunt, cum quia morum illius severitatem, qua in suorum excessus acriter sævire consueverat, suspectam habebant, tum quia matrem ejus, licet legaliter nuptam, in regnum tamen non magis quam patrem ejus, dum eum genu't sacratam fuisse sciebant. Sed Dunstanus discretione et industria confisus adolescentis, unum non motuens, et observato paternæ hæreditatis et teslamenti jure aliud contemnens, arrepto sanctæ crucis vexillo medius constitut, et per rationem cunctis quæ objiciebantur elisis, Edwardum regem constituit, et constituto paternum affectum, consilium et auxilium in omni negotio, dum vixit, exhibere curavit. Rex quoque ita mores suos in omnibus et per omnia componebat, ita totum regnum sauctis legibus dispo- B nebat ut et actus ejus Deo placerent, et, eo quod in suscipiendo regno ei contradizerant, quique sibimet ipsis displicement. Sed illo post aliquot annos per fraudem novercæ suæ interfecto, Æthelredus filius ipsius malæ mulieris in regnum substitutus est, matris ignominia magis quam Edgari patris sui solertla præditus. Cujus provectio non usquequaque sedit Dunstano. Ideo tamen quod proximus regni hæres existebat, complevit ei jus regium, sciens se inoffensis legibus terræ atque principibus id non posse transferre in quemquam alium. Attamen illum solio regali potitum severo quodam verborum tonitruo, quia per sanguinem fratris regnum oblinuerat, increpavit; et quod in sanguine victurus, C ac posteri illius, crudeli barbarorum incursu devastandi, tota etiam terra per plurima sæcula sævo illorum dominatu foret depopulanda, prædixit. Quæ licet se vivente eventura negarit, eventura tamen omnimodo esse nimis veraci, ut in Chronicis legimus et hodie videmus, prophetia asseruit. Accelerabit, cum sibi placuerit, omnipotens Deus, quam subsecuturam promisit liberationem per tanti vatis sui merita et intercessionem. Et quidem illum spiritu prophetiæ claruisse non tantum hinc, sed et ex

erari deberst, nonnulli de principibus terre con- A nonnullis aliis, que constat cum veraciter prædixisse, confirmamus, et id subjecto exemplo prohamus.

> Seauitur prophetia Dunstani de morte Ethelwoldi Wintoniensis, et Roffensis episcoporum; de qua consule Osbernum.

> Ex Athelwoldi obitu gravis mœror Dunstanum corripuit, cum quia tanti viri ingens solatium ami.serat, tum quia cui potissimum teneræ adhuc statum Ecclesiæ regendum committeret dubius fluctuabat. Quos fluctus ingerebant animo ejus hinc monachi nuper intromissi, hinc clerici ab ecclesia illa ejecti. Monachi quippe suze professionis virum habere episcopum præoptabant. Clerici vero sui ordinis hominem sibi præfici desiderabant. Illi videlicet per nunachum in ecclesia sibi collata cupientes solidari; isti per clericum ecclesiæ sibi ablatæ sperantes r.formari. Sed hæc providens sapientia et sapiens providentia Dei citius determinavit. Nam per beatum Andræam apostolum, cui speciali quodam dilectionis affectu Dunstanum adhærere Deus concesserat, Dunstano mandavit quatenus nihil hæsitans Ælfegum abbatem Bathoniensem constitueret Wentanæ Ecclesiæ summum sacerdotem. Lætatus est Dunstanus in istis, et reddita Deo gratiarum actione pro beneficiis suis, in Ælfego perfecit quod ei per apostolum suum Deus ipse præcepit.

> Multa de hoc viro, juxta quod multorum non spernenda testimonia ferunt, adhuc litterarum memoriæ veraci stylo commendare possemus. Verum ne incultæ narrationis prolixitate quemlibet gravemus, prætermissis illis ad sacrum transitum ejus enarrandum cor et linguam præparemus. Quod præparare quia nostræ opis non est, oremus ut ipso, de quo agimus, interveniente perficiatur ab eo, cujus hoc donum et gratiam scimus esse.

> (Sucsedit narratio de Dunstani obitu et sepultura, Osberno plane consona, nisi quod Osbernus corpus ejus de terra miruculose levatum feria quinta fuisse scribat; quod Eadmerus ipso, quo obiit, Sabbato contigisse ponil.)

VITA SANCTI ODONIS

CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI.

(Exstat sub Osberni nomine Patrologiæ tom. CXXXIII, col. 931, in S. Odone.)

EADMERI EPISTOLA AD GLASTONIENSES

Quo tempore Glastonienses asserebant se corpus patroni nostri sancti Dunstani habere

niensis, frater Eduenus, unus ex minoribus bonitate et scientia, Ecclesiz Christi Cantuariensis filiis et

Glorioso convenui monachorum coenobii Glasto D fratribus, fidelem amicitiam et charitativum servitium in Christo Jesu Domino nostro.

Recordor me jam olim quadam vice ad vos ve-

nientem magno gaudio et honore susceptum, et cum A Augustini Scotlando, Gundulfo, post facto Rofensi majore tripudio et exsultatione, donec mihi velle fuit vobiscera morandi, habitum ac detentum. Unde vobis hucusque gratiosus existo, et minus gratiosus ero, dum in vita præsenti subsisto. Dum igitur talis sim et de jure esse debeam erga vos, nulli mirandum existimo, si vestrum honorem diligo, si ea quæ vobis conducunt approbo, si denique ea quæ vobis op probrium generant detestor et improbo. Nec enim aliter fidus amicus essem, nec fraternæ dilectionis legen servare dici veraciter possem. Quod quam grave videri debeat Christiano ad regnum Dei pervenire volenti, advertit qui beato apostolo credit dicenti, hominem non amantem fratrem suum homicidam esse (I Joan. 111, 15), et ejusmodi in regno Christi et Dei hæreditatem non habere (Ephes. v, 5). B Cur hæc prælibaverim, accipite. Quidam ex vestris noviter, ut putamns, inter vos conversi prædicant autiquos Patres vestros fures luisse et latrones, et, quod nequius est, etiam sacrilegos; idque illorum prædicandi laudi ascribunt, quod tales fuerunt, fortassis et eadam voluntate debriati, non perpendentes quod divina intonat pagina, fures scilicet et latrones regnum Dei non possessuros (1 Cor. vi, 10). Super bæc, ut firmius eis credatur ita esse, Judæ traditori eos similes fuisse affirmant, qui loculorum Domini custos ea quæ custodire deberet sceleratissime furabatur. O homines! O fratrum honoratores! O verborum Domini intentissimos auditores! Centum et eo amplius anni evoluti sunt, ex quo ipsi C quos fures et latrones prædicant, a vita præsenti sual clongati, et modo noviter tantum ils opprobrium invehitur, et æterna pæna, qua juxta sententiam istorum miserrime cruciantur, infelicissime illis innovatur. Vere magna impictas. Nam et si ipsi non fuerunt tales quales isti cos esse volunt, non est propter hoc hornm impietas minor, imo, remoto omni ambiguo, major, qui infamant innocentes, qui se omnibus manifestant esse mendaces ac impudentes. Testis enim est mihi omnia sciens et disponens veritas Deus, quia cum adhuc in scholis querulus essem, ex præcepto beatæ memoriæ Lanfranci Cantuariensis archiepiscopi, primatis videlicet totius Britanniæ, inducto jejunio toti populo Kantize, levatum est corpus beatissimi Dunstani a Dimmunes esse ab hoc peccato. Quid illis erit qui primo sepulturæ suæ loco, astante abbate sancti

episcopo, cum toto monachorum agmine utriusque Ecclesiæ, nostræ scilicet quæ est Christi Cantuariensis, et vicinæ nobis beatorum apostolorum Petri et Pauli, quæ usitatio nomine hoc tempore dicitur beati Augustini, confluente ad hoc innumera virorum ac mulierum multitudine, qui omnes illum coelestem thesaurum cum ingenti modulamine vocis ac jubilo cordis usque ad locum quo recondendus erat prosecuti sunt, et diem illum divinis miraculis illustratum lætum atque solemnem peregerunt. Nunc (35) autem effluxis quinquaginta annis, ex quo illud lactum est, quidam tamen ex vestris surrexerunt, et ubi eis libet prædicant, jam ante centum annos ecclesiæ vestræ monachus ecclesiæ nostræ custodes deputatos, quæ ob martyrium gloriosi Patris nostri Elphegi in magnam, ut aiunt, desolationem venerat, et ibi quod pretiosissimum habebatur fraudulenta calliditate furto subripuisse. Væ homines omnibus hominibus nequiores! Ecclesia totius Britanniæ insulæ mater in occisione sui Patris ac filiorum afflicta confugit ad filiam suam unice ab ca dilectam, et ipsa re, quod quasi factum sit ad præsens accipiatur, magis in protectione illius confisa. ut se et reliquias suas servaret. Et ipsa (sicut vos prædicatis) meliores filiorum suorum ei ad quod petebantur destinavit, et ipsi illic custodes sacrorum effecti, uterum matris suæ (quam tuendam susceperant) invaserunt, diripuerunt, cor ac intestina ipsius deprædati sunt, rapuerunt, asportaverunt. Judzei cum mortuum Dominum ac sepultum, ne ab apostolis auferretur, in sui custodiam aecepissent. quandiu potuerunt a custodiendo non desuerunt, nee sibi commendatum furto subripere aut alias auferre conati sunt, sed potius furti crimen aliis se dormientibus imposuerunt. Si simili modo custodes Glastonienses fecissent, hoc est, si sacrilegium, quod laudantur commisisse, ab aliis se somno depressis dicerent commissum fuisse, forte aliquantulum famæ suæ consuluissent, nee tam detestabili modo deliquissent. Nunc autem quid dicemus? Ut prælibavimus, Judæ similes eos in furto approbamus, non tamen nos, sed cos sequentes fratres sui Glastonienses. Nos enim revera scimus cos omnino conficto tam infrunito mendacio fratres suos, ime

neque hoc absque translatione corporum infra ambitum ejusdem ecclesiæ quiescentium facere possel, indixit jejunium omni populo, quatenus sanctorum voluntas ferel, ut corum corpora ad alia loca transferri debe-rent. Die vero huic negotio constituto, orante omni populo, clero cereis el aromatibus omnique geners gaudiorum occurrente, paraverunt sacerdotes, at theeam sancti Patris Dunstani absque contrectatione corporis illius e terra levarent, et ad locum cum omni diligentia præparatum deferrent. Contigit incendium istud anno 1074, Nonis Septembr., juxta Gervasium Dorobernensem. Quinquaginta annos ab eo tempore effluxisse Edmerus dicit. Scripta est igitur hæc ep stula circa annum 1124.

⁽³³⁾ De translatione corporis Duastani a Lanfranco facta ista habet Oshernus in libro secundo de Vita Dunstani. Nec multo post ecclesia Salvatoris igne combusta est, parietes ceciderunt; nec quicquam ex omnibus monasterii officinis incombustum remansit, præter duas domos, sine quibus monachi remanere non possent, dormitorium sciliset et refectorium, tantanque claustri partem sub quanta absque imbrium infusione ab una domo in aliam possent introire. Ex quo satis videre suit quantam nostri curam Pater noster Dunstanus habuerit. Sed horum ruina in melius commutata est, veniente venerabili viro Lanfranco archiepiscopo, el omnium qui nostra ætate in terra fuerunt sanctissimo simul ac sapientissimo. Qui cum fundamenta construendæ novæ ecclesiæ ponere vellet,

patres suos cripilnantur? Sed utique nec fratres A dum, utpote furti sui effecti securi? An ipsi primo nec patres. Nam si fratres aut corum filii essent ipsi naturales effecti, aut certe pudor humanus doceret eos parcere llaguæ, doceret eos providere famæ suæ. Sed esto, ut furtum suum sancti fratres Glastonieuses prudenti astutia cunctis absconderent, cadaver cujusdam abbatis sui (cujus nomen ab iis qui ista componunt ignoratur) secum tulisse feruntur, ac loculo sancti Patris nostri Dunstani, ne vacuus remaneret, reposuisse. 6 prudeutiæ! Non erant ossa mortuorum inter Cantuariam et Glastoniam, ut necesse eis fuerit ad celandum furtum suum cadaver nesciunt cujus per ducenta, ut ita dixerim, milliaria transtulisse. Noverit beatitudo vestra quia ego qui hæc scribo non parum confundar in tant evidenti stultitia et omni homini risu digna, maxime, B quod ad anglis dicitur esse conficta. Væ quare non consuluistis aliquem hominem transmarinum; qui in multis conversati, multis imbuti, multa confingere scinnt, ut vel pretio ageretis, quasi ipsi saltem vobis aliquid verisimile mendacium de tanta re componerent. Væ vobis! meæ gentis homines, tain stolida simplicitate notaremini ut omnibus deridendi in perpetuum indicaremini. Ad hæc rogo prædicatores tam præclari sacrilegii, quatenus mihi patriotæ suo dicant, utrumnam cadaver sui suppositi abbatis noviter defuncti et integrum a Glastonia Cantuariam detulerant? Ut utrum more summi pontificis infulatum, palliatum, spindulatum, et sandaliis fuerit calciatum? Quod si hæc omnia habuerit, g unde, quæso, pallium (ut de allis interim taceam) habuit? Nunquid antiquitus abbates Glastonienses pallio utebantur? Sed hoc patriarchis solum, primatibus et archiepiscopis a Roma et apostolica sede conceditur. Sed hactenus omni sæculo inauditum est patriarchatum Glastoniæ fuisse, vel etiam pontificatum. Sed igitur palliatum cadaver ad deceptionem futurorum antecessores vestri Cantuariæ detulerunt. Hoc effecerunt, ut ipsi Romano pontifici et omni Christiano homini, qui se ad sidem Christi sub magisterio beati Petri tenent, obnoxii sint et infames ac omni opprobrio digni judicandi. Scitur cnim quiá illud a sede apostolica non habuerunt, sed ipsi illud, malignitatis illos auctore docente, composuerunt vel componi (si ita fuit) a sui si- D milibus effecerunt. Re enim vera corpus, quod invenimus, ita fuit, scilicet quasi omnino integrum, infulatum, annulatum, palliatum, spindulatum, sandaliis venustissime adornatum, cum quo et scriptura in plumbca tabula exarata inventa est, quæ plane testabatur beati Dunstani archiepiscopi Cantuariorum esse corpus, quod tumulatum ibi jacebat. Habetis', quæso, aliqua litterarum monumenta, quæ hæc ita se habuisse probent? Videlicet quæ ferant cadaver abbatis illius eo quod diximus modo redimitum. Adhuc quæro; illi antiqui patres et fratres vestri, qui ad tuendas destitutæ ecclesiæ nostræ reliquias, ut dicitis, adducti sunt, attulerunt ne secum cadaver illud beato Dunstano supponen-

venerunt et effossum corpus beati Dunstani archiepiscopi Cantuariensis ad Glastoniam detulerunt. ibique insigniis pontificalibus spoliatum, abbatem vestrum eisdem insignibus redimitum, in sepulcro sublati Patris recondendum transtulerunt ? Quidquid horum dixeritis factum fuisse, quantum dementiæ sit vobis, credere facillimum est, cuivis etiam cæco videre. O infelices, qui sic inani stoliditate involuti sunt, ut intelligere nequeant ipsam stoliditatem suam nullius prudentis oculos posse latere ! Christus (qui est veritas) dicit Veritas liberabit vos (Joan, vin. 32). Et vestri vates hoc tempore dicunt, furtum et sacrilegium patrumque vestrorum et vestrum mendacium honorabunt Ecclesiam nostram et nos. Quod mendacium? Corpus, inquiunt, beati Dunstaui pontificis Cantuariorum et primatis totius Britanniæ a sua ecclesia patres vestri furtim abstulerunt, et vestrum abbatem tali sacrilegio emptum (quia vobis erat inutilis) illuc delatum sepulcro illius intulerunt. O gaudium! O luctum! O locum vestrum tali tanto fœnore magnificandum! Sed, o contrarii purz veritati, quid facictis, oro vos, cum ipsa Veritas venerit oibnes perditura qui loguuntur mendacium (Psal. v, 7). Et quidem omnibus luce clarius constat mendacium vos imponere patribus vestris, quia invitati Cantuariam secum cadavei sui abbatis detulerunt; nec ibi degentes asportate corpore beati Dunstani illud attulerunt. Illud enim nimize et incredibilis non dico sultitize, sed dementiæ esset. Hoc autem impossibilis perpetrandæ audaciæ effectus existeret. Cum enim ipse beatus sepulcrum sibi effodi, ut liber Vitre ejus veracissime testatur, præcepit, et infra terram ad staturam virilis corporis foveæ profunditas penetravit; qui, quæso, tam inani furto locus et opportunitas esse potuit? Cum et ecclesia ipsa nunquam sine monachis domesticis filiis suis fuerit, et civitas Cantuaria civibus suis neguaguam fuerit exinanita. Ad bæc considerandum quia ecclesia ipsa in passione beatissimi martyris Elphegi nec igne consumpta, nec tecto aut parietibus diruta fuit. Violatam quippe fuisse, et pluribus ornamentis spoliatam, ac supposito de foris igne ut concremaretur adorsam novinus, quo vesana manus pontificem intus sese tuentem quem mandaret exire compelleret. At ubi ipsum executem comprehenderunt, omissis ignibus et aliis malis, quibus ad captionem illius occupabantur, ipsum necatis aliquibus monachis in oculis ejus abduxerunt, et usque ad locum exilio illius destinatum multis afflictum injuriis et cruciatibus perduxerunt et peremerant. Quæ cum ita sint, qua fronte dici potest pavimentum ecclesiæ sub oculis omni spatio septem pedum binc inde ad sepulchri profunditatem tendenti effossum, aliter enim nullo modo attingi valeret, et ita abstracto corpore sanctissimi Patris Dunstani per quindecim, ut dicam, dies patens remansisse, donec monachis cum furto subeuntibus ad monasterium suum, et ibi non dico

EPIST. AD GLASTONIENSES.

tnum abbatem detractis a beato Dunstato pontificalibus ornamentis illum adornasse, et ila cursim fortasse asello aliquo Cantuariam delatum in sepulcro ejus collocasse? Adhuc interrogo : Vastata fuit terra inter Glastoniam et Cantnariam illis diebus, et in solitudine acta ut liber cursus ac recursus nullo obstante deferentibus tantum thesaurum quaquaversum pateret, an non? Verum utique ubique quando ista, ut astruitis, gerebantur, Danorum patebat immanitas; nusquam pax, nusquam securitas; bella, seditiones, usquequaque fervebant. Super hæc, quemadmodum certissime scitur, in medio chori ante gradus, quibus ad majus altare ascendebatur, corpus beati Dunstani humatum fuit, et plumbeo in loculo, et illo in magna profunditate terræ locato, B uti Anglis olim moris erat suorum cadavera tumulare. Qualiter igitur monachi Ecclesiæ, qui ad minus, juxta quod dominus Osbernus refert (31), quatuor tantæ cladi supererant, cum clericis, qui eis admisti Dei servitium in ipsa ecclesia administrabant, ipsum terræ hiatum per tot dies sustinuerunt, donec allato abbate innominabili in sepulcro sublati Dunstani collocaretur? Mira patientia, et vere mirabilior pro adventu vonturi abbatis Delsini vel Wlsini fortasse vocati exspectatio! Propter quod, domini n ei, obseero, est ne aliquis qui ad tantam vanitatem se a risu contineat? Et certe adhuc satis plura non mirus idonca ad designandam ipsius vanitatis ineptiam dicere possemns, si pudori sacri cœnobii vestri non parceremus. Cum enim tales, qui ita se infamant, foret, nutrit, amplectitur, pudor est illi et opprobrium magnum. Nec enim Glastonienses ea tempestate, qua fingunt, Cautuariam venerunt, nec ibi conversati sunt. Non igitar illis subridientibus corpus beati Dunstani nobis ablatum et vobis ullatenus fuit allatum. Sed ah ahiis aut alio tempore allatum negatis. Fatemini ergo necesso est vates vestros falsa locatos, et de corpore beati Dunstani vos quidquam habere omnimodis falsos esse. Quapropter consulite fame vestre, et ab ista vanitate os vestrum cohibete. Attamen veritas vobis, si obliti estis, in memoriam revocetur. Absque dubio scitote Agelnothum abbatem, imo et abbatem Glastoniensem, cum uno vel duobus monachis olim per plurimum temporis conversatum Cantuariæ. Et abhatem dico, quia per beatæ memoriæ Lanfrancum Sanctæ Cantuariensis Ecclesiæ summum sacerdotem in generali totius Angliæ synodo a sua abbatia fuerat depositus (35), et Cantuarize digna quidem tanto viro, in quadam tamen quasi captione positus, et tunc numerus monachorum inibi Domino Christo et beato Dunstano famulantium sexagenariam quantitatem ascenderat. Si igitur unguam monachi Glastonicuses

(34) Refert id Osbernus in Elphegi Vita. Post lugubrem istam monachorum stragem, člerici avitam possessionem, quam ante novem annos ab Alfrico archiepiscopo expulsi amiserant, recuperarunt, et ad Lanfranci tempora tenuerunt, ita tamen ut

peremptum ab eis, sed in cursu illorum statim mor- A corpus beati Dunstani furati sunt, æstimo quod is:i fuerunt? Sed cum isti Cantuariæ essent a primo scpulturæ suæ loco, ut prædiximus, jam fucrat translatum in locum, ubi eis accessus nullus patebat. Non ab eis ergo fuit ablatum, nec ergo ab ullo vestroram. Ossa itaque, quibus onerastis imaginem nostri Redemptoris, ne ipse vobis indignetur, nostro consilio auferetis. Satis enim habet in se unde honoretur, nec opus est ut sanctitas ei ant ex ossibus mortuorum aut aliunde cumuletur. Fratres mei, cogitet, quæso, et recogitet prudentia vestra quod honestum sit vobis cogitare, quod conveniat loqui, quod deceat agere. Centum anni et ultra transierunt a martyrio beati Elphegi, et nullus hominum qui interfuerit, vitæ præsenti superest, vel certe qui se meminerit interfuisse, nec ad nostram notitiam hucusque perlatum est quemque illorum, qui illis diebus vere fuerunt, inde de quo agitis aliquid dixisse vel scripsisse, quod cuivis sanum sapienti pro dicto vel scripto susciptondum videatur. Quapropter omissis puerilibus næniis, ut decet viros sapientes atque perfectos, diligite beatum Dunstanum sicut Patrem vestrum atque patronum, et veritatem de eo loquimini, et tunc revera diligi ab eo merebimini. Membrum et amicus est summæ veritatis, nec ab ipsa discordantes potest admittere in sinum sux charitatis. Novit Deus et ipse Pater et advocatus noster dulcissimus quia quæ dico, pro vestro honore et utilitate dico; nec in aliud tendit hæc intentio mea, nisi ut Deus, qui veritas est, et in beatum C Dunstanum, sicut æquum est, magnificetur, laudetur et prædicetur tam a vobis quam a nobis, et (si efficere possem) ab universis fidelibus totius conditi orbis. Scio quia modo epistolarum in loquendo paulisper excessi. Sed talis fuit materia ut. quamvis me proposuerim paucis locuturum, tamen se extenderet in id quod videtis extensum eloquium meum. Ne ergo miremini. Non est enim hominis via ejus (Jer. x, 23). Vos itaque, domini et fratres mei, quibus Deus aperuit sensum intelligendi quæ rationis sunt, compescite insipientium juvennm procacem insolentiam, qui co solune ut videantur scire loqui aperiunt ora sua, in quæcunque volubilitas cordis sui cos distenderit, autumantes se aliquid esse, cum aliorum simplicitas suis verbis accommodat aures. Novi quosdam olim tales, et me fortasse fuisse, et ea re non penitus diffido talium et mei similes aliquos hoc tempore esse. Sed jam senui et incanui, et multa, quæ juvenis magnipendebam, duco pro nihilo. Hoc erit Deo donante et juvenibus temporis hujusmodi. Quia vero prolixitas epistolæ finem postulat, hoc ultimum dico, quoniam si omnes antiqui Patres vestri, qui in cœnobio Glastoniensi jam ante centum annos fuerunt defuncti, aliquos tamen puto

clericis monachi minore numero admiscerentur.

(35) Factum id videtor anno 1801, quo Thurstinum Northmannum abbatiæ Glastoniensi a Lanfranco præpositum fuisse refert Historia Glastonicasis in Monastico, tom. 1, p. 17.

897

superesse qui ante ista Northmannorum tempora A poris factam non negabit. Nani si aliter faceret, Inibi nutriti in monachica religione fuerunt, querite ab eis, si qui sunt, utrum recordentur abbatem loci vestri singulis annis ad festivitatem Patris Dunstani cum quatuor aut pluribus monachis Cantuariam solitum venire, et ibi per sex aut plures dies inter fratres ob reverentiam tanti Patris lætitiæ et exsultationi vacare, an non? Æstimo, si aliquis talium hucusque remansit, ita rem tunc tem-

procul dubio veritati contrarius esset. Si igitur corpus beati Dunstani se sciebant habere Glastoniz, cur illud venerandum in sua festivitate requirebant Cantuariæ? Hæc ita sint ad imprudentium confutantandum errorem, et ad prudentium confirmandum in nos (quem multum optamus habere) sanctum amorem. Valeat igitur sanctitas vestra in Christo Jesu, et oret pro nobis.

Explicit epistola Eadmeri nonachi Ecclesice Christi Cantuariæ.

DADMERI

EPISTOLA AD MONACHOS WIGORNIENSES

De electione episcopi

WARTHON, Ang'ra sacra, t. 11, p. 238, ex bibliotheca Cottoniana, Claudius A, 4] (36).

rissimorum charissimo Priori N. et aliis omnibus Wigornæ Deo servientibus frater E. ipsorum totus pacem Dei omnom sensum exsuperantem.

Pater vester, episcopus vester, ut scitis, a seculo transiit; et vos orphani relicti estis. Sed utinam ille qui dixit discipulis suis : Non relinquam vos or; hanos (Joan. xiv, 18), vos orphanos non relinquat! Et utique non relinquet, si vos eum primi non reliqueritis. Non relinquetis autem, si pacem inter vos habueritis. Ipse est enim pax nostra, gul fecit atraque unum (Ephes. 11, 14). Pacem igitur habele inter vos et Deus pacis erit vobiscum (11 Cor. x111, 11). Quod si Deus fuerit vobiscum, pro certo erit et pro vobis. Et si Deus pro vobis, quis contra vos? Charissimi mel, precor vos, precor vos propter C Deum et propter honestatem sanctæ conversationis vestræ, upum estote in Christo Jesu, fundati in radice charitatis in ipso (Ephes. 111, 17). Quod si ab invicem divisi fueritis, timendum est vobis et amicis vestris, ne in desolationem corruatis, juxta verbum Domini qui dicit. Omne regnum in seipsum divisum desolabitur (Matth. x11, 24). Cogitate in quantam invidiam quorumdam malignorum hominum ordo monachicus hoc tempore venit, et quantum nitanter cum saltem ad episcopatibus exstirpare. Cavete

(36) Præcedit in eodem codice epistola prioris et conventus Wigorn ad Willhelmum archiepiscopum Cantuariensem, petens ut liberam sibi novi præsulis electionem a rege impetret. Sequitur responsio Willhelmi archiepiscopi consolatoria de morte pa-

Dominis et fratribus suis, domino videlicet cha- B igitar propter animas vestras, ne primi sitis qui exstirpemini. Si consilia, quibus hactenus usi estis, pacem pepererunt inter vos, et terras vestras, ex quibus victum, vestitum et omnia necessaria habere debetis, in manibus vestris diligentissime cultas retinuerunt, et ornamenta Ecclesiae in quibus Deo servitis sacratissima cura ne quoquam distraherentur conservaverunt, o domini mei, illa tenete, nec ab illis gratia cojusvis amici velitis discedere. Quod si borum aliqua contraria inter vos operata sunt, propter omnipotentem Deum nullius amor vos in eis detinent, nullius blanda promissio ulla ratione seducat, ut in eis permanentis. Servite Deo, et omnia nocessaria ministrabit vohis. Nemo dicat : Non serviam Deo, nisi omnia quæ animo meo sedeant, prius habuero. Qui enim hoc dicit, prius mercedem exigit quam servitium cui merces debetur exhibere velit. Quod quam ineptum sit etiam inter homines, quivis ratione utens satis advertit. Vos autom videte quid agat sanctitas vestra. Ego stultus factus sum monendo me meliores et utique per omnia sepientiores. Sed revera charitas vestra me coegit. Valete igitur et orate pro me, et perdonate mihi hanc noxam. Omnipotens Deus dirigat vos et actus vestros in beneplacito suo. Amen.

> storis. Solus e Wigorniensibus episcopis Theulfus tempore Willhelmi archiepiscopi obiit, anno scilicet 1123, xn. Kal. Novembr. Illi successit Simon, an:10 1125, electus, non ex grege monachorum, quod enixe suadel Eadmerus, sed e clero seculari.

NICOLAI EPISTOLA AD EADMERUM

De primatu sedis Eboracensis in Scotia.

(WARTHON, Anglia sacra, t. II, p. 234.)

Electo per Dei gratiam in Sancti Andreæ cathe- A Christianitatis, nec non et pontificum consecratiodram domino Edmero, suus Nicolaus ex adversis ad jucunditatem prosperis successibus tendere æternam. A Christianitatis, nec non et pontificum consecrationem a Scotis sæpenumero mutuaverit, Scoti vero ab ipsa nunquam, præter quod in Thurgodum (37) actum est. Nam postquam Eboracenses a fide apo-

In adversis quæ te pati commemoras, patientia maxime necessaria est, deinde prudentia et industria ad eviucendam gentis barbariem, quam nullo ingenio citius tuis moribus quam largitate dapsilitatis conciliare potes. Unde et beatus Petrus apostolus in instructionem sancti Clementis, quem sibi successorem statuit, inter cætera taliter admonuit : Charitatis recipiendæ et habendæ maximum erit fomentum, si frequenter inter vos communem cibum mensamque sucialis. Et post pauca : Propler quod communes facile cibos vestros cum iis qui secundum Denm fratres sunt. Per hæc enim præcipue charitas B comparatur. Nec mirum, si barbaries indomita alicujus gentis, his officiis emollita, ad moralitatem flectitur civilem, cum et serocissimæ rationisque expertes feræ, alimoniis humanisque attractibus delinitæ, mansuescunt, in tantum ut hominum magis quam consodalium affectent belluarum societatem. Quapropter, ut amicus de amico sollicitus, suggero, suadeo, admoneo te, ut charissimum, quatenus supra vires etiam tuas dapsilitate et munerum largitate affectum omnium tibi comparare studeas, quia talibus officiis quam maxime effera corda gentisque indomitæ barbariem ad tui amorem et sanam doctrinam ecclesiasticamque disciplinam suscipiendam emollire prævales. De his jam satis.

De Eboracensis autem Ecclesiæ primatu super Scotos, unde interrogasti, nulla est auctoritas, nulla ratio vel exemplum patet quod hoc astruat. Quippe cum Eboracensis Ecclesia fidem et doctrinam

(37) Turgodus prior Dunelmensis anno circiter 4107 electus est episcopus Santandreanus. Mota autem ab archiepiscopo Eboracensi controversia de subjectione Ecclesias Santandreanae, dilata est aliquandiu consecratio. Consecratus demum est post medium annum 1109 (ipsis Augusti Kalendis justa Maitrosensem) a Thoma Eboracensi jussu Henrici regis Angliae sine ulla subjectionis exactione, salvo tamen Ecclesiae uriusque jure. Scotiam reversus, Ecclesiam sexennio fere rexit. Orta demum inter ipsum et Scotos multiplici lite, Romam adeundi licentiam a rege petiit. Repulsam passus, in gravem animi mœrorem incidit, et Dunelmum recedendi Incentiam postulavit et obtinuit. Repatrians igitur, obiit in cœnobio Weremuthensi anno 1115, prid. Kal. April., feria tertia, postquam sedisset annos 8, menses 2, dies 10. Ista Simeon Dunelmensis uberius retert lib. De gest. reg. Ang. p. 207, qui in desi-

PATROL. CLIX.

Christianitatis, nec non et pontificum consecrationem a Scotis sæpenumero mutuaverit, Scoti vero ab ipsa nunquam, præter quod in Thurgodum (37) actum est. Nam postquam Eboracenses a fide apostatantes, primum pontificem suum Paulinum a Cantia eis ordinatum expulerunt, Sanctus Aidanus Scotus et a Scotis destinatus et ordinatus, fidem Christi fideique sacramenta toti Northimbriæ strenuus invexit. Deinde ejus successores Eboracensis Ecclesiæ præsules (38) usque ad quartum omnes a Scotis ordinati, imbuti, et illi Ecclesiæ destinati sunt.

Unus etiam ex eis propter suam indiscretionem inutilis illi Ecclesiæ judicatus, ab ipsis Scotis depositus est (30), His omnibus sauctus Beda attestatur in Historia Anglorum. Præsulem vero seu doctorem aliquem Scotis destinatum vel ordinatum ab Eboraca nulla docet Historia, nec etiam fabula, præter supradictum Thurgod. Cesset ergo Eboracensis Ecclesia primatum Scotiæ sibi vindicando appetere: quem si haberet, cum præsul Sancti Andreæ summus pontifex Scotorum appelletur, summus vero non est nisi qui super alios est; qui autem super alios episcopos est, quid nisi archiepiscopus est, licet barbaries gentis pallii (40) honorem ignoret? Si, inquam, super hunc, qui summus vocatur pontifex suz gentis, przelationem haberet przesul Eboracæ, jam pon tantum metropolitanus, imo primas esset alterius etiam regai. Quod ausquam legitur. De Eboracensis Ecclesiæ suffraganeis quid ad vos? Alias sibi quærat, non de vobis. Quod si tot invenire, quot se æstimat habere debuisse, non valet, sibi imputet; non aliena invadere attemptet. Suze quidem negligentiæ ascribitur, imo et cupiditati,

guando obitus tempore nonnihil erravit. Anno enima 1115, prid. Kal. April. cum feria quarta componitur.

(38) Aidano successerunt Finanus, Colmannus et Tuda, Scoli omnes, et a Scotis ordinati; qui, quamvis Lindisfarnæ sedem episcopalem collocaverint, totam tamen Northanimbriam, provinciam scilicet Ehoracenaem, regerunt. His enim Lindisfarnæ sedestibus, vacavit aedes Eboracensis anuis circiter triginta.

(39) Vult Wilfridum Seniorem, qui sede sua sæpius est deturbatus a regibus Northanimbriæ. Expulso primitus Wilfrido auno 678, subrogatus est in D sede Lindisfarnensi Eata, natione Scotus et abbas Multwenute Hing fortung pute qued Nicoleux Wil-

Mailrosensis. Hinc factum puto, quod Nicolaus Wilfridum a Scotis depositum fuisse asserat.

(40) Antistites Santandreani pallii usum ante annum 1472 non obtinucrunt.

quod suffraganeorum rato numero carci, quippe A cum regnum satis amplum et sufficiens tot episcopis sit. Sed præsules ipsius Ecclesiæ, cupiditate possessionum illecti, niagis in destruendis quam instituendis suffraganeis laboraverunt. Unde iosa sola Ecclesia sex episcoporum parochias obtinens sibi viudicat; qui omnes certis Ecclesiis et cathedris discreti erant. Prima sedes Eboracæ ; secunda . ultra amnem Usæ in Ecclesia Christi prope civitatem (41); tertia, apud Ripum (42); quarta, apud Beverlie (43); quinta, Haugustaldensis Ecclesia (44); sexta, Casa Candida (45). Has omnes Ecclesias et earum parochias ipsa devorans, et in suum corpus trajiciens, sola obtinet. Vix duos sibi suffraganeos reliquit, videlicet Lindisfarnensem quæ modo Dunbolm dicitur, et Cumbrensem quam Joannes modo B Przeterea rogo et vakle obsecro ut margaritas cantenet. Pictorum (46) vero cpiscopi sedes, cujus mentionem sanctus Beda facit, ubi fuerit penitus ignoro. Ipse tamen octavus suffraganeus esse deberet. Plures vero nunquam habuit, sicut nec Lundomensis ullum, negligentia videlicet episcoporum et instabilitate gentis circa fidem sæpius apostatantis.

(14) Deest in codice ms. civitatis nomen. Quænam ista fuerit, haud facile augurari possum. Ecclesias quidem Wigorn. et Lincoln. sibi subjici debere archiep. Eborac. illo tempore contendebant. Utraque tamen proprium habuit episc. et obedientiam sedi Cant. præstitit tempore epist. istius scriptæ.

(42) Ecclesia Ripensis unicum episcopum habuit, Eathedum scilicet quem de episcopatu suo Lindi-siensi ab Ethelredo Merciorum rege depulsum Theodorus archiepiscopus Cantuariensis Ecclesia: Rioensi C Gilaldanum episcopum Candida: Casa: consecravit, præfecit.

(43) Sedem episcopalem Beverlaci positam nusquam legi. Joannes tamen Eboracensis archiepiscopus, postquam Wilfridum Juniorem sui loco substitutum consecraverat, ab Eboraco recedens, reli-quum vitæ tempus Beverlaci exegit. Hinc natum Nicolao errorem puto.

(44) Antiquos diœcesis Hagulstadensis limites hodie nescimus. Certe partem diœceseos atque ipsam sedem episcopalem diœcesis Dunelmensis devoravit. Altera pars in Eboraci ditionem transisse videtur. Episcopatus Hagulstadensis defecit in Tilerdo episcopo circa annum 821, auctore Ricardo laguistad lib. 1, in fine.

(45) Sedem episcopalem Australium Pictorum Niaianus episcopus ad Candidam Casam primus funest Plectelmus circa annum 730, auctore codem lib. v, cap. 24. Provincia enim Gallovidiensis, qua hodie pars Scotiæ habetur, olim regibus Northum-briæ, adeoque archiepiscopis Eboracensibus subjecta erat. Quin et episcopi Gallovidienses, longe post excussum ab incolis Anglorum jugum, Ecclesize Eboracensis erant suffraganei. Anno enim 1176, Christianus, Candidæ Casæ episcopus, a Viviano pontificis Romani legato ad concilium Scotiæ epi-

Ecce, quantum cpistolari brevitate potui, de his certum te feci. Plura ore ad os intimarem valde necessaria. De tuo autem negotio audi consilium meum. Dissolve litigium (47) de te Cantize et Eboracæ, principumque Angliæ Scotiæque; et favore regis Scotorum apostolicum sacrandus expete. Negotium Ecclesiæ tuæ gentisque strenuns exsequere, nec, te præsulante, libertatem dignitatemque suam amittat. Quod si hoc tibi placet, cave ne per regem Angliæ transitum facias, et ne Eboracensis Ecclesia hoc percipiat, ne impediatur conatus tuus. Ego vero paratus sum, quod etiam volo ut ipsi Scotorum regi dicas, quia, si necesse fuerit, in concilio Romano diratiocinare libertatem dignitatemque regni et Ecclesiæ Scotorum ab Eboraca. didas, quantum poteris, milii acquiras. Uniones etiam quascunque grossissimas acquirere poles, saltem quatuor mihi acquiri per te magnopere postulo. Si aliter non vales, saltem a rege, qui in hac re omnium hominum ditissimus est, pro numere expete. Valc.

scoporum vocatus, respondit episcopatum suum ad legeantiam Eboracensis archi piscopi, qui cum in episcopum consectaveral, secundum antiquam utriusque consuetudinem perimere, referente Joanne Brom-ton in Chronico p. 1111. Vacavit forte sedes per plures annos Eadmeri tempore. Unde factum at parochiam Candidæ Casæ ab Eboracensi devoratam Nicolaus scribal. Parvo post tempore, post annum scillect 1125. Thurstinus archiepiscopus Eburacensis teste Thoma Stubbs, p. 1720.

(46) Pictos septentrionales et australes Beda mémórat, illos ad fidem conversos a Columba presbytero, anno 565; istos multo ante tempore a Niniano episcopo, Hist. lib. 111, cap. 4. Septentrio-nalium episcopum a Beda memoratum non memini: neque illi quid cum Eboracensibus archiepiscopis commune habuerunt. Australium antem episcopus non alius erat quam ille Candidæ Casæ Witternensis dictus, de quo in Annotatione superiori.

(47) Eadmerus ad episcopatum Santandreanum postulatus, consecrationis munus nunquam obtinnit. lpse eniminimia Eccleske Cantuariensis, cujus erat monachus, veneratione ductus, Ecclesiam Santan-dreanam Cantuariensi subjicere et a Radulpho archiepiscopo consecrationem suscipere voluit. Contra davit, teste Beda lib. m, cap. 4. Nec sedem mutavit episcopatus, postquam, Pictis ejectis, regionem in-sedissent Angli; quibus primus episcopus institutus D rex neutri Anglorum archiepiscopo Ecclesiam regni sui subdi voluit, et Eadmero ut Roman profectus consecrationem a papa obtineret, sursit. Nicolans igitur regi morem gerendum, et Ecclesiæ Scoticæ libertatem asserendam monet. Sero nimis consilium amici prudentissimum Eudnierus admisit, quana-obrem et dignitate excidit. Cautius rem gessit successor ipsius Robertus, qui ab ipso archiepiscopo Eboracensi sine ulla professionis subjectione consecrationis munus obtinuit.

ANNO DOMINI MCVIII.

DULFUS

ROFFENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA HISTORICA IN GUNDULFUM.

(FABRIC., Bibl. med. et inf. Lat. 11, 174.)

Gundulfus, episcopus Roffensis ab anno 1077, cujus Codex Bibliorum, superiore anno 1734 in sectione publica bibliothecze clarissimi viri Hermanni van de Wall, Amstelodami veniit. Codex membranaceus magnæ molan præselerens : Prima pars Biblia, per bonæ memoriæ Gundulfum Roffensem episcopum. Liber de clau-stro Roffensi. Quem qui inde alienavit, alienatum celavit, vel hunc tinulum in fraudem delevit, excommunicatus est, serentibus sententiam episcopo, priore, et singulis presbyteris capituli Roffensis.

VITA GUNDULFI

EPISCOPI ROFFENSIS.

AUCTORE MONACHO ROFFENSI COÆTANEO.

(WARTHON, Anglia sacra, II, 273.)

INCIPIT PROLOGUS.

(1) Vitas præcedentiam Patrum posteris ad exem- A Gundulfi Rovæcestrensis episcopi, Spiritum ipsum plum vivendi transmittere eorum est, qui præclaro præditi ingenio tantum dicere possunt, quantum illi facere poluerunt. Studuerunt illi magni esse magna faciendo; student et isti magni esse magna de magnis scribendo. Unns tamen spiritus est summus; qui et illis magna facere posse, et istis aspirat magna dicere posse. Scripturus igitar Vitam venerandi Patris

? Big

imploro summum, qui ei contulit, ut posset facere magna; quatenus et mihi conferre dignetur, ut de tanto Patre referre valeam quæ fecerit magna. Omhia tamén quæ de illo scribere proposui, aut ipse cum eo conversando vídi, aut ab ils qui videre vel ab ipso audiere et ipse auditu percepi.

Explicit prologus.

(†) Gundulfi Vitam dedit codex Cottonianus Nero 8, longe elegantissimus, Gundulfi ætate parum inferior et picturis miniatis ornatus. Scriptam fuisse a monacho quodam Roffensi plurima ipsius loca indicant; seque cum Gundulfo familiariter conversatum esse auctor in prologo testatur.

INCIPIT VITA.

Fuit in diebus regis Anglorum Willelmi primi vir B vitze venerandze Gundulfus nomine, Northmannus genere, a puero clericus, deinde monachus, demum episcopus, vitam clericalem monachili conversatione transmutans, vitam monachilem episcopali dignitate decorans. Cujus quia totam ex ordine vitam stylo

veraci decrevimus prosequi, dicamus primo quid clericus, deinde quid monachus, demum quid episcopus egerit, ut de ejus vita imitatione digna ordo quisque sibi decerpat quod virum Dei sequendo sibi ad imitandum assumat.

PARS I.

Patre igitur Hatheguino, matre vero Adelesia genitus, dicecesin Rothomagensem in territorio Vilcasino suo illustravit exortu, litteris, in eadem, cum jam puerili floreret ætate, traditus, et eis, ut illa pati poterat ætas, pro ingenii capacitate imbutus. Cum autem jam grandior factus apud Rothomagum arti studeret grammaticæ, cæpit jam Spiritu afflatus divino multo magis arti utiliori studere, studiosa videlicet intentione perquirere qualiter Deo potissimum posset placere, discens ab eo lectione interna quemadmodum mitis esse valeret et humilis corde (Matth. x1, 29). Cumque adhuc esset inter clericos clericus, et in eadem urbe in ecclesia Beatæ Dei genitricis Mariæ clericalibus officiis deditus, cæteris in exemplum factus, formam vivendi se præbuit, multisque religionis tramitem appetentibus sua religione profuit. Guillelmus igitur tunc quidem archidiaconus, futurus autem urbis ipsius Rothomagensis archicpiscopus, videns clericum juvenem, juvenilem ætatem morum senectute venustantem, eum et Maurilio archiepiscopo et sibi valde familiarem effecit, et, ut ejus frequenter frueretur colloquio, mensa communi hospitioque recepit. Dulcia namque inter eos sæpe miscentur colloquia, sermo de mundi contemptu proponitur, de æterna heatitudine et beata æternitate disseritur, vitæ præsentis labor pro æternæ quietis recompensatione tolerandys appetitur.

Placet ergo tandem utrisque ut carnis exercendæ gratia Hierosolymam adeant, loca sancta gratia orationum invisant, ut, agnitis locis incarnationis. passionis et ascensionis Dominicæ, dulciori hæc omnia memoria postmodum tencant. Factum est ergo quod dispositum fuerat : aggrediuntur laborem itincre longo. Fatigatur uterque libens, terra marique, discrimine multo. Perveniunt tandem ad Hierusalem terrestrem supernæ patriæ amatores; pro nihilo reputant quidquid passi sunt in via, cum fiunt desiderii sui compotes. Quis autem narrare digne potest, quibus sancti amoris incendiis ipsi adoraverunt in locis ubi steterunt pedes Domini (Psal. cxxx1, 7), quibus desideriis ipsi intuiti sunt in terris ubi conversata est corporaliter salus hu- n mani generis (Baruch III, 38), quam dulcia oscula impresserunt in loco ubi crucifixus est Dominus, ubi mortuus et sepultus, ubi demum ascendit in cœlum ?

Impleto itaque sanetæ voluntatis proposito, in redeundo geminatur fatigatio. Occurrunt enim illis sicut in eundo difficiles viarum transitus, et, ut tunc temporis erat, horrendas formidabant Sarracenorum insidias. Intolerabiles etiam corporis patiebantur infirmitates, et nunquam securitatem habendo, nullam locum vel tempus sine timore multo transibant. Contigit autem ut, illis laborantibus in via, Gundulfus tanta afficeretur corporis et lassitudinis inelestia, ut neque pedibus stare negue cum sociis

A suis amplius incedere posset. Unde co inscienter relicto, longius progrediuntur commeantes, et, quodam monte ob nimiam arduitatem difficulter ascento, paululum quieverunt. Ubi quidam nobilis, qui cum eis comitabatur, Gundulsi reminiscens, quod eur solum reliquissent, graviter ingemuit, et veloci curr rediens, illum omni solatio destitutum et languore turbatum et quasi proxima vicinitate mortis affietum invenit, et nullam eundi vel standi virtuten habentem in humeris suis imponens, memor misericordize et totius honestatis, asperitate montis jurata cum gravi labore ad consodales reportavit, Deinde, illum superna clementia respiciente, in brevi convaluit, et omni post tempore illum venerabilen virum, qui ei opem adjutorii impenderat, digua re-B compensations chariorem in vita ana babuit.

Item aliud inter cætera terræ marisque pericula unum cæteris omnibus gravius eis imminuit; qued eis tamen vitæ immutandæ occasionem per Dei, ut creditur, providentiam dedit. Cum enim per lenga maris spatia incerto, ut sit, ferrentur navigio, gravissima in cos tempos:as irruit, turbine ventorum et fluctuum navim omni ex parte, compage jam fe'e soluta, concussit, mortis metum velut jam imminents nunio terrore omnibus incussit. Quid phura? Morte jam, ut creditur, instante, ad vota confugitur, et, ut eis Domini pietas tranquillitatem aeris reddere dignaretur, integram incosptæ religionis perseverantiam promittentes, docente timore et amore Dei, Gundulfus et archidiaconus ex voto monachatum cunctis mundi deliciis præferunt, et funt ex derota promissione monachi, qui habitu manent adhuc, sed non sponte clerici. Facto igitur voto cadit maris tempestas, redit screnitas, venitur ad terram, reditur in patriam.

PARS II.

Differente autem archidiacono reddere votum, quod tamen Cadomi postmodum solvit, Gundullus Becci religionis veste induitur, monachilis vitæ rudimentis sub Herluino abbate et Lanfranco priore imbuitur, et inter perfectos jam ab ipso initio monachos computatur. Erat enim vir obedientize mulia, abstinentiæ magnæ, orationis assiduæ, compunctionis præcipuæ, ut, si ejus attenderes oculos lacrymis diffuentes, duos esse diceres fontes rivulis affluentes. Qua nimirum compunctionis virtute, qua se inactabat in oratione, in missarum celebratione, ita in monachatu, ita postmodum in episcopatu, ita minoribus, ita majoribus factus est admirabilis ut quasi propheta haberetur in terris, ab omnibus honorarounr, ab omnibus Dei servus dicerctur. Factus est autem et ecclesiæ Beatæ Mariæ Becci custes et sacrista; unde et ejusdem semper intemeratæ Virginis familiarior factus est et symmista. Eo enim factus est in oratione devotior quo ei commissus est locus orationi commodior.

Eodem nihilominus anno Anselnius, quean pro sua sanctitate spectabili et doctrina mirabili postea Captuariensis pontificatus infula sublimatum vidinus,

Beccum et ipse ad conversionem veniens, tanta A rei familiaris suz procuratorem constituit. Fama Gundulfo est amicitia vinctus ut se alterum Gundulfum, Gundulfum vero alterum Anselmum diceret et vocari gauderet. Erat enim illis in Deo cor unum et anima una (Act. 1v, 32), frequens in spiritualibus collocutio, multa inter colloquendum lacrymarum cffusio, mutua ut semper ad altiora conscenderent exhortatio, sancta ut se invicem ad opus Dei prævenirent æmulatio. Anselmus tamen, quia in Scripturis cruditior erat, frequentior loquebatur. Gundulfus vero, quia in lacrymis profusior erat, magis fictibus rigabatur. Loquebatur ille, plorabat iste. Hle plantabat, iste rigabat. Divina ille proferebat eloqnia, profunda iste trahebat suspiria. Christi vices ille, iste gerebat Mariæ. Dixit tamen aliquando Anselmus Gundulfo : Tune, ait, cote mea cultrum tuum semper acuere quæris; cole vero tua me meum cultrum nunquam acuere permittis? Dic et tu, quaso, unde proficere possim et ego. Sum elenim, more colis, in hebetatione multa ob multitudinem peccatorum, meorum semper obtunsus. Tu vero ad amorem cœleslis patriæ animum et intentionem tuam ardenter dirigens, in contemplatione Domini jugiter manes acutus. Dixit et ille bona quæ potuit. Succenduntur ambo, et sic se reficiunt dulcedine superni desiderii. Talis horum confabulatio, talis claustralis conversatio. Procul erat a cordibus eorum vel lingua priorum aut fratrum snorum detractio. Non cos vexabat, ut plerosque multoties solet, cibi vel potus aut vestium murmuratio. Et quia perfecte in vita sua C mundi contemptum liabentes, Deum studiose, per abstimentians, etiam licita respuendo, et per sanctarum virtutum exercitia anæsicrunt, ideo, sicut credendum est sine ambiguitate, illum veraciter apprehendere meruerunt.

Priori quoque Beccensi Lanfranco omnium eo tempore nominatissimo adeo charus, adeo familiaris Gundulfus factus est ut cum Lanfrancum Northmannorum nobilis, dux Guillelmus, cœnobio Cadomensi abbatem primum præficeret, hunc pro sua sanctitate et prudentia secum assumeret, secum duceret, secum in ejusdem coenobii gubernatione coadjutorem haberet. Cumque et ibi sublimitas victutum ejus quotidie augmentum caperet, fecit etiam matrem suam carnalem illuc venire, et eam sancto desiderio accensam in monasterio virginum, quod in eadem villa Mathildis ejusdem principis uxor et Anglorum futura regina construxerat, sub sanctimoniali proposito constituit. Illa itaque, in observatione sanctæ regulæ et mandatorum Dei ardenter perseverans, optime fine in eodem loco vitam conclusit. Et sic idem pater matrem suam, quæ eum pepererat mundo, per religionis habitum et sanctimoniam comaicudavit Deo.

Denique cum comes idem, Anglia sibi armis subagata jam, in ea regnaret, et Lanfrancum Cantuariensi pontificatu et totius Angliæ primatu sublimaret, huné ille in Angliam secum adduxit, et, quía in rebus etiam exterioribus industrius valde erat,

itaque viri Dei magis ac magis succrescere cœpit tam de illius sanctissima religione quam de prudentissima sæcularium rerum administratione. Tanta enim discretione diei spatia dividebat ut aliis horis ad pedes Domini sederet cum Maria, aliis Dominicam ccenam præpararet cum Martha (Luc. x, 39, 40). Hanc autem virtutem discretionis bilidæ tam aute episcopatum quam in episcopatu semper noscitur habuisse, nunc siquidem divinæ contemplationi. nunc pauperum totus deditus procurationi. Denique cum, tempore quodam, valida fames Angliam totam vehementer oppressisset, ille, pecuniis multis a Lanfranco acceptis, Lundoniam adiit, pauperum multitudinem innumeram collegit, et toto famis tempore pie et misericorditer pavit. Fertur autem quia eorum miseriis adeo compatiebatur, ut eorum infirmiora lavaret, lotisque postea manibus statim missam decantatum iret, ut eorum recordatione recenti semetipsum acrius inter missam cruciaret. Cum autem tanta cura esset illi in pauperum sedula administratione, aut impedimentum in procurandarum rerum exsecutione, sive locus deesset ubi ab hominum conspectibus segregatus orationibus et lacrymis in præsentia Dei more solito seipsum mactare posset, accepta noctu candela, quasi ad videndum equos suos utrum bene procurati essent procedebat; et super præsepe eorum residens, aut in aliquo angulo sese occultans, quod in diurna luce ante intuentium oculos non poterat aut nolebat, tanto ardentius quanto secretius in cœlo reponebat sudores sui laboris, orationum singultibus et dulcissimæ compuntionis imbribus irrigatos.

Hoc in tempore peccatis exigentibus contigit in écclesia Christi Cantuariæ quemdam e fratribus mente excidere; et perverso spiritu plenus, a sensibus humanis in verbis et factis alienus factus est. Cumque, vinculis astrictus, dentibus strideret et in multis se inordinate haberet, dicebatur illi a fratribus : Tace, miser, et ab insania tua quiesce. Et si non vis propter nos, dominus Gundulfus jam veniet, et immoderatos tui corporis motus et linguæ compescet. Ast ille : Estne, inquit, ille Gundulfus qui die et nocie lacrymis suis et orationum suarum stimulis me exacerbat? qui in missarum frequenti celebratione et jejuniis et multa carnis suæ contritione corpus suum crucians, operibus meis et voluntati indesinenter contrarius existet? Ille me persequitur; ego utique persequar illum : et unde modo gloriatur, in proxime damnum sibi grave consurget. Quibus sibi relatis, nov cnim is interfuit, vir venerandus armis justitiæ vitam suam muniens, contra castra spiritualis nequitir robustissime restitit, et licct ei quadam die, inter missarum sacra solemnia, corruente calice, turbatio gravis acciderit, nunquam a laudibus Dei vel gratiarum actione cessavit. Sed quia hoc ex promissione maligni et sua negligentia credidit evenisse, quasi antca nihil in servitio Dei egisset, et rudimenta cœlestis vitæ quasi tunc primum inchoasset, sete

GUNDULFI ROFFENSIS EPISCOPI

pius solito in lacrymis et aliis sanctis laboribus A destituta, defuncto Ernosto episcopo (5), qui monagravissime afficiens, inde crevit ad cumulum sancta celsitudinis; unde fraudis inventor eum præcipitare voluit in barathrum confusionis. Nam idem infirmus per B. Dunstanum sanatus postea fuit, et Gundulfus in sancto proposite infatigabiliter perseveravit.

In illis diebus vir clarus in doctrina et religione Becci manens Anselmus, audiens vitam et nobilitatem actuum Gundulfi, antiquam amicitiam renovando misit illi epistolas; quas quicunque audierit, ex testimonio et auctoritate tanti viri lucidissime dignoscere poterit quis inter eos sancti amoris affectus, vel qualis vita Gundulfi exstiterit. Et ut ad notitiam audientium odor sanctæ societatis eorum gratanter fragrando resplendeat, placuit quasdam ex illis in hoc opusculo interponere in verbis istis :

(2) Domino reverendo, fratri charissimo, domno Gundulfo frater Anselmus, salutem. Cum tibi propono scribere,) etc.

Item misit ei aliam epistolam, quæ de promptuario sacræ dilectionis effluens, mentem Gundulfi contra fallaciam inanis glorize, quze interdum sub pallio sanctarum virtutum fraudulenter se ingerit, spectabili monitione munivit in bæe verba : (3) Gundulfo Anselmus. Ideo tam amicus tam amico salutationem meam tam breviter prænotare volui, quia sic dilectus sic dilecto affectum meum opulentius intimare non potui. Quisquis enim, > etc.

Item, quia illum in orationibus assiduum esse sciebat, misit illi idem cœleste organum, scilicet Pater Anselmus, quas ipse divino afflatus Spiritu G composuerat, tres de B. Maria orationes seu potius meditationes, et qualiter in illis meditando studere deberet, insinuat, dicens : (4) Domno Gundulfo, frater Anselmus, quod Gundulfo Anselmus. Non est opus,) etc.

Istis auditis intelligat lector quantum dilectionis vinculum istos Patres in unum conjunxerit, et qualis fuerit in præsenti vita eorum in terrenis negotiatio.

PARS III.

Qualiter vero Gundulfus pontificali cathedra sublimatus fuerit, quoque modo pontificando vixerit, quove fine deficiendo Ecclesiam sibi commissam tristem reliquerit, jam hinc, ut possumus, enodare p brevi elapso, ecclesia nova, veteri destructa, inciconemur. Lanfranco igitur ecclesiasticæ dignitatis summum apicem in Anglia tenente et sapienter administrante, Rovecestrensis Ecclesia suo est pastore

(2) Exstat inter Anselmi epistolas, lib. 1, ep. 4.

Exstat ibidem, fib. 1, ep. 7.
 Exstat ibidem fib. r, ep. 20.

(5) Chronologia Saxonica refert Ernostum Lundoniæ a Lanfranco consecratum esse sexto archiepiscopatus sui anno, scilicet inter exitum Augusti anno 1075, et exitam ejusdem anno 1076. Eumdem anno circiter dimidio Ecclesiæ Roffensi præfuisse anonymus noster fidem facit. Obiit autem Ernostus Idibus Julii ex fide Obituarii Cantuariensis ms. Consecratus igitur videtur sub initium anni 1076, ia concilio Londini in ecclesia S. Pauli celebrato; quod Malmsburiensis (f. 117) anno 1075; Bromtonus

chus Sewardo et ipsi monacho in episcopatum quidem successerat, sed in eo anno tantum dimidio vixerat. Volens autem pontifex, ut ex more antiquorum in Ecclesia Roffensi monachus succederet monacho, cogitare cœpit quem polissimum monachorum eligere posset, qui boc onus sibi injunctum portare valeret. Cogitanti tamen Gundulfi citius occurrit sanctitas, quæ jam certis experimentis satis ei fuerat approbata. Hunc ergo, hal ito cum sapientibus consilio, ad pontificatum elegit, et ut ejus electioni rex assensum præberet, ipsom transmarinas ad partes ad regem direxit. Gaudio autem rex repletus non modico, quia occasionem Dei hominem exaltandi invenerat, de cujus sanctitate jam ad eum B satis clara fama pervenerat, pontificis petitionibus justis libens assensum præbuit, et honore pontificali virum Dei dignissimum judicavit.

Accepta igitur, Lanfrancus, auctoritate regia, præsules convocat, primores Roffensium mandat, regis et suam voluntatem omnibus pandit, omnibus assensum præbentibus et gaudentibus, fidelem domui Dei dispensatorem consecrando constituit. Nen fuit obnitendi potestas, cum eum urgeret regis magni et præsulis tanti auctoritas. Vox se indiguum clamantis opprimitur, cum quo se clamat indigniorem, eo dignior acclamatur. Ordinatur itaque vir vere dignissimus episcopatu Gundulfus in ecclesia Dorobernensi, duodecimo Kalendas Aprilis, anno ab Incarnatione Domini millesimo septuagesimo septimo, undecimo vero adventus Northmannorum in Anglian sub comite Guillelmo, rege postmodum Anglorum nobilissimo. Consecratus autem ex more, propriam tendit invisere sedem ; tripudiantibus turbis Roffensem ingreditur urbem, pontificali sedi inthronizatus inducitur, præsul omni veneratione ex eo habetur.

Redduntur et ei denique possessiones quædam Roffensis Ecclesiæ, quas, præsulantibus antecessoribus suis, Lanfrancus in sua tenuerat ditione. Ea vero conditione redduntur ut in ecclesia Roffensi, sicut jam præsul uterque deliberaverat, monachi ponantur. Audierant enim ibi quondam monachos fuisse; unde ad antiqua statuta redeuntes, monachorum inibi ordinem statuere sanxerunt. Tempore ergo pitur, officinarum ambitus convenienter disponentur, opus omne intra paucos annos, Lanfranco pecunias subministrante multas, perficitur. Igitur perfectis

(col. 975) anno 1076 habitum dicit; ille annum ab Annuntistione B. Virginis, iste a Circumcisione Domini exorsus. Anno sequenti Gundulfum Ernosto substitutum esse refert Chronologia Saxonica. Componitur is quidem cum anno 1077 Christi, et undecimo adventus Northmannorum; quem historicas noster consecrationi Gundulfi posuit. Dies autem ab eodem assignatus in feriam tertiam illo anno incidit, adeo ut decimo quarto Kal. Aprilis potius Gundul fus consecratus censeri possit. Dominica enim tertia Quadragesimæ consecratum case ex infra dicendis constat.

819

omoibus, quidam ex quinque tantum clericis, qui A novitate ad munditiam vitæ mutata, non est cum ibi inventi sunt, ad religionis habitum confluentes, associatis multis aliis, ad sexagenarium et amplius numerum in brevi sub doctrina Patris Gundulfi succrevere monachi. Ilis Gandulfus vivendi specalum, his totius religionis factus est documentum. His virga, puerilia districte corrigendo; his baculus, senilia misericorditer sustentando; his Martha, necessaria procurando; his Maria, intentæ se formam contemplationis præbendo. Noctu tamen et mane orandi Maria, horis vero aliis Martha specialiter erat. O quantis cum oraret lacrymis Dominicos pedes rigabat! O quanta prudentia cum exteriora disponeret se agebat! Quam larga manu monachorum vel pauperum necessaria procurabat! O quam dulcia oscula in coelestium contemplatione orando B fratri frater, Gundulfo Anselmus, pro amore felicifigebat! O quam amaros singultus in peccatorum suorum recordatione trahebat! Quis ejus oculos vidit fletibus udos ? Quis eum gementem audivit, et statim ipse non gemuit? Quis cjus vultum lacrymarum suffusione turbatum attendit, et diu aspicere potuit?

Perfectis igitur omnibus, sient dictum est, quæ servis Dei apud Rovecestriam manentibus poterant esse necessaria, habito cum sapientibus consilio, idem venerabilis Pater, collecto monachorum et clericorum conventu necnon et copiosa multitudine plebis, cum magna solemnitate accessit ad sepulcrum sauctissini confessoris Paulini, qui in veteri ceclesia reconditus fuerat, et thesaurum sanctarum reliquiarum ejus in novam ecclesiam transferri et in c loco decenter ad hoc præparato reponi fecit. Interim fuit ibi quædam matrona mentis et corporis inffrinitale gravi detenta. Quæ promissione facta quod nunquam ulterius crimen quoddam, quo turpiter premebatur, iteraret, si sanitatem recipere posset, meritis B. Paulini sospitati reddita est; sed pactum promissum minime servavit. Nam, ut rediit corporis sanitas, subsecuta est citius in vita illius iterati cuiminis perversitas. Tempore denique sequenti pro necessitatibus quibusdam, quibus vir suus impeditus fuerat, cum oblatione sua opem auxilii ab eo quæsitura sanctum Dei adiit. Sed illo, quam interins conscientia turpis fædabat, vi quadam divinæ indignationis quasi flatu vehementi repulsa, cum spreto munere multum verecunda domum rediit, et non multo post, languore gravi percussa, lufeliciter diem exspectabat extremum. Sed pius Dominus, qui nullum spernit, nullum a misericordia sua excludit, inspiravit ei gratiam suam; et advocato ad se venerabili Gundulfo episcopo per humilem confessionem reatus sui turpitadinem pandit, perseverantiam emendationis integram in vita sua ex magna cordis contritione promittit. Quid plura? In bac pollicitatione a pio pontifice ovis morbida recipitur, antidutum salubris pœnitentiæ adhibetur, et sic demum perfecta sanitate recepta, cum oblatione sua sancto Dei Paulino humiliter se præsentavit, mentisque

Hæe inter audiens suus dilector Anselmus illum pontificio sublimatum esse, ad corroborandum cor illius et contra adversa, quæ interdnm mentes prælatorum a quiete interna concutiendo evenire solent. illum volens esse munitum, illi misit epistolam consolatoriam in hæc verba :

(6) Olim dilectissimo fratri, nunc dulcissimo Patri, > etc.

Item misit ei idem Pater sacræ dilectionis aliud indiciumiu hac epistola : «Suo (7) suus, amico amicus, tatis perseverantiam in sanctitate, pro pramio sanctitatis æternitatom in felicitate.

« En meus Gundulfus, » etc.

Redeamus igitur ad bæc quæ incorpinaus de tanto. Patre dicere. Laudabilis enim vita ejus omnibus Deum quærentibus potum cælestis dulcedinis suavissime propinat. Dass denique singulis fere diebus celebrare solitus erat missas, quas inter oculum vix sudum habebat. Primam quidem de DomInica aut de Commemoratione B. Mariæ, vel B. Andreæ, aut alicujus sancti cujus memoriam specialius recolebat, sive pro familiaribus amicis; secundam vero, pro Defunctis, ad quam nullum præter monachos suos et aliquos pueros adesse volebat cæteris recedentibus. Cum autem in directum absque cantu usque post Evangelium, quod ipse legebat, eadem missa diceretur, dicto Dominus vobiscum, excelsa voce dicebat Oremus. Statim subsequebantur pueri, dulcisona modulatione cantantes offerendam Domine Jesu Christe, sive O pie Deus. Ipse vero interim in sedili suo sedens, et dulcedini cantus intendens, totus iu lacrymas suavitatis Dei solvebatur, et in amorem coelestis patrize animum figens, erectis ad coelum luminibus plusquam dicere aliquis possit supernæ jucunditatis pabulo mirifice fovebatur. Et hæc prolixius agens, demum surgebat, et quod restabat de missa persolvebat. His autem expletis, locum petebat secretum, mœroris amicum, orationibus suis specialiter deputatum. Habebat in omnibus villis suis, in quibus manere solebat, cellutam oratoriam, ubi cam illuc veniret, cubicularius ejus libellum orationum ejus ponebat. Ibi ergo diu orationi vacabat, sicut et ante missas fecerat, nec ab hac orandi sive missas celebrandi vicissitudhe usquam vel unquam cessabat. Præterea consuetudo ejus erat, quando aliquam suavem modulationem aut sonitum alicujus dulciter sonantis campauæ sive aliquid hujusmodi [autiret], statim ex profundo cordis alte suspirans dicebat : O quantum est gaudium in cælis, ubi laus Dei juguer sine offensione æternaliter auditur! Quando humana manus vel lin-

(6) Exstat inter Anselmi epistolas, lib. 1, ep. 69.

munere a sancto repulsa, sed, gaudio sospitatis manente, ad domum suam alacriter remeavit, gratias referens Deo et pontifici Gundulfo, per cujus consilium a tanto periculo liberata fuit.

mere potest ! Hæc ille. Deinde velociter, si in secreto loco esset, assuetæ compunctionis regulam sequebatur.

Et quid dicemus? Quanta erat ei pura sanctæ venerationis sollicitudo in audiendo vel dicendo servitium Domini. Raro, quando dicebatur secundum nocturnum, sedebat, nisi infirmitas gravis aut lassitudo multa coegisset; et similiter, postquam incipiebant dicere Laudate Dominum de cœlis usque in finem matutinorum, et hoc idem in laudibus de omnibus sanctis. Cum quanta etiam cordis diligentia et fervore divini amoris recolebat memoriam Dominice passionis? Hanc assidue retinebat in mente. Hanc imitabatur, affligens et domans carnem suam jejuniis multis et interdum acri verberum macera- B tione. Dicebat etiam nobis : Quid facimus, fratres mei? Quid dicemus, cum venerit Dominus? Scimus certe quod Dominus noster Jesus Christus ex sola pietatis suæ misericordia nullis nostris præcedentibus meritis, per passionem crucis a morte æterna nos redemit. Hoc ille nobis : et nos, quid illi? Quas vices tanti honoris illi recompensamus? Vulnera quinque pro nobis moriens pertulit, quinquies et nos hoc. dulcissime in memoria cordis recolendo quotidie flere deberemus. Et, si pro fragilitate nostra, quæ nos multipliciter corrumpit, toties non possumus, saltem ad minus, in commemoratione illius, quinque lacrymas per singulos dies sundamus.

In istis laudandus pontifex ducebat dies suos. Pro his ergo omnibus admirabilis, omnibus habebatur amabilis. Dabant ei multa multi, sed et multa dabat et ipse multis. Majora tamen quandoque minoribus pro necessitudine, minora vero majoribus pro charitudine. Minores siguidem ejus munere ditiores, majores vero se fore credebant tutiores. Quis enim annulum vel parvum sibi ab eo collatum digito portavit, et se tutiorem non esse credidit? Quis se illius orationibus commendavit, et non ab eo securus abscessit?

Lanfrancus igitur Dei servum virtutibus audiens succrescere tantis et de ejus sanctitate famam ad usque sidera tolli, gaudio replebatur non modico. quod de ejus contubernio tantum ecclesiæ decus processisset, ejusque ad se sæpius evocati vel sponte venientis libens fruebatur colloquio. Vix autem eum remittebat vacuum; sed nunc cappis, nunc candelabris pretiosis, nunc aliis ecclesiastici decoris ornamentis donatum. Aliquando vero, cum eum vacuum dimisisset et ob hoc commotum timerel: Timeo, ait suis, ne a nobis episcopus commotus discesserit. Aliquid itaque est ei mittendum, quod illi esse possit acceptum. Paratis igitur magnis quibusdanı donis, ornatu ecclesiæ dignis, ei acceleravit transmittere, mandans humiliter ut B. Andream, cujus vicarius erat, pro eo dignaretur orare. Magnanı siquidem in apostolo illo habebat fiduciam, adeo ut, cum per episcopum aliqua dona præcipua mitteret, eum supplex exoraret, ut ante altare

gua tante sonoritatis consonantiam suo ingenio expri- A ejusdem apostoli orationem semel Dominicam pro eo cantaret. 'Ditabatur itaque valde Roffensis ecclesia tum præcipue ipsius archipræsulis donis, tum et aliorum oblationibus multis.

> Cum autem postmodum tot esset possessionibus ditata ut earum pars quidem episcopo, pars vero monachis sufficere posset, placuit episcopo, placuit et Laufranco ut episcopus res suas seorsim, 114nachi vero et ipsi possessiones suas haberent seorsim. Hoe autem ideo maxime factum est, ne quis episcopus superventuro tempore esset, qui monachos non adeo diligens, res eis divisas minuere posset. Quia vero monachi pluribus, utpote jam multi, indigebant, tum quidem pro corum victus necessitudine et vestitus, tum vero pro kospitum susceplione, sapienter rursus provisum est ut monachi plura, 'episcopus vero possideret pauciora. Quæ vero plura sint illa, satis evidenti distinctum est charta in ecclesia Roffensi reposita, regum et procerum nec non et episcoporum Angliæ auctoritate confirmata. Hoc enim ab omnibus obtinere viro Dei facillimum fuit. Nam nullus regum ejus temporibes in Anglia regnandi potestatem habuit, qui non eum offendere timuisset.

> Defuncto igitur apud Rothomagum nobilissimo rege Anglorum Willelmo, successit filius ejus Guillelmus in regnum. Hic accepto regno cum multis ob insolitas quasdam infestationes et rerum multarum gravedines onerosus et minus amabilis esset, hunc præ omnibus episcopis venerationi habuit, audiens multorum relatione vitam hominis Dei in studio supernæ dilectionis diu esse probatam. Et si alias quibusdam angariis perturbavit, Patri Gundulfo et ecclesize Roffensi omnibus diebus suis benigne pepercit. Et non solum pepercit, sed et larga manu possessiones episcopi multum liberaliter auxit. Ilujus speciali amore maneria duo, Hædreham videlicet et Lambetham, primum quident ut donaretur concessit, alterum vero propria munificentia donavit. Nam Hædreham Lanfrancus archiepiscopus proprio labore et pecuniis acquisitam, non enim ex antiquis possessionibus archiepiscopatus cadem villa erat, favente hoc rege Gundulfo episcopo et ecclesize suze omni post tempore ex integro possidendam concessit. Lambetham vero idem rex donavit ex propria voluntate sua, pro restauratione damni quod ecclesia Roffensis perpessa est in obsidione, quæ in eodem loco facta est, contra Bajocensem episcopum Odonem.

> Rex itaque, cum eumdem Odonem in ipsa urbe cum aliis maximæ potentiæ viris obsideret, quod in eum plusquam civilia bella comiti Roberto favendo movisset, virum Dei tamen et licenter exire et licenter, cum volebat, urbem permittebat intrare. Tanta siquidem ille prudentia inter utrosque medium se agebat ut et obsidentibus placerct et obsessis suspectus non esset. Cur hoc autem, nisi quia tantæ sanctitatis esse credebatur quæ nes obsessis nocitura esset nec obsidentibus ? Into vero

credebatur utrisque.

Devictis igitur inimicis suis, idem princeps et cæteri nobiles regni eum nimia veneratione coluerunt, attendentes in co præcipue nunc Mariæ lacrymosa suspiria, nune Marthæ laboriosa officia. Quis enim sollicitior fuit post quietem Mariæ et Marthæ laborem exercere? Quis studiosior in membris suis Christum cibo et potu atque vestitu fovere? Sæpe sedens ad mensam, quæ dulciora noverat tangere nolebat, sed its quos magis indigere didicisset sine mora mittchat. Inquirebat autem studiosius qui essent pauperiores, qui in villa vel extra inveniri possent debiliores. Talis in mensa collocutio, talis de pauperum necessitatibus disputatio. His cibum esurientibus, illis potum mittebat sitientibus. Indi- B gentibus vero utroque misericorditer mittebat utrumque. Propriam sæpe scutellam, cum in ea cibum modice degustando sensisset lautiorem, mittere festinabat cuipiam languenti, dicens illum edulio tali se esse digniorem. Quod si qua paupercula prægnans vel recens enixa ei nuntiabatur, iis impensius quod necesse erat eorum plangendo mi--. serias largiebatur. Faciebat autem et in aula sua, cum pranderet, singulis diebus pauperes ad minus tredecim refici, præter præbendarios illos quos locis semper alebat diversis. Erat ei et maxima cura nudos vestire, imo ne nudi essent brumali maxime tempore procurare. Multimoda itaque indumentorum genera comparari jubebat, et pro singulorum С necessitatibus sexus utriusque pauperibus erogabat. In tantum etiam corum miseriis compassus est ut, quodam tempore, non longe a Rovecestra progrediens, viderit terram spatiosam ferendis messibus aptam, sed arboribus et vepribus occupatam. Hanc, cum esset in possessione monasterii sul, ad utilitatem servorum Dei de infructuosa fructuosam adhibito labore facere disposuit. Et ne expers et quasi vacuus a mercede hujus exercitii apud Deum esse videretur, statuta die, illuc cum suis veniens, fossorium manibus propriis, quas multa abstinentia satis tenues fecerat, humiliter accepit, et primum laborem suscipiens, primos tribulos et spinas pius agricola evulsit. Deinde exhortans familiam suam et alios operatores, in brevi per manum ipsorum j desiderii sui effectum complevit, sicque ipsam culturam per curam eleemosynarii sui pauperibus semper in posterum possidendam contradidit. Hæc et plurima pietatis opera, sedulus custos domus Domini sui, inopiam patientibus jugiter impendebat.

Igitur temporibus bujus principis, Guillelmi scilicet Junioris, secundo post obsidionem Roffensem, anno, Lanfrancus egregius Ecclesiæ Christi doctor, quipto Kalendas Junii de hac vita sublatus, multos et maxime Patrem Gundulfum de sua morte tristes et graviter desolatos reliquit. Suscepit igitur ex præcepto regis et consuetudine Ecclesiæ Roffensis curam archiepiscopatus in iis quæ ad Deum pertinent nominandus præsul, quam ctiam Lanfranco

familiaris utrisque, profuturus pro sua religione A vivente ex jussione ipsius et gratia habuerat. Raro enim per semetipsum aut dedicationes ecclesiarum, aut clericorum ordinationes, seu collectas puerorum confirmationes faciebat, sed dilectum suum Gundullum mittens pro se hoc fieri amicabiliter præcipiebat.

> la illis diebus præerat monasterio S. Augusuni Anglorum apostoli vir strenuus abbas Guido. Huic, constructa ex plurima parte ecclesia quam antecessor ejus inchoaverat, placuit ut corpora sanctorum Augustini sociorumque ejus ad excelsiora loca de antiqua ecclesia transferrentur. Qui, paratis omnibus quæ tanto ministerio necessaria esse videbautur, plures summæ probitatis viros et specia: liter Patrem Gundulfum ad se vocavit; et per eius sanctitatis operationem quod dispositum fuerat cum maximo tripudio et summa devotione complevit. Hoc tunc temporis in Anglia quasi consuctudinarium erat, ut cum aliquæ præcipue dedicationes aut sanctarum mutationes reliquiarum alicubi fieri deberent, velociter Gundulfus vocabatur, ut per munditiam manuum ipsius tantarum rerum celsitudo tractaretur. Et cum alii pontifices in iis vocationibus vocantium datis muneribus quasi pro gratiarum actione lætificarentur, ipse hoc omni conamine respuens, versa vice vocantium animos sua sæpe munificentia lætificabat.

Post hæc autem, spatio quasi quatuor annorum post mortem Laufranci transacto, rex Guillelmus gravi infirmitate detentus, omnem fere populum Angliæ desperanda salute vitæ suæ ambiguum reddidit. Venerat eadem tempestate in Angliam, urgentibus quibusdam necessitatibus, Pater Anselmus, de quo superius mentionem secimus, qui tunc abbas S. Mariæ Becci erat. Videntes igitur episcopi et principes regni periculum imminens regi, et desolationem, nec non et oppressionem Ecclesiarum et maxime Cantuariensis, ut eis in tanto discrimine primatem constituat, humiliter implorant. Factum est autem. Audit rex eorum consilium, et ipso annuente omnes pariter providente gratia Dei Anselmum eligunt, electum advocant, vocatum, licet totis viribus renitentem, archiepiscopum statuunt. Gundulfus itaque, qui hujus rei voluntarius cooperator exstitit, desideratam dilecti sui dilectoris in gremio sanctæ suavitatis ardenter amplectens, refrigerium consolationis intimæ, quam multo tempore pro morte Lanfranci perdiderat, corde exhilaratus recepit. Quæ autem fuerit vita Anselmi ante episcopatum et in episcopatu, aut quas adversitates vel exsilia pro libertate sanctæ Ecclesiæ acquirenda ut robustissimus miles Domini in tempore suo sustinuerit, quicunque perfecte dignoscere cupit, in scriptis, quæ de ejus vita et admirabili doctrina ct sanctitate edita sunt, satis lucide reperire poterit. Nos autem ad propositum redeamus.

Isti igitur Gundulfus et Anselmus gloriosi principes terræ, quomodo in vita sua in principio conversionis suæ Becci dilexerunt se, ita in finibus terræ non sunt separati. Recedentibus enim aliis episcopis a communione Anselmi propter quasdam discordiarum occasiones, quæ inter ipsum et regni principes ortæ fuerant, Gundulfus dulci o' seguio illi semper et firmiter et fideliter adhæsit, et inter utrosque prudenter se moderans, in cau is corum, et archiepiscopo omnino fidem servavit, et adversarios ejus nequaquam offendit. Consolatione itaque antiquæ dilectionis percepta, isti supernæ patriæ amatores, quos inulto tempore terræ marisque spatia separaverant, in unum conjuncti, dulcibus vitæ æternæ colloquiis, quibus se soliti fuerant refovere adhuc in claustro monachi, jisdem se refovere non distulerunt jam in Anglia venerandi episcopi. Sæpius enim in diversis locis convenientes, mutuis se B verbis in Dei succendebant amorem : archiepiscopo tamen divini amoris ignem frequentius accendente loquendo, episcopo vero se ad ignem illum accensum propius calefaciente tacendo. Quæsivit tamen episcopus aliquando utrum omnibus quæ in ecclesia dicerentur animum archiepiscopus æqualiter intenderet æqualiterve retineret. At ille : Ego, inquit, omnibus quidem qua audio hac retinere volens intendo; sed sæpius fugiunt mentem meam, dum simul omnia capere volo. Cui episcopus : Jure ulique, inquit, ille amittit omnia, qui omnia concupiscendo amplectitur. Hoc quasi alludens dicebat. Deinde subinferebat: Ego autem non omnibus quæ andio æqualiter intendo; sed ex omnibus unum quod mihi magis est cordi eligo, eique studiosius inhærens aliquam ex eo superni amoris mihi du'cedinem elicio. Quemadmodum si cui ægroto plura ciborum genera offerantur, ille autem non omnia sed ex omnibus unum sibi magis gratum veluti pomum eligat, quod degustando remedium aliquod suce infirmitatis capere valeat. Et hæc quidem ille. Nos autem qui ejus vitam usu et auditu satis cognovimus, hanc illi semper fuisse consuetudinem frequenter experti sumus. Aliquando enimcum in Ecclesia illud decantari audiret : Afficti pro peccatis nostris assidue cum lacrymis exspectamus finem nostrum; vel illud : Dies illa, dies iræ; vel aliud simile compunctioni amicum, illico cæteris omnibus omissis ei, quod sibi magis acceptum audierat, solummodo intendebat; oculisque in cœlum erectis, bis illud terve vel quater suspirando repctebat; tolumque se in gemitus vocesque lacrymosas resolvebat. Videbamus, et in lacrymas vel gemitus saltem solvi et ipsi cogebamur. Quid cum ad populum sermonem faceret? Aliquando interrumpentibus lacrymis loqui et ipse non poterat, nec populus quidquam aliad quam flere vel gemere illum attendens poterat. Cessabant verba, lacryma sermonem explebant. Hoc autem maxime fiebat, cum in festivitate B. Mariæ Magdalenæ de ejus pœnitentia vel lacrymis sermonem ad populum faciebat. Loquens quippe de cjus pœnitentia, populum ad pœnitentiam provocabat. Recitans illius lacrymas, lacrymans et

ipse cæteros ad lacrymas succendebat. Hanc quippe

per supernam clementiam junctis episcopatibus suis, A speciali quo fam diligebat amore, hujus memoriam et quotidiana commemoratione et annua semper facere satagebat solemnitate. Quia enim multum peccatorem se esse credebat, cam quæ multum peccatrix fuerat, quid multum peccatori magis necessarium esset, magis nosse dicebat, et magis velle misereri credebat. Hanc igitur assiduabat precibus, interpellabat fletibus, cæteris sequendam proponebat quantum sequenda esset in semetipso præferebat. O doctorem sequendum, qui quod cæteros faciendum docebat, prius ipse, ut cæteri enn sequerentur, faciebat! O episcopum dignum, non pecuniis sed lacrymis episcopatum adeptum! Fiunt episcopi quidam simulationem sub velamine religionis nonnunquam minus caute ostendendo; factus est iste episcopus lacrymas multas ex corde profundendo. Hoc tamen ipsum materiam lacrymarum sibi ipsi proponebat, quod videlicet quamdam religiouis speciem ostentando factus episcopus fuerat. Vo. inquiens, mihi peccatori, quia sicut quidam episcopatum emunt pecuniarum distractione, sic et ego sanctitatis cujusdam minus caute ostentatione ! O gloria inanis, quid mihi et tibi? Quid, quod non est meum, me ostentare suggeris quasi meum? Imo quod est nihil, cur miki suades ut ostendam quasi aliquid ? Quid est quod in me invenire queas, quo me jure attollere valeas ? Ubi materiam attollendi non invenis, cur me attollere quæris? Lanfrancum archiepiscopum, dum riveret, adire poluisti, et alios nunc summæ probitatis viros', si homines vis invenire diquos attolli. Ibi sapientiam cum scientia, ibi divitias invenis cum potentia. Ibi invenis viros instrumentis sanctarum virtutum multipliciter ornatos, et tuis fraudulentia plenis machinationibus robustissime resistere valentes. Me peccatorem et nihil horum habentem relinque, in quo nonnisi peccatum potes invenire. Addebat et se admodum vereri ne ei eveniret quod quidam evenisse audierat, qui ad extremum veniens, cum jam ultimum efflare spiritum deberet, dixit: O gloria inanis quantos perdidisti, quorum ego unus sum ! Gloriam ergo inanem et studiose vitabat, et minus studiose eam se vitare timebat. Altercabatur itaque cum illa sæpe, ut dictum est, velut cum adversario quodam, ut a se eam repelleret, ne cum pro merito laudabilis vitæ ab omnibus laudabatur, ci undecunque subrepere posset. Quem enim extollentia non tangeret aliqua, cum proceres regni aliis episcopis ipsum præferentes, ipsum adeuntes, ipsius familiaritatem appeterent, propria ei pecca a familiarius denudantes, se per eum absolutiores fieri non dubitarent, tutiores denique co se crederent die, quo vel ejus osculari manus vel saltem eum videre valerent? Et certe audivi a quodam boni testimonii episcopo et veritatis amatore referri, se, cum gravissimis carnis suæ stimulis et tentationibus in adolescentia sua, ut interdum evenire solet, urgeretur, Gundulfo passionum suarum nebulas corde puro ex integro manifestasse, et onni post tempore ab hujusmodi criminum impedimentis consilio et erationi

bus ejus liberiorem esse. Il se quippe dicebantur de A proximi Deo et affinitate sanctis angelis conjuncti. illo. Ipse tamen non se in hominum ore quærebat, sed in se quid esset a se attentius disquirebat. Illi eum efferebant, ejus attollendo merita ; ipse seipsum deprimebat, sua ad memoriam reducendo peccata. Si quando vero inaniter raperetur extra se, quotidiana contemplatione se quærens et inveniens, per custodiam humilitatis citius se reducebat ad se. Dictis itaque quibusdam de moribus ejus, nunc ad exsequendum operum ejus ordinem calamum convertainus.

Habito igitur cun sapientibus consilio, et maxime favente et auxilium præbente in multis venerabili Anselmo archiepiscopo, sicut in civitate Roffensi construxerat virorum, ita et feminarum cœnobium in possessione sua, quam Meilingas dícunt, vir Dei B ædificare curavit. Amabilis enim utrique sexui, ad religionis pietatem prodesse studuit et utrique sexui. In prædicto igitur loco eccles: a in honorem B. Mariæ semper virginis composita, compositis et officinis aliquibus pro temporis opportunitate, quanta potuit instantia, sanctimonialium inibi aggregavit conventum; cas doctrina instanti erudiens interius, cis industria solerti vitæ necessaria procurans exterius. Magna siquidem providebat cura ut et animæ profutura eis omnino semper adessent, et quæ corpori necessaria erant eis nunquam deessent. Matres igitur spirituales de aliis acceptas monasteriis priores vel custodes eis præficiebat, redditus vel terras undecunque poterat acquirebat, carum ecclesiam ornatu vario decorare curabat. Unde et plures etiam no- C biles illius magisterio subdere se gaudebant, sperantes se per illius obtinere sanctitatem, quod per propriam non poterant corporis fragilitatem. Abbatissam tamen eis primum præficere noluit, sed eos per plures annos propria cura regere curavit.

In illis diebus obortis propter libertatem Ecclesiæ inter Patrem Anselmum et regem magnis discordiarum querelis, idem Anselmus Angliam cxiens apud Lugdunum exsulabat. Contigit autem post aliquot annos ut ipse rex, sagitta percussus, terribiliter occumberet, et frater ejus Henricus ad regni fastigia sublatus esset. Qui statim Anselmum ad patriam revocavit, et laude dignum Gundulfum, sicut antecessores ejus fecerant, nimia veneratione coluit, n ipse ab impeditis requisitus, pius interventor fiduattendens in eo vitæ diu probatæ sanctitatem et quam sibi exhibebat inter prospera et adversa magnæ devotionis et fidei securitatem. Turbatis enim rebus ob mutationem regum, principes quidam regni securitati novi regis minus fidem servantes, imperium ejus, in quantum poterant, fraudulentis machinationibus titubare faciebant, illi subdi despicientes. At Gundulfus, perspectis tantis perturbationibus, multum elaboravit, ut pacis vincula inter regem et adversarios ejus nectere posset. Unde et perturbatores pacis per semetipsum sæpius adibat, ostendens sarris admonitionibus, guanta mala ex abundantia discordize oriri solent, et quid merentur mali qui hojus scandali sectatores existent, et quam sunt

qui semina pacis in cordibus suis suscipiunt, et hæc in manifesto per operum exsecutionem ostendunt. Istis auditis, quidam ex ipsis innocentiam viri Dei et sanctimoniam considerantes, monita salutaria devote suscipiunt, concordiam cum rege firmant. fordera pacis deinceps tenenda promittunt. Pro istis ergo amabilis factus est regi et principibus regni, et cum de aliis nobilibus terræ in palatio aut alibi in collationibus corum fieret mentio, Gundulfus inter eos, non ut socius, sed ut superior et quasi Pater reputabatur.

Videns itaque providus Pater congruam opportu nitatem se habere et tempus, in quo utrisque monasteriis suis in aliquo prodesse posset, redditus et possessiones monachorum suorum, a suis quondam separatas, auctoritate regis Henrici et nobilium regni nec non et archiepiscopi Anselmi et sua propria et aliorum episcoporum Angliæ corroboratione confirmatas, atque per chartam eorum sancitas, eisdem filiis suis contradidit. Et quod tunc statutum est quisquis temerario ausu infregerit, nisi digna satisfactione correxerit, anathematis mucrone percussus sententiam damnationis cum Juda proditore sortiatur. Apud Mellingas vero, ubi cœnobium feminarum construxerat, cum eadem villa ab antiquis temporibus campestris esset et raro incoleretur habitatore, favente gratia regis Henrici, satis popularem, et affluentibus undecunque turbis et sibi mansionem facientibus, in eodem loco sicut hodie apparet, vicum pergrandem et mercatoribus aptum ad utilitatem sanctimonialium effecit.

Mathildis præteren nobilis Anglorum regine, uxor ejusdem principis Henrici, cognitam habens reverentiam vitæ laudabilis et dignitatem bonorum operum viri Dei, ejus sanctitati valde familiaris effecta, eum ad se frequenter venire faciebat, ejusque salubri colloquio infatigabiliter satiari cupiebat. In tautum etiam amorem illius amplexata est ut, cum flium genuisset, ipsi specialiter baptizandum et de sacro fonte levandum eum commendaret. Quod et sic factum est. Charus itaque regi et reginæ, charus etiam omni populo Angliz. Nam cum multi apud regem seu reginam aliquo impedimento obligati essent, cialiter ad eos accedebat, et opem misericordize et sublevationis se requirentibus ab eis sæpius impetrabat.

Militavit autem Deo sub regibus tribus, omnibus iis charus et acceptus. Rege nam Guillelmo primo, ecclesiam Roffensem, Lanfranco suffragante, construxit; regnante secundo, terris aliquibus auxit; Rege Henrico filio prioris et fratre secundi, res monachorum a suis regiæ auctoritatis charta distinxit et confirmavit. Annuit autem rex primus libens construenti, secundus adaugenti, tertius confirmanti, omnibus cooperari gaudentibus Bei homini quod bonum crat operanti. Quo vero modo, sub rege tertio, Deus dilecto suo dederit, ut hine ei inciperet hareditas Domini, jam nunc nurrare incipiam, ne A residens, inquisitis attentius necessitatibus corum, multa adhuc dicenda dicendo fastidium lectoris inourram. Quod ut nulli incredibile videatur, sciant omnes, quicunque bæc audituri sunt, quod multo ampliora iis sub testimonio veritatis fuerunt opera compunctionis et pietatis illius.

Anno igitur ante obitum suum plus minus uno. verbere paterno corripi, gravique infirmitate oppressus, viribus corporis in dies magis magisque destitui cœpit. Tactus est autem et nimio capitis dolore ex et nimia, ut dicebant, assidua lacrymarum effusione. Non itaque solita missarum celebrare solemnia, non lacrymarum effundere Aumina, non orationum solitum reddere pensum poterat. Nitebatur tamen iulirmitatem vincere ex bona quantumcunque poterat consuctudine. Primo igitur quia non, ut prius, duas poterat, unam saltem quandiu potuit missam celebrare satagebat. Orationum quoque, etsi non totum, reddebat tamen cum lacrymis guod poteral peasum. Eleemosynarum vero largitiones multas per villas suas fieri jussit, quod tamen suo successori diu sufficere posset, ut prudens dispensator faciens reservari. Qui cum andisset suun dilectum dilectorem præcipuum, Cantuariensem archiepiscopum Anselmum dixisse, quia non crat episcopi morientis res ecclesiastica sibi commissas ex toto dividere, sed successoris sui usibus aliqua reservare : Deo, inquit, gratias ago, quia mihi facultas suppeditat taula, que pauperum indigentiam relevare, el successori meo secum homines etiam habenti tri-G ginta novos ad usque redditus terræ copiam possit præstare. Pauperum igitur, ut coeperat, mortem ad usque curam paternam egit, nec tamen episcopium suum pauperum miserendo pauperavit. Domus siquidem lidelis dispensator et prudens, et in præsenti Domini sui servis quod necessarium erat distribuit, et in futurum quod distribui abunde posset sapienter reservavit. Gajus prudentia pontifex venerandus cognita, ejus distributionis pium desiderium et discretum exsultans laudavit, et de instanti ejus perseverantia in bono Deo gratias egit. Et vere laudanda crat ejus in operibus justis perseverans devotio, quia, cum tanta esset debilitatis ut nec cliam equo insidere posset, sed vehiculo duobus equis parato, cum ratio poscebat, de villa ad villam D transferretur, statim cum illo pervenisset, memoria pauperum ad mentem reducebatur, et maxime præbendariorum suorum, quorum procurationi studioaius invigilabat. Non credens itaque ex toto ministris suis, quod se absente secondum libitum suum procurati essent, sibi vim faciens, et infirmitatis gravedine postposita, ut magis solitarius quod disponebat explore potuisset, circa vesperam ne ab hominibus agnosceretur, nobis mirantibus, manibus suoram super equin levabatur, et assumpto uno tantum monacho et duobus famulis secum, collulas debilium et corum ctiam qui podagrico et elephantioso languore dissipabantur per semetipsum visitahat, et intus progrediens et ante cubiculum corum

lacrymas oculis fundentibus, eorum miseriis compatiens, secondum modum uniuscujusque, in victa et vestitu eis quod opus erat ministrabat.

Et quid dicemus de custodia humilitatis ejus? In secretis denique filiæ regis, cujus omnis gloria est ab intus (Psal. xLiv, 14), thesauros virtutum suarum sub clavi humilitatis reponens, ut fructus eorum in die necessitatis recipere posset, nolebat extollere se super se. Et ut unum de multis proferamus, in ipso anno in solemnitate Omnium Sanctorum, cum in ecclesia majori apud Rovecestram missam festivam celebrasset, et pro re qualibet sibi ingrata aliquantum quasi iratus turbaretur, astitit ei quidam de fratribus sibi familiariter, dicens : Et quid est, Pater? Unde hæc perturbatio? Et quare commovetur serenitas cordis vestri? Totus populns isting civitatis summo tripudio pro recuperatione rigoris vestri, sicut sperant, quia insonuit hodie rox vestra diu desiderata in auribus eorum, non mediocriter exsultat, et vos turbamini? Ad bæc ille : Pro me, inquit, plaudit populus? Et hoc frequentius iterans, interrumpentibus vocem singultibus et lacrymis, fis intentus diutius siluit. Et dixit : O quis est qui pro me gaudere debeat? Ecce infirmitate gravi detentus morior; et quid laude dignum in omni vita mea egi? Nec etiam unquam scintillulam unam fervoris et amoris Dei, ut diquum esset, tandiu vivens apprehendere potui. Ilæc prolixius exsequens, vitum suam armis justitize et pietatis usque in finem providentissime munire non destitit.

Ingravescente postmodum infirmitatis suæ molestia, venit ad eum dulcis amicus ejus Pater Anselmus, et videns eum viam universæ carnis quasi incipientem ingredi, facta prius pura et simplici conlessione, ab omnibus peccatis vice B. Petri eum absolvit, et ex more sacræ unctionis oleo devotissime livit. Commisit autem episcopus in ejus vencrandas manus et se et suos quos aggregaverat filios; ut et eum, qui de hoc mundo recedebat, suis Deo precibus commendaret, et nos, quos in hoc seculo relinguebat, cura pastorali vice sua custodiret. Obortæ igitur lacrymæ pils sermonibus Patris fluunt ab utroque; madent filiorum circumstantium genæ. Longa trahuntur suspiria, intoleranda præcogitatur orbitas. Peracto denique sacræ unctionis officio dicedit archiepiscopus, quibusdam advertens indiciis quod aliquandiu esset ille victurus.

At vero episcopus cum mortem postmodum jam adfuturam timeret, nec ut episcopus in domo sublimiorum, sed ut monachus et inter monachos in loco humiliori mori mallet, inter manus ministrorum se jussit attolli, et in ecclesiam B. Andreæ apostoli, cujus vicarius erat, deferri. Ibi ergo in lacrymas gemitusque resolutus, orabat apostolum Dei pium, ut pie misereretur illius, prorsus ignorantis utrum ad ejus ecclesiam jam ultorius esset rediturus; eum itaque a peccatis suis absolveret, benedictione data licentiam abeundi concederet; locum illu:u et motia-

. .

chos in ejus obsequium congregatos cura pervigili A defuncto, hujus actionis obscuritas, sicut paulo post custodiret. His igitur similibusve mente devota profusis, in domum infirmorum, ut inter monachorum manus spiritum redderet, se deferri fecit; ubi tamen aliquando post tempore in magna cordis et corporis

contritione supervixit. Quibus etiam diebus, cum ei lecto decumbenti-a quibusdam instarctur, ut Mellingensis cœnobii priorem cæteris abbatissam præficeret, ne, eo defuncto, locus ille sine regimine remaneret, aliusve cujus non interesset super locum illum dominationem sibi usurparet : Quid, inquit, compellitis me facere, qui ecce morior? quod ulrum placeat Deo prorsus ignoro. Ostensa tamen justæ rationis necessitate, et consilium dantibus ex hoc rege et archiepiscopo per litterarum suarum in præsentia ejus recitatam aucto- B ritatem, astantibus circa lectum ipsius multis, accipiens baculum pastoralem illi priori contradidit, et ejusdem loci primam abbatissam eam constituit, ipsa deinde jurante obedientiam et subjectionem canonicam episcopo et Ecclesiæ Roffensi, et quia nec per se nec per alium idem coenobium, subtrahere conaretur subjectioni Roffensi.

Deinde omni circumspectione providus, vestes suas et quæque habebat parva et vilia indumenta usque ad caligas, utpote liber monachus, se levigans ab omni ignominioso proprietatis pondere, fratribus et egenis scienter distribuit. Annulum quoque episcopalem gestare formidans, eum cuidam fratri sibi assidue ministranti commendavit. Cumque a quibusdam rogaretur, ut cuidam viro religioso abbati, scilicet de Bello, qui in exspectatione finis illius apud eum morabatur, eumdem annulum daret, respondit : Monachus est ; nihil sibi et annulo.

Erat in Anglia in illis diebus vir magni nominis et religionis famosus, Radulfus nomine, abbas Sagii; qui infestatione enjusdam tyranni de monasterio suo expulsus, apud Patrem Anselmum, non quasi exsul, sed compatriota manebat, ipsi Gondulfo notissimus. Hic audiens amicum suum infirmari, venit ad cum jam inter infirmos diem exspectantem extremum. Comque ille post dulcia cœlestis vitæ colloquia, accepta ultimæ separationis et abeundi licentia, effusis hine inde copiosis lacrymarum fluminibus, usque ad ostium domus recedens processisset, vo- D cato episcopus fratre interim cui commiserat annulum suum, accepit illum ab eo, ct statim subjunxit : Vocate, inquit, abbatem. Qui vocatus rediit, et ex præcepto episcopi recedentibus cunctis, tenens manum abbatis immisit annulum. Qui expavescens et ad rei novitatem obstupefactus : Quid est hoc, inquit, Domine Pater ? non est mei ordinis annulum habere; sum enim habitu monachus etsi non vita; unde mihi re non necessaria onerari formido. Ad have episcopus : Sume, inquit, illum; erit enim tibi necessarius, et ne inobediens in recipiendo persistas, quia expedit ut fiat quod volo. Tunc ille satis admirans, et latentem hujus rei causam prorsus ignorans, accepto annulo recessit. Claruit tamen, ipso

Quadam autem die posthæc congregationem convenire jussit, et ut in omnium conspectu pro omnibus peccatis suis corporalis ei fleret disciplina, postulavit. Sed cum hoc fratres, multam debilitatem illius considerantes, factu borrendum putarent, responderunt hoc se de illo quidem facere non posse, de seipsis vero pro illo hocidem omnes facere velle. Factum est igitur. Et ecce in sequenti Sabbato venerandus Pater, vicinitate mortis oppressus, multum debilitari coepit; tamen aliqua pictatis opera iadigentibus ipsa die fieri præcepit, et ad missam, quæ in capella infirmorum ipso audiente dicebatur, intentionem devotissime dirigens, cum Evangelium legeretur, ad reverentiam tanti mysterii sese erigi fecit. Vespere facto commutuit, et usque ad horam mediæ noctis exspectans sine vocc, sed non sine sensu jacuit, et dictis Matutinis in præsentia ejus ad diem pertinentibus, et omnibus Horis de S. Maria, tunc demum spiritum extremum trahere coepit. Tabula igitur de more percussa, ipsoque super cilicium posito, monachi summa cum festinatione accurrunt, Symbolo fidei præmisso psahnos litaniamque cantantes, animæ commendationem incipiunt lacrymis et orationibus animam Patris egredientem et ad Creatorem suum revertentem conducunt. Cumque in hac tremenda exspectatione aliqua mora fierer, atque orantibus fratribus et psallentibus, ad septuagesimum nonum psalmum perventum fuisset dicendo circa illud: Deus virtutum, convertere, respice de eelo, et vide, et visita vineam istam, spiritus Patris oriente aurora de corpore egreditur, vincam quam ipse plantaverat, scilicet congregationem Ecclesiæ suæ, quam in studio cœlestis disciplinæ multipliciter erudierat, custodiæ et visitationi summi Creatoris relinquens. Corpus autem attendentes relictum, mirum dictu ! vident albescere miri candoris splendore, quod natum semper nigrum soliti erant videre. Imputant ergo eleemosynarum largitioni, quod albescunt manus; imputant et lacrymarum effusioni et sanctæ vitæ illius, quod totum etiam allescit corpus. Lotum itaque cum reverentia debiti honoris indumentis pontificalibus induunt, et in ecclesiam B. Andreæ apostoli cum fletu et cantu ante ipsius altare deponunt. Mittitur et sine mora qui Cantuarino archiepiscopo Anselino chari sui obitum nuntiet, et ut ad extremum amicitiæ munus corpori ejus persolvendum veniat, roget. Qui, nuntio accepto, quantocius Rovecestram accedit, et amici exsequias debita satis veneratione, prout episcopalem decebat dignitatem, per omnia exsequens, eun ante altare Crucifixi ecclesiæ, quam ipse a fundamentia coustruxerat, tumulavit.

O quantus interim monachorum luctus, quos ipse aggregaverat! O quantus sanctimonialium fletus, quas et ipsas munilo subduxerat! O quantus populi planctus, super quem benedictionem suam toties fuderal ! O quantus pauperum gemitus, quos pateruo

affectu paverat! O quantus dolor omnium, quos A imbecillitas mea non sufficere videretur, me ad onus pastor bonus annis jam triginta et uno sine querela rexerat! Obiit siquidem venerandus hic Pater octavo Idus Martii, Dominica tertia Quadragesimæ in qua canitur Officium, Oculi mei semper ad Dominum (Psal. xxiv, 15). Et idem cantatum est in consecratione ipsius, ut etiam per hoc Dominus cunctis innueret quibus studiis eius vita in præsenti sæculo dedita suit. Bene enim ipsa die transiit de hoc mundo, quia secundum quod dictum est, ex compunctionis gratia oculi ejus assidue intenti fuerunt ad Dominum. Et ideo, ut credendum est, ad retributionem bonorum actuum ipsius evulsi sunt pedes eins de laqueo miseriarum (Psal. xxiv, 15), quibus abundat præsens vita. Fuit autem tunc Incarnationis Dominicæ annus millesimus centesimus octavus, B regni vero regis Anglorum Henrici octavi, ætatis autem sux plus minus octogesimus quintus, monachatus vero quinquagesimus primus, episcopatus autem, ut dictum est, tricesimus primus.

Aliquanto post obitum Patris nostri elapso tempore, cœpit archiepiscopus Anselmus tractare quem in loco ejus posset episcopum substituere. Et habens consilium, quod sicut credimus de vulta Dei prodiit, de quo superius diximus, venerandum Radulfum abbatem Sagii, faventibus omnibus, ad episcopatum Roffensem elegit, et electum ex more, lætantibus cunctis, ejusdem loci pontificem devote consecravit. Qui, factus episcopus, tunc primum intellexit quam in se haberet significantiam illa occulta annuli datio, quem Gundulfus adhuc vivens C alteri negatum sibi specialiter designavit. Unde apparere videtur illum præscientiam in vita sua habuisse quis post eum in loco suo pontificio deberet sublimari. Sed et hic Radulfus cum fere sex annis Roffensem rexisset Ecclesiam, defuncto Anselmo, ad archiepiscopatum translatus, Ernulfum, virum laude dignissimum et scientia litterali et religione diu probatum, olim quidem priorem Cantuariensem sed tunc abbatem Burgensem, post se constituit episcopum. Qui omni favore a suis receptus, ipso die electionis suze dixit nobis : Sciebam, inquit, fratres, ante paucos dies me licet indignum ad celsitudinem hujus ordinis in proximo promovendum. Apparuit enim mihi dormienti, cum adhuc essem in loco meo, Pater Gundulfus, annulum magni ponderis mihi offerens. Cumque ad gravedinem ipsius

ejus stupidum et accipere renuentem increvavit, et post increpationem annulum me recipere coegit; deinde non apparuit. Hæc ille. Nos autem qui præsentes ab eo hæc audivimus, intelleximus postea non phantasticam esse illusionem, quam vir sanctus in somnis viderat, quia, postmodum factus Roffensis pontifex eumdem annulum recepit, quem Gandalfus episcopus vivens Rodulfo adhuc abbati, sed futuro episcopo dederat.

Hæc de vita Patris Gundulfi nunc guidem prosa latius disseruimus, sed paucis antehac versibus heroicis breviter comprehendimus. Placuit autem eos ipsos et hic subnectere; quia metricam vim prosa gratiorem quibusdam novimus esse. Sunt igitur bis deni, ordine subscripto dispositi :

Te, Gundulfe Pater, peperit Northmannia mater, Mundum sprevisti, claustrum Boccense petisti. Te monachi texit vestis, te regula rexit. Rexit et erezit, nec te via prava reflezit. Primo Beccenses juvisti, post Gadomenses. Hune mare transisti, Lanfranco complacuisti, Summo doctorum doctorum præcipuorum. Hoc donante datum rezisti pontificatum. Templum fundasti, donis illud decorasti, Tu collegisti monackos, quos hic posuisti. Tu Pater illorum vixisti, tu populorum. Te tam majores quam dilezere minores. Tu peccatorum solamen, tu miserorum. Pauperibus largus vivebas, et tibi parcus. Orando flebas, suspiria longe trakebas. Dum sic lugebas, missas celebrare solebas. Te prope multarum cacavit fens lacrymarum. Ante diem mortis dolor adveniene tibi fortis, Anno dants moram, postremam traxit ad horam. Te more bie quarta tulit Idue Martie adorta.

Versibus ergo et prosa venerabilis Patris nostri vitam posteris ad exemplum vivendi transmittimus; et si quanta gesserit non quanta debuimus dictandi venustate depinximus, fecimus tamen aliena potius petitione quam nostra presumptione guod potuimus, ad laudem et honorem illius, qui et ei qued fecit facere et nobis quod scripsimus concessit scribere, qui vivit et regnat in szecula szeculorum. Amen.

GUNDULFI EPISTOLÆ DUÆ.

EPISTOLA PRIMA.

Ad monachos Beccenses. — Ut non tristentur de erepto sibi abbate Anselmo. (Vide supra inter epistolas Anselmi, lib. 11, ep. 3, hujus voluminis col. 17.)

EPISTOLA II.

Ad Anselmum Lugduni degentem. — Ut ecclesiam Cantuariensem multimodis tribulationibus afflictam præsentia sua relevet.

(Vide supra in Eadmeri Hist. nov. lib. IV, col. 453.)

234

ANNO DOMINI MCVIII.

PHILIPPUS I FRANCORUM REX

NOTITIA HISTORICA.

(Histoire littéraire de la France, tom. IX, p. 384.)

Philippe I., roi de France, qui ayant été cou-rouné en 1059, du vivant de son père Henri I., régna après lui jusqu'au vingt-neuvième de juillet tait pas propre à la rétablir, il le presse de se retirer 1108, terme de sa vie, n'était rien moins qu'un prince lettré, quoiqu'il eût de l'éloquence et qu'il fût soigneux de faire étudier le prince Louis son fils, connu dans l'histoire sous le nom de Louis le Gros. Mais divers monuments qu'on a sous son nom, et quelques autres qui le concernent personnellement, nous engagent à dire ici un mot de lui, pour faire connaitre ces monuments comme utiles à l'histoire. Entre ceux de la première classe, il y a trois let-

tres de ce prince : l'une, qui est la première en date, à Bernard, abbé de Marmoutier, et l'autre à saint Anselme, archevêque de Cantorberi. La première est d'autant plus importante qu'elle contient plus de traits des bons sentiments de ce prince, malgré la vie voluptueuse qu'il menait alors. Il débute par avoner au pieux abbé qu'il avait souvent usé de mauvais traitements à son égard, et qu'il avait né- B gligé jusqu'ici à lui en faire une satisfaction convenable, ses péchés en étant la cause et de grandes affaires l'en ayant détourné, quoiqu'il eût toujours aimé et considéré son monastère au-dessus de tous les autres. Après cet aveu il conjure Bernard et toute sa communanté de prier instamment pour lui, et lui donne commission de réformer l'abbaye de Farmoutiers, où il s'était glissé des désordres scandaleux. Peu de temps après, le même prince chargea Bornard de rendre le même service à celle de Saint-Magloire à Paris. Cette dernière commission est en date du mois de février 1093; et l'on voit par là que la lettre, qui n'est point datée, la pré-céda de quelque temps. Dom Mabillon en ayant trouvé l'original daus le chartrier de Marmoutier, la fit graver dans sa Diplomatique, pour servir de mo-dèle du caractère en l'usage du xi^e siècle, et l'a réimprimée depuis dans le corps de ses Annales.

La lettre à saint Anschne est courte, mais bien écrite à tous égards. Elle fait partie du recueil de C celles de cet archevêque, à qui elle sut envoyée lors de son second exil à Lyon, en 1101. Philippe lui warque l'extrême part qu'il prenait à ses peines et lui offre sa protection, si elle peut les lui adoucir,

dans ses Etats, car Lyon n'en faisait pas encore partie, et l'assure qu'il y recevra des marques de l'affection qu'il lui portait. M. de la Curne de Sainte-Palaye, dans le cours de ses'voyages littéraires en Italie, a découvert une autre lettre du même prince à l'empereur lleuri IV, laquelle commence par ce mot : Philippus.

On nous a conservé le serment solennel que ce prince fit de quitter sans retour Bertrade sa concubine. Il le prêta le second de décembre 1194, entre les mains de Lambert, évêque d'Arras, qui avait été nommé à cet effet. Bertrade fut obligée d'en faire autant; et son serment se trouve à la suite de celui du roi Philippe.

ll y a de ce prince un autre acte public qui confirme l'abrogation qu'Etienne, comte de Chartres, avait faite de la permicieuse coutume qu'on avait de piller la maison épiscopale et toutes ses dépendances dès que le siége de cette Eglise venait à vaquer. Cet acte, qui fut fait en l'année 1105, à la prière d'Yves de Chartres, est sur tout intéressant par le détail où il entre de tout ce qu'on pillait en cette occasion. L'on n'épargnait non-seulement ni menbles, ni bestiaux, ni provisions, mais encore ni les vitres, ni le plomb, ni le fer, ni les pierres.

Quant aux monuments qui concernent la per-sonne du roi Philippe, c'est-à-dire qui traitent ex-pressément de l'histoire de sa vic, ou de son règne, nous n'avons que trois petites pièces de vers, qui sont autant d'épitaphes consacrèes à sa mémoire. La première en cinq grands vers ne contient que la date de sa mort, encore exprimée d'une manière assez obscure. La seconde composée de dix vers élégiaques, le fait descendre des anciens Troyens, et le représente comme un prince bien fait, puissant, belliqueux, bon politique, qui avait de la piété, de la douceur, de l'éloquence, de l'agrément en ses discours et ses manières. Enfin la troisième, de douze grands vers, sans entrer dans un si grand détail, fait assez bien dans les six premiers vers le caractère de Philippe.

PHILIPPI I BEGIS EPISTÓLÆ ET DIPLOMATA.

Philippi regis epistola ad Bernardum, Majoris Monusterii abbatem. — Ut perditissimos Farensis parthenonis mores reformet, hortatur.

(MABILL. Annal. Bened., V, 311.)

PHILIPPUS, Dei gratia Francorum rex, BERNARDO,

venerabili Majoris Monasterii abbati, omnique congregationi sibi commissæ, salutem.

Quantis sanctitatem vestram in multis me exaspelasse cognoverim, tamen volo vobis manifestum esse, ecclesiam vestiam super omnes alias monastici ordinis ecclesias dilexisse, et propter humilitateir

et patientiam vestram amodo diligendam disposuisse. A monastici ordinis religione, dein vero exteriorum Verum quia multis et magnis præpeditus negotiis, peccatis meis, fateor, exigentibus, vestræ sanctitati satisfacere neglexi, nunc obnixe deprecor, ut me, licet immeritum, deinceps in orationibus vestris suscipiatis, quatenus per eas in præsenti et in futuro merear adjuvari. Confido enim quod magnam apud Deum habent fiduciam. Nunc-igitur sequendo vestigia prædecessorum nostrorum, monasterium sanctæ Mariæ semper virginis sanctæque Faræ, in quo ex infirmitate et incuria inhabitantium omnis religio et monasticus ordo penitus est annullatus, et (quod miserabilius est) prostibulum factum esse condolemus, pro salute animæ meæ per præsentem chartam in cellam volis jure perpetuo possidendum tradimus, concedimus, et auctoritate regia confir-R mamus : quatenus per sanctitatis vestræ prudentiam, el orationum vestrarum instantiam ordo monasticus ibidem reformetur; et Ecclesia Dei, quæ hactenus, proh dolor ! adulterinis fœdata est complexibus, et tanto tempore a servitio Dei privata est, cum ecclosiæ vestræ filiis de valle lacrymarum ascendere, et canticum graduum se cantare congratuletur. Confortamini itaque in Domino nihil hæsitantes, scientesque auxilium meum vobis in nullo defuturum. Valete. (1)

11.

Philippi regis epistola ad eumdem. - Illi monaste. rium S. Maglorii Parisiensis committit in meliorem statum restituendum.

(MABILL. ubi supra, p. 316.)

Notim sit omnibus habere nos capellam domini- C cam, in honore beati Bartholomzi apostoli et beati Maglorii confessoris constructam, sitam in Parisiorum civitate juxta aulam regiam, quæ hactenns a propriis abbatibus non tam gubernata quam desolata videbatur, maxime tempore Haimonis abbatis, per cujus incuriam in tantum annihilata erat primo

depopulatione, ut pauci fratres, qui adhuc ibi remanserant, de rebus ecclesize, prout monaçhos decet, sustentari non valerent, et jam pene ad sæcularitatem redacti, unusquisque de proprio suo, prout poterat, cum magna necessitate et ordinis transgressione sibi procurabat. De hac ergo desolatione cum supra dicto abbate Haimone rationem ponentes, cum se excusare non posset, et per negligentiam suam omnia hæc accidisse cognosceret, assensione ejusdem et supplicatione fratrum loci ipsius habitatorum, admonitione quoque optimatum nostrorum, et suggestione quorumdam religiosorum virorum, hoc consilium salubre reperimus, ut ecclesiam ipsam in manus ordinate et monastice viventium, abbatis, videlicet Bernardi et monachorum Sancti Martini Majoris Monasterii, ad restaurandum traderemus. auod et fecimus pro redemptione anima nostra, etc.

Actum est hoc Parisius publice in aula regia, coram subscriptis testibus, anno ab Inc.- Domini 1093, indict. 1, epacta xxvi, x Kal. Martii, regnanto Philippo rege, anno ordinationis sum xxxvi.

(Ilis litteris apposita sunt signa ipsius Philippi regis, Ursionis Silvanectensis episcopi, llugonis fratr's Philippi regis, Widonis dapiferi regis, Adelelmi constabularii regis, Simonis de Niello, Goislini regis camberlarii, Gauterii camberlarii regis, Willelmi camberlarii regmæ, et Harduini camberlarii reginæ, et aliorum. Ex monachis huic sanctioni præsentes fuerunt Hilgodus, qui fuit Suessionum episcopus et Andreas (rater ejus, Rotbertus Parisien-sis prior supra dicti canobii, et Rotbertus de Castella, qui fuit dapifer supra scripti regis Philippi. Huber-ius cancellarius scripsit et subscripsit.)

Philippi regis epistola ad S. Anselmum Lugduni exulantem. — Ut Galliam visitare dignetur.

(Vide supra inter cpistolas Anselmi, lib. IV, ep. 50, hujus tomi col. 230.)

(1) Vide Ivonis epistolam 70, ad Galterium Meldensem episcopum.

JURAMENTUM PHILIPPI

REGIS FRANCORUM

Quo Bertradam pellicem, jubente pontifice Romano, se dimissurum pollicetur.

(LABB., Concil., X, 658.)

Audias, tu Lamberte, Atrebatensis episcope, « qui hic apostolica vice fungeris : audiant archi-· episcopi, et præsentes episcopi, quod ego Philip-· pus, rex Francorum, peccalum el consueludinem carnalis et illicitæ copulæ quam hactenus cum · Bertrada exercui, ulterius non exercebo : sed peccatum istud et flagitium penitus et sine omni · retractatione abjuro. Cum eadem quoque fomina

« mutuum colloquium et contabernium, nisi sub « testimonio personarum minime suspectarum, non c habebo. Hæc omnia, sicut litteræ papæ dicunt ct vos intelligitis, sine omni malo Ingenio observabo. « Sic me Deus adjuvet, et hæc sacrosancta Jesu < Christi Evangelia. >

Similitor et Bertrada cum excommunicationis vinculo solveretur, tactis sacrosanctis Evangeliis in

Actum Parisias in presentia domini Daimberti Senouensis, et Radulfi Turonensis, archiepiscoporum; domini quoque Ivonis Carnotensis episcopi, Humbaldi Antissiodorensis episcopi, Jeannis Aurelianenais episcopi, Gualenis Parisiensis episcopi, Manaşse Meldensis episcopi, Baldrici Noviomensis episcopi, Lamberti Atrebatensis episcopi, Humberti Silvaneciensis episcopi : abbatum quoque, Adæ Parisiensis, Ofrici similiter Parisiensis, Rainaldi de

A Prato sancti Germani Parisiensis, Rainoldi nihito minus Stampensis : archidiaconorum etiam quamplurium, et honorabilium clericorum, et laicorum, non parva multitudine inibi consistentium.

Taliter itaque ex apostolicæ sedis auctoritate reincorporatus est Philippus rex Francorum sanctæ catholicæ Ecclesiæ matri suæ IV Nonas Decembris, indictione XIII, anno autem Del Christi 1104, pontificante vero in sede Romana Paschali papa H, anno sexto.

PHILIPPI REGIS

DIPLOMATA DUO.

I.

Sigillum Philippi regis de Sancto Germano. — Ad augmentum fundationis cellæ S. Germani in Laia nova concedit prædia.

(Anno 1072.)

[MARTENE, ampl. Collect., I, 490, ex chartario Columbensi.]

In nomine sanctæ et individuæ Trioitatis, Patris videlicet, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Ego Philippus gratia Dei Francorum rex. Notificari volo tam præsentibus quam ætati posterorum, quatenus avus noster Robertus rex in honore Dei et Sancti Germani apud silvam quæ Laia vocatur, quoddam construxerunt monasterium, adhibitis necessariis ibidem servientium fratrum. Pater vero meus, videlicet rex Henricus, qui post eum Galliæ C rexit imperium, concessis omnibus qua ille dederat, plura tribuendo locum amplificavit. Ego igitur, ut essem particeps tanti beneficii, supradicto monasterio et monachis Columbensibus eodem in loco Deo famulantibus, dedi omnem decimam vini et annonæ meæ, quæ pertinent ad cellarium vel granarium Pissiaci, videlicet de Trel, et de Charla vana, et de ipso Pissiaco; decimam etiam Alvers vini et. annonæ et leguminum, et avenæ undecumque sit. Similiter dedi omnem decimam annonæ men et avenæ, leguminum de Aquilina, et omnium crementorum meorum, qua facta fuerunt in ca. Molendinum etiam Filioli-curtis dedi et terram Gaudine. Brancas etiam de Laia quantum necesse fuerit ad focum monachorum, necnon et mortuum lucum D quantum sufficit ad usum monachorum, et hospitum suorum, et pasturam totam pecaribus monachorum, et etiam hospitum suorum. Dedi etiam vivum nemus quantum fuerit necessarium ad ædificia monachorum, vel nova facienda vel reparanda. Gauterium quoque quemdam (2) collibertum meum, et omnem ejus posteritatem, et apud Rivoldicurtem quinque hospites prædicto loco beati Germani con-

(2) Colliberti nec servi erant nec liberi, sed mediann queindam inter utrosque statum tenebant, ita PATROL. CLIX.

B tuli. Et ne memoria deleretur hujus beneficii, litteras inde fieri præcepi, quas ipse propria mana firmavi. Testes supradictæ dationis subtitulari præcepi. Considerans vero quod de die in diem in pluribus hominum refrigescit charitas et abundat iniquitas, hæc omnia in sigilli mei præsidio et tuitione subscribi feci, ut qui post nos venerint, sciant quæ pro animæ meæ, et antecessorum meorum redemptione monachis Columbensibus Deo et sancto Germano servientibus concessi vel dedi.

Actum publice Parisius x11 Kalendas Junii, regnante rege Philippo, x111 regni sui anuo.

- S. Goiffredi Parisiensis episcopi.
- S. Hugonis comitis Mellenti.
- S. Simonis de Monteforti.
- S. Guidonis de Monte-Leherij.
- S. Hugonis de Putcole.
- S. Ivonis comitis.
- S. Willelmi Albani.
- S. Gauterii.
- S. Garnerii.
- S. Fromondi fratris eius.
- S. Golsfredi filii Nivardi.
- S. Nizardi fratris ejus.
- S. Hugonis filii Gauterii de Pissiaco.
- S. Walterii infantis fratris ejus.

H.

Philippus I rex Francorum jubet bona episcoporum Carnutensium defunctorum intacta servari.

(Anno 1105.)

[ACHERY, Spicil. III, 296.]

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Ame Philippus Dei gratia Francorum rex.

Notum fieri volumus universis in Regno Francorum per futura tempora successuris, quod domnus Ivo sanctæ Carnotensis Ecclesiæ venerabilis episcopus humili devotione celsitudinem nostræ serenitatis adierit, obnixe deprecans ut pravam consuetudinem

tamen ut propius ad servos quam ad liberos accoderent. . .

Henrico cognomine Stephano, et Adela uxore ejus, concessione filiorum suorum Willelmi, Theobaldi, Odonis, Stephani, remissanı et libertatem prædictis domibus et rebus in eisdem collectis a prædictis comitibus donatam concederemus, et nostra pragmatica sanctione firmaremus.

Cnjus pio desiderio assentientes, et æquissimæ postulationi aurem inclinantes, secundum tenorem scripti, quod de prædictis rebus prætaxati comites fieri decreverunt, nostræ majestatis auctoritate res prætaxatas a prava consuetudine liberamus, domum scilicet, et domus ejusdem ferrum, plumbum, vitrum, lignum, lapides, cæteramque supellectilem, scilicet tabulas, scamna, scabella, vasa vinaria, lectos, necnon coquinas et horrea, granaria, cellaria, B nominis, et sigillo nostræ majestatis. torcularia, furnos, furnorumque domos, sive in urbe, sive extra urbem, silvas ut non vendantur, nec succidantur, nec dentur; annonam quoque, vinum,

in domibus episcopalibus ejusdem Ecclesiz a comite A fenum, oves, et boves, et cætera animalia, oznajaque reliqua mobilia, quæ congregata, vel collecta fuerint, sive in urbe, sive extra urbem, ante obitum, vel discessum episcopi cujuslibet, intacta manere firmamus : illis profutura quibus episcopus reservare, vel donare, seu per se, seu per œconomum suum decreverit, ut majores personæ Ecclesiæ, si id episcopo aliqua occasione prævento facere non licuerit. Concedímus etiam ut exactio, quæ defunctis episcopis, vel discedentibus fieri solet in servientes episcopi vel rusticos, de cœtero numquam fiat.

> Hæc ompia sicut a prædictis comitibus concessum est et firmatum, et nos, ut prædictum est, concedimus, et per pragmaticam sanctionem nostram firmamus testificante [testificato] charactere nostri

Philippus Dei gratia Francorum rex.

Actum et confirmatum Paris. anno Dominicæ Incarnationis 1105, anno vero regni nostri XLVI.

PHILIPPI I REGIS

EPITAPHIUM TRIPLEX.

(DUCHASNE, Historia Francorum Scriptores, tom. IV, 167.)

I. .

Ex veteri libro ms. D. Alex. Petavii senatoris Pariaiensia.

Septem milleno centum simul adde resecto. Tuncque scies annum, Regem sublisse Philippum Ingressum mortis diræ nulli renuentis, Augusto quartas Orbi signante Calendas. In feria dicta Sylvestri dobmate quarta.

H. ·

Ex alio ejusdem domini Petavii codice. Francorum summus latet hac tellure Philippus, Rex fuit hic magni progenies Priami. Corpore procerus, vultu stellante serenus Imperio species congrua Romuleo. Strenuus in bellis, regni defensor aviti, Sollers consilio, providus eloquio. Insignis pietate, trucis coercitor iræ, Verbis jocundus, moribus et placidus.

C Augusti ternis conscendit in ætra Kalendis, Annis sceptra novem vigies et bis agens.

Ш.

Rex fueram prædives opum, linguaque disertus, Progenies regum, virtute potens, genus altum. Gloria magna mihi, qua tenditur æmula virtus. Hac tumulatus humo naturæ debita solvi, Ac cinis in cinerem sensi datus ecce quid essem. Heus! quid honor, quid opes, quid gloria, quidve [potesias?

Ast petii, Benedicte, tuam specialius ædem, Ætheream concede rogo precibus mihi sedem. Julius exactis dum lucibus iret ad assem,

Spiritus Augustas cessit meus ante Kalendas. Qui legis hæc, meritam minni mihi Judicis iram Exige, sed precibus faveas his, Christe Redemptor.

211

ANNO DOMINI MCIX

SANCTUS HUGO

ABBAS CLUNIACENSIS

VITA SANCTI HUGONIS

(BOLLAND., April. t. III, d. 29)

COMMENTARIUS PRÆVIUS

5 I. Decessores ejus, artas, discipuli, amici memorabiles.

4. Primam ordinis Cluniacensis sedem et incunabula, atque omnium ejusdem instituti cænobiorum caput, ad 13 Januarii in Vita B. Bernonis descripsimus. Fuit is abhatum Cluniacensium primus, et antequam Cluniacum conderet, Gigniaci et cœnobil Balmensis, sub cujus fundatore S. Euticio tironem vitæ monasticæ egerat, sanctissimus archimandrita. Illum anno Domini 926 vita functum S. Odo excepit, nobilis Francus, ex canonico S. Martini Turonensis monachus et abbas primum Tutellensis | factus. Cui Aymardus successit, alio eoque vario apud scriptores no.nine Eymardus, Ademarus et Ademardus vocitatus, eximius sanctæ simplicitatis ac innocentiæ cultor, hoc infelix quod anno 954 videndi facultatem B amisit, quare suapte sponte dignitatem a se abdicans, illam S. Majolo cessit; qui nobili admodum loco in provincia natus Valentiolæ, primo Matisconensis Ecclesiæ archidiaconus fuit, vitamque tandem cum morte commutavit anno Domini 994. De mortuo suffectus S. Odilo, de Merceur dictus, Beraldi I, cognomento Magni, Domini de Mercorio in Arvernis et Gerbergæ filius. Post cujus felicem ad superos transitum, qui in annum 1043 incidit, S. Hugo, de quo hic agimus, ad abbatiæ Cluniacensis clavum sedere cœpit; de quo non pauca virorum insignium testimonia bibliotheca Cluniacensis colligit; ex qua ut delibemus aliqua, primum auctoris vitæ S. Arnulphi episcopi Suessionensis hujusmodi esto : « Fuit corpore et animo castissimus, eleemosynis et orationi jugiter C intentus et addictus; monasticæ disciplinæ custos et promotor instantissimus, perfectorum monachorum et personarum ecclesiastico cultui idonearum nutritor perpetuus, sanctæ Ecclesiæ procurator et propagator mire fervens. > Hoc autem Sigeberti Gemblacensis ad annum 1087 : « Hugo abbas Cluniacensis, pietate insignis, discretione præcipuns, sanctitate et religione clarus habetur. > Plura his similia, ne

A omnia repetamus, ibidem inveniet curiosus lector: addimus tamen elogium, quod nobis Chronologia abbatum Cluniacensium offert : « Hic non solum carnis sed etiam mentis nobilitate conspicuus exstitit, ac locum istum (Cluniacum intellige) super omnes antecessores sues ædificiis, ornamentis, possessionibus, monasteriis, cellis, ultra quam credi potest, usquequaque fide et industria sua ampliavit. Qui cum esset omnium virtutum exercitiis decenter ornatus, monasticæ religionis ordinem laxius diffluentem providentiæ manu restrictius coarclavit, geminasque missas, unam scilicet pro fratribus defunctis, aliam vero pro vivis in duobus oratoriis a se constructis quotidie cantari constituit ; eleemosynis vero supra omnes nostri temporis bomines ita semper fuit intentus, ut illins Ecclesiastici verbi sententia digne sibi congruere judicetur, qua dicitur : Eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum (Eccli. xxxi, 11). Hic a Deo nobis donatus diu ad profectum hujus loci vivere permissus est, gregemque sibi creditum verbis pariter et exemplis erudiens, multipliciter augmentavit; tandemque senio confectus, 111 Kalend. Maii in hebdomada paschali, sancto sinu quievit. > Hæc inde.

د: یہ در چ

. . . :

2. Annus S. Hugonis natalis, ex anno obitus et acta tunc ætate definiendus est. Obiit scilicet, ut scriptores vitæ tradunt, annum agens ætatis octogesimum quintum, octavo die postquam e vita S. Anselmus migravit, quem cum ad 21 Aprilis circa Pascha anni 1109 obiisse ostenderimus, necessum est natalem S. Hugonis in annum Christi 1024 incidisse. Natum igitur S. Hugonem anno Christi 1024 dicimus. Anno 1039, ætatis xv, apud Cluniacenses S. Benedicti institutum amplexus, sub S. Odilone tunc abbate monasticam vitam iniit; decimo post, ætatis scilicet xxv, Christf autem 1039, eidem vita functo in abbatiales infulas successor renuntiatus, co in munere reliquam vitam posuit, scilicet annos sexaginta, additis octo diebus ac duolus mensibus, ut scribitur in fine Vitze secundæ; longum sanctæ

dignitatis tempus, et multis, quos præceptis reli- A giosæ vitæ imbuit, admodum salutare. Nam e schola ejus episcopi, cardinales, pontifices, virique ob vitas sanctimoniam sacro cultu insigues prodiere. Cluniacenses quippe cœlitum choris insertos B. Morandum et S. Udalricum illi debent; quorum ille 3 Janii apud eos, hic vero 10 Julii colitur, admissus ab ipso S. Hugone ad monasticum habitum, cum Geraldo episcopo postea Ostiensi facto : De quibus ista Chronicon Cluniacense : « Iste Geraldus fuit Ratisponensis civitatis scholasticus, et rogatus a S. Uldarico adiit Romanam urbem cum prædieto Uldarico, et obtenta absolutione suorum peccatorum, exploratores virtutum venerunt ad S. Hugonem, et sub ipso in Cluniacensi monasterio secundam regesapientia, consilio ac morum gravitate insigniter præpollens, non post multos annos major prior constitutus, ac postmodum jubente apostolicæ sedis præsule Gregorio scilicet VII, Ostiensis Ecclesiæ pontificatu sublimatur. Cujus sedis curam rexit cum summa sollicitudine creditæque sibi negotiationis talentum Domino suo cum duplicata reportans usura, meruit audire : Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui (Matth. xxv, 21). Sanctum quoque Uldaricum, divinis magnificum exercitiis, S. Hugo abbas ad sacerdotale promoveri fecit officium. sibique constituit Capellanum et consiliarium, et quia scieval cum virtule ac sapientia totum esse compositum, suo etiam gregi apud illum confessionis preparavit aditum. Unde accedebant ad eum tam C senes quam juvenes, diversis passionibus laborantes, anto sincerius quanto securius conscientias suas illi aperientes. Ipse vero cum summa charitate omnes suscipiebat, et more sapientissimi medici congruis quousque poenitentise remediis curabat. Iste vero S. Uldaricus, ex illustri prosapia Baunariorum Ratisponæ civitatis procreatus, velut lucifer inter cætera poli sidera, sic inter cognationis suæ relucebat nobile stemma. Cætera ejus virtutum merita et miracula in libro gestorum ejus habentur, festivitas seu ipsius solemnitas apud nos agitur decima die mensis Julii. > Hæc de Geraldo episcopo sanctoque Udalrico. B. Morandi Vita brevis, suo tempore danda exstat in Bibliotheca Cluniacensi, col. 501 et sequentibus. His accensendi sunt illustres quoque ex eadem schola viri Goderanus episcopus Xantonensis, Durannus archiepiscopus Tolosanus, et Hugo dux Burgundiæ; quorum postremus, Roberti II, Burgundiæ ducis, ex Henrico ejus filio nepos, sanctioris vitæ incensus desiderio, transcripto Odoni fratri ducatu, ei scilicet, qui Cistercium paulo post fundavit, in Cluniaco sub S. Hugone monachum induit, postque tres ibidem sanctæac severæ vitæ annos diem obiit. anno Christi 1097, cujus apud Cluniacenses sepulcro hoc epitaphium inscriptum legitur : Hic requiescit vir celebrandæ memoriæ, magnus sæculi contemptor, Hugo dux Burgundiæ, monachus Cluniacensis, postea sacerdos.

3. Pontifices, qui sub tanto magistro virtulem compararunt, que eos primum ad sacram purpuram, deinde ad suom ecclesiasticæ dignitatis apicem evexit, Urbanus II et Gregorius VII sunt : ille ex canonico regulari ordinis S. Augustini, quem in Romano Lateranensi monasterio professus fuerat, arctius vivendi institutum quærens, monachum in cænobio S. Trinitatis Cavensi induit; indeque profectus in Galliam, inter Cluniacenses, sancto primum Odiloni, ac deinde successori ejus S. Hugoni erudiendum se dedit, a Gregorio VII, quicum in Cluniaco, dum uterque monachus adhuc erat, sanctam familiaritatem contraxerat, cardinalitia purpura donatus; anno tandem 1088, universæ Ecclesiæ rector, S. Fetri pontificiam cathedram ascendit. Hic vero, id est nerationem susceperunt. Ipse vero Geraldus erat B Gregorius VII, Itildebrandus ante pontificatum dictus, ex comobil Cluniacensis priore, a Nicolao II in cardinalium collegium allectus, et anno 1073 unanimi Patrum consensu cum insigni Ecclesiæ emolumento pontifex enuntiatus, tanta virtute ac vitæ sanctimonia effulsit ut nomine exinde sanctorum fastis inscripto cum iisdem et sacrum cultum obtineat. Multz ejus ad S. Hugonem tom. XXVI Conciliorum epistolæ exstant; nam illa in tempestate, quam perpetuo dissidio adversus Gregorium et Ecclesiam Henricus IH imperator concitarat, opportunus pontifici consiliarius fuit, et arduis in commune rei Christianæ emolumentum tractandis negotiis præfectus; in quibus quantopere pontifex desideraret ejus operam, guamque necessariam cam haberet, Ep. 62, lib. 1, exprimit : « Proinde, inquiens, noscat religio vestra, quoniam qui denegatam nobis præsentiam vestram hactenus cum admiratione sustinuimus, deinceps sine multa anxietate et mentis perturbatione ferre non possumus. Meminisse enim debetis quot et quanta negotia in vestra manu et confratris nostri Giraldi Ostiensis episcopi posuerimus, quæ propter absentiam vestram aut neglecta percunt aut competentem finem habere non possunt. Quoniam cum præfatum episcopum in servitio S. Petri ultra montes ad regem misimus, vos venturum æstimabamus. Ouapropter, etsi commoti, dilectionem vestram intimo commonemus affectu, ut nos in multis et magnis angustiis positos quantocius visitare curctis, » etc. Ita ad eum præter multa ejusmodi alia pontifex ; cujus quæ difficillima erant cum Henrico modo memorato negotia sic tractavit ut periculosa ad tempus tempestate liberarit pontificem; et Henricum, solutum quo tenebatur anathematis vinculo, Ecclesiæ amicum fecerit.

4. Arcta ei necessitudo cum B. Petro Damiano Intercessit, cujus litteras aliquot ad eum missas Bibliotheca Cluniacensis colligit. Fuit autem S. Petrus Damianus in Cluniaco, ibique S. Hugonis relatu terribilia ista exempla didicit, quæ referentur in epistola 15, lib. 11; et eodem hortatore Vitam B. Odilonis conscripsit; ita enim Damianus loquitur in ejus prologo : « Hugo, Cluniacensis monasterii rector et spiritualis militiæ dux ac præcipuus infor-

decessoris videlicet sui, proprio stylo succincte perstringerem, ut ex his, quæ in anterioribus paginis latius reperiebantur esse diffusa, utiliora quæque magisque necessaria brevi compendio deflorarem. Cujus ego compulsus imperio, non luculenti venustatem aucupabor eloquii, sed sicut ex oblatis apicibus deprendere potero, cum Dei omnipotentis auxilio, meæ veritati deservire tentabo. . Desiderio quoque abbate Casinensi, summo postea pontifice et Victore III appellato, familiariter fuit usus Hugo sanctus; nam Casinum circa an. 1083 profectus, inter suos ac Casinenses monachos communionem meritorum cum eo instituit, quod ita lib. 11 Chronici Casinensis, cap. 50, Leo Ostiensis prodit : « His temporibus Hugo venerabilis, Cluniacensis abbas, B vir vitæ ac famæ celebris, ad Patris Benedicti limina devotus advenit. Quem venerabilis Desiderius, ut tantum decebat virum, magno cum honore suscipiens, et societatem Cluniacensium fratrum nostræ congregationi conjungens, inito fædere, et nos!ræ apud illos et illorum apud nos congregationis memoriam perpetuo habendam singulares illi viri decreverunt. >

5. Quid nunc Galliarum episcopos dicam, per S. Hugonem monasterio Cluniacensi devinctos? Duos nobis exhibet spicilegii Acheriani tomus VI in Miscellaneis epistolarum, Araldum et Isembardum, per quos insigniter commendata disciplina, et locupletata qu'adam tenus Ecclesia Cluniacensis est. « Araldus, Ecclesiæ Carnotensis episcopus et ejusdem Ecclesiæ C canonica fraternitas, bona fama virtutum Cluniacensis monasterii tanguam florentis hortuli, suavissimo liliorum atque rosarum odore perflati, et ideirco habendæ fraternitatis ejusdem monasterii desiderio divinitus inspirati, præbéndam quamdam fratribus prædicti monasterii in perpetuos usus concedunt : > ut habetur num. 23; deinde, num. 24 : clsembardus gratia Dei Aurelianorum episcopus et tota congregatio sanctæ Crucis . . . ab Hugone venerabili abbate Cluniacensi et sanctissima congregatione sibi commissa rogati, ut pro anteriori dictione et societate quam invicem inierant, præbendam cujusdam canonici, ecclesiæ et Petri et fratribus ibidem servientibus perpetuo habendam concederent, ca ratione annuerunt, ut et ipsos nos, inquit episcopus, in suo instrumento, c in consortium suum reciperent, et unumquemque canonicorum nostrorum, tanquam unum ex monachis facerent, et nobis orationum et eleemosynarum et cæterorum benefactorum suorum participium darent; et uniuscujusque canonicorum nostrorum obitum et anniversarium obitus diem, tanguam unius monachorum suorum claustrensium, precibus, eleemosynis et cæteris solemnitatibus commendarent; si vero alicui canonicorum placeret monachum fieri, si nihil dare vellet vel posset, gratis reciperent; nostrum vero anniversarium, hoc est episcopi tanguam abbatis sui facerent et successorum meorum quotannis; nos

mator, hoc mihi laboris injunxit ut Vitam B. Odilonis, A autem illius ecclesiæ abbatibus et monachis, tanquam decessoris videlicet sui, proprio stylo succincte perstringerem, ut ex his, quæ in anterioribus paginis faceremus.

§ 11. Imperatorum ac regum erga S. Hugonem observantia singularis.

6. Sæculi principibus impense charus etiam fuit Hugo. Ex his dignitate primus nominandus Henricus, imperator hujus nominis II, rex Germanorum III. cui cum ipse auno 1051 e de reddita sanitate et concessa divinitus filii adoptione > esset per litteras gratulatus; denuo eidem scribens imperator, sic concludit epistolam : « Quod autem te pro longiuquitate itineris negasti potuisse venire, sicut jussimus, quanquam gratanter tuum suscepissemus adventum, eo ignoscimus tenore, ut in Pascha ad nos Coloniam venias, si est fieri possibile, quatenus, si audemus dicere, eumdem puerum, quo ita ketatus es. de sacro sonte susciperes, et spiritualis pater tuæ benedictionis munere signares, sicque simul expiati fermento delictorum, paschali solemnitate mereamur perfrui azymis coelestis gloriæ.) Ita factum anno sequenti, et paterno nomine Henricus nuncupatus puer, imperator postea appellationis istius III, rex IV; cujus, defuncto patre orphani, mater vidua, « dilectissimo Patri et omui acceptione digno abbati Hugoni, + anno 1056 scripsit epistolam, quæ est 14 in Spicilegii Acheriani II Miscellaneis (ubi præcedens quoque et aliæ mox citandæ referuntur) in hunc sensum : « Quia in luctum versa est cithara mea (Job. xxx, 31), pro gaudio gemitum, et pro exsultatione, quam litteræ vestræ fecerant, refero lamentabilem planctum. Cor tamen mœrore pavidum refugit ex toto referre. Quapropter et quià velox fama malorum, ut solet, meum vobis delorem nuntiavit, precor ut Bominum meum, quem diutius in carne servare noluistis, saltem orando cum vestro conventa defunctum Deo commendetis; filiumque vestrum diu sibi hæredem fore ac Deo dignum obtineatis, et turbas, si quæ contra eum in vestris vicinis partibus regni sui oriantur, etiam consilio sedare studeatis. Vale, Pater. >

7. Non defuit partibus suls flugo, sed pessimorum consiliariorum adulatoriis suggestionibus depravatus paulatim Henricus III, Ecclesiæ libertatem ac jura violando, per manifestam contumaciam inobedientiamque, tandem commeruit a Gregorio papa VII excommunicari, in Augustino principum conventu privandus imperio, nisi intra annum cum Ecclesia redivisset in gratiam. Tunc sese in arcto positum videns, Hugonem, cujus consilia et monitiones paternas forsitan audire neglexerat, cœpit respicere, et in Italiam causa absolutionis petendæ transgressus, eodem interveniente atque pro ipso spondente, consecutus est gratiam, anno 1077. Sed brevi ad ingenium rediit, aut potius pœnitentiæ larvam exuit simulator, eo quoque progressus, aut antipapa creato schisma perniciosissimum suscitarit, ad multarum animarum ruinam, totiusque imperii confusionem extremam. Sed qui fidelium omnium com-

munem Patrem de Petri sede conatus est exturbare, A effectum nostra dirigere dignetur opera, » illa utique ipse a proprio filio Henrico IV dejectus ab imperio est anno 1105. Tune consilii inops, « charissimo atque dilectissimo Patri Hugoni, et universis sanctis fratribus Cluniacensis cœnobii, dulcem filii affectum, ac devotum fratris, imo servi obsequium, > deferens, scripsit epistolam, quæ in idictis Miscellaneis est decima, boc exordio : « Quia tuam semper pietatem et paternam erga nos sollicitudinem benigue experti sumus, ita ut de multis sæpe periculis, tuis sanctis orationibus credamus nos liberatos, idcirco, Pater charissime, ad te post Deum, quasi ad singulare refugium necessitatis nostræ, recurrimus; et ut apud te saltem miseriarum nostrarum solatium 'inveniamus, humiliter deprecamur. Et utinam nobis B contingeret faciem tuam angelicam corporaliter videre, ut tuis affusi genibus, caput nostrum, quod de fonte salutari suscepisti, in sinum sanctitatis tuze familiariter possumus reclinare, ibique peccata nostra defiendo, multitudinem tribulationum nostrarum per ordinem enarrare ! > Id vero cum in hac epistola diffuse lamentabiliterque fecisset, tandem sic concludit : « Sed jam tempus est tam longæ miseriarum nostrarum tragædiæ finem imponere, quam idcirco tuze, Pater amantissime, pietati deflere curavimus, quia in Deo et in te magna et singularis spes est nobis consilii et auxilii salutis et libertatis nostræ. Unde toto affectu et desiderio animi, totum consilium nostrum tux fidei committimus, et quidquid de nostra cum apostolico reconciliatione, C quidquid de pace et unitate sanetæ Romanæ Ecclesize, salvo honore nostro, faciendum esse desreveris, totum nos facturos sine dubio Deg tibique promittimus. Festina ergo, Pater charissime, nobis consulere, nec te pomiteat, quæsumus, etsi non pro filii liberatione, quia peccavimus in cœlum et coram se (Luc. xv, 41), saltem pro mercenarii tui salute laborare.

8. Hisce per monachos Cluniacenses directis non contentus, rursus alias, ibidem subsequenter legendas, addidit per alios nuntios, « quidquid, licet peccator tamen spiritualis filius, devotius et humilius poterat, suo desiderantissimo et dilecto Patri apprecans; quibus rursum ejus paternitatis sanctitatem. yelut publicanus, peccatorum suorum refugium, et, 1 ut naufragus, salutis portum, desiderantissima devotione deposceret et in illius consilio aliorumque religiosorum virorum, quos ad hoc habere vellet, > totam causam se ponere profiteretur facturus quod ille disposuerit. Denique tertiis litteris, testari volens spem misericordiæ divinæ consequendæ exemplo populi Israelitici, c qui peccans a Domino puniebatur, pœnitens dignus venia judicabatur, diu est, inquit, quod infirmum vestrum, sicut solebatis, non visitastis, et quod adhortationum et consolationum fomentis contritum vestrum non curastis. > Postea vero, per preces ipsius atque Cluniacensium fratrum commendari Deo optat, « ut qui nos, inquit, bonæ voluntatis prævenit miscricordia, ad fructuosum

de quibus in eadem epistola sic erat pollicitus. (Notum facimus serenitati vestræ quod pro reparatione ecclesiarum, qua nostris temporibus, nostris peccatis, heu l corruerunt, omnibus modis, prout Deus vires dederit, volumus laborare, et sanis consiliis omnium bonorum amodo acquiescere, si quo modo valeamus dispersa colligere, et hiantia cuneo schismatis unionis glutino coadunare, atque ruinam Ecclesiæ, quæ per nos facta est, pacis et justitiæ instauratione recompensare. Præterea significamus vobis, quod si Deo propitio regnum et sacerdotium in unum recolligere poterimus, post confirmatam pacem ire Jerusalem disponimus, et videre sanctam terram in quo Dominus noster in carne visus est et cum hominibus conversatus est (Baruch 111, 38), ipso propitio valde desideramus, ut ibi expressius eum adoremus, ubi eum alapas, sputa, flagella, crucem, mortem, sepulturam passum esse pro nobis cognovimus. > Hæc ille, quæ, ut notat Baronius, « aliaque possent hominis maxime pii animum insinuare, sed quod sic comparatus esset, ut cum deprimeretur, tunc subdole ad fallendum sibi larvam pictatis induceret, quam mox deponeret, cum quod esset conatus effecerat, jure meritoque eos quos appellavit patronos sanctos, est expertus ultores, morte repentina multatus anno 1106, rv Idus Augusti. »

9. Credibile est Philippi I Franciæ regis pænitentham sinceriorem fuisse; qui ab incesto decem annorum pellicatu tandem Parisius absolutus anno 1104, non metu terreni imperii amittendi, scd cœlestis certius consequendi desiderio, e ad hoc se non dedignatus est inclinare, ut quod restat temporis nobiscum, » inquit S. Hugo (eidem rescribeus epistola 18, in præcitatis Miscellaneis) e unaniment sc soncordem vivere velle fateretur!.... Et quoniam, pergit idemi Hugo, Deus januam nobis dulcis familiaritatis, ad vos de se alloquendum, aperuit; nunc vobis primum aperimus, quod de vobis non nunc primum cogitare cœpimus et optare, ut propensiorem affectum et intentionem majorem amodo babeatis ad bonum. Ad verum, dico, bonum, ad summum bonum, quod Deus est. Omagne amice, recordamini quia me aliquando interrogastis, an aliquis, unquam de regibus factus est monachus. Respondi, etiam. Sed etsi de nullo alio certi essemus, solius S. Guntramni Francorum regis exemplum sufficeret, qui, relictis sæculi pompis et vanitatibus et illecebris, factus est monachus . . . Moveat etiam vos ac perterreat contemporalium vicinorumque vestrorum, Willelmi dico Anglorum regis et Henrici imperatoris, lamentabilis casus plangendusque interitus; quorum alter unius sagittæ ictu, non in bello, sed in bosco, momento temporis interiit; alter inter multos angores gravesque ærumnas, quas diu sustinuerat, nuper, sicut vos audivisse jam credimus, defecit. Quæ credimus ipso quo Ilenricus obiit anno scripta. Rex autem Willelmus (uti 21 Aprilis ad Vitam

S. Anselui plenius describitur in Historia Eadmeri A fib. 11, num. 43) obierat anno 1100, mense Octobri. De extrema S. Guntranmi ætate panca quædam ex Fredegario habemus, prolata ad 28 Martii, in quibus licet nulla sit mentio monachatus, satis tamen verosimile esse] credimus, quod si in monasterio S. Marcelli, In quo sepultus colitur, etiam aliquanto tempore vixit et obiit, saltem in monastico habitu obierit; sicut apud Prumienses imperator Lotharius, cum hac tamen differentia, quod hunc constet imperio regnoque cessisse per renuntiationem publicam; de Guntramno nihil tale legatur. Utut sit, exemplo tali Hugo utitur, hortatusque regem « ad veram pœnitentiam et conversionem perfectam, quæ nec faciliori nec certiori via possit apprehendi guam monachica professione, > sic demum concludit : c Ecce principes apostolorum, judices imperatorum et regum et orbis, parati sunt recipere vos in domum suam hanc Cluniacensem, quam Patres nostri azylum poenitentiæ nominaverunt. Et nos parati sumus vos ut regem habere, ut regem tractare.

10. Cæterum hæc quoque pia ac sancta Philippi regis cogitata, ut accidere solet hominibus inter multa ac magna vitia præsertim carnalia inveteratis, vel sera vel parum efficacia fuerunt; ipseque rex prius quam regnum terrenum sponte dimitteret, e terris sublatus est anno (108; sed quod vivus non potuit vel neglexit, mortuus quadam tenus voluit obtinere, extrema voluntate mandans, ut in Floriacensi Benedicti ordinis cœnobio tumularetur. Aldefonsi Hispaniarum regis hoc nomine VI, ut regiæ infirmitati aptior, sie efficacior voluntas fuit. Hic apud fratrem Sancium diu captivus, B. Hugonis atque Cluniacensium monachorum precibus vitam, libertatem, regnum se debere æstimabat; ergo circa annum 1070 hanc ad eum epistolam dedit, quæ 19 occurrit in Miscellaneis Spicilegii Acheriani VI, quæ « Hugoni venerabili et excellentissimo abbati Cluniacensium, virtutum floribus claro, fomite virtutu.n suffulto, atque cunctæ dulcedinis mellifluo seniori, nec non cunctæ nobilissimæ congregationi Petri et Pauli, ipse Aldefonsus, gratia Dei Hispaniarum rex, cum omni devotione mentis et corporis veræ charitatis custodiam, vitæque D præsse pariter et prodesse videtur,) anno Christi ælernæ gaudia, atque perpetuam prosperitatem et salutem, nec non quidquid sublimius, ex intimo corde, amplexibili dilectione, in Domino Jesu Christo > precatur, deinde sic loquitur : « Quanta te, gloriosissime Pater, devotione diligam. . . . Ad hoc scito, sanctissime Pater censum, quem Pater meus illi sanctissimo loco Cluniacensi solitus erat dare, ego, annuente Deo, in diebus vitæ meæ duplicabo tum ut idem flat a successoribus regibus testamento se cavisse indicat; Robertum, in vita et morte sibi adfuturum, relinqui in suo regno suppliciter deposcit : ac pro stabiliendo ibidem Romani officii usu, ad Hugonis persuasionem suscepto, petit sibi a papa impetrari D. Geraldum cardinalem.

11. Tanto affectui cumque secutis pluribus ac maximis beneficiis aliis, digne et gratanter responsurus Hugo, constitutionem edidit, comnibus fratribus in Cluniacensi coenobio, tam præsentibus quam futuris, sic edicens : Notum sit, nos de domno Alfonso Hispaniarum rege, nostro fideli amico, qui tanta ac talia bona nobis fecit, et adhuc indesinenter facit..... Huie quoque mensuræ bonæ, confertæ simul et coagitatæ, superefficentiam addere cupientes, dedimus ei in ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli nova, quam ipse de propriis facultatibus construxisse videtur, unum altare de præcipuis, quo scilicet divina mysteria ibidem celebrata saluti ejus valeant suffragari ; cum vero hujus temporalis vitæ cursum debito fine compleverit, exceptis officiis, missis atque eleemosynis, quæ pro illo agenda sunt, uno anno in supradicto altari missa specialiter pro illo canatur. > Omitte quae in anniversaria die ipsius, « sicut pre domno Henrico imperatore Augusto, , secundo videlicet, agenda præscribit, c in omnibus et reginam ejus conjugens devotissimam volens fleri participem et anniversarium ejus sicut imperatricis Agnetis agi.) Legi singula possunt in dicti Spicilegii Miscellaneis, num. 20; hæc enim satis sunt, ut Hugonis erga suos benefactores gratitudo cognoscatur.

12. Transco ad principes secundi dordinis, ia quibus « Theobaldus, Dei gratia Francorum comes, et uxor ejus Adelaidis sanctitatis et religionis, quze penes Cluniacense collegium divina gratia largiente potior celebriorque habebatur, fide et devotione permoti. Odonem filium, sacris regenerationis mysteriis renovandum, destinarunt Hugoni venenerabili abbati ejusque conventui, rati, superna dispensante clementia, sibi non inane faturum religiosiores quam ¡ditiores in Christo habuisse parentes ; ad cujus gratiæ et defensionis propensiorem effectum efficacioremque profectum Cluniaco monasterio concedunt et donant quamdam villam aux Cossiacus dicitur : > lastrumentum integrum habetur in fam citatis Miscellaneis, num. 22, et mux num. 25 sequitur e Donatio ecclesize in castro de Avilone, facta ab Hugone duce Burgundia ad Cluniacense monasterium, ubi domnus Hugo abbas 1077, ad imitandum « multos potentum ac divitum hujus szeculi, qui divina edocti przedicatione, facultates a Domino sibi collatas in meliores usus transtulere, exhæredantes se in hoc sæculo, ut superni regni efficerentur hæredes. Mox anno 1078 Wido, aliquando comes Matisconensis, perpendens quani, inutilis est omnis honor hujus sæculi, imo quam nocuus et illecebrosus ad æternam damnationem misericordia Christi se visitante et inspirante, pro ejus amore ex toto renuntiavit sæculo in monasterio Cluniacensi, ut ibidem regulari disciplinæ subditus, pænitentiam ageret peccatorum;) et multos præterea fundos donavit, quos recenset instrumentum inter jam sæpe dieta Spicilegii VI Miscellanea,

num. 26 legendum. Atque hæc speciminis causa A abbas Cluniacensis, salutem, gratiam et benedictiosufficiunt, plura enim colligere non est instituti nostri.

§ III. Fundatio Marciniacensis. Cultus S. Huyonis. Scriptores Vita.

43. Cura S. Hugoni fuit non modo fundata alias cœnobia in rei cum temporalis tum sacræ vigore conservare, sed et nova insuper etiam pro feminis condere. In its Marcinlacum est, non procul oppido Semuro ac Ligeri amne, in episcopatu Augustodunensi situm; de cujus fundatione in Cluniacensi Bibliotheca hoc fragmentum tabularum superest : e In nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum sit omnibus fratribus nostris cunctisque sanctæ Dei Ecclesiæ filiis, quia ego frater Hugo, Cluniacensis abbas, præcunte ac cooperante divino auxilio, conciliante atque juvante germano nostro domino Gaufrido Sinemurensi, locum istum Marciniacum, parvum satis primo, et quasi quoddam asylum a solo fundavi construxique temporibus nostris. Bonum etenim pobis visum est, ut sicut per sanctorum Patrum nostrorum fundationem peccatores homines Cluniacum habebant, si sœculo et pompis ejus abrenuntiare vellent, ita et peccatricibus feminis, de mundo laqueis ad locum hunc fugientibus et pre commissis suis ex corde gementibus, divina clementia regni coelestis non clauderet introitum, etc. Eis autem gravius mortis æternæ imminest periculum, qui hane domum ancillarum Dei ac beatissimze Virginis vexare vel impugnare non erubescant, > etc. Late in laudes hujus comobil et vitam in co religiosam profitentium lib. 1 Miracul. S. Petrus venerabilis se effundit, dicitque; cum dictum ecenobium subito forte incendio correptum jam in ipsa penetralia ignem admitteret, Hugoque Lugdunensis archiepiscopus clausas sauctimoniales ad egressum invitaret, quamdam ex earum numero, Gislam appellatam. respondisse archipræsull : « Nos, Pater, timor Dei et præceptum abbatis nostri, ut ignem æternum evadere possemus, intra hos quos cernis limites usque ad mortem permansuras inclusit; unde nullo pacto fieri potest, ut aliqua necessitate præfixos nodis poenitentiæ terminos, saktem pedis passu, transgrediamur, nisi ab illo, qui in nomine Domini in hoe nos inclusit loco, solvamur.) Inde vero tanta in D Deum fiducia erectum fuisse archiepiscopum, ut flammis grassori ultra prohibitis, exstincto ad imperium igne, quod reliquum erst religiosæ domus, clausis etiam tanta in egrediendi necessitate sanctimonialibus, ab incendio salvom constiterit. Ad quas crebras S. Hugonem litteras dedisse, plenas salutaribus monitis, omnino extra dubium est; in Cluniacensi Bibliotheca non nisi unam reperimus, quæ hujusmodi est.

14. c Dulcissimis filiabus sororibusque amantissimis, sæculi pompa exutis, et Marciniani ad houorem et laudem sanctæ et individuæ Trinitatis, sub patrocinio B. Mariæ semper Virginis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, congregatis, frater Hugo,

, .i.

nem, et nunc et in perpetuum. Non lateat, o filiæ, præcordialem charitatem vestram, » etc. Vide infra.

15. Humatus fuit S. Hugo, ut Chronicon Cluniacense narrat, in majore ecclesia, guam ipse in honorem apostolorum Petri et Pauli construxit, retro altare matutinale; demum relevatus est, et super majus altare dictæ basilicæ nunc corpus ejus requiescit. Paucis post mortem annis, tempore scilicet Pontii abbatis successoribus ejus, a Calisto II in Album coelitum relatus Init : de quo ad dictum Pontium ista in sua epistola, Hugo monachus scripsit : Hic, Calistus scilicet II, secundo Chuniacum, rediit, ibique festum Dominicæ Circnmeisionis et Apparitionis devote peregit. Qui dum inter cætera sæpius ageret de vita et miraculis B. Hugonis, non quorumlibet chartulas super his profusius exaratas attendit, sed personas authenticas in medio Cluniacensis capituli præsentatas, de sancto quæ viderast et audierant validius attestatas, gratanter accepit; episcopus vero et cardinalibus pariter assentientibus, ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, natalem tanti confessoris, tot et tantis virtutibus approbati, festivum fieri papa decrevit, etc. Nomen Martyrologio suo Galesinius ad v Julii inscripsit, reliqui vero, ut Crevenus, Maurolycus, Molanus, Menardus, Mirzeus ad 29 Aprilis; quo etiam his verbis Martyrologio Romano inscribitur. In ceenobio Cluniacensi S. Hugonis abbatis. Obiit ille quidem feria 1v post Pascha supra notatum, sicut et S. Anselmus; ques feria cum 1v Kalendas Mail seu 28 Aprilis cadit; sed obiit die advesperascente, aut, ut alii loquuatur, nocte, et ideo tam a Vita auctoribus quam in obituariis notatus fuit dies 111 Kalendas, quod prædicti martyrologi secuti sunt.

16. Vitam primi scripserunt Gilo et Ezclo Cluniacenses monachi, uti testatur Hildebertus, mox commemorandus. Ea an uspiam integre exstet ? nescimus; compendium aliquod habere nobis videmur, ex ms. coenobii Bodecensis anno 1640, erutum 2 P. Joanne Gamans. Etsi enim istic non legatur id guod solum a se immutatum Hildebertus præfatur, cætera tamen his verbis concepta sunt, ut pateat ex iis esse desumpta, quæ ipsa sola præ oculis habuit; addens quæ vidit, quæ audivit; quædam etiam omittens, ob rationem in prologo expositam, quorum pars cum in dicto ms. appareat, congruum duximus ad majorem satisfactionem lectoris curiosi, et de ipsis omissis judicium sibi liberum esse volentis, non quidem primo, sed tertio loco ipsam illam epitomen dare, præmissis ut digniorihus jam dicti Hildeberti, et Raynaldi æque venerandis lucubrationibus. Fnit autem Hildebertus (a cujus etiam stylo dedimus 2 Aprilis Vitam S. Mariæ Ægyptiaeæ metrica paraphrasi exornatam) ex ipsius S. Hugonis disciplina et monasterio, ad scholarum Cenomanensium regimen promotus, tum archidiaconus deinde et episco-

pus factus, anno 1697, et scripsisse videtur circa A Lugdunensis, atque annum unum in ea dignitate annum 1115, postea anno 1125 evectus ad archiepiscopatum Turonensem. Ab hoc scriptam Vitam S. Hugonis ex Sirmondi nostri collectaneis ms. accepimus, et cum editis in Surii collectione ac Bibliotheca Cluniacensi contulimus. Alteram Vitam, quam damus ex ms. codice serenissimæ Christinæ reginæ Sueciæ et alio nostri collegii Duaceni, multa explicantem quæ prior non attigit, quædam ab ils dicta reticentem, composuit Raynaldus jam ante nominatus, non frater, ut scribunt Sammarthani, sed (uti liquet ex venerab. Petro Cluniacensi, lib. 111, epist. 2, et propria illius assertione) nepos ipsius S. Hugonis; Vezeliacensis abbas, in dicecesi Augustodunensi (ubi enim sanctimoniales fuerant) anno 1108 constitutus præsatus, quod si forte altioris alicujus B ris dari merebatur, nisi satis esset in Bibliotheca ingenii viri studium in hoc opere antea desudarit (bis autem verbis videtur Hildeberti scriptum inuere, quod ad suas manus non pervenerit) illius opus majorum atque sapientium virorum excellentiæ relinquendum, suum vero minorum atque minus capacium studio attribuendum putet. Nullos autem priores se auctore citat, utpote hoc argumentum tractans sicut partim vidi, inquit in fine, partim relatione probabilium virorum didici, quæ vero prosa scripserat, codem metro perstringens, sic concludit :

Bæc, Pater Hugo, tui Raynaldi dicta nepotis

Suscipe, quæso, pie, meque tuere, Pater. Et quoniam tum alia quæda.o, tum tempus mortis alque regiminis hic expressius confirmantur, et res C brevis est, nec alibi uspiam exstat, placuit etiam hanc ex codem reginæ ms. addere. Ravnaldus autem etiam ipse anno 1128 factus est archiepiscopus

vivens, Cluniaci sepultus est sub hoc epitaphio : Hic requiescit Raynaldus, quondam abbas et reparator Vizeliacensis, et postea archiepiscopus Lugdunensis.

17. Hugo etiam monachus Cluniacensis, post sancti mortem a Pontio successore susceptus ad ordinem, primo ad istum suum abbatem post annum 1120 epistolam scripsit, cul multa de S. Hugone inseruit, danda ex Bibliotheca Cluniacensi, primo loco inter Analecta, in qua etiam agit de canonizatione S. Hugonis facta Cluniaci per Callixtum II papam, supplens quædam ab aliis omissa. Quibus non contenti Cluniacenses coegerunt eum integram Vitam scribere, quæ etiam ipsa propter antiquitatem scripto-

Cluniacensi, et ex hac in postrema Surii editione." exstare. Itaque ea tantum utemur ad illustrandam Vitam primam, quæ autem singularia ibidem habentur Analectorum caput 2 constituent. Denique anonymus quidam notabiliora quædam puneta, B. Hugonis regimen sanclitatemque concernentia descripsil, quorum pars in præcitatis Vitis integre descripta exstat, nisi hinc in illas translatam malis credere; pars Analectorum caput 3 implebunt: Hymnus quem in laudem S. Hugonis seripsit vene+ rabilis Petrus, post Pontium abbas Cluniacensis, exstat inter illius opera in præcitata Bibliotheca; col: 135, scriptus per modum sequentize, et summarium Vitæ complectens; testimonia etiam antiquerum de eodem sancto collecta videbis col. 468 et sequentibus; quæ huc transcribere operæ pretlum non videbatur.

0

AUCTORE HILDEBERTO CENOMANENSISEPISCOPO

PROLOGUS.

(1) Pontius abbas. ex monasterio S. Pontii Tomeriarum Cluniacum transgressus, monasterium cum faude rexit primis duodecim aut pluribus annis, cum Ista omnia, ques intre, daturi sumus, scribérentur. Deinde perlæsus murmurationum adversus se gliscentium, que tamen eatenus non proruperant foras, a Catixio II circa annum 1122 absolvi petiti, et ficet ægre, impetravit tamen, ac Ilicrosolymam abiit. Sufficitur et Hugo Marciacensis, prior, alius ab au-ctore postrémée Vite (hic enim a Pontio ad ordinem admissus fueral, istius vero longa in sancta conversatione vita laudatur) quo intra breve tempus ex-stincto, eligitur Petrus Venerabilis, ex quo, lib. 11 Miraculorum, Pontii Vitam scribente, habemus Hierosolymis reversum captata occasione invasisse armata manu Cluniacum, itaque egisse ut tanquam schismaticus excommunicari meruerit cum suis, Romam tamen ad causam dicendam evocatus sit, et post latam sententiam impœnitens, ibi

Pontio (1), Hildebertus, professione sace dos (2), Dei gratia venerabili atque reverendissimo abbati D vita peccator, spem adipisci communem. Congruum

> dem mox sub Honorio papa II obierit anno 1125. Indignum proinde est quod is a Wione Fastis Bene-dictinis ascribatur ad 29 Januarii, cum titulo sancti. Sed in hoc æque temere Wion egit, quamnegligenter in eo, quod anno 1122 Cluniaci mortuum. dixerit, quem ipse Honorius papa scribit obiisse Romæ impænitentem, in litteris a Petro Venerabili dicto loco relatis. Ipse tamen Petrus videri potest ex aliqua passione locutus, cum totos decem ipsius annos anie depositam dignitatem, turbarum et discordiarum, quamvis foras non erumpentium, nota dedecorat; eos enim satis excusant tot illu-stria encomia, Pontio tributa ab iis, qui de S. Ilugone egerunt, aliisque in Bibliotheca Cluniacensi relatis.

> (2) Quamvis sacerdos idem hic valeat quod episcopus; humilitatis tamen fuit istum potius quam hunc titulum usurpasse.

...H.

·~/· ...

 $p_{i,i}(x_i)$

humanıs actionibus exitum pollicetur, nihil supra A tuo veniat judicio, vel ai supprimendum censueris. vires profiteri, quas profecto quisquis attendere negligit, aut in vitium labitur, aut omnino deficiens, tristis et confusus audit : Hic homo incæpit ædificare, et consummare non potuit (Luc. xiv, 30). Quorum ego neutrum incurrere veritus sum, dum tuze petitionis auctoritate compulsus, qualicunque stylo vitam B. Hugonis memoriæ commendare disposui. Cui sane labori licet impar meum senserim ingenium, malui tamen ridiculus scriptor quam tibi inobediens inveniri. Speravi ex obedientia præmium, ruborem vero ex defectu, credidi tua correctione præveniri; quod adhuc etiam credo, postulo, precor; pro munere suscepturus, si removens ab oculis quidquid linguas senseris formidare. Officiosa res est, et prudenti grata scriptori, correctio, ea qui- B ejus vir scilicet consularis, materque, Aremburgis dem mihi placet, sed cum persona corrigit, non turba ; sero enim reprimitur vitium, cum jam populus insultat vitioso. Ex hoc autem præcipuc veniam confiteor postulandam, quod post amplioris litteraturze viros, Ezelonem (3) loquor atque Gilonem, ucequi de beatissimo llugone illo vigilanter scripsisse leguntur, ausus sim pertractandam aggredi materiam, quos velut a longe secutus, pro homine simiam pinxisse, et finxisse pro amphora urceum inveniar. Cæterum præsumptionis hujus auctor est Pontius, acumen ingenil sperans in me, cujus ego non sum conscius apud me. Lingua Pontii causam movit, auctoritas egit, religio peroravit. Resistere Pontio, difficile, qui ad impetrandum quodam prxrogativo gratiæ vel silens adjuvatur. His itaque victus, retractare conatus sum quæ jam scripta legeram, non de illis tanquam de visis aliquid attestari. Nemo autem miretur, cum in præsenti opere viderit additum aliquid, cum suppressum, tum immutatum, quod non apposuerunt, quod non tacuerunt, quod aliter scripserunt, qui de Hugone scripserunt ante me. Addidi, fateor, sed quod ipse vidi, sed quod audivi, cui testimonium perhibeo, et verum est testimonium meum. Sane quod omnino suppressi, ideo factum est, ni id quod lectum calumnias movere poterat, auctorilati derogaret corum quæ sine fidei periculo et scribi potuerunt et credi. Mutatum autem hoc solum opinor, quod Andegavensis comes Gaufredus, cognomine Martellus (4), in abbatem D suppressit, repressit egestatem. Ita Dei famulus et præsumpsisse memorantur Hugonem, cujus quia prælatis scriptoribus veridici defuere relatores, falsitatis notam incurrerunt. Quidquid itaque, prout desuper mihí datum est, exaravi, vel in manus ex

(3) Hezelo ex canonico Leodiensi factus monachus a Petro Venerabili, lib. 111, p. 2, laudatur, de singulari scientia et eloquentia ; de Gilone nihil alibi legimus.

(4) Infra nempe num. 33, agitur de iis quæ inter Hugonem et Gaufridum Andegavensem, non Martellum, sed filium Martelli Barbatum, acta fuerunt : an autem prædicil auctores, ad nominis errorem aliquem etiam addiderint in reipsa, nescimus divi-Jare.

(5) Augustodunum antiquis Augusta Æduorum :

omitino delitescat. Minus tamen mihi placet approbatum producere quam occultare vitiosum, turpior enim jactura est nomen amittere comparatum quam minime comparasse. Conservet te Dominus Deus filiis adoptionis suz, Pater sancte. Noveris autem quia mihi vicem rependis, si diligis me, et oras pro me.

CAPUT I.

Natales S. Hugonis, susceptio habitus monastici, dignitus abbatialis et virtutes in ea.

4. Beatus itaque Hugo, natione Æduensis (5), generosis parentibus illustris, prærogativa vitæ pariter et virtutum titulis illustrior fuit. Is cum infirmitatem evasisset infantiæ, Dalmatius (6) pater (7) nomine, circa eruditionem pueri diversum gerebant affectum. Devota siquidem Deo femina, litterarum studiis ideo censebat eum mancipandum, quia nondum nato promissum divinitus asserebat sacerdotii dignitatem. Cum enim ipsa in utero haberet puerperii labores, et periculum formidaret; religiosus quidam sanctæque opinionis sacerdos, ad altare Domini sacrificium pro ea oblaturus accessit, deinde sacrum celebranti mysterium, velut cujus lam pueri species in calice apparuit inæstimabilem præferens claritatem. Relata matri visio sacerdotis anctoritate fidem promeruit, ideo dignum esse ut ministerio dicaretur calicis, qui promissus in calice videbatur. At pater, bæredem transitoriæ possessionis desiderans, sæcularis militiæ insignia puero destinabat. Unde cum jam pupillares annos atligisset, eum cum coævis urgebat equitare juvenibus, equum flectere in gyrum, vibrare hastam, facile clypcum circumferre, et, quod ille altius abhorrebat, spoliis instare et rapinis. Cæterum ille alii natus professioni, corporis incommoditate militem detraciabat et mente. Ad arma minus habilis, indocilis ad rapinam, totus jam ad Christum el natura traliebatur et gratia. Unde cum præfatt juvenes, die quadam pauperi vaccam auferrent, tiro Christi vehementer indoluit, nulli consors in culpa, quia nulli consors in rapina. lpse tamen recompensatione annua jacturam proximo restituens, ejus querelam officiosam pauperi injuriam et damnum facit esse fructuosum.

2. In pupillari adhuc ille constitutus ætate, morosam verbis et actu præscrebat senectutem. Jam

hine Æduensis et Augustodunensis promiscue usurpantur.

(6) Dalmatius castri Dominus, quod Sinemurum olim, nunc Semur dicitur, 7 vel 8 leucis Augustoduno dissitum versus septentrionem, media circiter inter Divionem et Avallonam via. Sammarthani aliud in Briennia oppidum assignant, multo longius dissitum.

(7) Aremburgis, cui iidem Sammarthani addunt cognomentum de Vergy seu Vergiaco; Burgundicis conjugiis posthac sæpius innexum nomen.

unc inexorabiliter lasciviam persecutus, humilita- A silium, quam religio ad exemplum. Ilis celebrem tem pudicitize assumpsit custodem. Jam tunc mollioris cultus et deliciarum contemptor, in illecebris iflecebras ignoravit. Cum juvenibus nihil juveni præter ætatem fuit. Magna illi cum raptoribus discordia, [super afflictos wira compassio. Verbum Dei tenaci commendabat memoriæ, frequens ecclesiæ visitator, sed furtivus; timebat enim patrem suum, otio et inertiæ virtutum primitias assignantem. Eo tempore Antissiodorensis episcopus Hugo (8) nomine, Cabilonensem quoque consulatum strenue gubernabat. Hujus causa B. Hugo ejus pronepos, vix a patre proficiscendi Cabilonum licentiam extorsit: Prælibata in hac urbe grammatica, quo introduceretur ad divinarum antitudinem Scripturarum, juveni quoddam velut ostium aperuit. Ibi tandem B diruptis sæcularibus indumentis, elegit abjectus esse in domo Dei sui, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum (Psal. xxm, 11). Illud igitur Evangelicum secutus : Qui non bajulat crucem suam et sequitur me, non est me dignus (Luc. xiv, 17), patre nesciente, qui suspiranti ad patriam, et verbis obsistebat et exemplis, Cluniacum venit; B. Odiloni (9), quo tunc temporis abbate præfatum gloriabatur conobium, quid animi gereret indicavit. Dehine ex more capitulum ingressus, cum in conventu adoptionis suæ ediceret (10) petitionem, quidam fratrum Spiritu sancto edoctus, o felicem, inquit, Cluniacum, qui pretiosum omni thesauro thesaurum hodie suscepit! Mutata igitur cum habitu vita, monastici ordinis primos gradus devote conscendit, obedientiam loquor et humilitatem, quæ iu Christiana religione morum oltinent principatum. His ille cæteris præeminens, sine querela tulit, quidquid difficultatis assumpta gerit professio, ac velut ad perfectionem minus sufficeret monasticarum observantia regularum, Dei servus addidit ad pænam, Dominus ad coronam. Cibus enim citra legem monachi sumptus ita jejunium solvit ut esuriem minime removeret. Satis præterea insistens vigiliis, continuata oratione noctom sæpe duxit insomnem. Felices aderant comites, uber fletus et jejunia cœlestium meditatio gaudiorum. De monacho nibil ambitio furata est, nibil sibi voluptas vendicavit. In ore nihil arrogantiæ, nibil in sermone vanitatis, totus sanclimo- n dictione sublimavit. Susceptis itaque pastoralibus niam, totus monachum loquebatur. Ex habitu quoque monachi, tanta servo Dei gratia accessit ut et pater, qui minus (11) ægre tulerat sacrum filii propositum, eum solito diceret pulchriorem.

3. Prælucebat jam in eo pastoralis plenitudo sollicitudinis cui non minus suppetebat census ad con-

(8) Hugo episcopus Antivsiodorensis, Lamberti comitis Cabilonensis filius, qui concilio Anzano, an. 1025 interfuisse legitur, et videtur vixisse ad annum circiter 1040. Sed quomodo ejus pronepos noster Hugo? Fortassis ex sororis filio aut filia natus, nam Antissiodorensis episcopus, unicus patri fuit filius, et ideo etiam hæres comitatus; qui hic, ut alibi sæpe, Consulatus nominatur.

(9) B. Odilonis Vitam dedimus 1 Januarii.

(10) Impressa minus recte edisceret.

Auques treas is præconilis, ex consensu fratrum B. Odilo priorem constituit, profuturum pariter et possessioni-previdentia, et ordini disciplina. Suscepit senum curam. juvenis, suscepta sic exsecutus negotia, ut nec. administratio religionem minueret, nec religio administrationem impediret. Juveni siguidem ex promotione non subrepsit elatio, non ordinis fervor intepuit; imposita ei dignitas, virtutum materia, non dispendium fuit. Hac enim mansuetudine Patrem exhibuit, hac severitate doctorem, ut adversum delinquentes, nec remissa uteretur misericordia, nec excedente disciplina. Diffusa itaque bono odore nominis illius, plebis et principum favorem, quemminime quæsivit, acquisivit. Unde et ad Teutonicos. directus, Paterniacensi coenobio (12) gratiam regis (13), a qua excideral, reformavil, Cognito ibi. transitu B. Odilonis, in amaritudine spiritus ad monasterium revertitur, larga secum deferens munera, quæ præfatus rex per eum ad decorem domus Domini Cluniacum delegavit. Susceptus ca qua debuit reverentia plenum lacrymis conventum invenit. Hortatur ut temperent a fletu, cum nec ipse posset a fletu temperare. Consolatur mœrentes, qui nullius admittebat solatium. Ab omnibus omnium Pater plorabatur, et siccatas revocabat lacrymas paternæ pietatis recordatio. Ipse quidem magister sepultus est, sed in mentibus discipulorum merita magistri insepulta vivebant. Deficiam necesse est, si tentem virtntes Odilonis explicare, qui doctrina pariter et exemplo, conventum bominum, conventum fecit esse virtutum.

4. Aderat tempus quo desolato consuleretur ovili, præmissisque jejuniis et orationibus, a summo pastore pastor quæreretur. Conveniunt filii adoptionis, Julues de salute tantum satagentes animarum. Denique dum solliciti secum quærerent quem Dominus pastorali sollicitudine dignaretur, Adalmannus quidam, cui religione simul et ætate major erat auctoritas, Hugonem nominavit priorem; conventus assensu consono prosequitur nominantem. Dehinc illum, renitentem et se proclamantem indignum, quo die B. Petri cathedram sancta celebrabat Ecclesia, Chrysopolitanus archiepiscopus (14) abbatis beneexcubiis, Dei servus ex promotione nullam traxit insolentiam, nullum vitiis accessum indulsit, sub eo quippe animarum custode, nec delicto judicium, nec religioni defuit incrementum. Totam ejus vitam vel Maria sibi, vel Martha vendicavit. Lectione insatiabilis, orationibus insistens, omni tempore profuit

Nore

alt.

(11) Mallem legere, nimis.

(12) Paterniacense comobium, prioratus in dicecesi Lausanensi

(13) Henricus II notatur, qui anno 1046 coronatus imperator, obiit 1056.

(14) Fuit hic etiam Hugo dictus, Vesontionensis hujus nominis episcopus primus, qui ab anno 1031 ad 1070 sedem tenuit.

aut profecit. Prudentiorne esset an simplicior, diffi- A incessanter adversus Christi pauperes grassabantor, cile judicares. Sicut in vorbis nihil otiosum, sic in opere nihil suspectum honestati. Irasci, nisi adversus vitia, non novit. Doctrina ejus, que congrueret singulis, sufficeret universis, ea plus patris habebat quam judicis, plus misericordiæ quam censuræ. Ipse forma conspicuus, statura eminens, corporis dotes titulis virtutum cumulavit. Silens guidem semper cum Domino, loquens autem semper in Domino. vel de Domino loquebatur. Intentum pluribus, ad singula minorem nullus invenit, totus enim bis tenebatur, quæ prius agenda suscepisset. Deum supra se, proximum tanquam se, res infra se, ordinata charitate diligebat. Idem mansuetus et patiens, iusuis quidem gratias egit, pauperum Vero flevit injurias.

5. Et quia legerat Christum dicentem : Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis (Matth. XIV, 40), eorum necessitatibus tanta consuluit instantia. ac si ipsam Christi constaret adesse personam. Quapropter maxima oum multitudo constipabat egenorum, quibus dispensator fidelis et prudens cibaria præparabat, comparabat indumenta. Nulla misericordiæ opera, nullam subveniendi speciem declinavit. Omnium volis adfuit, dummodo votis tempora concordarent. Iter agenti, pauperum cohortes occurrebant, quocunque audierant transiturum, eis sureos quoque manu larga dispensabat, illud libentins cregans quod cregatum merces major sequeretur. Deficientibus autem cibis, quibus in usus egentium summarios (15) onerare consueverat, huc et illuc nuntii dirigebantur, ea comparaturi quæ et multitudini sufficerent, et desiderium explerent infirmorum. Porro quoscunque vel ætas vel gravior affecerat ægritudo, propius jubebat admoveri, blandins eorum scrutabatur angustias, quibus egerent aut quid vellent officiosissime inquirens. Nullius abhorrebat colloquium, nullius incommoda verebatur. Circa senes querulos et sanie defluentes compassione moveri multiplicare beneficia, plenum mercedis urgere famulatum. Parva loquor, horrendis aspectu leprosis frequenter fastidiosum sine fastidio exhibebat obsequium. Videres circa lectum cjus immensam diversarum vestium congeriem, qua, -panets familiarium adhibius; ipse incidere, ipse sarcire p consueverat. Videres ettain panes, videres et carnes, ad manum omnia scilicet præparata, ne dilatio muneris, pauperem cruciaret exspectantem. Pauperibus quoque cœuobitis, largiores destinabat benedictiones, ne vel a monasterio, vel a monacho penuria rei familiaris eos cogeret evagari. Hac enim Massiliensibus, hac monasteriis pluribus benignitate, subvenit. Præterea tyrannidem principum, qua

Const (15) Summarius, saumarius et somarius, jumentum, ferendis dorso oneribus aptum : Francis vulgari lingua, sommier.

V, đả

5,00

(16) Henricus III, anno 1051, 10 Novembris natus; chjus baptismus, in annum sequentem dilatos, videtur peractus Sabbato sancto, cum Pascha 19 Apri-Fill and the ment

com minus exhortatione proficeret, muneribus miligabat. His animum studiis, his usibus et argentum consecrabat et aurum. Ea melius impensa, quant servata rutilare prædicabat, et, juxta Ambrosii testimonium; tunc vere calicem Ecclesiæ, cum calix a fame vel ab hoste redimit, quos sanguis calicis a morte liberavit.

CAPUT II. Neligion may a 20 Moder 14. Gratia apud Henricum secundum imperatorem ; legatio pro pontifice in Hungaria obita; concilium Remense celebratum; Alphonsus rex Hispaniarum e corcere liberatus; cænobium Marciniacense fundatum.

6. His igitur aliisque virtutum præconiis, beatus Hugo magnus apud magnos habebatnr, ex ejus con-B silio, saluti suarum providentes animarum. Augebitur sub eo de die in diem Cluniacensis religio cœnobil, et erat odor nominis illius, sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus. Unde et imperator Teutonicorum, secundus scilicet Henricus, ejus faciem videre, et samiliaritatem adipisci desiderans, ut venire dignarctur ad se supplici voce postulavit. Postulantem plus Pater exaudit, intrat Saxoniam, summo pariter et honore suscipitur et gaudio. Paucis ibi diebus peractis, ex petitione regis filium ejus sacro de sonte levavit, puero (16) nomen patris imponens. Celebravit autem Pascha cum imperatore, in Agrippina Coloniæ, Teutonicis mirantibus in juvenili adhuc ætate canitiem morum, conversationis mansuetudinem, vultus gratiam, verborum lenitatem. Quibus profecto virtutum indiciis, ita cum eo et cum Cluniacensi monasterio regis est anima colligata, ac si rex ipse perpetuam cum eis amicitiam pepigisset. Tandem vix impetrata redeundi licentia, pastor pius ad ovile revertitur, dona deferens ampliora, quæ velut quoduam dilectionis pignus à prælalo rege transmissa sunt. Sic regressus Dei famulus, filios in orationibus patrem exspectantes, et de vocatione regis et sue exhilaravit adventu.

7. Idem postmodum Romani jussu pontificis in Hungariam profectus, de reformatione pacis (17) curam gerit, suscepta prudenter insistic et explet negolia, ad laudem Dei et gloriam quæ sibi commissa lucrant exsecutus. Unde cum pariter et gratia regis et multo donatus munere reverteretur, a quodam Tyranno regionis illius captus est, his omnibus direplis quæcunque apud suos inventa sunt pretiosa. Qua videlicet injuria turbatur Dei servus, ad auxilium recurrit orationum, pro suis malefactoribus intercedit, minus de rerum jactura, quam de periculo sollicitus animarum. Et ne velut de suis meritis confisus, vel transgressori veniam, vel sibi substantiæ

lis agendum esset.

(17) Videntur indicari dissidia, inter Andream regem Hungariæ ejusque fratrem Belam, post coronatum Salomonem puerum, sæpe composita, sæpo renovata; de quibus vide Hungaricos scriptores, sub Leone IX et etiam postea.

restitutionem.postulare videretur, B. Maiolo ulruni- A sana responsio (20), qui justus imprimis accusator, que committit negotium. Maioli precibus et meritis sibi postulat subveniri. Nec mora, compunctus auctor injurize, genubus abbatis provolvitur, contrito corde et humiliato veniam rogat, omnibus his qua ablata fuerant in integrum restitutis, et ut offensus obsequio etiam placaretur, abbati conductum providit, qui fecerat et rapinam. In aliis etiam quampluribus negotiis Romano pontifici postulata B. Hugonis sedulitas, et ab eo laudem et a Domino mercedem meruit sempiternam. Ille si quidem cum papa Stephanus (18) in civitate Florentia supremo teneretur incommodo, ex voto decumbentis illuc accessit, comitantibus eum monachis consummatæ sanctitatis, quibus juxta Pauli vocem, vivere Christus crat, et mori lucrum' (Phil. 1, 21). Testatus est autem præfatus antistes, ad introitum quidem servi Dei malignum discessisse spiritum, ad egressum voro remeasse. Beatum profecto virum, cujus et vitam Satanas abhorruit, et præsentiam expavit. Denique cum præfatus pontifex, ad ultima jam deductus, fessos artus et naturam profitentes cilicio et cineri commendasset, susceptis vitalibus sacratis, inter sacras abbatis manus spiritum exhalavit.

8. Cum autem nonus Leo translaturus B. Remigii corpus Remis usque pervenisset, et ibi synodum (19) celebraret generalem, vir beatus adfuit plenus auctoritatis et reverentie, suaque præsentia prælati concilii plurimum conferens institutis. Ubi cum adversus Symoniacos ageretur, et nonnulli pontifices, quibus vel conscientia confusionem, vel imperitia silentium adduxerat, in præfatam hæresim remissius disceptarent, ipse zelo succensus justitiæ, negotiationem Simonis constanter abolere curavit. Ex adverso enim ascendens, et opponens murum pro domo Israel (Ezech. xIII, 5), nec numero renitentium, nec acceptione motus est personarum. Quo in concilio, dam ille de sua interrogaretur promotione : Caro, inquit, voluit, spiritus repugnavit. Sane

(18) Stephanus papa X, anno 1058, 28 Aprilis obiit, vulgo appellatus IX; opem ei a S. Hugone præstitam pluribus verbis deducit auctor anonymus in Bibliotheca col. 451, in re nihil addit.

(19) De Remensi hoc concilio et S. Remigii translatione, factis 1 et 3 Octobris anni 1049, pluribus actum 19 Apr. in Commentario prævio ad Acta S. D Leonis. Ibi secundus inter abhates sedit Hugo, post Herimarum abbatem S. Remigii.

(20) Eadem responsio notatur in Actis concilii, hoe modo : « Diaconus sermonis cursum ad abbates, qui aderant, vertit, cosque, ne forte et iosi in ovila Dominicum non per osulum introissent, confiteri admonuit. Primus S. Remigii abbas llerimarus sur-rexit, seque ab bujusmodi culpa congrua responsione purgavil. Deinde dominus Hugo Cluniacensis subsecutus, hanc purgationis suit fationem subintulit, pro adipiscendo honore, Deo teste, nihil dedt vel promisi; auoo auidein caro voluit, sed mens et Tatio repugnavit.

(21) Hildephonsus seu Alphonsus, Hugoni in Vita Audefonsus, ex testamento patris Ferdinandi rex Legionis, ab ambitioso fratre Sancio (qui nescio que exemplo hic Sanctulus nuncupatur) Gastellæ rege, sul (Prov. xviii, 17), et tentatione carnis pulsatus ut caderet, 'et ne caderet virtute spiritus restitisse monstratur. Erat autem illi tanta in exhortatione gratia, ut ad exspectationem sermonis illius illus riom suspenderentur animi personarum; unde et jussu papæ sanctam et plenam habuit gratiæ orationem, qua et Simoniaci de male comparatis expu'si sunt dignitatibus, et de sacrario Domini fornicatores inhibiti sacerdotes.

9. Aliud quoque sanctitatis ipsius atque meritorum secutum est indicium. Hildebrandus etenim Romanæ diaconus Ecclesiæ, qui postea se lis ejusdem sortitus est majestatem, directus in Gallias, Cluniacense capitulum intravit. Ubi cum aliquandiu sedisset, collateratum B. Hugoni Christum vidit, monastici regulas ordinis ac decreta suggerentem. Egressus inde, nonnullis quæ viderat indicavit. Ex. tunc ille et familiaritatem servi Christi devolins. amplexatus est, et sanctitatem prædicavit Hildefonsus (21) Ilispaniarum rex, qui a Santulo fratre suo captus in vinculis tenebatur. Quo audito, misericordiæ abbas orationt pro rege præcepil inslare, memor dilectionis patris ejus Fredeleidi (22), qui Cluviacense monasterium multo sibi astrinxerat beneficio. Cum itaque pro eo placabiles offerrentur hostia, cum preces multiplicarentur, per cpiscopum quemdam deliberationis suæ diem esse proximum beatus ei Petrus indicavit (23), obtinente Cluniacensis albatis et conventus intercessione, ut liber a vinculis emissus reciperet imperium. Nec mora, idem apostolus dormienti Santulo apparuit, gravia comminatur nisi fratri educto de carcere male ablatam restitueret dignitatem. Expergefactus visione Santulus, quidquid apostolus præceperat festinanter. implevit (24). Sic Hildefonsus, et sibi pariter et regno restitutus, ut liberatorem suum videre et colloquio ejus donari mereretur, destinatis apicibus implora-Yil. Impletur votum potestatis, et Pyrenzis montibus

bello petitus captusque anno 1071, Burgos in custodiam abductus fuit.

(22) Fredeleidus et in Vita per Hugonem Fredeldanus; apud Petrum Venerab. Fredelannus, al.bi melius Fredelandus amborum pater ; pro quo nomine postea Fredenandus, ac demum Ferdinandus invaluit; nomen Gotthicum et pro diversa scriptione significans Pacificatorem terræ aut Manum-pacis. Pro eo autem quod hic legebatur, invito beneficio substituendum censuimus, multo beneficio.

(23) In przecitata Vita dicitur quod Petrus apostolus cuidam fratri in Cluniaco apparuit, et preces Hugonis pro Andephonsi erectione Dominum suscepisse revelavit.

(24) Impletum est sane quod S. Hugo Alphonso nuntiari insserat, de libertate et regno, sed non uno eodemque tempore, imo Santins ad oblatam sibi visionem aliud non fecit, quam unod e carcere eductum fratrem, ad S. Facundi monasterium dimiserit, nt inter monachos viveret, sed hie inde elapsus, Tolotum ad Mauros profug I, nec nisi occiso fratre anno 1073, in regnum rediit; ita Santius negleoti mandati forsitan poenas dedit.

ţ

1

;

ļ

i

ţ

D

festivo suspicitur. Exsultat rex tanti adventu hospitis, nihil in actu, nihil in verbo, nibil in habitu præter doctrinam morum reperiens. Qui ne intercessoribus suis ingratus aliquando viderctur, duplivato censu paterno ducentas auri Unclas (25) Cluniacensi cœnobio quotannis disposuit assignati, diem Ulriusque exitus, et de carcere scilicet et de corpore, celebrein habere desiderans. Ita vit Dei cuin prædicta remcans pecunia, quemc'am secum adducebat Maurum, recens qui lem baptizatum, sed adhuc mente nigriorem quam pelle. Cal cum pro Christianæ fidei susceptione, majorem pius abbas exhibens reverentiam, vestes pretiosas prævidisset, file dealbato similis sepulcro, sacrilegas manus in perforatas abbatis manticas injecit, extrahens inde B quidquid auri repertum cst in eis aut argenti. Quo tamen in fuga capto, atque ad abbatem cum asportata reducto pecunia, Dei famulo conatus non nocuit fraudulentus. Magna quidem sunt hæc, sed majora quæ segnuntur.

10. Apud castrum Bliterium (26), quidam perversæ mentis homines, reverendum Patrem illatis exacerbaverunt injuriis : quibus veniam petentibus, ficel pius abbas ad ignoscendum pronus indulsisset, graviter tamen a Domino punita est 'eorum præsumplio: stalim namque depopulantibus flaminis, castrum combustum est iniquorum. Quod ut divina potius ultione gestum esse, et non casu contigisse crederetur, quibasdam incolis ejusdem castelli, ad aliqua égressis negotia, atque ignaris injuriarum et incendi, duo milites dudum defuncti apparuerunt. Quos cum bene præfati cognovissent incolæ, ac turbati ad corum stuperent occursum : Redite, inquiunt, quantocius, combustum inventuri Bliterium. Quo dum beatus esset Hugo ingressus, nec ejus religioni delatum est, nec ordini. Stupefacti incolæ ac perterriti, magna cum festinatione redeuntes, rem, sicut didicerant, invenerunt. Nemo autem putet virum Dei, tanquam pecuniæ cupidum, vel quæsisse vel oblatas suscepisse divitias. Earum copia non avaritice servivit, sed misericordia, non ipsis sed egents. Ille cum Propheta dicens : Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ

(25) Auctor est Venerabilis Petrus, quod Alfonsus consueverit præter cc auri uncias XL penderc, et duo monasteria Cluniacensibus fundavit.

(26) Bliterium castrum; in aliis Vitis Briderium dicitur.

(27) Exstat in Bibliotheca Cluniacensi, col. 493 et seq. scriptum quoddam S. Hugonis, in Vitæ fluem vergentis, ad successores suos deprecatorium seu comminatorium, sub anathemate sic præcipientis : ϵ Locus ea semper permaneat conditione, qua mos eum inchoavinus et tenuimus, ut in ipso nunquam ad habitum sanctitatis, puerilis ætas recipiatur; nec alia quam in qua possit probari spiritus si ex Deo sit, et si non ultra, tamen omnino vel usque ad xx annum jam pervenerit. Quod si qua est ætatis lascivioris, et hoc ad certum fuerit compertum, ne huic feminarum collegio debeat coadunari. ϵ trursum in deprecatione, quæ sequitur col. 495, seu

transcensis. Dei servus solemniter 'et apparatu A tuæ (Psul. xxv, 8), quidquid ei fidelium devotio festivo suspicitur. Exsultat rex tanti adventu hospitis, nihil in actu, nihil in verbo, nihil in habitu præter doctriuam morum reperiens. Qui ne intercessoribus suis ingratus aliquando viderctur, duplitato censu paterno ducentas auffuncias (25) Clunia-

to What II Sond with his

moner

11. Idem' præterea non solum de saldte sollicitus virorum, mulieres etiam de naufragio hujus magni maris et spatiosi ad salutis portum educere curavit, eis viam vitæ et doctrinis insinuans, et sumptibus sternens. In suo namque patrimonio, quod Marciniacus dicitur, quoddam monasterium et idoneas religioni construxit officinas, ubi feminæ provectiores, et maritalem fastidientes licentiam, veters decoquerent errores, et Christi complexibus astringi mererentur, Hunc locum personæ nobiles elegerunt, quæ cum nuptiis etiam delicias expertse, tanto patientius utrisque carcrent, quanto didicissent in eis et brevem et plenam doloris esse voluptatem. Has profecto sub regulis huiusmodi vivere constituit, ut earum nulla vel rei necessitate familiaris, vel quolibet negotio, conspectibus virorum oberrelur, ne, quibos votum indixerat continentiam, intuitus sollicitaret ad culpam. Procuratores earum, procuratores religiosi atque prudentes, sub quorum custodia nec possessio distractionem, nec honestas dispendium formidabat. Nulla ubi vel rara juvencula, ne lascivientis adhuc fervor ætatis, vel loco infamiam contraheret, vel inter sorores scandalum generaret (27). Harum eruditioni senem quemdam deputavit, Renchonem nomine, consummali monachum testimonii, qui noverat et devotionem provocare misericordia, et excessus arcere disciplina. Præterea ne in ancillis Christi, vel victus vel vestimentorum defectu, sacrum deficeret propositum. uberes eis reditus providit, comparavit prædia ; sic earum necessitati consulens, ne vel culpam soperfluitas induceret, vel egestas querelam extorqueret. Monasterium quoque plurimis decorans ornamentis, præter cætera sanctorum pignora beatæ virginis ac martyris Agnetis in eo brachium collocavil, argento vestitum et auro.

12. Alia quoque sub eo el per eum constructa sunt monasteria, cellæ quamplures ædificatæ (28);

verius testamento; in quo post petitam indulgentiam de munere negligenter gesto, quædam post mortem suam fratribus annuatim præbenda ordinat, demum se ad successurum sibi abbatem convertit, eique imprimis locum hunc commendat, tanquam eatenus unicum; deinde vero cæteros fratres. Varia chartarum insignium fragmenta, hoc Marciniacense cœnobium spectantia, profert Quercetanus, in notis ad hunc locum, ubi etiam docet priori duos procuratores, et decem religiosos fuisse adjunctos, ad monasterii regimen, ex institutione S. Hugonis.

(28) In eadem deprecatione sic toquitur : < Sicut in præsentiarum videtis, Deus, non nostris meritis, sed sua immensa clementia, istum satis circumgnaque ampliavit locum, et tam fratribus quam possessionibus ditavit, nec solum in hac nostra regione, verum etiam in Italia Lotharingia, Anglia, Northman-

penitus attriverat, ad antiquam tam ordinis quam possessionum revocatæ dignitatem. In tantum enim sub præfato Patre Cluniacensis religio effloruit ut inde abbates desolatis quærerentur monasterijs, assumerentur pariter et exempla sanctimonize, et qualitas disciplinæ. Felix Ecclesia ! que de sancto conventu illo summum sibi mereretur sacerdotem ! Quantæ autem discretionis et misericordiæ fuerit, junioribus conobitis impensa demonstrat benignitas. quibus cum minor libra panis et potus ex consuetudine traderetur, ipse tamen eis parem dari constituit, æquum judicans, ut quos idem diei pondus affligebat et æstus, idem quasi jam denarius solveretur. Sana sane dispositio, quæ præfatam ætatem, et a murmure compescuit, et ad laborem susceptæ ro- B boravit obedientiæ.

CAPUT III.

Arcana ab eo animorum inspecta et futura prædicia.

13. Ad declarandum autem, quam gratum Deo in omnibus exhibebat obsequium, B. Hugoni cum spirituum discretione, data esse dicitur gratia prophetiæ. In his enim qui monasticum profitebantur ascensum, que quisque animo ad eum accederet, libera mente discernebat, intuebatur quis in sagena B. Benedicti bonus piscis futurus esset, quis angélum lucis, quis angelum gereret lenebrarum. Quam profecto gratiam ne polius el conferre, quam a Deo collectam referre videamur, ejus testimonio supposita serviunt et suffragantur exempla. Dominus C quidam, nomine Maingodus, dilatione susceptionis, quam providus Pater probandi gratia aliquandiu suspenderat, vulneratum gerens animum, egredi ac fugere constituit. Quo spiritu revelante comperto, piissimus abbas præscriptum fratrem verbis durioribus increpavit, ei pariter et vulnera mentis indicans, et vulneribus paternæ consolationis adhibens medicinam. Sic ille reversus ad se, susceptionem, quam dilatam doluit, patienter exspectavit.

14. Mortem quoque Guillelmi junioris, qui magno ac triumphatori Anglorum Guillelmi patri suo successerat, evidenti vaticinio indicavit. Erat ille Dei servus Marciniaci, simulque cum eo vir gloriosæ opinionis Anselmus (29) Cantuariensis archiepiscopus Anglorum, magna duo luminaria, quorum devotio D vicariis exhortationibus et exemplis in amorem

nia, Francia, Aquitania, Guasconia, Provincia, alque Hispania ipsum dilatavit. > Et in privilegio Paschalis Il ipso quo sanctus obiit anno 16 Octobris, ad Pontium dato numerantur prioratus 75, qui sub abbatis Hugonis dispositione manserunt, quorum plures in abbatias excreverant, præter abbatias 12 jam tunc constitutas, ut merito ipse Hugo, inter quinque primos Cluniaci abbates, dicatur :

Ordine posterior, utilitate prior.

(29) Fuerat S. Anselmus in exsilium ejectus anno 1096; anno autem 1100 occisus est Guillelmus, 2 Augusti.

(50) Dedimus 21 Aprilis S. Anselmi Vitam, per Eadmerum, hie nominatum, scriptam; ubi lib. 11, risitat

veteres abbatiæ, quas inhabitantium negligentia A proficiebat præmiorum. Erant ibi et alii tres monachi Balduinus scilicet et Edmerus atque Eastachius, omnes filii lucis, et incedentes in mandatis et in justificationibus Domini sine querela (Luc. 1, 6) Ad quos B. Hugo conversus : Ex abundanti, inquit, est archiepiscopo divina reserare judicia, quibus Judex justus deponit potentes de sede et exaltat Lumiles (Luc. 1, 52). Vobis autem dicimus, in regem Anglorum nocte transacta datam esse proscriptionis sententiam eumque brevi regnaturum. Pauci dies fluxerant, et ecce beati viri vaticinium, qui pro missus fuerat, secutus est eventus (30). Præscriptus siquidem rex, dum venationis insisteret studio, sa gitta cujusdam militis in cor percussus est, statimque morte præventus subita, exspiravit. Sic igitur vita regis terminata, et abbati prophetiæ gratiana inesse claruit, et Cantuariensi archiepiscopo, qui persequenti se regi cesserat, redeundi facultas ad sedem accessit.

> 15. Item Dei servus, dum esset in Agnitania, ad ecclesiam B. Viviani, sanctorum locorum sollicitus visitator, accessit. Ubi cum præfati confessoris dili- Secondaria diligenter actus et Vitam legeret, cujusdam boni viri nomine Amandi (31) Tactam in ca reperit mentionem, de quo ipse plenius ecoceri Cesiderans, opinionem ejus et patriam, propositum et finem a que sepulturam a clericis præsens inquirit. Respondetur sciscitanti B. Amandum magistrum fuisse S. Viviani, meritis insignem, doctrina conspicuum, exemplia clarum. Corpus ejus, prout fama ferebatur, in Galliis habere sepulturam. Sequenti autem die, decanus canonicorum in eodem loco xenodochium constructurus, a B. Hugone suscepti operi postulat fundamentum designari. At ille, Spiritu sancto edoctus : d'Hic, an, fundamenta jacite, et minime pœnitebit.'s Ad ejus naque suggestionem pueri altius fodientes, mausolæum prædicandæ pulchritudinis inveniunt, B. Amandi nomine insignitum : quo reperto, clerus exsuitat, populus glorificant Deum, qui mirabills est in sanctis suis (Psal. LXVII, 36), nil jam de merito dubitantes abbatis, quod in inventione clarueral confessoris.

16. Stupendis stupenda succedunt. Consolationis gratia pius Pater loca visitare consueverat. que monasterium Gluniacense contingunt. Ingressus itaque cellam B. Mariæ quæ dicilur de Charitate (32), dum congregatos ibi fratres susciperet osculo, cujus-

num. 55, dicit S. Hugo « regem ante thronum Dei accusatum, judicatum, sententiamque damnationis in eum promulgatam, > deinde ex num. seq. apparet, tertio post die, exstinctum fuisse regem.

(31) S. Vivianus, Xantonensis Jepiscopus, colitur 18 Augusti ; in cujus Vita nulla mentio S. Amandi, sed Ambrosium, cui successit, magistrum habuisse, dicitur : de illo igitur (cum oporteat ita solemniter elevatum habere proprium diem cultus, etsi eum, Saussayus in Martyrologio Gallicano notare prater miserit) optamus plenius edoceri.

(32) S. Mariæ de Charitate, in agro Nivernensi, prioratus a S. Hugone per Gerardum monachum fundatus, ad Ligerim, vulgo Charité.

dam eorum et occursum abhorruit, et osculum A commissum esse in cœnobio S. Marcelli (26), quod declinavit. Nimiruta spiritu docente didicerat os hominis plenum blasphemiæ et spurcitiarum, nec idoneum quod pacis osculo servus Dei dignaretur. Mirantibus his qui aderant et rei novitate suspensis, quam miser ille duxisset vitam, quid gereret devotionis familiari colloquio, idem abbas inquirit. Respondentem se mechanicum (33), esse, et necromantiæ præstigijs inquinatum, de ovili pastor abegit, utpote nulla in verbis, nulla in habitu conversionis indicia nuntiantem. Sic in una eademque re, et lupi fraus et pastoris providentia innotuit.

17. Susceptus idem Dei famulus in monasterio Angeriacensi (34), sepultis paulisper sensibus carnis, puriore mentis intuitu, vidit quoddam fulgur B de sublimi veniens, monasterii Chimiacensis auditorium irrumpere, magnamque secum trahere ruinam. Qua ex visione vir Dei collegit, commissam apud Cluniacum offensam, quæ nisi celeberrima correctione purgaretur, superni judicis indignationem in eundem provocaret locum. Nec mora, Cluniacum regreditur, instantibus negotiis, quæ agenda susceperat, lucrum præferens animarum. Dehinc ingressus capitulum, codem spiritu quo jam reatum cognoverat, rei quoque personam cognovit. Quem ex nomine conveniens, « Erubesce, inquit, Petre, et age parmitentiam, dum licet, ne tunc incipias poenitere, cum poenitentia nulli prorsus est fructuosa: totum te priori pande, redoperi vulnus mentis, ut pro quantate vulneris curam sentias medicantis. Infelix, excute jugum diaboli, et amplectere jugum Christi, quoniam jugum ejus suave est, et onus ejus leve (Matth. x1, 30). Quod quia sæpius jam commonitus, detrectare tamen non desinis, reatum quem comitatur pertinacia, districtior puniat disciplina, tuis enim parcere delictis, ad periculum militat aliorum (35). > His verbis verberibus adjectis. frater contumax et sibi reddilus est et ordini, bonumque obedientiæ, quod exhortatio non contulit, censura provocavit.

48. Alio quoque tempore, similis ei visio apparuit. Dormientem guippe guædam persona conveniens, oportere dicit eum Cabilonem usque fatigari,

(33) Mechanicus pro laico hic accipitur; alias D accipi solet pro *illiuteraro*; quod autem ad Vitam per Hugonem, num. 6, additur in margine, quasi Manichæum deberet legi, ineptum est glossema.

(54) Angeliacense, Angeriacense, et in Vita S. Genulti etiam Ingeriacense monasterium, apud Hugonem, S. Joannis de Angeliaco vulgo Saint-Jean-d'Angely, in pago Xantonico ad Vultonam fluvium abbatia est, constructa a Pippino Aquitaniæ rege, Ludovici Pil inp. filio. Plura de hoc cœnobio, no-minitir illactic dislocate due inde inde tradico de la constructore de la constru minatim illustria diplomata duo, vide, in notis Quercetani ad Bibliothecam.

(35) Idem Hugo num. 15, hæc narrans, « Cluniacum, inquit, festinus redilt, vocavit priores et or-dinis custodes; de negligentiis fratrum inquirit, sed nihil ejusmodi per eos invenire potuit. His ita dinrissis, ad Dominum solito recurrit, solvit vota precum, capitulum intrat, fratres circumspicit. Res mira! Spiritu revelante occultum inter alios reum

eatenus obductum silentio, monastica succidendum esset disciplina. Excitatus his Dei servas, iter arripit ; et ingressus monasterium, quemadmodum per visionem didicerat, rem sic habere cognovit. Adhibita itaque vulneri medicina, inveteratam atque difficilem sanari propulsat corruptelam. Quadam autem nocte, dum fatigatis artubus modico sopore vir Dei consuleret, videre visus est decubantium sub capite suo serpentium multitudinem, cæteraque diversi generis reptilia, quibus ille perturbatus, somnum continuare non poterat. Dehinc anoto pulvinari, librum Maronis reperit, coque projecto, somnum duxit tranquillum. Apta rei visio, cum nibil aliud quam quædam venena sint fabulæ poetarum (37).

19. Operæ pretium est ea relatis apponere que et auditu didicimus et visu. Antecessor noster Hoellus (38) prædicandæ præsul memoriæ Romam proficiscens, gratia videndi sanctum Dei Cluniacum divertit. Qui postquam loquendi cum eo sortitus est facultatem, cum quodam suo archidiacono ad oum in parvam deductus est cameram, sacris dicatam colloquiis, et celebrem potius cultore quam cultu. Cum autem convenissent filii adoptionis, et invicem beneficia suarum sibi communicarent orationum, B. Hugo frequentius præfatum intuitus archidiaconum : « Tantum, inquit, ne desis gratize Dei quoniam provisum est te, in eo in quo nunc administras ordine, nullatenus remansurum. > Parum temporius fluxerat, et eventus est vaticinium subsecutus. Archidiaconus (39) etenim sequenti anno pontificalem sortitus est dignitatem. Nos hoc audivimus, nos præsentes vidimus, nos beati illius hominis orationum participes in eo facti sumus collequio. Nos quidem, fama revelante, nonnulla de ejus sanctitate didiceramus, nonnulla de mansuetudine, nonnulla etiam de his quibus et vitia judicium, et virtuti prærogatur incrementum; invenimus autem ampliora, ex gregis conversatione, pastoris vigilantiam perpendentes.

20. Supersunt autem et alia, quibus [patenter indicatur illum juris patronum, inter insignia sanctimoniæ, gratia claruisse prophetiæ. Quidam nam-

deprebendit, arguit, convincit. Reus ille Petrus, erat, qui Terdiniaco venerat. Confitentem judex pius digue flagellat, misericorditer sanat. His visis seipsos circumspiciebant singuli,' ne aliquid in eis indebitum spiritualis oculus cognosceret Patris. >

(35) Cabilonensi S. Marcelli monasterium, Iundatum a S. Guntramno rege, de quo late ad ejus Vitaru,

28 Martii, § 2. (37) Si hoc de poetarum gentilium castissimo Virgilio (quem Virgineum appellant nonnulli, sicut luscus inter cæcos rex dici posset) quid de lascivioribus aliis dicemus?

(38) Hoellus episc. Cenomanensis ab anno 1085, hie autem congressus contigit anno 1094.

(39) Non est quem signare possit commodior con-jectura quam Gaufridus de Meduana, illustri apud Cenomannos genere natus, electus an. 1093 Audegavensis episcopus, consecratus an. 1096.

871

que monachus, nomine Durannus (40), moventia A dium abscessit. O prædicanda Patris humilitas, qui risum verba proferre consueverat, indocilis præjudicialem deponere levitatem. Idem tamen in cæteris, adversus quæ non est lex, ita sibi consuluerat, ut prios in abbatem, dehinc in episcopum, vita provehi mereretur et doctrina. Qui cum abbatem minus audiret increpantem : « Frater, inquit ei abbas, nisi dignam egeris pœnitentiam, post transitum spumantibus labiis ad superos rediens apparebis. > Factum est autem jut nec ab otiosis verbis ille desisterct, nec abbatis valicinio promissus deesset effeetus. Præfatus namque Durannus, naturæ debitum solvens, in promisso sibi habitu cuidam Siguino. sacerdoti scilicët, religioso apparuit, miserabiliter juvamen ejus postulans, cui vivens obedire contempserat. Quod cum pius Pater Siguino referente B abdicat, codemque momento ad preces abbatis, et didicisset, electis septem fratribus, silentium una indixit septimana, quatenns oris excessus oris obedientia purgaretur. Obedientibus aliis, unus eorum præcepti violator silentium interrupit. Rursus pontifex, eumdem quem prius habitum gerens, sacerdoti præscripto apparuit, inobedientiam fratris accusans, qui dum fregit mandatum, suffragia exclusit aliorum. Quo audito, clementissimus Pater iterato septem dierum silentio, defectum violatæ supplevit obedientiæ. Unde factum est ut ostensus tertio præsul, sed jam nihil sordidum gerens, abbati gratias ageret, ejus interventu abstersum oris opprobrium. sententiam judicis immutatam. Hoc relatum, et Patris meritum declaravit, et spud fratres reverentiam susceptæ javit obedientiæ. Collata sic viro Dei spirituum discretio efficaci eum magisterio docuit quid correctione proficeret, quid tolerandum esset misericordia, quid censura puniendum.

CAPUT IV.

Varii morbi ab eo curati.

21. Nemo autem putet abbatem propheticis tantum claruisse vaticiniis, cui cum discretione spirituum, collata est etiam gratia sanitatum. Constat enim nonnullos, variis oppressos languoribus, sumptis ex ejus mensa convaluisse reliquiis. Acardus quidam, vi febrium laborans, restitutam sibi sanitatem præfatæ debuit medicinæ. Tres præterea fratres, eodem decumbentes incommodo, beati viri meritum in antiquam reformavit sospitatem, corum n duobus quidem destinata eulogiarum gratia, salutis integritatem resignavit; tertius autem, cum Borboni (41) per sex menses quartana sustinuisset incendia, a sancto Patre, qui illuc ex tempore accesserat, sacris jubetur interesse mysteriis. Adest febricitans, et ex abbatis jussu epoto post missam vino, in que lota fuerant sanctorum pignora, febris incon-

(41) Borbonium sub variis cognomentum triplex est, unum Cluniaco vicinius ad Ligerim situm, Bourbon-Lancy vulgo nuncupatur.

PATROL. CLIX,

quod ejus posset ascribi meritis, maluit sanctorum pignoribus əssignari! Jarento quoque, felicis monachus testimonii, post diuturnas febrium convaluit injurias, hansto vino, quo sacri ejus digiti perfusi fuerant, post oblatum Deo sacramentum.

22. Beatus quoque medicus, qui cum salute corporum, de salute satagebat animarum! beata, inquam, anima, cujus et meritis acquirebatur temporale remedium, et exhortatione sempiternum. Eidem namque Crispeium (42) proficiscenti, febricitans mites (43) occurrit, sanclissimo ejus adjuvari deprecans interventu. Dehine onerosius instanti : Abstine, inquit abbas, abstine, frater, a rapinis, amissam sic adenturus sanitatem. > Ropinas miles volum factum est, et exstinctum febris incendium. Nemo autem miretur abbatis merito collatam corporibus salutem, cui etiam id gratiæ accessit, ut exutæ do ergastulo carnis animæ, ipsius interventu judicem placatum invenirent. Fratrum quidam solute naturæ debito, nec adhuc tamen humatus, personis duabus, quæ sibi nomen religione comparaverant. apparuit dicens duos solidos, præter licentiam sar cristæ sub quo ipse militabat, se sustulisse, ac proprio expendisse arbitrio. Hoc excessu dilatam sibi requiem, quæ tamen posset abbatis intercessiona prærogari. Mane autem facto, cum alter id de altere ignoraret, eodem tamen ordine, sub sancti viri præsentia, præfatam in capitulo retulere visionem. Discussa itaque diligenter transgressio, et venialis inventa, suffragiis orationum quas devotius fieri clementissimus Pater indixit, et propensiori eleemosynarum largitione, solvi promeruit.

23. In civitate Parisiorum vir erat illustris. Robertus nomine, professione miles, ita paralysi torpens, ut in codem homine partem vivere, partem diceres jam sepultam. Diuturna hæc et lethalis pernicies dudum spem salutis abstulerat decumbenti-Contigit autem eodem tempore servum Dei Parisios ingredi, atque ad ecclesiam ascendere, que beatissimæ Genovefæ virginis et nomine celebris est et corpore. Quo audito, præscriptus æger illuc alieno defertur auxilio, genibus abbatis advolvitur, suspiriis interpellat et lacrymis, ut ejus apud Doum mereretur interventum. Movetur Pater anxietate supplicantis et inter sacra missarum solomnia, flagitatum paralytico procurat subventum. Nil tamen de suis præsumens meritis, totus ad apostolorum principem convertitur, cujus et umbra salus infirmis, et oratione vita est defunctis restituța. Sumptam ergo ipsius planetam (44), quæ veterum relatione in

(42) Crispeium, Valesii oppidum, in quo prioratus S. Arnulphi dictus.

(43) Rothertum vocat Hugo, num. 8.

(44) Addit Hugo, Antiochia allatam credi, occa-sionemque miraculi fuisse asserit, quod S. Hugo post missam manu capiens ipsam planetam dixisse :: ' Utinam adesset æger, in quo virtutis apostolicæ ca-

⁽⁴⁰⁾ Durannus, primum abhas Moyssiacensis in Cadurcis, dein circa an. 1060 factus episcopus Tolo-sanus, ohiit circa an. 1070, et imago cum titulo sauctitatis habetur in claustro Moyssiacensi, ut assoront Sammarthani.

præfata creditur esse ecclesia, super prostratum A Abbas missam cantaverat, et aquam ex ijns stillatam elevat ægrum, illud clamans, Petrus apostolus dixit paralytico: c Sanet te Dominus Jesus Christus.) A I hæc verba confestim Robertus ita convaluit ac si ipse Petrus preces pro eo declamasset. Regrecitur incolumis qui semivivus accesserat, his qui aderant attestantibus beneplacitam esse Deo vitam, cuius apud Deum tam efficacem viderant esse postulationem (45).

24. Fortassis hæc apostolicis ascriberentur meritis, et cujus umbra male habentibus restitutam constat esse sanitatem, ejus utique vestimento Robertus convaluisse assereretur. Cæterum non minora meritis acta leguntur Hugonis, guibus Hugoni nulle fidei periculo præstitum possit assignari beneficium. Liem namque dum in Vasconia, sicut de Cluniacensi B cosnobio, subditas visitaret cellulas, haud procul ab itinere parvum conspexit tugurium, cujus inhabitator egenus erat et leprosus. Hic ex divite pauper. abjectus ex splendido, leprosus ex incolumi, vitam morte graviorem ducebat. Lætatur Dei servus adeptum se tempus opportunum, quo Christum in paupere visitaret. Præeuntibus itaque cæteris, ipse uno tantum comite monacho tegetem ingreditur, consolationi totus insistit, laceram demulcet cutem, ingeminat felicem infelicitate sua, cui esset datum flagellis corporalibus et paupertatis igne purgari. Denique dum discessurus homo Dei, quid erogaret pauperi non haberet, agninam, qua indutus erat, exuit vestem, vestit pauperem. Vestimentum gratia comitatur insperata; ex quo enim pauper eo indutus est, cutis deformitas abscessit, et absterso lepræ contagio, membris omnibus incolumitas est et species restituta. Egreditur Christi famulus, relicta pauperi benedictione, quæ et amplius spe suscipienti profuit, et amplius voto dantis meritum patefecit. Legentur et alii, tam ex veste quam ex lympha quæ er ejus stillaverat manibus, expetitam suscepisse salutem

25. Wigo, monachus, vir venerandæ opinionis et utile vas in domo Domini, vocis usum amiserat, admodum tristis, eo quod imminenti Natalitio persolvere non posset debitum cantandi obsequium. Qui dum juxta suppedaneum abhatis quiesceret, et vocis reformationem ex sacris ejus speraret meritis, D corrigiam pilei ejus, latenter assumpti, collo circumdedit; statimque soluto, quod arteriis obstabat incommodo, priscæ modulationis usus est ei in integrum reformatus. Articulum pedis cajusdam Theoderici, magnæ quidem militis potentiæ, sed majoris apud Deum devotionis, cancer (infirmitas lethalis) exederat, quod quia studium vicerat medicinæ, auferebat et spem vitæ. Abbatis tamen meritis, hoc erdine exstinctum est horrendæ pestis incendium.

peremus experimentum! > quo audito Rotbertus illuc se deferri fecerit.

(45) Addit idem : Bes ista notissima est; fere tota eivitas illa testis est.

manibus infirmo, præsenti atque postulanti eam, servicutes, abbate detulerant ignorante. Qua ezesis partibus infusa, suus articulo redditus est status. suppletum depastæ carnis dispendium, et agente lympha vices medicinæ, abbas nesciens restituit sanitatem. Quippe durum erat et intolerabile homini Dei, ex his quæ circa ipsum erant aut ex eius remanebant mensa, contemplatione salutis acquirendæ aliquid asportari. Homo verze virtutis, ad virtutum derivabat excidium, linguas affectare alienas, laudis enim nulla omnino cupiditas, nisi cujus et materia est in animo, et testis in cœlo. Quam cum, sibi pariter opera compararent et verba, aliam tamen suspiranti mercedem, nulla ex præconio miráculorum subrepsit elatio. Aliis quoque nesciens Dei servus profuit, quos etsi non omnes, aliquos tamea eorum, paginæ duximus imprimendos.

26. Erat in quadam obedientia monachus, nomine Guillelmus, qui diuturna cruris infirmitate decumbens, injuncta sibi exsequi non polerat officia. Hoc enim in tautum tumorem excesserat ut amissa naturali forma, globus quidam videretur. Cum autem morbus excrescens, nihil aliud quam mortem loqueretur, ille totus ad abbatis meritum, spe conversus et fide, manibus admotis tumenti cruri : « Præcipio, inquit, tibi, passio, in nomine Jesu Christi, et ex parte Patris cujus præceptis hec veni, ut recedens permittas injunctam mihi explere obedientiam. » Sequenti nocte, dormienti, duo in albis apparuere monachi, qui dicerent se a B. Ilugone directos; dehinc unus quidem cruri manus apposuit, infudit oleum; alter vero leniori, et velut suspenso contactu, partes infirmas perungere visus est. Quo peracto, cum recedentibus monachis ipsa recessit infirmitas, et incolumitatem, quam medicina non potuit, gratia reduxit. Evigilans monachus cum sentiret externinatas infirmitatis angustias, beato Patri suo restitutam ascripsit sanitalem.

27. Ex difficultate partus, quædam mulier, amisso linguæ pariter et manus officio, cæterarum quoque partium aetrimenta formidabat. Hujusmodi angustia decumbenti, suggestum in somnis est, oportere eam Laisiacum (46) proficisci, ubi meritis B, Hugonis, utroque levaretur incommodo. Paruit mulier, eoque delata, dum præscriptus Pater in oratorio S. Sulpicii (47) ipsa præsente divina celebraret mysteria, meritis ejus utriusque morbi plenum meruit obtinere remedium. Credatur in sedendis humanørum corporum passionibus, filio adoptionis collatam desuper fuisse gratiam, quæ illi etiam in perturbato aere perhibetur exstitisse, Ludovicus enim comes, et Sophia uxor sua, prædicandæ scilicet vir et mulier

(46) Laisiacum, an oppidum in Cenomannis, vulgo Lassay ?

(47) S. Sulpicii, non Suplicii (uti perperam excusum), plures sunt tota Gallis ecclesiæ; egituus se eo, 17 Januarii.

. !

susceperant. Deinde posita in viridario mensa, commotus aer tempestatis signa præmisit. Turbati discursant ministri, quid lieret ex appositis jam dapibus ignorantes. Cæterum Dei famulus, elevans manum, crucis signum opposuit, et imminentem sic abegit tempestatem. Ouæ ne casu potins quam meritis abbatis abscessisse videretur, circumquaque pluviis desævientibus et tonitruis, locus ille tempestatis expers, et serenus remansisse perhibetur. Paredi (49), puerum quemdam, monasticæ cousecratum militize, decidens ex culmine campanarii tabula prostravit. Eo tempore beatus abbas fratres visitaturus Paredum accesserat. Puer, in quo consultæ pollicibus venæ proximum nuntiabant interitum, semivivus ad eum defertur; fratres velut ex- B rum? > Rursus cum monachi mirarentur, attestanstinctum deflent puerum, qui vix in castris spiritualis militiæ vivere inchoasset. Denique pius abbas, mente compunctus, contritum contrectat puerum, pro exsequiis obsequiis insistit, et ad ostium divinæ pietatis Christi procurrit Christi veteranus, tanta precum instantia ut et puero salus, et puer conventai redderetar.

28. Invitati complures hujusmodi miraculorum præconiis, eum videre præoptabant, ei adhærere, ct sanctissimis ejus erodiri documentis. Quippe tota ejus vita, sacris par institutis, tota ejus conversatio beate vivendi magisterium fuit. Nulla vel pauca fuere monasteria, quæ non profecerint ejus circumspectis institutionibus aut exemplis. Convenientes autem ad se monachos vel abbates, quan paterno C complecteretur affectu, quam sufficienter quærentibus responderet, quam pie aperiret pulsantibus, difficile est explicare. Inter quos Suessionensis (50) abbas ad primatem monasticæ perfectionis accedens, presbyterum quemdam, Petrum nomine, itineris comitem habuit, dudum B. Hugonis familiaritatem assecutum. Qua ex familiaritate securius cum presbyter allocutus : Scimus, inquit, te, sanctissime Pater, curam gerere miserorum, et juxta vocem Apostoli, cum infirmantibus infirmari (11 Cor. xi, 29). Unde et pro quodam fratre meo ad ostium tuz pulsans misericordiæ, sacris orationibus tuis misero subveniri deploro, quem putridum vulnus, et latius incolumes occupans partes, in desperationis discrimen adduxit. Tandem pius Pater miserabilibus cedens obsecrationibus, panem qui de mensa ipsius superfuerat, afferri præcepit, allatum benedixit, dedit benedictum sacerdoti; dedit ei et partem baculi, quem manu gestare, quo sustentari consueverat. Quibus ille acceptis, in spe simul et fide regreditur.

(48) Aldechiarcum, Hugoni in Vita, antiqua Chirica, locus non procul a Basilea situs : est ergo Altenkirch quinque milliaribus distans, ad Illam Auvium; Kirch autem Germanis ecclesiam significat, a voce Græca Kupiaxòv, Dominicum, ut volunt plerique, quos ad judicium vocare non vacat.

(49) Paredum prioratus in Augustodunensi dicecesi, anno 999 aunexus Cluniacensi cosnobio ab Hugone episcopo, eo de quo actum supra.

devotionis, cum apud Aldechiarcum (48) hospitio A quantum prius de fraterna turbatus angustia, tantum postea de salute gavisurus. Ex quo enim superpositum est ulceri lignum, et panem benedictionis infirmus comedit, ita explosum est putridæ carnis incommodum ut nullus dolor, nulla illic infirmitatis indicis remanerent.

CAPUT V.

Tutela angelorum quædam ab eo mala depuisa malevoli

divinitus puniti. Liberalitas ejus compensata. 29. Quadam præterea die, dum paulisper alibas obdormirst, ex urgente causa, eum monachi excitaverant. Abbas interrogans : « Ut quid huc, ait, istum adduxistis puerum? > Responderunt monachi se neminem adduxisse. Subdidit abbas, dicens : · Nunquid non videtis illum elegantis formæ puetes se neminem prorsus videre, animadvertous abbas ostensum sibi divinum aliquid, sermonem transtulit ad alia, nullam ulterius faciens de puero mentionem. Credo ei apparuisse custodem corporis sui angelum Dei, cujus excubiis, et aeriarum tentamenta potestatum, et imminentia corporis pericula declinabat. Unde cum apud Berziacum (51) se sopori dedisset, angelica protectus custodia, multiplex mortis discrimen evasit. Repente namque turbato aere consurgentes venti, velut conflictum quemdam inire coeperant; frequentior deservice coruscatio, lapidibus et grandine concuti domus, volare fulmina quibus nec dormitorium patris, adhærens occlesiæ, intactum remansit; illud enim vis irrumpens fulminis, tam vaganti discursu præfatum perscrutata est domicilium ut, par miraculum dicam, tres in foruace pueros, et inter flammas sævientes sanctum Dei conservatum. Augebant discrimen cæmenta simul et lapides undique corruentes, quos fulminis ictu rupta maceria circa dormientem diffundebat abbatem. Discurrebant famuli, monachi querebantur, vel obrutum ruina et lapidibus, vel igne consumptum abbatem opinantes. Ille autem divinis protectus excubiis, nec strepitu soporem, nec populantibus flammis sospitatem amisit. Ita Dei servus, borrendo circumseptus incendio, virtute promeruit liberari, et illæsus exivit.

30. Legitur idem Pater in allis etiam conservatus periculis, ejusque sacer transitus, qui gravissima infirmitate videbatur imminere, conventus intercessione, et sumptuosis eleemosynarum expensis, in sanctam dilatos senectutem. Quodam namque tempore, B. Hugo, tanta corporis afflictus molestia ut imminens incommodum vitæ desperatio sequeretur ; de medio montis, qui Cluniaco adjacet, quasi fratri-

(51) Berziacum prioratus in agro Matisconensi, in ejusdem nominis oppido.

⁽⁵⁰⁾ Ecgraphum nostrum Suecionensis, melius utique quam Uccionensis, uti impressum in bibliotheca; quos autem Suessionensis S. Crispini abbatia, ante restaurationem anni 1157, abbates habuerit. ignoratur. Celebrior ibidem est alia S. Medardi, sed extra muros quæ non solet nomine Suessionensig venire.

bns ultimam daturus benedictionem, ad capitulum A Deus in hac etiam vita contemptum puniri sanctodelatus est. Flet conventus, et eget solatio, quisquis alium nititur consolari. Acclamant filii Patren, magistrum discipuli circumeunt; retractat grex indefessas pastoris excubias; et quæ lacrymas provocent, undique pietatis ejus insignia prædicantur. Dehinc ipso innuente, sanctorum imaginibus præsentatur apostolorum, sperans eorum meritis imploratam se adipisci sanitatem. Quæ confestim impetrata, pupillis tutorem restituit, filiis patrem, pauperihus provisorem. Nec minus stylo commendandum credimus quod Romam proficiscenti, vita pariter et incolumitas est in morte conservata. INe siquidem, dum propter civitatem Vapingum (52), per abrupta montium et ancipites anfractus incederet, altiori cuidam præcipitio incircumspectis accessibus B occurrit. Declinans mula in vallem, cui prima inniterentur vestigia, nihil solidum invenit. Pallent monachi (53), diffidentes periculum præsens aliquo posse declinari consilio; Dominus autem, plenum beatæ spei et gloriæ finem servo suo providens, mirabiliter eum de patenti abysso eduxit; mula divinitus in eam innitente partem, in qua solidum iter et obstaculis liberum invenit. Porro de simili perivulo clericus quidam, de Hispanlis cum abbate regrediens, dum comites ad hospitium præcederet, et improvidus in horrendum delaberetur præcipitium, ad invocatum nomen abbatis, ramusculo retentus liberari promeruit. Præterea Geraldo cuidam, per Ligerim temere remiganti, sæpius abbas invoeatus adfuisse perhibetur. Submersa quippe navi- C evla, cum res ad vitæ periculum cederet', ipse nomen ejus acclamans, incolumis ad ripam enatavit. Qua in persona, co amplius abbatis meritum claruit, quo ille dudum turbatus cerebrum, imperivia quidem naviculam ascendit, sed gratia mortem evasit.

31. Magua sane hujus viri merita, cujus nec amici apud Deum irremunerati fuerunt; nec impuniti contemptores, non quod ipse vellet mortem peccatoris, 'aut pro inimicis orare desisteret, qui noverat neminem vere diligere Christum, donec et inimicum diligeret propter Christum. Cæterum vult aliquando

(52) Vapingum, urbs episcopalis Galliæ Narbo-nensis, vulgo Gap. (53) Hugo in Vita rem hoc modo describit num.

13. Romam proficiscens aliquando Pater Hugo, arclissimam in dependentis latere rupis viam introivit. Erat inferius terribile profundum præcipitii, quod vix viatorum aliquis unquam audeat intueri. Præcedentibus itaque seriatim præ timore sociis, sequebatur Pater, mente et oculis dextraque pariter ad cœlum levatis, sinistra sui habenas subsellii tenebat, oratione suspensus Domino totus inhiabat. Pertranscuntibus autem, quædam paupercula in brevissimo rupis arduze concavo se receperat; mulaque sancti bajula, dum latitantem illam subito respicit, misere pavefacta subito resilit, resiliens tota in profundum immane cadit. Ibi sanctus, ut ante agebat, sic etiam cadendo mentem et oculos dextramque ad cœlum levatam tenebat. Cadebat corpore, sed immotus stabat cum Domino mente. Prævaluit itaque stabilitas mentis, suoque sedens subsellio, invisibiliter reportatus ab infimis viæque redditus est totus in-

rum, ne justus zelet super iniquos pacem peccatoram videns, et dicat : Ergo sine causa justificavi cor meum. et lavi inter innocentes manus meas (Psal. 1xx11, 3, 13) ? . Sunt fortassis et aliæ occultiores causæ, quibus Judex justus hic et benefactorum præmia rependit, et injurias punit. Porro irrogatas huic servo suo contumelias, quam districto percussit judicio, succincte nos non tædebit explicare. Is itaque totus propagandi monasticam religionem studiis occupatus, dum eam in monasterio Mauziacensi (54) reformare contendit, nonnullorum pertulit invidiam, convicia sustinuit, seductor et hypocrita, tyrannus et invasor acclamatus. Inter quos quidam clericus in banc usque prorupit insaniam, ut diceret effossurum se oculos abbati, si in hoc opus exoptata sibi copia donaretur. Arguunt cum puniendæ præsumptionis illi etiam, qui temperantius abbati detrabebant, direntes non exasperandam contumeliis, sed obsequiis colendam potius et ordinis et personæ dignitatem. Ac ne dubitaretur in servo suo Dominum graviter offensum, juxta illud Evangelii : Qui vos spernis me spernit (Luc. x, 16); venenosæ linguæ præsumtionem tam digna est ultio subsecuta ut, vix octo diebus evolutis, exigente culpa ei effoderentur oculi, qui in oculos abbatis sacrilegam affectaverat facultatem

32. Pontius de Burgeto, vir accusandæ voluntatis in servum Dei, audiens abbatem partes Arve-niæ (55), in quibus ipse morabatur, aditurum, cam eum nec videre vellet, nec videri declinasset contemptu, morbum simulans in lectum decidit. Factum est autem ut, illuc abbate profecto, vera fieret quæ fingebatur infirmitas; quæ profecto in tantum excrevit ut, amissa loquendi facultate, deductus ad extrema putaretur. Quem itaque prius videre noluit, coactus postea vidit, per internuntios omnimodis exorans ut ab eo visitari mereretur. Visitates æger, in lacrymis et gemitu culpam confitetur; cui et contritio cordis veniam, et interventus abbatis sapitatem acquisivit.

33. Coenobium B. Martini, quod Majus-Monasteterium dicitur, comitis Andegavensis (56), videlicet

columis.

(54) Ecgraphum nostrum et impressa, Maudia-D censi, in margine autem notatur Moysiacensi; sed ex privilegio præcitato Paschalis papæ Moisiacum primo loco, et abbatia Mauziaci septimo nominatur : hæc autem in Arvernis est, illa in Cadurcis : et pro Mauziaco major stat vicinia nominis, una duntaxat littera corrigendi. Exstat vero in Bibliotheca col. 534 Carta Duranui episcopi Arvernensis, couceden-'tis Hugoni Cluniacensi hanc abbatiam, ex consensu Roberti comitis Arverni, ejusdemque donationis confirmatio per Philippum regem, an. 1095.

(55) Hoc exemplum, præcedenti sic consequenter subjunctum, probat ibi de Manziacensi non Moysiacensi abbatia actum fuisse. Quænam autem aversandi sanctum causa utrique fuisse potuit, nisi quod indignarentur dictam abbatiam Cluniacensium jurisdictioni subjectam, quæ antea fuerat libera?

(56) Quercetanus in notis videtur improbare quod hic vocetur Andegavensis comes quein constat fuisse Turonensem. Verum ad titulum Andegavensis vehementer affligebat (57). Rogatus Dei servus a præfati abbate cœnobii, ut et consilio et orationum interventu oppressæ subveniret abbatiæ, Turonis usque fatigari non distulit, eo libentius dif-Acultatem viæ assumens, quod idem locus a Cluniacensi disciplina, monasticæ religionis fundamenta susceperit. Veniens autem ad comitem, cum nihil proficeret verbis, nec amplecti genua, nec advolvi pedibus erubuit. Assumpta est omnis forma supplicandi, qua mansuetudo etiam apud crudeles provocatur potestates ; ille tamen animum gerens obduratum, abbatem aversatus est supplicantem, qui ad hanc quoque prorupit insaniam, ut diceret se B. Martini conventum, ad obsequium unius asini redacturum. Surgens tandem Dei servus a pulvere, cum B assumptum chlamide tyrannum, salutiferis /emollire niteretur eloquiis, ille rupta, qua chlamis astriugebatur, fibula, contemptis exhortationibus, abscessit. Abscedenti vir prophetico tactus Spiritu, illud Samuelis dixisse memoratur : Scissum est regnum luum a te hodie (I Reg. xv, 28). Quod profecto vaticinium rei exitus declaravit : expulsus etenim a consulatu, tandiu contemptor ille a fratre suo Fulcone detentus est in carcere, ut non prius a custodia corpus, quam spiritus a corpore solveretur. Cui ad cumulum ultionis hoc etiam accessit, ut amisso sensu in pueriles ineptias ad mortem usque deliraret.

34. Berardus quoque de castro Retortorio (58), in villam Cavariacum (59) quæ juris est monasterii Cluniacensis, exactionibus insolitis debacchatus, similem poenæ sustinuit ultionem. Hic aliquandiu patienter toleratus, deinde per principes et ecclesiasticas admonitus personas, ut a tyrannicis desisteret injuriis, cum omnes æque sperneret, totum hujus rei negotium B. Hugo Joanni Baptistæ commisit, ad quem ille conversus, adversus præfatum Satanam lacrymis et gemitu promptissimum ejus postulat auxilium : Nec mora : preces abbatis exauditas rei eventus ostendit. Ille nimirum, sensu pariter amisso et visu, suorum manibus ad domum defertur, confusa loquens omnia, et suscitatam adversum se justi Judicis indignationem aliis quoque demonstrans indiciis. Ejus enim lectus, in nocle bis ac- p census, illum pene debito consumpsit incendio, qui sanctuarii possessionem exactionibus indebitis consumebet et rapinis. Quibus ille flagellis coactus, ad se tandem revertitur ; abjurat exactiones, damna restituit, pollicitus in sanctuarium Domini se nihil deinceps præsumpturum. Unde factum est ut qui

accesserat titulus Turonensis, quando Henricus Galliæ rex hunc comitatum, Thethaldo et Stephano ablatum, anno 1037 transtulit in dictum Goffridum.

(67) Nempe Bartholomæum, Majoris-Monasterii abbatem, ipsumque monasterium, anliquissimæ et inconcussæ eatenus immunitatis privilegiis gaudens, suæ volebat potestati subjicere, et a se baculum pastoralem sive investituram sumi; ut habetur dif-.se it. Actis comitum Andegavensium, inter notas.

Gaufridi, cognomine Barbari, tyrannica præsumptio A servum Dei contemnendo duplex traxerat incommavehementer affligebat (57). Rogatus Dei servus a dum, resipiscendo divina ultione repressa plenam præfati abbate cœnobii, ut et consilio et oratio- reciperet sanitatem.

> 35. Perpende, lector, quo affectu commissarum sibi salutem quæsierit animarum, qui etiam circa interfectores fratris ac patris sui Davidicam expressit et æmulatus est leuitatem. Is enim, secundum illud Evangelicum : Dimittite, et dimittemini (Luc. 1v, 37), collata utrique reo patrati homicidii venia, confugienti ad se fratris interfectori, cui ad declinandos interfecti proximos nullum patebat refugium, sanctæ protectionis suæ sinum aperuit; in quo ille susceptus, et temporalis vitæ discrimen evasit, et viam invasit sempiternæ. Ad abbatis namque suggestionem compunctus homicida, supremum pænitentiæ habitum sumpsit, in quo ille peracta feliciter causali peregrinatione bujus mundi, dum vivero desiit, vivere inchoavit. Defuncto autem patre suo. quem dux Burgundiæ gener ejus propria manu peremerat, hoc apud Down interventa subvenire studuit ut delictorum ejus satisfactionem, quam gladius hostilis prævenerat, in seipsum transferret. continuatis afficeretur jejuniis, frequentiores hostias immolaret. Gestandam quoque suscepit loricam. propriis cruciatibus peccata quærens explare aliena. Sed et pro ejus interfectore, ne de eo antiquus triumpharet inimicus, oblatis Deo victimis et procibus intercessit. Cujus igitur charitas usque ad diligendos excrevit inimicos, non mirum ejus etiam eleemosynas inter manus erogantium, quod nonnulli asserunt, suscepisset incrementum. Contigit hoc Ademaro, dispensatori benedictionem servi Dei, qui postmodum in abhatem et scientia promoveri meruit et vita. Is, quos egenis ex abbatis præcento distribueret, seorsim decem solidos ponens, cum per totum mensem potius eos effundere pauperibus quam dare videretur, dispendium tamen in distributo non sensit argento. Ecce Sareptani olei incrementum pariter et statum, gratiam et gratiæ finem. Donac enim viduze vas adfuit, oleum fluxit; stetit autem, postquam defuit vas postulanti. Sic et Ademaro, quod daret pauperibus, dum fides adfuit, non defuit; defuit autem, simul et dare gloriam Deo et infirmari fide coepit.

> 36. Idem præterea, cum sibi novem tantum essent denarii eosque dedisset mulieri pauperculæ, inventos apud se quindecim aureos obtulit abbai. Quos magnanimus abbas statim in sinu pauperum reponere festinavit, sciens nullum agrum cultori suo feracius quam sinum pauperum responsurum. Probavit hoc ejus Camerarius Jarento, Valentiam

ad bibliothecam a Quercetano productis.

(58) Castrum Relortorium, Hugoni monacho Rehorterium, vulgo Riotier, ad Ararim fluvium, in territorio Lugdunensi.

(59) Idem Hugo Chavariacus, suspicor, mutato nunc r in *l*, illud esse quod Chaufailles notatur in mappis, quasi Cavaliacum, Cluniaco distans leucis vui, inter Ararim et Ligerim.

B

stis in usus egenorum marsupils, cum decem solidos (quos in expensas fratrum reservaverat) abhatis jessu, tristi et amaro erogaret animo : « Noli, inquit abbas, noli, fili, metuere, non intrabimus portam eivitatis, donec ager, qui semina commisimus, fractificet, reddens amplius quam receperit. > Quod profecto vaticinium statim promissus implevit eventus; prius enim quam portam civitatis intrarent, adfuit qui pro paucis denariis auri pondus non modicum ei largiretur. Admiratus dispensator Deo gloriam dedit, tanto circa pauperes factus benignior quanto de mercede securior.

CAPUT VI

Hulti ad meliorem et monasticam vitam ab eo inducti, templum Cluniacense amplificatum.

37. Talibus tantisque virtutum præconiis, homo Dei maximus inter magnos habebatur, ambulans viam immaculatam, et Aliis sanctæ imitationis suæ monastica suscitans et exaltans instituta. Extensi sunt palmites hujus vitis usque ad mare, et usque ad flamen propagines ejus. Ex his abbates nonnulli, exemplo pariter et verbo, collatas extulere dignitates; alii vero virtute tantum conspicui, sic in carne præter carnem vivebant, ut cum necessitate rebus interessent hominum, voluntate rebus ange-Lrum interessent. Hos enumerare vitamque eorum præsenti negotio prosequi, extra metam currus agere est, nisl quia laus discipuli, gloria est et magistri. Sed et filiorum devotionem prædicare, ut merita Patris extollas, nihil aliud est quam si solis splendorem facibus admotis adjuvare coneris. Supersunt enim adhuc tanta virtutum ejus atque operum insignia, ut ad eorum relationem, assumpta paululum requie, velut anhelantem equum necesse sit respirare. Quapropter ad horam stylum deponimus, Dei servo, cui ille famulator, adjuvante, fiducialius quæ restant, aggressuri (60).

28. Jam lubricæ juventutis offendicula vir sanctus inoffensis gressibus evacerat, a nativitate quidem sexaginta quinque, a susceptione autem regiminis, annos gerens quadraginta. Calefaciebat eum virgo sapientiæ, quam beatus senex velut David amplexatus, cum corpore deficeret, maturitate sensus et conquibus ætas hujusmodi circumvenitur, nullus apud eum religioni defectus accessit; eadem ille, qua priue devotione, monachi leges et sacra docuit ac servavit industria. Sed et uberior apparatus, quo filiorum dilectio fatiscentem corpore patrem in divinum reparare suærebat obsesuium, nibil aliud ei

(60) Videtur bipartitum fuisse opus, s.c ut finem hic caperet liber primus, et inchoaretur secundus.

(61) Alii rectius templi, de quo solo agit sequens visio, et cujus solius exstat notitia in monumentis Cluniacensibus; nom S. Odilo « Cluniacum interius et exterius præter parietes ecclesiæ, studiose renovaverat : in novissimis etiam suis claustrum construxerat, > ut habetur ex ejus Vita.

(62) Addit anonymus, e de atbate (Balmensi scilicet, ut ex Vita sequenți habetur) factus claustra-

cum beato Patre proficiscens. Ipse nimirum exhau- A quam virtutum materia fuit. Nonnulli namque deliclis facile carent, ab appositis autem pauci possunt abstinere; quod tamen sic B. Hugo consueverit ut cum multa pransuro ponerentur, ex his modicum indulgeret naturæ, nihil gulæ. Quidquid ultra necessaria refectioni ejus accessit, turbæ servivit, non personæ; egenis, non abbati. Qua in refectione, mirum valde fuit, vinum nunquam sibi appositum, sed sicca dape soluta sic jejunia, velut si cæmentum facturus, calcem tantum misceas et arenam. Sic ille debilem non debilis ætatem percurrens, religioni quotidie aliquid adjecit ; quanto viciniorem sentiebat finem commissæ sibi militiæ, tanto amplius castra Domini et verbis erudiens et exemplis antecedens. Statuit etiam monasterii (61) Cluniacensis ampliora ponere fundamenta, impatiens fratres quotidie et merito crescentes et numero, angustis admodum gravari officinis. Sanum sane Patris propositum, quod pariter et revelatio et felix eventus ostendit. Cuidam namque fratrum, nomine Gunzoni (62), prædicandæ quidem et illustris memoriæ viro, sed eo tempore corporis molestia decumbenti Petrus apparuit apostolus, infulato constipatus consortio (63), et alterius cujusdam conditionis præferens majestatem. Qui nomen suum, et adventus causam jacenti declarans : c Frater, inquit, ad abbatem festina Hugonem, relaturus ei gravem mihi esse mearum pressuram ovium, quas intra septa Cluniacensis illius ovilis inclusas, locus urit angustior; tempus esse quo ille materialem eis præpararet, qui in eis jam spiritualem Deo præparaverat mansionem. Huic autem legationi tu præ cæteris es electus, ut ex collata tibi sanitate, fides verbis accedat.) Adjecit eliam addendos ei septem annos, si fideliter impositam sibi perageret obcdientiam; beatum vero Hugonem, si parere differret, incommodum quod relator evaserat subiturum. His dictis, ipse funiculos tendere visus est, ipse longitudinis atque latitudinis metiri quantitatem ; ostendit ei etiam basilicæ gualitatem fabricandæ. menti ejus et dimensionis et schematis memoriam tenacius bærere præcipiens.

39. Expergefactus frater, abbati se sospes obtulit, cui morbus interitum minabatur. Referuntur silli prærogativa, sibimet eminebat. Ex incommodis, D ex ordine, quæcunque monacho dicta fuerant vel ostensa. Credidit abbas, et divinis animatus monitis, habitationi gloriæ Dei tantam ac talem basilicam construzit (64), ut capacior ne sit magnitudine, an arte mirabilior, difficile indicetur. Hæc ejus decoris et gloriæ est, quam, si liceat credi cœlestibus incolis in hujusmodi usus humana placere domici-

(63) Sanctorum scilicet Pauli et Stephani, de quibus Vita sequens, et ex bac anonymus.

(64) Addit idem anonymus, e intra viginti annes, » Quercetanus in notis minus recte numeral annos viginti quinque : certius monet formani fuisse « in modum crucis patriarchalis : » qualem et nos vidimus anno 1662, Vaticanze S. Petri basilicze longitudine æqualem ut dicebatur.

lis.)

ha, quoddam deambulatorium dicas angelorum. In A calamum quassatum contereret, facto monacho hac velut eductos de carcere monachos, refovet libera quædam planities, ita se monasticis accommodans institutis, ut angustia chori necesse non sit permisceri ordines, non stationes confundi, vel foras quandolibet evagari. Supersunt plurima, quibus dicendis occupareinus, nisi loca divinis ascripta obseguiis, plus laudis ex habitantium merito quam ex manu artificum sortirentur. Quod profecto huic, de qua loquimur, structuræ accessit : quæ cum splendidissima sit ingenio opificis, multo est ex suo habitatore splendidior : utriusque autem gloriæ, gregis scilicet et loci, B. Hugo sollicitus institit procurator, coram Deo et ejus augelis pura dicturus couscientia : Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ (Psal. xxv, 8). Ejus enim B namque Romam ex voto profectus, ante sepulcrum sanctissimo ducatu, egressa de Ægypto multa animarum millia, sacrificium contribulati spiritus, et hostiam laudis Deo exercituum in hoc obtulere deserto, facti sanctificatio Domini, et funiculus hæreditatis ejus. Quippe, sicut in captura piscium, piscator diversis utitur instrumentis, sic ad salutem animarum filius prudentiæ diversis incedens viis, omnibus omnia factus est', ut omnes lucrifaceret (I Cor. 1x, 22). Ei semper hamus pependit, semper missa in mari retia, semper ad littus quietis et vitæ, parvi pisces et magni cructi sunt. Semper enim sub eo, et per eum, juxta illud Isaiæ : Lupus habitavit cum agno, et pardus cum hædo confidenter accubuit (Isai. xi, 6). Cum his nimirum qui de populo acces- c scrant, tam patienter jugum Domini sublimes pertulere potestates ut cos nec fastu generis, nec insolentia premerent potestatis; quanto quisque major fuerat, tanto in omnibus humilior. His autem qui timore defectus monachum profiteri verebantur. providus Pater ita monasticam temperabat diseiplinam ut etiam deliciis assucti cam sine querela sustinerent.

40. Ilujus rei Guigo comes testis et exemplum fuit, vir scilicet indulgentius a puero educatus, et frequentatas a cunis delicias indocilis abdicare. Quem cum etiam vestes agninæ ulcerarent, nihilque præter advenarum murium pelliculas, aut sericos cultus ad nudum pateretur, ad tolerandum tamen quorumlibet amictuum asperitates B. Hugo circum- n spectis eum dispensationibus informavit. Quippe ne

(65) Subjungit jam dictus anonymus primum de Hugone Burgundo. « Vidimus et Hugonem, ducem prius Burgundiæ, et post militiæ spiritualis signiferum, qui solebat calceos ungere fratrum, seque ita despicere et humiliare, ut omnes viles personæ stuperent, cum sub se viderent principem talem so sternere. Hic post certainen quod gessit, sustinendo etiam corporalem cæcitatem, tandem obtinuit æternam quam meruit lucem, et suaveolentia nobis exempla reliquit. > Postea, de prædicto, ut arbi-tror, Guidone hæc addit : « Porro venerabilis Guido, ex comite Matisconensis factus a radice pauper Christi, obtulit Deo tam perfecte conversionis holocaustum, ut uxorem cum illiis traheret post se in odorem coelestium virtutum. Qui cum tenuisset ad tempus regendum coenobium Silvaniacense. ex vo-

mollium indumentorum usus est permissus, qui desuper habitu regulari tegebatur. Sanum profecto consilium, quo præviderat sapiens abbas tironem Christi, pudore cultum molliorem positurum, et ægre laturum quandoque solum in spirituali militiæ inertise argui, qui in sæculari semper cum melioribus certasse dicebatur. Quod ita contigisse, comitis conversatio indicavit, repente namque mutatus, abjecto dispensationis indumento, novas carni cruces indixit, certansque bonum certamen, beato fine donativum meruit sempiteruum (65).

41. Porro emergere cupientibus ex hoc magno mari et spatioso, quantum esset sub B. Hugone refugium, divina etiam indicia docuerunt. Quidam (66) prostratus apostolorum, qua ad Deum incoderet via, lacrymis uberioribus doceri precabatur. Hanc agenti curam cœli claviger Petrus apparuit, suggerit Cluniacum proficisci; Cluniaci lavacrum esse animarum, illic salutem inveniri, si abbatem loci illius. propitium mereatur. Sic orator edoctus, gaudens. revertitur, Cluniacum festinat, abbatem verbis et. voce requirit, invento sacrum pandit desiderium, divinæ visionis historiam aperit, ordine retexens. quidquid sibi ab apostolo fuerat imperatum. Flet ctitur abbas, non cunctatus satisfacore postulanti. lline ille receptus, eo studiosius ascensiones in cordo. suo disposuit, quo divina revelatione didicerat ex hoc hominum consortio, ad consortium provehi augelorum.

42. Didicerat et hoc monachus ille Goderannus, qui relicto B. Remigii monasterio (67), cum arctioris disciplinæ gratia Cluniacum demigrasset, meritorum titulis et prærogativa scientiæ a Dominq audire meruit : Amice, ascende superius (Luc. xiv. 10). Prius enim Malliacensis (68) abbas effectus. postea Santonensis Ecclesiæ adeptus est dignitatem. Accidit autem ut eo præsente, leproso cuidam per manus B. Hugonis Eucharistia traderetur. Qui dum, suscepta sacri panis portione uti non posset, diuque luctatus in vacuum nileretur, sacramento, cum salivis et screatibus horrendis visu, ex ore lacerato decidenti, Goderannus utramque manum supposuit, et gloriosius de se quam de quolibet hoste triumphans, adhibitum ori totum absorbuit. Quo viso,

luntate sancti Patris domni Hugonis absolutus, ad claustrum rediit : ibique post legitimum cursum religiosam vitam mutavit potius quam terminavit; quia in fine bono recedens, summi boni participium pdeptus est, sicut vera fide credimus.

(66) Videur fuisse Udalricus, de quo actum in commentario prævio.

· (67) S. Remigli monasterium, simpliciter nom-natum, Remense credo intelligi : est alias etiam in Senonensi suburbio alterum ejusdem nominis, famosum et antiquum.

(68) Comobium Malleacense, in territorio Pictaviensi situm est, postea a Joanne XXII ornatum titulo episcopali. Huic præfectus est Goderannus anno 1070, factus episc pus paulo post, et anno 1075 mortuus.

beatus abbas obstupnit, craticulam Laurentii hoc A esse visionem. Cæterum ideireo nomen personæ animi tormento dicens esse meliorem. His allisque personis velut quibusdam luminaribus illustratum Cluniacense monasterium, quoddam virtutis gymnasium fuit. In corum moribus et vita plurimus Pater erat, et cujus esset pastoris, ipsa conversatione sua totus grex loquebatur. De quibus loqui plura supersedimus, ad agnitionem devotionis eorum sufficere judicantes, quod ante nos de eis Ezelo atque Gilo, clarissimi scilicet viri, vigilantius scripsisse traduntur.

CAPUT VII.

Mors præscita et pie obita, receptio in cælum revelata.

43. Annus ab ordinatione B. Hugonis unde sexagesimus ad exitum trahebatur, et Nativitatis Dominicæ solemnia revolutum tempus adduxerat : quo videlicet die veteranus ille Christi miles a fratribus in capitulum deductus, sanctissima exhortatione sua, flentes in divinum confortat absequium, confirmat labantes animo, qui labante gressu consistere non valebat. Inculcat illis quidem esse colluctationem adversus principes tenebrarum, sed hostes hujusmodi facile cessuros, si constantem invenerint pugnatorem. Propositum monachi, quamdam esse munitionem, nec alibi spem fore refugii, si remissius illis agentibus insidiator irrumpendi locum invenerit. Præsentis quoque occasione diei, aliam sed non alienam aggressus narrationem. Novi, inquit, novi quemdam, cui misericordize Mater in c oratorio sub hac specie dignata est apparere. In sinu ejus elegans puer, et divinam præferens venustatem; ipsa blando lenis aspectu, ipsa mitis et exorabilis ad impetrandum pro peccatoribus interventum. Cui applaudens divinis infans : « Hora ista, inquit, nox, mea nativitate insignis, gloriam angelis, pacem hominibus advenisse denuntiat; nox ista, meæ conscia gratiæ, legis obscuritates aperuit, vaticiuium solvit prophetarum. In hac ego ex te natus, o Mater præclara, serpentis caput contrivi, qua grassabatur in humanum genus, antiquam ejus evacuans potestatem. Ubi virulentis illius anguis astutia? Ubi spicula, quibus ante nativitatem meam animas in mortem vulnerabat? > His dictis, nequam se spiritus immibitus ne laudes et obseguia, quibus fidelium devotio suam persequebatur nativitatem, soluta perturbaret invidia, tristis et confusus abscessit. Quo longius effugato, Christum cum genitrice sua scitote vestris interesse obsequiis, et ex animorum qualitate vel supplicium dictare vel præmium. Quapropter sincera devotione mentis cum suscipite, in eo quem sibi bene placentem invenerit, perennem facturum mansionem. Hæc eo cum lacrymis referente, conventus attendit, non alii nisi ipsi, quam retulerat, ostensam

69) Anno 1109 Pascha in 25 Aprilis, atque adeo Dominica Palmarum in 18 diem cadebat.

70) Bertinus de Varenis, ut eum vocat Hugo

siluisse, ne potius gloriam sibl quærere, quam veritatem referre videretur.

44. Sequenti antem Quadragesima, cum depositionis ejus diem imminere defectus virium testaretur, fatigatus Pater addidit ad laborem, Dominus ad coronam. Multiplicatis enim jejuniis, fessos artus sacra prosecutus est injuria; indictæ carni cruces, et continuatæ gemitibus lacrymæ, desiderio conversationis alterius occupatum loquebantur, vigilize ejus, vigiliæ longiores, et quæ naturam debito sopore defraudabant, reliquum tempus oratio sibi vel lectio vindicavit. Parum erat homini Dei spiritum natura urgeri ad egressum, nisi ot cruciatibus adhibitis urgeretur. Quippe desiderans anima Creatorem, pro exquisito habebat supplicio, carnis ergastulo diutius immorari. Sub hac igitur observatione, transacta usque ad Ramispalmarum Quadragesima (69), ad celebrandam ejusdem diei solemnitatem, Cluniacum tam populi quam monachorum turba major conveneral. Hinc assumptis in processionem ecclesiæ ornamentis, conventus in albis egreditur; cum quibus dum beatus abbas exire desiderat, ad alium vocatus exitum, quod voluit, non valuit. Optabat candidatis interesse choris, et in laudes Christi milites ejus sua exhortari præsentia : qua in re cum vires silj deesse sentiret, quos comitari corpore non potuit, orationibus et benedictione prosequitur. Inerat jam vultui ejus quædam futuræ portio gloriæ, cui diceres aliquid collatum de similitudine angelorum.

45. Porro dum hæc agerentur, obscuri quidam nominis (70) ad B. Hugonem festinus irrumpere nititur, clumans se magnam ad euni suscepisse legationem. Ilinc ingressus : Ne contemnas me, inquit, Pater sancte, quem rebus exilem, ignotum genero, sola mittentis commendat auctoritas. Novellabam (71), nuper in agro, cum repente milij quædam apparuerunt personæ, venerabilis cujusdam dignitatis et ultra temporis hujus nostræque conditionis homines honore et gloria dignissimi ; przeibat Domina quædam, cujus vultum veloci transitu intueri non potui, visu dorsum tantummodo prosecutus; sequebatur autem senex nivea canitic venerandus, qui reductis in me oculis: « Heus tu, inquit,

scuit. Quem cum puer asperius increpasset, prohi- p o agricola! cujus est hic ager quem colis ? > Cui ego : « Beati, inquam, Patris est et domini Ilugonis abbatis. > Tunc ille : « Meus est, inquit, ager, meus est et possessor. Ego enim Petrus sum apostolus, quæ autem præcedit, beata Dei genitrix est Maria, sanctarum consortio constipata animarum. Tu igitur ad abbatem festines Hugonem, dicturus ei : c Di spone domni tuze, viam universæ carnis ad præsens ingressurus.) Jubenti talia parere distuli, metuens ne vaniloquus et interpres falsitatis appellarer, czeterum denuo commonitus, et quia præfatæ visiouis

monachus in Vita.

(71) S. Augustinus adv. Faustum, c hore qui dam novellavit vineam et locavit agricolis. 1

relationem distulerim, gravioribus verbis increça'us, A tione venerari. Qui ut et moriens ostenderet quam suspensam duilum legationem exsequi festinavi. His dictis, alli quidem falsitatis eum arguebant, beatus autem abbas certum suz depositionis asserebat indicium. Ex tune in lacrymis promissam expectavit vocationem, cum Apostolo dicens : Cupio dissolvi. (\$ 255e cum Christo (Phil. 1, 23).

43. Aderat sacratis-imæ Conæ dies, et ecce Dei servus, non tam lege temporis quam charitatis affecta, capitulum ingreditar; ubi cum pro his quos Cliniacense coenobium sacra sibi familjaritate astrinxerat, affluentem jussisset fieri elecmosynam. rogatus absolvere conventum, flevit uberrime. Tande a singultu fatigatum promens responsum ; « Egone, inquit, vos absolvam, quem propria ligi t conscientia? Ego vestram levabo sarcinam, multi-B pl ci prostratus et jacens excessu ? Quomodo jugum solvel peccatorum, subjugata peccatis oratio? Nos tamen, licet indigni, debitum prosequemur officium: Dominus autem, qui solvit compeditos et elisos erigit (Psal. CXLV, 7), quod suze pietatis est, in vobis interius dignetur operari. > Dehinc elevatis in coclum oculis, perfusus ora fletibus, commissum sibi gregem absolvit. Addidit et solatium benedictionis, Christum secutus magistrum, qui transiturus ad Patrem, discipulos in pressura mundi relictos benedixit, semper eis adfuturus gratia, quos corpore deserebat. Dehinc expleto pauperum obsequio, ad imitandum Dominice humilitatis exemplum, heatus senex hora mandati in capitulum redit, lavat fra: rum vestigia, de evangelica lectione sermonem sanctum subsectens, rivum provocantem lacrymarum, Sequenti quoque Sabbato sacris interfuit officio, colum iam (72) novæ lucis salutans, et crebris exorans susp riis, ut ad terram promissionis, quam velut e confinio jam intuebatur, inoffenso gressu pervenire mererciur.

47. Supercrant adhuc tantulæ vires in fragili corpore, ut ln occlesia paschalem celebraret solemnitatem, festivis insignitus ornamentis, quæ pariter et diei gloriam et sanctæ illius animie puritatem quodammodo nuntiabant. Refectus illic alimentis spiritualibus, ad domum, in qua morari consueverat, divertit. Vespere autem facto, decidit in lectum, pibil aliud quam laborum suorum finem et præmium n sufficere) tantum dicitur suscepisse incromentum, exspectans. Tertia vero feria, cum jam caligantes oculi, lingua deficiens, et cætera sensuum officia præsentem transitum acclamarent, interregatus si vivificatricem Domini carnem cognosceret : « Cognosco, inquit, et adoro. > Oblatum quoque salutiferæ crucis signum, Christianissima studuit devo-

(72) Cereum paschalem intellige, quem etiam Ecclesia in cjus benedictionem appellat columnam.

(73) Ex pluribus Gaufredis seu Godifred s archiepiscopis, quos recenset Index San-Marthamorum, soli duo aique ambo Burdegalenses adduci buc possunt; primus, nominatus anno 982; et secundus, qui sedit inter annos 1027 et 1047, sed infra demonstrabimus inter Lugdunenses antistites hojas nominis unum hoc tempore recipiendum esse, quein oiunino putamus'esse eunidem, de quo hic agitur : obierit

vigil et s: Licitus fuerit circa commissarum sibi vigilias ovium, quibus potuit sermonibus anniversarium archiepiscopi Gaufridi (73), et Guidonis abbatis a lesse nuntiavit, significans oportere defunctis fratribus debita solvi beneficia. Beata profecto anima, quæ nec eo tempore potuit suorum salutem oblivisci, quo nonnullis de sus etiam salute succedere solet oblivio.

, 48. Porro ex't rus ex hac Ægypto Dei famulus, B. Marc Ili (74) capsam sibi juyet præsentari, pium lacrymis interpellans advocatum, ut ejus conductu, post exsilium, patriæ redderetur. Flent filii a sidentes, nec alius alium consolatur, ubi par omnibus et inconsolabilis erat causa la nentandi. Quibus ille suum significans excessum, cum, Benedicite, protulisset, loquendi facultatem amisit. Deinde cum inclinata esset ad vesperam dies, delatus in ecclesiam beatissin æ Dei genitricis Mariæ, fessos artus et naturam profitentes, cilicio et cineri commendavit. Sole dehinc occumbente, sol occubuit, et exoneratus sarcina carnis spiritus, incolatum patrize, temporalia sempiternis feliciter commutavit. Excritur præsentium clamor filiorum, qui percussa exciti tabula, prout nios est, ad commendationem leatæ illius animæ convenerant. Habebat guisque velut specialem, qua doleret, causam, et quot fuerant ora, tot virtutum ejus insignia promebantur. Alii namque pertinax abbatis o lium in vitia referebant, alií circa pœnitentes paternum ejus recensebant affectum. Lomentabantur nonnulli, pauperes amisisse patrem, viduas advocatum, pupillos defensorem. Memorabant aliqui collatam Patri prophetiæ gratiam, plures spirituum discretione desuper insignitum. Fuerunt etiam qui deplorarent Hugonem timuisse Christum irosci, si iratus solem videret occidentem. Exuberabat unicuique quod in laudes ejus declamaret, et linguæ referendis deerant meritis, non linguis merita quæ referrent. Inter hos lamentantium cuneos et frequentiam decumbentium super artus exanimes, vix vacavit corpus ablui, vix obvolvi sacerdotalibus indumentis. Cui dum a fratribus præfata solveretur humanitas, modicum ha'sami (quod minime videbatur ungendo capiti ut ad liniendas quasdam reliqui partes corporis abundaret.

49. His rite peractis, populas irruens admittitur, quantum sub sno profecerit patrocinio, lacrymis indicans et expensis. Ejus clamore vicini colles resultant, sumptuosis luminaribus exsequiæ celebrantur.

ergo 28 Aprilis 1072. Guidonem abbatem, possumus suspicari eum quem supra laudavimus comitem Matisconensem, Cluniaci posita abbatia defuaclum.

(74) Videtur indicari S. Marcellus papa martyr, cujus aliquæ reliquæ Cluniaci fuerint; nam inter alturia, in mojori ecclesia dedicata anno 1131, unum est hujus sancti, ut notatur in bibliotheca, col. 1639.

quantus rerum provectus, quæ morum gloria sub sacris ejus disciplinis. Curritur inter hæc ad amplectenda Patris vestigia, fletu vestes irrigantur; et credit quisque parum sibi provisum, nisi pedes ejus vel osculo vel oblatione veneretur. Sic transacto in lacrymis triduo, procurata, quo debuit henore, sepultura Sabbato (75) felix depositum suscepit. Transivit antem B. abbas tertio Kalendas Maii, plenus auctoritatis et gratiæ, relinquens filis gaudium de corona, exemplum de vita, gloriam de corpore, spem de intercessione. Qui profecto quantæ foret anud Deum gratiæ, post transitum quoque ipsius, nultis innotuit argumentis.

50. Erat Cluniaci Bernardus (76), quidam vir B justus, sanctus et timoratus, cui religio reverentiam comparaverat et nomen. Is dum B. Hugo migraret ad superos, gravatus sopore, nec strepitu discurrentium, nec immoderatis clamoribus potuit excitari. Nec multo post in lectum decidit, humanæ reipublicæ supremo cessurus incommodo. Quo dum urgeretur ad exitum, convocatis quibusdam monachis : « Vobis, inquit, fratres, vobis aperire necessarium duxi, quam mihi Dominus ostenderit visionem. Vos, referentem nolite falsitatis arguere, qui si non amore virtutis, saltem metu judicii, quo dubius vocor, mentiri formidarem. Nostis quidem me nuper obedieutjam Nogenti (77) spontaneum dimisisse; sed qua cam ratione dimiserim, forsitan ignoratis. Dorinienti mihi quadam venerabilis persona apparuit, C Dionysium Areopagitam (78) se nominans, et ut Cluniacum reverterer, his urgens verbis : Oportet, frater, oportet te Cluniacum quantocius redire, et abbatem salutare Hugonem, communis iter ingressurum peregrinationis. Videbis etiam ejus successorem, cui de Romanis finibus divina misso gratia. principes apostolorum pastorales excubias commiserunt. Hac ego suggestione compulsus regredi, Cluniacum festinavi, Væ mihi misero ! Pater quidem recessit; sed non merui salutare recedentem. Accusemne soporem qui me tenuit, an gratias agam, incertus sum. Invidit et providit. Tenuit carnis oculos, ne viderem cum recederet; sed quo recesserit, interioribus oculis ostendit (79). Vidi, et teste

(75) Triduo, cum scilicet obiisset feria iv vesperi.

(76) Bernardus Narbonensis, uti eum vocat Hugo in Vita.

(77) « Nongentum, inquit Quercelanus in notis, Pertici agri oppidum et prioratus, in honore S. Dionysii constructus.)

(18) Prædictus Hugo titulum Areopagitæ omittit, quein Hildebertus hic, ex propria et tunc communi de Parisiorum apostolo opinione, censendus est adjectsse.

(79) Idem addit : c Adfui in oratorio B. Mariæ virginis matris Domini, ubi idem Pater delatus a fratribus ea hora exspiravit.

(80) « Qui dum susciperent animam morientis Patris, irruerunt cminus quidam sagittarii; contra

Recenset quisque, quam vera fuerit sub eo libertas, A mam Dei genitricem Mariam; astabant eminus sagittarii quidam, qui, sacratissima virgine cognita, velut perterriti abscesserunt et confusi (80). Visa est illic martyrum simul et confessorum mukitude, quorum quosdam desuper milii cognoscere datum est, et inter corum discernere qualitates. Beatum ibi Martialem cognovi, et Martinum, et abbatum gloriam Benedictum. Visi sunt hi duo spiritum B. Hugonis in fertilissimam deducere vineam, cum que Il.i collocare, tanquam pausaturum post laborem. Quo in loco dum pariter et gloriam sanctorum, et quæ agebantur admirarer, ille, reductis blandius in me oculis : Sta, inquit, frater, et comede nobiscum de candidis qui nobis abundant racemis; ego hie modicum requiescam (81), donec pedum tumor subsidat, et pulvis excutiatur, quem multiplici viarum circuitu contraxi; dehinc ad aliam transibo mansionem, quam mihi Dominus præparavit in æternum (82). Dices autem Pontio successori meo, ut ab humilitate nullatenus declinare sustineat (83), operibus instet miscricordiæ, suarum immemor, injuriis moveatur alienis. Super omnia zelo legi ferveat, circa delinquentes nec remissus sit indulgentia, nec immoderatus disciplina. Adhuc ille loquebatur, cum demulcente animum visione somnus abscessit. Vos autem scitote me vera locutum, si cursum vitæ præsens terminet infirmitas, si minus, in caput meum provocavi Judicem, quia commentatus falsitatem. > Hæc relata moverunt auditores. ipsius edoctos obitu, fratrem Bernardum nihil protulisse mendacii. Die siquidem tertia (84), hommem egressus, et testimonium gloriæ abbatis, et spem propriæ salutis fratribus reliquit.

51. lpsa eliam nocte, qua B. Hugo migravit ad superos, Noviomensi abbati non dissimilem ferunt apparuisse visionem. Visum ei est lectulos duos ab angelis in cœlum deferri, qui molliori cultu, sollicitudinis oblivionem et somnum provocarent. Angeli autem, qui lectulos deferebant, hujusmodi clamabant verbis : Duos illustres viros in his collocabimus lectis, Anselmum scilicet Cantuariensem archiepiecopum, atque Hugonem Cluniacensis abhatem monasterii; qui post terras cœlum, post labores roquiem, gaudium post lacrymas meruerunt. Post hæc Deo vidi permistos mortalibus superos, et beatissi- D abbas evigilans, nonnullis quæ viderat, retulit, ad

> quos misericordiæ mater manum suam elevavit, et egredientem protexit : qua cognita, sagittarii illico fugerunt, territi et confusi. > Ita Hugo memoralus.

(81) Idem, « Per triduum hic requiescam. »

(82) Usque adeo etiam sanctissimi quique aliquid e vita efferunt, quod si non poenam mercatur, cos tamen a libera Dei fruitione et gloriæ plenitudine tantillum remoretur, in magna quiete nihilominus ac pace præstolantes.

(83) • Ut servet sibi innocentiam, aliis misericordiam; > ita llugo monachus : sed ab utraque tandem recessisse videtur Pontius, indiscreto disciplinæ zelo abreptus.

(84) « Festo scilicet sanctorum omnium, » ut addit Hugo jam dictus.

. . .

utriusque transitum personæ præfatam derivans A in somnis, et monuisse non illuminationem corporis visionem. Nec ejus frustratus est intellectus, cum ambo sub codem fere tempore, corporis hujus angustias evasisse memoreatur. Alia quoque meritorum beati viri claruerunt, insignia, que circa detentos variis languoribus post mortem quoque porpetrata leguntur, Hinemaro cuidam superexerescens albugo pupillas oculorum obtexerat, cumque in miserabilem damuaverat ciecitatem ; cui cum recoperandæ salutis spes ex meritis et interventu penderet abbatis, memoratur Christi famulum ei apparuisse

 \cap

1

:

ALIA VITA

AUCTORE RATNALDO, ABB. VEZELIACENSI, DEINDE ARCHIEP. LUGDUNENSI.

(Ex ms. sereniss. Christinæ reginæ Sueciæ, et aliv collegii nostri Duacení.) Ceredia

PROLOGUS.

Universis Ecclesiæ Cluniacensis filiis fråter RAY-NALDUS, Vezeliacensis Ecclesiæ, non tam abbas quam servus, in Domino salutem. Cum multorum fratrum monitis urgear, ut Vitam piissimi Patris domini Hugonis Cluniacensis abbatis succincte describam, devotioni, non præsumptioni inservire mihi consilium est. Quod si forte alicujus altioris ingenii visi studium in hoc opere ante nos desudarit, non, ut illum offuscare, me autem clarum facere velim, hoc agam, sed illius opus majorum atque sapientium virorum excellentie relinquendum; nostrum vero minorum atque minus capacium studio attribuendum puto, nec sordebit humilitas sermonis inculti, dum ipse stylus pure inserviet veritati. . **C**

CAPUT I.

Adolescentia pie transacta; tirocinium vitæ monasticæ , dignitas abbatialis , liberalitas in paupares, familiaritas cum Christo, potestas in dosmones.

1. Igitur vir beatus, ex nobilissimis Burgundionum prosapiæ lineam trahens, patre Dalmatio viro consulari, matre vero Aremburge, religiosa admodum femina, neque viro natalibus impari procreatus est. Quie venerabilis matrona, hac de qua agimus felici sobole grayila, cum partus instaret, quendam venerabilem sacerdotem, ut pro sui partus angustiis alleviandis Deo sacrificium afferret, censuit exorandum. Cujus devotis precibus vir Dei dum obtemperasset, videbat et ipse in ipso sacrosancto calice, D nominasset qui electioni præerat, et in cæteris noquasi cujusdam iofantuli i.nago apparebat, in qua exprimere poterat quanti apud Deum foret meriti puer ille qui nascebatur. Mox, peracto missarum officio, festinat sacerdos ut rei probet eventum, et infantem natum reperit, cujus præsagium viderat et agnoverat in tanti speculo sacramenti. Tunc de illo multa prædicens, magnum illum si adviveret

B futurum protestatus est. Quod ab ipsis pueritiæ suæ rudimentis satis iam innotescebat, dum aut ecclesiæ aut scholis frequentius adhæreret, horis tamen furtivis, quia patrem suum timebat, qui militaribus studiis illum applicare volebat. Et cum ei vestis pretiosior ac colorum varietate decentior aptaretur, ipso eam pro abjectiori et simpliciori respuchat; nec lasciviæ, ut illa ætas assolet, sed innocentiæ et simplicitati operam dabat; frequenter etiam et lectioni, invitus parentibus, incumbebat. Pro quibus omnibus et his similibus, dum a patre et a coævis etiam argueretur, scilicet quod hæc contraria militiæ forent, deliberavit apud se aliam sibi quærendam militiam cui non essent ista, sine quibus militare nollet, contraria.

quærere, sed mentis : tandem tamen super depre-

cantis lumina signo crucis impresso, recessisse Dei

famulum, et abstersam oculis cæcitatem. Quidam

quoque fratrum, nomine Guido, cum tranquillitatem

mentís sinul et corporis nova el excussisset amen-

tia, deductus ad sepulcrum beati viri, depulso

quievit incommodo, sibi pariter et conventuj sacris

ejus merilis restitutus, præstante Domino nostro

Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu saneto vivit

et regnat per infinita szeula. Amen.

2. Itaque relictis omnibus, a sæculo nudus evasit, et B. Odilonis magisterio se submittens, Cluniaci monachus efficitur; in cujus susceptione quidam de senioribus, ut fertur, in hæc verta prorumpens : · O quantum, inquit, bodie the aurum, Cluniacensis Ecclesia, suscepisti! > Qui postea, quantæ humi.itatis, quantie puritatis et bonestatis, quamque fervens in amore Dei exstiterit, non sermo noster, sed B. Odilouis solertia, qui eum infra annos adolescentiæ, Cluniacensem ordinavit præpositum, declarat. In cujus regiminis officio, qua misericordia et charitate, qua strenuitate et vigilantia institerit, seuiorum Cluniacensium devotio manifestal; qui ad primum de abbatis electione verbum, cum eum minandis procedere voluisset, statim de sede eum rapuerunt, et cum Dei laudibus in abbatem levaverunt. Tunc denique quas cruce sibi indixerit, lorica illa, qua indutus ad carnem juventutem suam perdomuit, una præ cæteris ad medium deducta sufficiat, sub qua, et suam, licet innocens, et patris sui qui de mundo jam excesserat pomitentiam agebat. De lectione vero et oratione, quibus pene jugis insiste- A qua puritate et æquitate culpas discutiebat, qui bat, ita paucis censeo definiendum, quia sic in utroque se insatiabilem ostendebat ac ai, cum legeret, Deus ei visibilis loqueretur; cum vero oraret, facie ad faciem cum Deo sermocinaretur.

3. Misericordiarum autem ejus explicare numerum non sufficio, scilicet quam pius erga subditos, quam largus circa pauperes fuerit, quain benevolus tam circa alienos quam circa domesticos exstiterit. Enimvero tantæ charitatis et modestiæ circa Alios habebatur ut in dies numerus corum augerctur, et felicem se quisque arbitraretur qui sub tanto Patre ad conversionis gratiam perveniret. Nam de cleemosynis clus, quis digne referat? quibus ita insudabat ut præter quotidianum victum etiam vestes, tam in hieme quam in æstate pauperibus congruas B compararet, et peuc quidquid habere poterat, in corum necessitatibus insumeret. O fidelem Christi dispensatorem I cui parum erat pane pauperes alere, nisi eos carnibus saginaret; parum, nisi crebro eos vino lætificaret; parum, nisi sæpenumero argenteis, interdum vero et aureis eos reinuneratos haberet. Et quid ei hæc omnia, nisi vestis etiam multiplex sequeretur? Ad algorem depellendum laneæ vestes parabantur; ad æstum reprimendum lineæ coemebantur; et ne aliquid deesset perfectæ charitati, ipse cas cum fratribus, qui illi assistebant, plerumque consuebat; tum vero calceamenta, non sine axungia qua ungerentur distribuebat. Neque illum Joanni, qui ob immensitatem eleemosynarum solus in Ecclesia cognominatur Eleemon, dissimilem fuisse crederes, dum thesauros incomparabiles in corum profligaret expensis; et quod alicui potentissimo regi sufficere ad divitlas crederetur, hoc ipse multoties in pauperum miseriis dispergeret relevandis.

4. Quid de fille ejus memorabili dicam, qua apud Deum tanti meriti claruit ut et vota ejus exaudiret, et frequenter, vel co ignorante vel co absente, per ipsum virtutes operaretur? Nam, ut ad alia suo loco perveniam, primum omnium ipsum de Salvatore miraculum ad medium deducamus, quod, quamvis ipse non viderit, testis tamen fidelis' papa Gregorius septimus, qui Hildebrandus antea vocabatur, hujus rei fuisse cognoscitur. Sic etenim dum p pietas, per hunc Dei servum subvenisset. Nam cum guadam die in Cluniacensi capitulo (utpote monachus et adhuc Romanze Ecclesize subdiaconus) beato viro assideret, conversus Dominum Jesum illi consedere vidit, et quasi in singulis judiciis ejus illi faveret, vultu et habitu hilaris apparebat. Mox ille cunctis stupentibus, rem siquidem penitus ignoran. tibus, tanto Judici assurgens, medium volebat constituere dominum. Tandem a Patre sanctissimo, cur de sede surrexisset, requisitus, visionem (quam quibus oculis vidisset, nescire se fatebatur) ut prælibavimus, exposuit : in quo perpendere possumus,

Judicom sæculorum assessorem habere merebatur. Hunc itaque, ut fertur, vir iste tantæ auctoritatis et gratize ob disciplinze severitatem et temperantize mansuetudinem blandum vocabat Judicem, ob id maxime, quia ut mater filiis blandiebatur, et ut pa'er delicta corrigebat.

5. Sed dum, quid circa Stephanum papam per eum gestum sit, considero, non ab re, huic operi inserendum existimo. Ilic ctenim apud Florentiam haliæ urbem infirmitate decubabat, et non sine Dei gratia a sancto viro visitatus, post multum cum co habitum colloquium, ut inter manus ejus mori mererctur Dominum exorabat, cum ecce humani generis inimicus, horis quibus vir Dei aberat, obtatibus morientis pontificis se ingerere et borrore sui mentem ejus terrere atque turbare, sed ad viri Dei ingressum fugere, et quandia cum eo erat non ultra apparere. Quod ubi compertum est, ab ipso pontifice summis precibus postea detentus, usque ad exitum ejus cum co permansit, et corpus ejus, suis manibus lotum et funereis vestibus involutum, in sepulero locavit.

6. Nec mirum si ad tanti viri præsentiam diabolus fugabatur, cujus spiritus in tantum Deo adhxrebat ut etiam ipse in persona sua Dominus Jesus Christus ad eum visitandum venire dignaretur. Quod tunc quoque licet dissimili priori, non tamen impari revelatione claruit, quando quidam senior, sicut idem ut credimus, de se quasi de alio referebat, ipsum Redemptorem cum cithara, in Cluniacensi choro psallentem coram singulis fratribus, vidit; cantus autem, qui audiebatur, illa evangelica antiphona erat : Sedere autem mecum, non est meum dare vobis; sed quibus paratum est a Patre meo (Matth. xx, 25), tunc etiam tantus odor coelestium aromatum effervescere videbatur, ut cunctorum flagrantiam balsamorum superare crederetur.

GAPUT H.

Defunctus a pænis, æyri a morbis liberati. Templa as canobia exstructa aut reformata.

7. Ncc illud silentio obtegendum censeo quod quidam frater, nomine Pontius, divinz animadversionis judicium in se pene sensisset, nisi ei cœlestis apud quemdam cellam, cui Mons (83) vocabulum est, is de quo agitur frater moraretur, illucque venisset Pater reverendus, ille, quia cum, utpote adversus Patrem stulte murmurans, videre nolebot, simulato languore ad lectum secessit. Sed quanto se subtrahere viro Dei conabatur, tanto vita de corpore (non jam ex fictione, sed certa valetudine) exire festinabat, ita ut jam voce faucibus bærente, loquela deficeret. Curritur ad pium pastorem, ut ovem pene migrantem summo Pastori commendaret. Mox ille accelerans, absolutionem commendationis præmisit,

(85) Inter Claromontanze dicecesis decanatus, unus de Montibus dicitur, Cluniacensi monasterio unitus. Vide bibliothecam col. 1755.

pam conflictur, temeritatem accusat, veniam implorat et obtinet, et sic demum ab incommodo illo convalescit.

8. Alter vero cum ab hoc sæculo migrasset, et ejus corpus in oratorio Cluniacensi inhumatum ex more servaretur, duobus fratribus ipsa dormitionis suæ nocle apparuit; quibus crimen duorum solidorum, quos sine licentia cuidam homini dedisset; confitebatur, et quia sine confessione hujus reatus obiisset, a sancto Patre absolutionem poscebat, antequam sepulture traderetur. Mane autem facto, visionem quasi uno ore ambo coram omni conventu beato viro exposuerunt. Tunc requisita, quam defunctus nominaverat persona, secundum præmonstratam visionem reperta res est. Mox indicta cun- B clis pro fratre pœnitentia, orationibus, psalmis, eleemosynis atque missis adjunctis, absolutio secuta est. Sic nimirum, sic non solum in terris, sed etiam in cœlis fides ejus virtutem, virtus potestatem, potestas gloriam, gloria hic humilitatem, illic coronam in dies pariebal,

9. Quodam etiam tempore, dum iter per Wasconiæ partes ageret, comitante secum flunaldo (86), prudentissimo viro atque suo monacho, non procul a via prospexit guamdam cellam in qua vir quidam, nobilis quidem genere, sed lepra percussus, degebat; cuius mores cum inquisisset et patientiam ejus probatam agnovisset, vir insigni pietate ad cum visitandum divertit, et per consolationis verhum charitatis officium adimplens, vestem pelliceam exuit, et cum aliquot argenteis infirmo donavit. Q::0 digresso æger, ubi vestem induit, a plaga lepræ so curatum protinus agnovit.

10. Rursus idem vir sanctissimus, Parisios forte a ivenerat, et B. Genovefæ ecclesiam, quæ extra muros urbis sita est, tum pro devotione sacratissimi corporis ejus, tum pro veneratione apostolorum principis, cujus ibi planeta esse creditur, pio religionis cultu visitaverat ; quo tunc quidam miles, nomine Rotbertus, qui ex plaga ictus bellici paralysim incurrerat, clientum manibus advectus, rogabat, ut pro ipsius salute Domino supplicaret. Ille, assumpta apostolica infula, languentibus membris admovit, et imposita illa antiphona, quæ de paralytici Æneæ n cobulum est, Gunzo nomine, vir magnæ honestatis salvatione in Ecclesia cantatur, mutato nomine; dixit : Rotberte, sanet te Dominus Jesus Christus (Act. vii). Statim cunctis videntibus et mirantibus præ gaudio, sanus et incolumis ad propria remeavit. Sed quæ obtentu sanctorum pignorum miracula gesserit, tanto nobis innumerabilia sunt, quanto

(86) Hugo monachus in Vila : « Assumptisque secum duobus monachis suis, Duranno scilicet qui fuit Tolosanus episcopus ; et Hunaldo qui fuit abbas Moysiaceusis, vir eloquentissimus, > Contulli comitis Bearnensis frater, qui Cluniaci sub S. Hugone anno 1062 monasticam vitam amplexus, eodem sancto adhuc superstite Moysiacensibus præfuit; de Duranno actum ad superiorem Vitam, præter hos miraculi testem alium, clericum forte sæcularem,

et sic æger, viribus et voce paulisper restitutis, cul- A frequentiora ; quibus tamen tam cautum se exhibebat ut semper sanctis imputare quidquid co administrante sospitatis a Deo alicui impenderetur.

> 11. Item aliquando Valentiam Galliæ intraturus, obviam habet pauperum multitudinem, que elecmosynam a tam famoso per orbem dispensatore expetebat. Jubet œconomo suo Jarentoni, fratri per omnia strenuissimo, impertiri more solito per omnem turbam argenteos; at ille post, ferme decem solidos non sibi remansisse, reliquis in opus simile consumptis, et hos fore in majori forsitan necessitate servandos affirmat. e Noli, inquit, trepidare frater, fidelis est Deus, et confide quia, istis distributis, bonus remunerator noster Jesus satis fideliter recompensabit in præsenti, si datores hilares fuerimns. > Complentur jussa Patris, et antequam ad civitatem veniretur, ecce quidam de civitate obtulit ei aurum, quod solidorum pretium decies excodebat. Tunc conversus ad prædictum fratrem : e Accipe, inquit, et ne ultra de bono feneratoro diffidas.) Singularis in Deum fidnciæ vir iste, quoties ex magna et intolerabili penuria se et domumy cui præerat, fide, qua totus in Deo crat, liberavit, enumerare perlongum est.

12. Sed quod beatis apostolis Petro et Paulo scripsit, unum de multis sufficiat breviter retexere. Quadam vice, urgente inopia, missa a fratribus ad eum legatio est (erat enim tune Marciniaci (87) orantibus, ut in tanta necessitate eis consuleret. Convertitur ergo ad singulare præsidium; mittit apostolis epistolam, rogans et obsecrans ut servorum suorum misererentur; et qui eatenus locum illum rexissent; et de parvo in magnum provexissent, nunc, quoque ab his angustiis cum eriperent, nec ad peccata ejus, sed ad miserationes suas multas, respicerenta Defertur itaque ante ipsorum altare legatio. fideis Quid multa? Tanta non multis evolutis diebus, rerum copia supervenit, ut non colum illius temporis, sed et totius anui levaret inopiam. Et quia occasione se prebente de beatis apostolis feeimus mentionem, dignum est referre qualiter per eos de novæ basilicæ fundatione vir beatus commonitus sit.

13. Quidam abhas monasterii, cui Balma (88) veet simplicitatis, dum aliquando gravi languore paralysis Cluniaci deficeret, ita ut ad extrema jam se devenisse crederet, quadam nocte, vidit sibi assistere ipsos apostolos Petrum et Paulum cum protomartyre Stephano, quorum primus atque princeps, videlicet beatus Petrus, postquam ab ipso qui essent

allegat Hugo : « Religioso viro Vincentio referente didici quæ narravi; ipse facto interfuit, vidit, et testimonium perbibuit. >

(87) De hoc Marciniaconsi monasterio satis egimus supra.

(88) Balma vulgo Baume, diœcesis Vesontinensis, cujus conditor fuit S. Euricius, ut in hujus Vita legitur ad 15 Jan.

requiritur, et suum nomen atque sociorum edidis- A Sed nonquid in Galliis tantum, an occulentales sot, sic est exorsus : « Surge, frater, ocius, et Hugoni abbati hujus Ecclesiæ, hæc nostra defer mandata : Angustias basilica nostra fratrum multitudo ferre vix potest, et volumus ut ampliorem abbas ipse ædificet nec de sumptibus diffidat, nostrum erit providere de omnibus quæ buic operi necessaria fuerint. > Cui ille : « Legationem inquit, istam suscipere non audeo, quia neque fides verbis adhiberetur.) Et apostolus : « Signum, ait, veritatis hoc a me habeas; quia mox, impleto legationis officio, salvum ab onui incommodo te reperies. > Dixerat, et ab oculis ejus statim visio disparuit. Illucescente vero diluculo, mandata viro Dei per ordinem petexuit, et ex promisso apostoli sic factus incolunuis est. Et hæc prima causa fuit, quæ animum B sancti Patris ad tantum opus inchoandum maxime inclinavit. Cujus fabrica tantæ pulchritudinis et veoustatis in se gratiam prætendit ut in tota occidentali plaga (nam de aliis mundi partibus mihi minus cognitum est) nulla sit hac conspicabilior basilica.

14. Sed ne hoc solum hujus viri Dei magnificum opus, aliis prætermissis, edidisse videar, hic Clumiacune renovavit, bic fratrum numerum, tam intus quam foris, plus omnibus prædecessoribus suis ampliavit, hic cellas ædificiis reformavit, hic possessiones terminis dilatavit. Quis beatorum confessorum Martialis (89) et Ægidii (90) ecclesias religione restawravit, nisi iste vir beatus? Quis B. Austre- C monii (91) Arvernensis, aisi iste vir beatus? Quis B. Mariæ Magdalenæ Vizeliacensem ecclesiam ad ordinis regularis pristinum reduxit statum, nisi iste vir heatus? Hic Pictavis S. Joannis Evangelistæ coenobium (92) ab ipsis fundamentis religione fundavit; sancti queque Bertini confessoris eccleciam (93) cum pluribus ipsius Flandriæ monasteriis, religione illustravit; locum etiam qui Charitatis obtinet nomen, per virum, mirabilis apud Deum et homines gratiz, Gerardum monachum suum a principio struzit.

13. Parisiis ecclesiam S. Martini, quæ de Campis nuncupatur, de canonicali ordine, in monasticam transtulit normam. Sed cur fere totam Galliam peragerem, quam ita monasteriis perornavit, ut, sive D cogitatione sua præventus est. Nam et quemo lo in Franciam, sive in Aquitaniam, sive in Burgundiam, imo quocunque per omnes partes ejus te vertas, ubique religionem tanti Patris fulgere videas?

(89) Ecclesia S. Martialis Lemovicæ anno 848 a canonicis ad monachos tran-lata, exinde abbates habuit, quorum duodecimus fuit Adalbertus, sub quo basilicam S. Martialis recuperatam scribunt Sammarthaul. Nune rursum ibi sæculares sont.

(90) S. Ægidii, vetustum in Septimania monasterium, etiam nunc celebre.

(91) S. Austremonius, Arvernorum apostolus, colitur 1 Novembris : ejus sepulcrum ac deinde conobium, tempore Gregorii Turonensis clarum, in vico Issiodoro vulgo Issoir, nunc inter abbatias desiit numerari,

(92) Neque hec S. Joannis evang. canobium am-

provinciæ prætermittendæ sunt? quarum singufas, quanto religionis lumine illustrarit, testantur monasteria, quæ pleraque in eis, vel ipse construxit, vel ad meliorem statum plurima reformavit. In patrimonio guoque suo, fratris fui Gaufredi studio et auxilio, sanctimonialium feminarum Marciniacense fundavit comobium ; quibus et comobifarum et anachoretarum instituit legem, ut et obedientiæ propositum æmulentur, et perpetui claustri solitudine anachoretarum imitentur vitam.

CAPUT III.

Secreta animorum cognita, futura prædicta, morbi curati.

16. Inter tot gratiarum dona, prophetiz quoque Spiritu vir sanctissimus non carebat, quo interdum in discernendis voluntatibus et animis fratrum, tanta pollebat gratia ut sæpe mores ac affectus corum prædiceret. Unde accidit ut, quodam tempore, cam cellas suas perlustrando visitaret et ad locum Charitatis venisset, inter alios fratres, unum ab osculo repudiaret. Requisitus de causa, malignum spiritum in eo habitationem habere respondit. Stupefactis qui aderant, interrogatur miser de conscientia, qui mox confitetur se sine sacerdotali ordine missam d.u celebrasse, confessionem et pœnitentiam mullam sese suscepisse, et adhuc in scelere ipso se perdurare; sed cum debuisset pœnitere, postea Cagitiosus atque pessimus evasit. Sic quoque apud Avenionem urbem, dum quadam die ab eo quidam debilis eleemosynam flagitaret, vir Dei miserum intuitus, tali fertur eum convenisse responso : « Eleemosynam quidem pro Christo, quem prætendis, tibi impendo; sed tua vita plena ebrietate et luxuria ipsi displicet; cujus te pauperem esse mentiris. » Protinus omnes qui aderant cives, in admirationem conversi, talem eum esse affirmant qualem vir sanctus, qui cum nunquam ante videral, fuisse redarguisset.

17. Quidam etiam novitius, Maingodus nomine, dum præstolationis suscipiendi habitus tædio afficeretur, et apud se jam deliberasset, non ultra morarum sustinere inducias, per spiritum a viro Dei de discedere voluisset, intimavit, et ne regulari cxaminationi contraire vellet, admonuit. Qui postea laudabilis conversationis exstitit, et vitæ cursum,

plins Pictavis superest, nisi forte im vinutum dignitate aut in parochialem ecclesiam versum.

(93) Sithuense S. Bertini monasterium juxta castrum S. Audomari tota Flandria notissimum, cujus abbas lperius narrat, quomodo S. Hugo, de licentia Lamberti episcopis Morinorum, de diversis Cluniacensium monasteriis religiosos viros adduxit anno 1101, guibus stricte et religiose viventibus residui Sitbuenses, metu rigidioris disciplinæ, dilapsi sint, et brevi plusquam 120 fratres accesserint, ut mirum nou sit, quod Hugonis successor Pontius tentaverit hane abbatiam Cluniaco subjicere. dictum est, feliciter consummavit.

18. Fuit quoque vir quidam miræ simplicitatis et gratiæ, nomine Durannus, Tolosanæ civitatis episcopus, qui, quamvis religiosus vita fuisset, tamen ex animi jucunditate aliquando verba risum moventia proferebat. De qua re, cum sæpius a sancto Patre, cuius et monachus erat, argueretur, quadam die in spiritu prædixit ei quia, postquam ab hac vita migraret, ore spumoso per visum alicui fratrum appareret : quod ita factuni est. Nam cuidam capellano suo, nomine Higuino, post discessum apparuit, atque, ut vir Dei prædixerat, spumosus labra fratrem edocet de oris deformitate, scilicet quod vanilo juii culpa pœnas lueret, et ut Patri pio causam ejus aperiat deposcit. Cui postquam revelata visio est, vir plenus Spirito sancto, septem fratribus hebdomada una silentium indixit, sed unus ex eis violavit, quod sex illibatam servaverunt. Tunc episcopus iterum prædicte fratri, ere quidem jam mundiore, sed a parte quadam adhuc quasi saliva defluente, apparuit, dicens se obedientia fratrum qui silentium servaverant, purgatum ; sed conqueri quia neglectu septimi fratris restabat illa pars nondum curata. Itaque, quæ visa sunt denno Patri intimantur, et fractura silentii altera hebdomada solidata, tertio demum se eidem fratri, sine ulla deformi ate, manifestavit.

19. Illud quoque memoriæ commendandum arbiwor, quod quidam clericus Flandrensis, S. Audomari confessoris canonicus, Lambertus nomine, cum seculo renuntiare et beati viri magisterio se subdere decrevisset, ab ipsius oppidi præposito, vi et sibi et rebus suis illata, detentus est. Quadam ergo nocte, jam diotus præpositus videt sibi advenisse personam magnæ severitatis, cum pastorali virga; quæ Cluniscensem abhatem se nominans, multis verberibus elericum exigebat cum rebus suis. Tandem die terris reddita, qui exactus fuerat clericus, evocatur; et exposita visione, vultu quoque et habitu sancti Patris insinuato, cum rebus suis absolvitur, et Cluniaoi monachus efficitur: Erat quidam, Willelmus nomine, qui ad quamdam obedientiam a sancto Patre missus fuerat, quam mon in crure tantus percussit morbus, ut injunctae obedientiae succum- p beret, et timore evagante ipsum crus ferre nequiret. Tunc concepta fide : « Per illum, ait, qui me hue direxit, tibi dico, pestis, ut obedientiam, quæ mihi injuncta est, implere me sinas. > Dixit, et nocte insecuta, a duobus viris, qui se missos a sancto viro dicerent, visitari se vidit, et in specie medicorum ab eis medicari et curari. Mane autem expergefactus sanum se ab omni valetudine persensit.

20. Alter vero, nomine Theodericus, in pollice pedis quasi quodam igne urebatur, ita ut vix somno. vix alicui corporis quieti indulgere posset. Rogat infirmorum procuratorem, ut aquam, unde manus sancti Patris in hora missæ abluerentur, caute reciperet ac sibi deferret. Captata igitur opportunitate,

sieut el in ipso mortis articulo per visionem colitus A aqua de munibus suscipitur et ardenti pedi infunditor, sicque statim ardor penitus cessavit. Miles quidam Arvernensis vulneratus in prælio fuerat. et obducta, cicatrice minus caute, sanies lethaliter inclusa to:um corpus occupabat, torquebatur in dies doloribus immensis, et ad mortem usque desperans exitum vitæ præstolabatur. Erat ei, frater clericus quidam, desperans quidem et ipse de carnali medicina, sed de Dei misericordia non diffidens; qui beatum virum pro languente fratre censuit expetendum. Veniens igitur ad virum Dei, consilium super tanta incommoditate flagitabat, utque vel fragmenta aliqua ciborum suorum ei mitteret, exposcebat; spinam quoque ligneam rasilem, quam tunc forte manu vir Dei tenebat, petiit et accepit. Tulit itaque fragmenta, et fratri ad edendum tribuit, cicatricem spina in crucis signaculo consignaus, statimque dolor ita fugatus est ut æger, cunctis qui aderant stupentibus, diuturnum desereret lectum, et ultra nihil molestiæ pristini languoris sentiret.

> 21. Puer quidam monachus apud Paredum monasterium, dum in choro cum fratribus oraret, una de tabulis cadente, quæ in lacunari turris eminentis jungebatur, contritus a vertice est. Curritur ad venerabilem Patrem, qui tunc forte in altera ecclesia, Dei scilicet Genitricis, divino operi insistebat; et tam gravis collisio pueri, jam pene exanimis, ci nuntiatur. Qui ubi advenit, aqua benedicta faciem ejus rigat, et oratione subsecuta spiritum vix palpitantem, et ad exitum properantem retinuit; inde paulatim resumptis viribus sanus effectus, longa tempore supervixit.

> 22. Miles erat in Lugdunensi territorio, Berardus nomine, dominus Castri Rehoterii, qui locum B. Petri Cavariacum devastabat, et ad pravos usus redigere nitebatur. Pro qua re cum a sancto Patre sæpius corriperetur, et magis magisque malitia ejus grassåretur, quadam die in superbiam elatus, minas intulit et sic ab es discessit. Ille ad fidei arma se conferens, Christum invocat protectorem, et Joannem Baptismam, in cujus honore loci ejusdem basilica consecrata est, defensorem ellagitat. Mox in ipso itinere Cavariacum et castrum suum Lusesium, divino judicio percussus, insanivit, et suorum manibus devectus, ad lectum pertrahitur, nocte quoque ipsa vix ab incendio, semel atque secundo lectum ejus occupante, liberatur, vix ad sequentis diei satisfactionem reservatur. Qua tamen ex arbitrio sancti viri peracta, ipsius absolutione ab insania illa quievit.

> 23. Quodam esiam tempore dum per Aquitaniam pro quibusdam utilitatibus Ecclesize suze vir beatus iter ageret; quidam raptores de castello, cui Briderium nomen est, in eum irruperunt, et mulas ejus cum multa supellectile abduxerunt; quod facinus ultio divina secuta est. Nam eodem anno et ab Aquitano duce Guidone, qui et Willelmus vocabatur eorum oppidum subversum est, et divinæ animatversionis igne concrematum. In consilio guoque

vir Dei tanta gratia pollekat ut quicunque, tam A non ex neglectu, sod ex bona intentione se præterin divinis quam etiam mundanis rebus, consilii misisse locum respondit, citius ab apostolis veniam causa eum expeteret, ita fonte cœlestis doctrinæ se impetraturum, si ob reformandam pacem seveimbuebatur, ut crederet se quasi ab angelo informatum. et ad causam

24. Quod S. Michaelis ecclesia, quæ in ea parte Cisalpinæ Galliæ, quæ Clusa dicitur, sita est, satis in fulminum depulsione probavit. Nam dum crebris fulminationibus locus ille feriretur, et desolutionem comobio tempestas horrida, ob quorumdam fratrum interitum, minaretur, taudem vir beatus de mutanda loci habitatione consulitur. Tunc vir Deo plenus locum deserendum non esse respondit. sed B. Laurentii martyris patrocinium quotidiana commemoratione implorandum. Cujus consilii tanta apparuit efficacia ut, ab illo tempore, meritis sanctl B martyris et fido beatissimi Patris, a fulmineis ictibus quiesceret locus. Sed cum aliis in consilio utilis, tum sibt promptus atque providus erat; quod in multis negotiis ejus ostendere longum est. Pauca tamen pro rei exemplo breviter absolvani.

CAPUT IV.

Concilium Remense concelebratum, compositum schisma : Pius obitus.

25. Quodam tempore Romanæ seilis pontifex, Leo nonus, ob hæreses Simoniacorum et Nicolaitarum a Galliis exstirpandas, Romis synodum celebrabat, et introitus singulorum Patrum discutiebat. Qui dum singillatim de suis electionibus responderent, vir Dei de conscientia tale fertur dedisse responsum : « Caro quidem consensit, sed spiritus repugnavit. > In quo verbo apud omnes tantæ admirationi et gratiæ habitus est ut inter tot cloquentissimos viros, inter tot seniores ipse adhuc adolescens, ut sermonem ad totam faceret synodum eligeretur. Ilujus consilium non solum de vicinis, sed etiam de remotis terrarum partibus petebatur; nec a privatis duntaxat personis, sed a magnis ordinihus, regum, imperatorum, pontificum, tam Romanze sedis quam aliarum multarum sedium; qu bus cum tanta moderatione æquitatis respondebat ut et Deum in omnibus anteponeret, et benevolum se cunctis exhiberet. Quod in schismate Henrici imperatoris contra Romanam Ecclesiam evidenter ostensum est.

26. Ad oujus reconciliationem eum a summo pontifice Gregorio septimo evocatus faisset, et liminibus apostolorum (quia ibi Cæsar cum exercitu suo morabatur (94) transmissis, ad summum pontificem divertisset, rex hoc comparto legationem ad eum misit, reprehensibilem eum judicans quod pro mortali homine prætergressus fuisset. At vir Dei

(94) Spectant harc ad annum 1083 et sequentem, quibus urbe potitus sacrilegus Guibertum antipapam inthronizavit, et ipse vicissim ab eo accepit coronam imperii, seu potius damnationis suze pignus.

 (93) Distat Sutria ab urbe Roma ad 25 p. m.
 (96) Odalricus hic fuit, qui ab anno 1063 Sedem Brixiensem tenuit, et ob schisma a suis ipsius civinon ex neglecta, sod ex bona intentione se prætermisisse locum respondit, citius ab apostolis veniam se impetraturum, si ob reformandam pacem severum pontificem priorem eis adivisset quam in ejusdem pontificis gratiam rediturum, et ad causam minus profuturum, si sub specie orationis, regium pontificali videretur prætulisse colloquium. Et licet in concordiam vir Dei eos non potuisset adducere, tamen imperator paulo mitior factus ex tam rationabili responso Sutriam (95), ne Romæ secundus videret, quem prior videre uon potuit, ad ejus colloquium venit; ubi post multum ad invicem habitum verbum, rex pro quodam Brixiano episcopo (96), qui ipsi viro Dei injuriam captionis (97), zelo regio ductus, intulerat, flexis genibus satisfecit.

27. De discretione vero ejus satis referre tanto minus possum quanto per singula opera ejus ire difficillimum est. Cæterum ut de aliis virtutibus ejus breviter disserui, sic et de illa quæ omnium mater est, et sine qua nulla ejus reperiuntur facta, naucis explicabo. Et quia nullo melius indicio res depromitur quam exemplo, ideireo Guigonem Albionensem comitem, novo genere discretionis per eum salvatum, non ab re duximus commemorandum. Hic nimirum dum quadam die cum sancto Patre sermocinaretur, inter alia monachum se posse ßeri denegavit, nisl veste sæculari ad votum ut semper indui permitteretur; quod ubi vir Dei audivit, et voluntati ejus acquiescendo satisfecit et aminam ejus Deo lucrifecit. Nam monaches factus, primum mollioribus et pretiosioribus vestibus sua cuculla indutus incedebat; deinde cum videret fratrum bumilicatem, simulque vitæ vel habitus simplicitatem, se inter oves Christi quasi leonem reprehendens, sponte sua sæcularia et pomposa quæque abjecit, et sic brevi spatio conversionis suse, circiter viginti dierum curriculum, bono fine quievit.

28. Religionem in eo tunc denum digne et veraciter laudaverimus, si ejus habitum, incensum, gestum, eloquium, si denique omnia ejus opera sancta et irreprehensibilia in omni vita sua fuisse dizerimus. Patientiam vero, humilitatem, pudicitiam, sobrietatem, cæterasque virtutes, quas habuit, D describere non est necesse; quæ quasi innatæ illi inerant, et ejus actus ab ipsis cunabulis omni mo:!o decorabant. Sed de charitate ejus unum prætermittere indignum arbitror, in quo admirabilem illum fuisse, nemo est qui dissentiat. Nam cum duo milites unum de fratribus ejus interemissent, nullungque refugii locus, ubi se ad salutem reciperent, eis in Galliis pateret, iste vir beatus in asylo Cluniacensi

bus pulsus, militavit in castris Henrici, in iisque periit pestilentia an. 1088, ut scribit Bernardinus Faynus insuo Cœlo Brixiano.

(97) Idem variis prælatis contigit venientibus ad concilium, a papa ex ipsius Henrici consensu indictum; iis videlicet a quorum sincero zelo magis sibi schismatici metuebant. cos recepit, et monachos factos, unum sub ordinis A positus videbat, et cujus causa totum fieret intellimonastici retinuit norma; alterum, qui caput mali exstiterat, fuga lapsum et postea prædis atque rapinis intentum, et ob hoc male interfectum, amisit. Et quoniam tota vita beati viri non aliud quam virtus fuit, neque singula ob enormitatem colligere postumus, ideirco finem hujus operis de tanti Patris fine faciamus.

29. Vir igitur sanctus per gloriosos vitæ labores, cum jam carnis universa viam ingredi tota mente desideraret, ut præmium ab ipso Rege, cui semper militaverat, in æterna beatitudine reciperet, non cessabat in dies magis magisque bona opera exercere, misericordize studere, csurientes pascere, audos vestire servitio Dei cuncta postponere, rigorem ordinis sui inflexibiliter tenere, religionem tam B archiepiscopus quarta feria aute Dominicam Cœin se quam in subditis semper observare, virtutes denique omnes æmulari, amplecti et obtinere, et sic vocation's sue diem jugiter exspectare. Interea Dominicæ Resurrectionis paschalis solemnitas advenerat, et sancius senex de labore ad requiem transiturus, cum in ipso Cœnæ Dominieæ die fratres suos, tam absentes quam præsentes, paterna auctoritate absolvisset, Passione vivifica ac Resurrectione celebrata, quarta feria jam die advesperascente, in oratorio beatæ Dej Genitricis, beatum Deo spiritum reddidit, cujus corpus aromatibus conditum, in basilica nova quam ipse construxit, ad orientalem plagam sepultum est.

30. Cujus exsequias, ipsa necte qua migravit ad Dominum, frater quidam religiosus, Balduinus no- C. mine, olim domini Anselmi Cantuariensis archiepiscopi dispensator, in spiritu, sicut ipse mihi narravit, ab Anglia per ordinem vidit. Nam ubique luctus incomparabilis, ubique ejulatus, ubique planctus personabant, quidquid in sancti Patris funere doloris Cluninci agebatur, totum ipse in Britannia

**

gebat Tunc vocato Rofensi episcopo domino Rodulfo, qui tunc Cantuariensem Ecclesiam de reception obitu domini archiepiscopi Anselmi consolabatur. visionem exposuit, et sanctum senem de sæculo migrasse prædixit. Igitur notata die atque hora, post non multos dies sanctum virum obiisse didicit, et notatum tempus juxta visionem quam viderat invenit. Quidam quoque abbas de Cameracensi pago duo grabata ad cœlum deferri videbat; quorum unum archiepiscopi Cantuariensis, alterum Cluniacensis abbatis esse dicebatur : unum ascendebat guarta feria unius bebdomadæ, alterum similiter alterius hebdomadæ eadem feria. Quod paucis transcursis diebus, rei probavit eventus; nam dominus nam die illucescente migravit; sanctus vero senex Dominica, ut supra dictum est, peracta Resurrectione eadem feria, octavo scilicet die advesperascente, carne solutus est, lizze de Vita sancti Patris nostri Hugonis abbatis Cluniacensis, sicut partisu vidi, partim relatione probabilium virorum didici, perstriaxerim, in cujus laude versiculos istos sic decantemus.

Regula virtutum, Pater Hago, decus monachorum, Spes inopum, contemptor opum, portus miscrotum, Vas templumque Dei, Ilbamen et hostia Christi, Carne locatur humi, sed spiritus astra petivit. O felix currus! felix auriga tuorum !

Fac ut ad astra vehas quos hic vivendo regebas. Ultima lux vitæ penultima luxit Aprilis. Lux æterna, Dens tibi luceat omne per ævum.

Rexit autem Cluniacensem Ecclesiam annis sexaginta, additis octo diebus ac duobus mensibus (98), cujus merita nes apud Deum adjuvent in sæcula szeculorum. Amen.

98) Ergo consecratus an. 1049 22 Februarii, in festo cathedræ S. Petri Antiochenæ, tunc in feriam iv cadente, qua feria etiam obiit.

SYNOPSIS VITÆ METRICA.

(Auctore codem Raynaldo ex dicto ms.)

Insignem titulis et clarum laude per orbém

Hugonem canimus, spem, Cluniace, tuam. His Deus aspiret cœptis, hæc vota secundet,

Ut Patre tam sancto digna loqui merear. Quos habuit proceres Burgundia nobiliores,

Germen traxit ab his iste vir egregius.

Nam patre Dalmatio nil clarius edidit unquam, Ni quia plus nimio bella sequi voluit.

Mater Aremburgis, non impar stirpe marito, Moribus effulsit, se quoque nobilior.

PATROL CLIX.

- D fixe concussa metu, partus instante pericio. Vota sacerdotum consuit expetere.
 - Res nova tot seclis, dum sacrificatur ab uno, Infantis species cernitur in calice.
 - Quis foret et quantus qui nascebatur habendus, In tanto speculo visa figura docet.

Ille sacramentis consuelo more peractis,

Quem reperit natum, prædicat eximium;, Unde suum vatem pueri nec vita sefellit;

Nec juvenum mores hune violare queunt.

Hic scholis, hic ecclesiæ jam totus adhærens, A Virtutum studiis ludicra postposnit. Nobilium vestes, humili pro veste recusat, Et cum simplicibus simpliciter graditur. At pater hinc metuens ne sic dissuescat ab armis, Corripit hunc, tanquam de pietate reum, Talia militiæ, nisi dediscantur, obesse, Vix horrere senem, que didicit juvenis; Hunc semcl bæredem se constituisse bonorum, Hunc inter fratres semper amasse magis. Hinc patrios mores, patrias quoque traditiones Hunc debere segui, ne quasi degeneret. Hæc Pater. At juvenis tandem quæ mente gerebat Efficit, et profugus te, Cluniace, petit. Hunc Odilo vir magnificus, tunc pastor et abbas. Suscipit inter oves, erudit atque fovet; Inque brevi spatio sic de virtute probavit, Fratribus ut cunctis ordine præficeret. Quin et præpositi post sublimavit honore; Ut quandoque suas ipse vices gereret. Sic humilis, blandus, sic fervens, sicque severus, Ut Patre defuncto jure Pater fieret. O concors! o unanimis sententia fratrum ! Nam vox una fuit quidquid ibi sonuit. Fratrem tota phalanx abbatem flagitat illum. Optio nulla Patrum, sed Pater Hugo fuit. Quos exinde cruces sibi mov indixerit ipse, Dat lorica fidem, qua bone se domuit. Hanc tulit ad carnem, dum luget crimina patris; Hanc tulit ad carnem, dum sua membra domat. C Pene vel orantem vel semper pene legentem, Crede fuisse virum, dum regimen tenuit; Nunc audisse Deum, nunc illam consuluisse. Hinc spes, inde fides, utraque necuit amor. De pietate Patris scribens reus esse videbor, Si qui re nulli laude secundus erat, Ei referam, quas fudit opes in paupere Christo, Me modus excedit, me numerus superat. Diffinire tamen breviter, quod sentio, possum; Tempore nemo suo distribuit melius. Ad fidei titulos jam nunc tandem veniamus. Primum de Christo signa locum teneant. Testis adesto rei, tu septime papa Gregori. Hæc secreta Deus cernere quem voluit. Dum Pater insignis fratres aliquando doceret, D Mores discuteret, noxia destrueret, Iste vir egregius, tunc hypodiaconus urbis lidebrannus adhuc, post vir apostolicus, Tune Patris assessor respeait, et ecce Redemptor Consedisse Patri cernitur a latere; Et quasi judiciis habitu vultuque faveret, Sic hilaris, placidus, sicque serenus erat. Cui vir hic assurgens, fratram mirante caterva, In media voluit sede locare Deum : Unde requisitus, quænam síbi causa fuisset, Patris visa refert ordine commemorans. Urbs est Italiæ. Florentia nomine dicta, Hie Stephanum papam fama mori fuerat : Visitat hunc sanctus, medicus sepiens animarum,

Et vitæ verbum sæpe ministrat ei. At generis nostri crudelis et invidus hostis. Cum vir sanctus abest, ipse dolosus adest, Terret pontificem, turbans horrore tuentem ; Cum vir sanctus adest, ipse dolosus abest. Sicque protracta din fuit alternatio præsens. Tum rogat antistes semper adesse Patrem : Obsequitur precibus, nec ei se subtrahit ultra. Ponec obisse videt, donec eum sepelit. Nec mireris eum veterem pepulisse tyrannum, Cujus adhærebat mens animusque Deo; Et cui fixus erat, cui nocte dieque vacabat. Hunc ab eo visum, dum locus est, referam Psallebat Domino frater chorus, et Pater ipse Aspexit Christum psallere cum cithara. B Quisingillatim vious cantare per omnes, Implet odore locum, balsama qui superat. Ne: te præteream, languor simulate per iram, Quem simulat frustra Pontius ille reus. Hie aliquando Patris ne colloquio frueretur, Confugit ad lectum, sicque malum simulat : Non impune tamen; nam mox ita redditur æger. Ut jam deficeret pene loquela sibi : Et nisi vir sanctus festinans viseret illum, Spes etiam vitæ nulla superfuerat. Ut tamen a culpis absolvitor a Patre sancto, Mox redeunt vires, ipsa loquela redit. Te quoque, qui solidos injussus habere dedisti, Te Patris expertum novimus auxilium : Nam defunctus eras, sed nondum carne sepultus. Visio cum fratres una duos monuit : Te prius absolvi deposcere quam sepeliri. Sin alias, donum posse nocere tibi : Utque fidés dictis adbiberi posset ab illis. Vir quoque detegitur, cui solidos dederas. lice ubi sunt comperta Patri, que vota sequuntur, Tu melius nosti, cui datur binc venia. Est relicere nelas curatum veste leprosum, Quam dederat sanctus compations miscro. Nec mentem fugit memorabilis infula Petri. Qua per com languens redditur incolumis. Unde decem solidos decles auro retributos. Vel pro laude tua, Rex inopum, refero. Te Petre cum Paulo Patris hujus epistola flexit, Flexit ægestatem sæpe levare suam. Vosque novum templum fundare Patrem monuistis : Fuitque per hos sospes nuntius ipse rei. Dic, Cluniace, statum quo te Pater Hugo locavit. Dic numerum fratrum, quem dedit innumerum. Dic cellas, dic ecclesias quas condidit ipse. Dic quæ restituit multa monasteria. Inter cuncta tamen, foveas, rogo, Marciniacum. Hunc in jure locum constituit patrig. Hæc statuit servire Deo sanctas mulieres. Et Jesu Matri continuare melos. Tu quoque spirituum discretor, Spiritus alme, In discernendis non deeras animis. Hine est quod sanctus cuidam negat oscula fratri, Quem non presbyterum sacrificasse probat.

fline de panperibus zelatus corripit unum, Cui dammibatur luxus et ebrietas.

Tum meditate fugam, quem prævenit ipse beatus, Hinc quoque sensisti cor patuisse tunm.

Hle Tolosan:e Durannus episcopus urbis, A patre post obitum, quid lucret, didicit.

Spomosum labiis, ob verba moventia risum. Se fore cernendum cuilibet, edidicit.

Qui simul ac obiit, cuidam de nocte Siguino, Spumeus apparet, dicta Patris memorans.

At pius et sapiens medicusque sagax animarum, Fratribus, ut sileant, imperat, hebdomadam.

Fratribus hoc septem statuit; sed negligit unus Quoil veliqui servant, nec tamen hoc latuit.

Rursus enim præsul fratrem repetivit eumdem, Et transgressa Patris jura statuta refert.

Se satis adjutum quod sex tacuere fideles, Sed anod adhuc restat, septimus impediit.

His Pater acceptis, solidat que fracta fuerunt, Per totidem fratres atons per hebdomada:n.

Tunc redit antistes, nec jam deformis, ut ante, Sed specie retinens atque decorus erat :

Ne monachus fierce, o clerice, carcere truse ! Te, Pater, angelico liberat auxilio.

Quem parere Patri cruris dolor impedichat, Ipsius ad nomen propulit ipse malum.

Mensæ reliquiis multos curasse refertur, Res ea quam tetegit s:spe meilela fuit.

Tu, contrite puer, qui vix spirare valebas, Tu precibus Patris factus es incolumis.

Quem requiem nullam pedis ardor habere sinebat, Qua Pater est lotus convaluit per aquam.

Quam frustra sancto, miles Berarde, minaris! Oral, et insanis, dum veniam tribuit.

Quid tibi, Briderium, quid profuit ille rapina? Qua meritis sancti colitus igne peris.

Nunc in consilio quantus fuit iste beatus,

Expedian breviter, namque placet brevitas. Fulmina crebra diu Clusenses percutiebant,

Atque Pater sanctus consulitar super his. Te, bone Laurenti, te, propter Cæsaris ignes

Quos bene vicisti, to jubet hic recoli.

A Te satis hos ignes affirmat posse fugare, Nocte dieque tuum si celebreat meritum. Complentur mandata Patris, mox fulmina cessant, Et sic ille locus permanet absque metu. Quæ vel quanta pio fuerit discretio Patri. Unus de multis Guigo comes perhibet. Hic monachum fleri jurans se posse negabat, Ni liceat vestem ferre velut comitis. Præbuit assensum sanctus, comitemque incratur. Ille brevi spatio sic monachus moritur,

Utque viro sancto perfectio nulla deesset. lpse peremptores fertur amasse patris, Morte cruentatis fraterna factus asylum, Credo nec hoc facto rege David minor est.

De Patris hæc meritis, hæc de virtutibus ejas,

Edita sufficiant; nunc obitum referam. Cum celebrarentur Paschalis festa triumphi, Ex quo Virgo Deum carne satum peperit,

Millenis annis centumque novemque peractis, Felix ille senex transiit ad requiem.

Cujus ad exsequias vir quidam religiosus, Mente quidem rapitur, sed procul ipse manens. Traus mare, Northmannos quod dividit atque Bri-

[tannes,

Hoc positus vidit, quod Cluniacus agit. Luctus ubique sonat, nusquam nisi planctus habetur. Nil sine singultu cernitur aut gemitu.

Adnotat ergo diem, quo sanctus obisse putatur, Iluncque brevi spatio comprobat esse diem,

Unde grabata duo, quæ portabantur ad astra, С Ut senior quidam visa refert, memorem.

Præsulis Anselmi, quo præsule Cantia gaudet, Esse ferebatur, qui prior est loculus;

Quique secondus erat, sancti Patris esse futurns Insinuabatur, post tamen octo dies.

Visa fides seguitur, nam postquam præsul obivit. Octavo sanctum constat obisse die.

Hic regimen sacrum lustris tenuit duodenis,

Adde duos menses, insuper octo dies.

Hæc, Pater Hugo, túi Rainaldi dicta nepotis, Suscipe, quæso, pie meque tuere, Pater.

EPITOME VITÆ

Ab Ezelone staue Gilone monachis Claniacensibus proxime ab obitu sancti scriptæ, per anonymum excerpta.

(Ex ms. Bodecensi in diæcesi Paderbornensi eruta a Joanne Gamas S. J.)

nensis indigena fuit, nobili genere, patre Dalmatio consulari, viro bellicis rebus intento; Hujus mater gravida, cum in partu graviter laboraret, quemdam sacerdotem religiosum, pro sui liberatione et nascituri salute, missam celebrare exoravit. Qui dum

1. Beatus Hugo abbas Cluniacensis, Augustodu- D missarum solemnia attentius peroraret, et in contemplatione suspensus, super semetipsum sustolleretur, vidisse in calice fertur, cui ardentius incumbebat, speciem infantilem, super humanum modum radiantem. Digna prorsus visio, et vere præsaga faturi, in calice apparuit nondum natus, qui ab alo-

lescentia sua calicem salutaris accipiens, passionis A sane nondum pontificali (100) [ap'ce] insignitus, po-Dominicæ imitator evangelicus, Evangelii verba situs in Cluniacensi capitulo, ipsum mundi Judicem vertit in opera, et usque in senectam nomen Domini invocavit.

2. In popillaribus annis constitutos, non ut illa rtas assolet, lascíviæ frena laxavit, nec inerti luxu emollitus nugales ineptias sectatus est, sed secundum quod scriptum est de Jacob : Innocenter habitabat domi (Gen. xxv, 27). Deinde Cluniacum adiens, B. Odiloni se tradidit, mutansque vitam cum tunica, habitum sacræ religionis devotissime suscepit. Consequenter de rubigine mundana in camino disciplinæ ad purum excoctus, subito calore longum teporem plurimorum superavit. Post hæc factus prior, etiam B. Odiloni defuncto abbati in regimine successit, licet cum lacrymis retinens; bonus utique scientia, melior conscientia, optimus temperantia, forma angelicus, moribus compositus, naturali incessu conspicuus, sermone non affectato suavis, et aliis hujusmodi charismatibus spectabilis. Illo In tempore llepricus secundus imperator regni apicem strenuissime gubernabat; cujus pater Augustus insignia (99), que Romæ gestavit, in regni adeptione Cluniaco delegavit. Quapropter filius dilectionem Chuniaci, quasi jus hæreditarium, medullitus retinens, floridum Patrem sibi arctius colligare decrevit. Itaque sanctum Hugonem, pubescente ætate vernantem, venire ad se invitavit, invitatum gloriose accepit, et ut filium suum Henricum tertium de sacro fonte levaret gratanter obtinuit. Tunc etiam Pascha cele- C bravit, paschalis Agni filius, una cum imperatore, angelica Cluniacensium seniorum slipatus caterva, in Agrippina colonia. Nec multo post, vix ab Augusto laxatus, Cluniacum rediit, muneribus comitatus et gratia.

3. Cujus etiam gratia Stephanum papam non fugit; qui cum in civitate Florentiæ valetudine constrictus decumberet, adveniente sancto Hugone inimicum recedere, exeunte eodem accedere circumstantibus protestatus est. Quare ne infæderabilis infestationibus hostis urgeretur, sødulitatem ejus exorabat, cujus præsentia insidiator confundebatur. Jamque maliguos incursus lacrymæ patris longe removerant, cum vir apostolicus in sinu præsidentis apimam exhalavit; cujus manibus digne compositus, D traditus est sepulturæ. Sed et reverendissimo Hildebranno, mutato et nomine et gradu, postmodum Gregorio nuncupato, manifestissime claruit quod multum gratiæ spiritalis Pater Hugo obtineret. Hic

(99) Conradus imperator defunctos anno 1039, coronatus Romæ a Joanne XX, anno 1027, die Paschatis.

(100) Ms. Plumali, quod correximus addita voce, apice.

(101) Preter cathedralem S. Mariæ, duæ sunt Remis collegiatæ, S. Symphoriani et S. Timothei; si ostendatur ibidem sub titulo S. Constantii collegiata alia fuisse, credam hoc loco proprium nomen ecclesiæ. Joon canonici, indicari; sin minus, quæram ex ltemensibus, num aliguam notitiam habeant cujusdam sane nondum pontificali (100) [ap ce] insignitus, positus in Cluniacensi capitulo, ipsum mundi Judicem perhibuit se vidisse S. Hugoni collateralem; qui sedens a dextris regularem disciplinam fovere prosequebatur. Hinc papa factus, blandum tyrannum eum vocitare solehat, cum sævis leonem, mitibus agnum se exhibuerat, haud ignarum parcere subjeclis et castigare superbes.

4. Tempore Leonis papæ noni Remis translatun est corpus B. Remigii ; præfuit, autem tantæ trauslationi apostolicus, ac generale concilium, przcipue contra Simoniacos, celebravit. Interfuiteian Pater Hugo fide armatus, ipsuinque ingens virorum illustrium sequebatur agmen. At tauta erat pertersorum multitudo ut boni vix auderent reprehendere malos, et etiamsi ausi fuissent, facilius erumperet reclamatio male viventium, quam vox libera corum qua sanius sentiebant. Mox cujusdam nominatissimi viri exhortatione synodali causa, jussu domini papæ, et suasione cujusdam nominatissimi viri sancti Constantini (101), Remensis canonici, et aliorum, laudabiliter egit et probabiliter consultavit tergiversationes corum qui contra verum mendacio stare consueverant.

5. Hildefunsus, rex Hispaniarum, patrem sanctum, scilicet Hugonem, plus omnibus recolens, votis ardentibus ut cum videre mereretur impetravit; primo quia a captione fratris sui Sascii precibus sancti Hugonis emersit, deinde quia conjunctionen patris sui Fredelandi et Claniacensium compejnare fortius disponebat, alioquin B. Petro inobeliens et beneficiis ingratus constitueretur. Is (102) cuim cum arctissima teneretur custodia, et Cluniacenses pro co orationi incumberent, per episcopum quendam innotuit queliter instantia Hugonis et suorum pulsatus ut brevi ipsum proprize potestati reconsignaret, et ad sceptrum usque proveheret. Nec mora claviger coeli, Sancio regnum usurpanti, terribiliter noctu apparens, mortem intentavit, nisi frairen mox dimitteret (103). Surrexit ocius exturbatus lyrannus, et co a vinculis emancipato, cubitum redit. Itaque factum est ut rex liberatus, duplicato censu paterno, intercessoribus suis diversas auri ancias annuatim etiam destinaret, diemque liberationis nostris celebrem derelinqueret.

6. Multa S. Hugo ad usus pauperum conferens, quasi viles sarcinulas reputans, direptionem illarum sæpe pertulit non iratus, quin etiam præceptorum talem habuit mensuram, ne aut nimia remissio, aut

S. Constantii canonici, ejus certe alibi nullam mentionem invenimus.

(102) Is, scilicet S. Petrus, ut clare exprimitur in Vita per Hildebertum.

(103) Hxc verba videntur occasionem dedisse Hildeberto credendi, coactum fuisse Sancium fratri restituere diguitatem : cum is illum duntaxat dimiserit e carcere, ad liberiorem in monasterio custodiam; nec, nisi post biennium mortuus, regnum Alphonso recipiendum dimiserit.

severitas excedens haberetur. Spiritu vero prophe- A dam, seipsum in quadam silva necavit; erat tamen tiæ discernere in novitiis solebat, qui essent frumenti stabilitate solidandi, et qui tanquam palea spiritu maligno ventilandi. Quodam vero tempore, cum esset apud Marciniacum, adjuneto sibi præclaro Auscimo Cantuariensi archiepiscopo, qui propter justit'am ab archiepiscopatu semotus jucundabatur elus solatio, divina revolatione admonitus, mortem Willielmi regis Anglize momentaneam przenuntiavit; et ut prædixerat, accidit. Nam dum ille per sakus fugaces servos sagittare gestiret', sagittam subito in corde suscepit qua miles suus cervum impetebat. Alio tempore, cum dormiret idem Pater, vidit in somno sub capite suo cubare serpentium multitudinemet ferarum; qui sub capite excutiens et exquirens supposita, invenit librum Maronis forte ibi B collocatum. Mox abjecto sæculari codice in pace quievit, cognovitque modum materiæ libri, visieni congruze, quem, obscenitatibus et gentilium ritibus plenum, indignum erat cubiculo sancti viri substerni. Quidam frater, nomine Durannus de Brodon (184), prius idiota apparens, postmodum Moys nsis abbas non incongruus, dehiuc ad Tolosanum episcopatum sapientiæ prærogativa promotus, inter operarios agriculturæ Dei merito sollicitudinis industria claruit. Hic, circumspectus per cætera, verba risum moventia szepe incautius proferebat. Qua de re venerandus Pater Hugo multoties oum increpans, nec satis proficiens, de futuro interminans prophetice sic inquit : « Certe, frater. charissime, nisi ludicra verba, monacho prorsus interdicta, vivens C dimiseris, post mortem apparebis enormiter. Quod sane vaticinium co migrante constat esse completum. Nam Siguino cuidam, capellano Patris, spumoso ore apparens, postulabat flebiliter ejus juvamen, cui noluit obedire, dum vivoret. Hoc ubi domino abbati Siguinus retalit, præcepit ut septem fratres una hebdomada pro defuncto taciturnitatem proprii oris continuarent, ad hoc fratribus septem electis; czeteris obedientibus unus eorum voti contemptor silentium interrupit. Rursus pontifex, eidem denuo revelatus, est valde conquestus super illo fratre perfido, qui dum non siluit, sanitatem e us interpolavit. Audiens ista piissimus Hugo, prescepit ut fractura silentii, quæ per unum contigerat, aliorum septem dierum silentio sarciretur. Quo facto anima pontificis tertio apparens, in statu aposte ico se exhibens, purgatori suo (105) memorato semporque memorando Hugoni gratias integritatis suz reportavit.

7. I em in Silviniaco (106) quidam frater, nomine S:ephanus, hostis antiqui supplantatus insidiis, manus sibi ingerens ad coronam martyrii anticipan-

(104) Cognomen hoc ignoravere Sammarthani, alioqui in sibi cognitis adnotandis seduli.

(105) Ecgraphum, Purgatorii sui.

('06) Silviniacum vulgo Sawigny, non illud quod in Cenomanniæ finibus a S. Vitali conditum Savi-Biacum dicitur, et cito ad Cistercienses transiit; sed alibi, forsitan in Burgundiæ oppido, ad confinia du-

iracundiæ gravis, qua ejus complectione tentator excitatus, forte prævaluit. Hujus anima ad judicium rapta, accusatorem, prætendentem (107) cultellum necatorium, infestum habuit. Miser suæ prodigus animæ, exutus a cuculla, apostolica intercessione obtinuit quatenus ante introitum claustri Cluniacensis tam diu maneret, cucullam habens in manibus, donec precibus S. Hugonis et fratrum illam mereretur induere et ordinem suum recipere. Quæ dicimus frater quidam in visione conspiciens, domino abbati nuntiavit; non tamen statim ut debuit. Quocirca in tempore Rogationum, quoniam quæ viderat nuntiare distulerat, verberibus utique ad propalandum compulsus est; cæteris ad processionem euntibus, solus in choro remansit, utpote claudus. Apparuit S. Odilo eidem vigilanti visibili forma cum duobus viris; et ecce facta oratione, illo vocato Capitulum ingressus est, fratrisque pigritiam increpavit, magna asperitatis vehementia præcipiens assessoribus suis acriter illi inferre disciplinam, Post litanias correptus nuntiavit abbati tam visionem quam sui afflictionem. Confestim pius Pater eleemosynis, precibus et hostiis tandiu præcepit insistere, quousque spectrum alia visione cum habitu sacro apparuit, et corpus cœmetario non judicatur indignum (108).

8. Contigit aliquando S. Hugonem eucharistiam præbuisse cuidam leproso, communioni hominum corporaliter subtracto, tunc vero communicanti; qui tumentibus labiis et ulceroso ore corpus Domini injuriose masticans, portiunculam importuna screatione rejecit, sequente nimirum nausea et spuma horribili. Tunc Christi miles Goderannus, qui aderat, Domini sui sacramenta ita indigne conspiciens agitari, quod egerebat celeri colligebat obsequio. Et ecce vir magnanimus, manus utrasque supponens vivificis sacramentis, in ore sun projecit vomitum nauseantis ægri, lethalibus choleris cohærentibus fideliter absorbens. Qua in re plus magister stupcfactus, et hærens discipuli perfectione attonitus, Laurentij craticulam tolerabiliorem fuisse indubitanter asservit. Hic denique Goderannus ad episcopatum Sanctonicum promotus, quo ascendit altius, eo clarius refulsit.

9. Mos est Cluniacensis monasterii, cæteris solemnitatibus Nativitatem Domini quodam singulari affectu devotius agere, et canticum melodiis, cercorum accensionibus, quodque longe præstantius est, spirituali devotione multaque lacrymarum effusione, cum angelis solemnizare. Hac igitur festivitate fratres se suaque omnia præparaverunt. Venerabilis ille Pater Hugo, qui adhuc senex supererat, capitu-

(107) Ecgraphum præcedentem, sedtune addendum esset et præcedentem.

(108) Potuit illum, post vulnus lethale sibi ipsi indiction, poenituisse peccati; quod reipsa fa-stam, presumere cogit ista auxilium petentis apparitio.

catus et comitatus situm.

lum, ubi fratres erant, intravit, et fice ad omnes A videbat. Mud sanctom agmen quidam senior se protulit : « Noveritis, fratres, b nignum Jesum vcstris solemniis interesse, ac contra invidia laborare hostem neguam ut aliquas tenebrarum suarum nebulas tanto splendori possit intermiscere. Frater enim, ait, quidam (se utique dans intelligi) vidit Matrem misericordiar, ipsum Filium, quem præcedenti genuit nocte, dulcissimo gremio continere, eique sanctorum angetorum multitudinem cum immenso lumine astare. Llem Deus puer exsultabat. et cordis hætitiam gestu corporis et plausu manuum demonstrabat : et conversus ad Matrem aiebat : · Cernis, Mater, noctem nativitatis meæ, gu e imminet, gaudiis illustrandam? in qua et prophetarum oracula et angelorum præconia renovabuntur, et de meo ex te ortu omnia similiter cœlestia et terrestria lætabuntur. Ubi est nune hostis mei damnata persidia ? Ubi nunc ejus potestas, quæ ante hoc singulare gaudium muudo dominabatur ? • Quo ille împrudens audito, de latibulo suo egressus, a longe se prodidit; et ignominiose deturpatus, cum nulto planctu et ululatu, ut admitteretur orabat : (Et, si, ait, in nulla parte ecclesize admittor, in aliquo saltem reliquarum officinarum loco suscipiar. > At Fillus Virginis : « Vade, furcifer, inquit, ne te mea potentia præjudicatum lamenteris, tenta quod poteris. » At ille solutus, aditum capituli petiit; et intrare conatus, non potuit; intantum enim et se tumidum, et introitum capituli angustum invenit ut nul'atenus intrare valeret; vere inflammatus superbiæ apostemate veteris, per humilem aditum non potuit transire. Inde ad dormitorium fratrum gressum convertit, et phantasiis solitis se eos inquietare posse confidens, introire tentavit; sed eadem grossitudine sua ab ostio repulsus, recessit. Postmodum ad refectorium nocendi spem contulit, ibique, propter aliquantulam corporis curam, majorem suspicatus mentium incuriam, ibi etiam tot obices div .norum ex lectione verborum, tot trabes ex devotione auditorum, tot repagula reperit ex charitate sibi invicem servientium, ut nullo modo ultra valeas procedere, cogeretur retrocedere. Sic ab omnibus officinis ecclesiæ rejectus, a conspectu piissimi Redemptoris et gloriosissimæ Virginis matris, cum es qua dignus est confusione, pestifer ille recessit. D Cauti igitur, o fratres, estote, ct immensas omnipotenti ac misericordissimo Salvatori gratias agite; quia et nequissimum hostem a vobis pepulit, et ipse nobiseum festum celebraturus remansit (109). >

10. Paucis autem diebus antequam moreretur S. Hugo, cuidam rusticano homini, in agro laboranti, apparuit sanctorum visio, quos præcedebat quædam tegalis domina, cujus dorsum transeuntis et faciem

quebathr, qui restitit et ait : « Cujus est, agricola, ager iste quem colis ? > Qui ail : (B. Petri et Domini abbatis Cluniacensis. > Et senior ad hac ; · Meus est, inquit, ager, et abbas meus est famulas: tu autem festina nuntiare nostro abbati, ut disponst domni suze quam nutrivit, quia, post modicum tempus, hujus vitze Anem sortictur. Die autem ei Petrum apostolum hæc tibi nuntiasse; qui vero me præcedunt, Dei Genitricem et sauctos deuuntia famulantes.

11. Idem Hugo in articulo mortis positus, recolens anniversarium Gaufridi archiepiscopi et Mendonis abbatis, obliviosos admonuit ; tam tenaciserat memoriæ et tantæ charitatis, quia ibi fraterna salutis non erat immemor, ubi raro quisque reminiscitur proprize. In ipsa nocte qua mortuus est, benedictiones lectionum lectoribus imposuit. Extremum ejus verbum fuit ad circumstantes : c Bened.cite. > Corpus ejus in capitulo a fratribus dealhatis, prius aquo, deinde vino ablatum est. Ad ultimum modico balsamo, quod supererat in brevi vasculo, trinis vicibus totum corpus, liest magnum, affluenter perunctum est; quod vix ad solum lepidum caput sufficeret, nisi benedic: ione cœlesti multiplicatum inter manus obsequentium abundaret. Beatos autem Dionysius Areopagita apparuit cuidam fratri apud Nongentum, dicens, ut festinaret alire Cluniacum, ut valedicere posset S. Hugoni, statim decessuro . . . (110) Veni cgo infelix, sed sanctum migrantem non salutavi, datum tamen est spiritui, quod constat corpori esse negatum; vidi suim mi tos mortalibus superos, et cum monachoram collegio Matrem Dei maris stellam clarius coruscare, enjus præsentia sagittarios quosdam apparentes ita exterruit et fugavit, sicut venus validus autumales frontes dejicere consuevit ; inter quos Nariaus gemma sacerdotum, et Benedictus sol abbatum, spiritum S. Hugonis deducentes, intra quandam vineam speciosam et fortilissimam collocarunt, w lbi jucundaretur et mansitaret in modico; ubi ipse sanctus Hugo me aspicientem taliter invitavit. Comede, charissime, de candidis racemis qui nobis superabundant, et fac mecum solemne contubernium; ego nempe parum hic pausabo, donec quidam tumor subsidat, quem in pedibus pulverulentis de longo circuitu terrarum contraxi, sed e vestigio, curatis gressibus et excusso cinere mundano, liber ad poliora transibo. Dic autem successori meo Pontio ut humilitatis et innocentiæ thesauros custodiat, et necessitates omnium suas reputans mistricordiæ student; zelum monastici ordinis exemplo mei sapienter disponat; sic enim viriliter ageus a Deo consequeturauxilium, qui non deserit sperantes in sc.

(110) Petrus venerabilis lib. 1 Miraculorum, cap. 15, transcripsit hæc, paucis verbis aliquando niudius reddit's.

⁽¹⁰⁹⁾ Deest hic aliquid : neque enim ipse Bernarcus, qui inducitur hic loquens in prima persona, dici potest scripsisse hanc vitam, ut apparet ex Hildel erto supra, ubi solum in extremo morbo ab co dicitur revelata hæc visio, et quidem haud din post

obitum saneti.

12. Eadem quoque nocte, qua Pater beatus dermivit in Domino, vidit abbas quidam duos sanctos, in visione decenter ornatos, angelorum manibus ad astra sustolli, et audivit voces in sublimi dicentium. Hos geminos sui correctores et sæculi, stratis auro radiantibus, vitæ merito collocahimus, vid-licet Cantuariensem archiepiscopum et Clusiacensem abbatem, qui multorum sunt patres filiorum in gloria. Isti quidem duo pene sub uno tempore decesserunt.

Ordine Berno, prius stat honore beatior Odo : Surgit ab his sanctus Majolus forma virorum,

Igneus ardentem vix cohibens animam ; Post fur Arvernis sacer Odilo missus ab oris,

Mitior ingenio quam ferus imperio : Proximus Hugo venis, discretis usus habenis, Ordine posterior, utilitate prior.

ANALECTA.

(Ex aliis in bibliotheca Cluniacensi collectis.)

CAPUT I.

Ex epistola Hugonis monachi ad Pontium abbatem. 1. Patri serenissimo, Gluniacensi abbati Pontio, domino suo, servas Iluco. Dum tuam, Pater, excellentiam penso, injustas coram te loqui non audeo. Sod quoniam memoranda quadam de magno Hugone, sancto pracessore tuo, tacita video, si tua jabeat me fari dignatio, pauca de plurimis, parva de maximis, brevi expedio. Ista quidem diffusos scriptores illos miror obmisisse, qui de co tanta volumina conscripsere. Qua refero, presentibus notissima sunt, sed posterorum memoria, ut jubes, mandata sunt.

2. Beatus Hugo ad Francigenas, eos visitaturus, olim exiverat. Veniens autem Belluacense territorium, intravit Gornacum (111) super Aronam fluvium. thi eum Albertus vir illustris honorifice suscepit. Uxor viri, nomine Ermengardis, et ipsa tanto hospiti reverenter occurrit. Quam sanctus ut vidit, prophetico afflatus spiritu, dixit : v Domina, tu gravida es, flium paries, qui, sicut Deo placuerit, monachus erit. > Au lens mulier quæ de se ante non noveral, mirabatur, præsentes, audita signantes oracula, lætabantur. Postmodum, juxta servi Dei verbum, gravida illa peperit filium. Crevit puer, et armatorum deputatus officio, militiam adeptus, ut id hominum genus male consuevit, perniciosus evasit. Interea sanctus, plenus dierum pariter et virtutum diem in Domino clausit extremum. Erat tunc in Italia apud Papiam decus pontificum Godefredus D Ambianensis episcopus (112), doctrina præelarus, san-

(111) Gornacum, vulgo Gournay-sur-Epte, quinque leucis Bellovaco distat trans Eptam, qui Francos strictissime dictos, id est Parisiensi regimini subditos, disterminat a Northmannis; utrua vero Epta fluvius etiam dicatur Arona; an occasione alterius Gornaci, inter Parisios et Melodunum siti, vulgo Gournay-sur-Marue exerraverit Ilugo, et librariorum culpa irrepserit Arona pro Matrona non definio.

(112) S. Godefridus episc. Ambian. colitur 8 Novembris, rexit Ecclesiam summ ab anno 1104 ad 1118.

(113) In Vita postea scripta idem Hugo, omissa

B ctitate perspicuus. Dum itaque beatus Hugo præsenti vita defungitur, æterna donatur, vidit episcopus ad procedendum conventus eximios præparari, cum luminaribus et cæteris quæ in processione solemniter solent exhiberi. Episcopo inquirenti quis esset, quom tantæ triumphus gloriæ exspectaret ; responsum est, quia ad deducendum dominum Hugonem, Cluniacensem abbatem, illa sanctorum devotio festiva procederet. Quod cum episcopus admirans sociis revelaret, tempusque quo id viderat admotaret, in Galliis reversus; codem invenit tempore in Cluniaco sanctum migrasse, quò sibi fuerat monstratum Papiæ.

3. Postquam vero sanctus decessit, tu feliciter electus, et in officium tanti Patris digne subrogatus, Domino ducente ad supradictas Francize partes descendisti, ubi pro tua illa nobili consuetudine. quibusque bona prædicans, istum, de quo sancuas prædixerat, juvenem invenisti, inventum vocasti, vocatum eduxisti. Ipsum in Cluniaco monachum, nomine Landricum, plurimis annis vidimus bonis pollentem moribus (113). Sic, Pater benignissime, sic præcessor tuus abbas Hugo sanctissimus, quem plurimum dilexisti, imo quem diligis, sic inter alias virtutes suas etiam prophetica claruisse probatur; sic in sui dissolutione corporis, pontifici relevatus, supercoslestium concivis esse dignoscitur. Sed mea modo sileat parvitas, tua magis ista, quam alta sint, perpendat charitas. De hac enim altitudine loqui, ego tam infimus timere debui.

4. Anno denique Verbi de Virgine nati 1148, de-

revelatione S. Godefrido facta post nativitatem pueri et depravationem adul i, continuo subnectit ejus conversionem hoc modo: c Interim B. Hugo præsentis vitæ cursum complevit: cui dum ejus Patris pius filius domnus Ponius, successit, Cluniacensis abbas assumptus, et ipse Franciam visitaturus intravit. Ubi pro sua nobili consuetudine errantes revocans, plurimos secum adduxit, inter quos et me peccatoreu, et hunc de quo loquimur juvenem invenit, voeavit, et ut sanctus prædixerat monachum effecit. Præsens est in Cluniaco, sacerdotali fungitur officio. >

functo papa Paschali, qui Romanæ sedis apicem 18 A validius attestatas, gratanter accepit. Episconis annis, et eo amplius (114) gubernavit, assumptus est electione catholica, et consecratus est Gelasius papa, vir apprime eruditus, eleemosynis largus, consilio providus. Hic Henrico IV, Romanorum imperatore, contra Ecclesiam sæviente, declinans, ad mare descendit, navigio Gallias expetivit : tibique primum, cursore a Pisis emisso, suum prænuntiari fecit adventum : te enim, Cluniaci scilicet abbatem, in partibus Galliarum habet pontifex Romanus proprium et specialem flium. Huic apud S. Ægidium occurristi, huic et multo comitatui suo equitaturas et alia quam maxima elegantissime ministrasti. Hunc pro maris molestia infirmatum, in tuze solo nativitatis, quod Pater tuus Petrus, potens et nobilis comes Merguliensis (115), juri apostolorum Petri et B Pauli contradidit, et inde accepit, tu papam officiosissime confovisti, Qui denuo convalescens, et Cluuiscum suum pervenire desiderans, Lugdunum Galliz pertransit, Matisconam descendit (116), ubi gravissima agritudine confectus se Cluniacum perferri instautissime præcepit. Quo deportatus, summaque reverentia susceptus, completo episcopatus sui anno primo et dielius quatuor (117), in medio fratrum, circumstantibus episcopis cardinalibus, in propria domo, proprius pastor in pace Cluniaco quievit.

5. Post hunc reverendus Wido Viennensis archiepiscopus ab Ecclesia catholica est in Cluniaco electus, sicque in papam Calixtum ordinatus (118). Mic terrenze nobilitatis celsitudine præcellit (119), sed coșlestium nitore charismatum pulchrius elucescit. Mic secundo Cluniacum rediit, ibique festum Doininicæ Circumcisionis et Apparitionis devote percgit (190). Qui dum inter cætera sæpius ageret de vita et miraculis B. Hugonis, non quorumlibet chartulas super his profusius exarstas attendit, sed personas authenticas in medio Cluniacensis capituli presentatas, de sancto quæ viderant et audierant

(114) Scilicet mensibus 5, diebus 4. (115) Mergulium vulgo Melgueil, in Languedocia haud procul a Rodano constitui debet, siquidem eo loci natus est Pontius, sultem nativitatis ejus locus in jam dicta regione erit quærendus; quandoquidem ontilex ad S. Ægidium se recipiens, inde adverso Abodano Lugdunum versus ascenderit. D

(116) Descendisse dicit, non respectu fluminis, qui adversus eral; sed respectu itineris, ab austro in acptentriouem instituti.

(117) Obiit Gelasius II, anno 1119, 29 Januarii.

(118) Coronatus est Calixtus II, die 1 Februarii ejusdem anni.

(119) Utpote Illius Guilielmi II, Burgundiæ comitis.

(120) Anno, 1120, priusquam rediret in Italiam. (121) Cætera, que Cluniaci gessit pontifex, in bibliotheca Cluniac., col. 560, legi possunt.

(122) Reliqua pars epistolæ agit de reliquiis SS. Petri et Pauli Cluniacum allatis, et in monasterio novo per Pontium constructo conservalis, immota ara sub qua repositæ olim fuerant.

(123) Fuit Robertus hic primus ex stirpe Francica Burgundiæ dux, tertiogenitus Roberti regis, nepos Hugonis Capeti, et infeliciter obiit anno 1075; anno autem 1045 secundis nuptiis duxerat Ermengardem vero et cardinalibus pariter assentientibus ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi natalem tanti confessoris tot et tantis virtatibas approbati festivum fleri papa decrevit . . . (121), ista me dixisse sufficiat, tuaque mihi gratia venian (ribuat (122).

CAPUT II.

Ex Vita per eumdem Hugonem scripta.

6. Patrum Cluniacensium conventui sancto servis Hugo. Charitas quæ libera servit, piis me jussio--nibus parere compellit. Præcepto igitur, non prasumptione, suscepi de B. Hugone, licet indignus, aliquid dicere. Nec eis przejudico qui ante me de sancto eleganti scripsere calamo, sed nostris servio, dum quædam ab eis omissa colligo, pr fus us e ja contraho, ne occupatos onerem multa præieres. e Hæc protestatione præmissa, natales, monachatum, et elec: tonom S. paucis perstringit auctor; obiterat indicato quid Florentise contigerit, susceptum argamentum sic prosequitur : >

7. Mirandis plus miranda subjungo, que referentibus viris authenticis probata cognosco. Hac sane referunt, Gaufredus de Monte S. Vincentii et Rainaldus Æduensis. Dux Burgundite Rothertus (125) Haganonem Æduorum episcopum nimia infestatione gravabat, variisque prædonum incursibus passin Burgundia laborahat. Espropter episcopi Gaufredus Lugdunensis, Hugo Bisontinensis, Accardus Calilonensis, et Drogo Matiscensis, Æluam (.21) coavenerunt, magnique Patrem consilii prædicten i gonem Cluniacensein abbatem venire regaverunt. Aderat illustrium multitudo copiosa virerum, populut confluctat infinitus, pro pace supplicans indefessis clamoribus. Adveniens ipse dux, ime tyrannut, Aduam intravit ; sed fustu maligno interesse conventui recusavit. At Pater Hugo, fervore charitais concitus, tyranyum adiit; quem vehementer increpans cunctis mirantibus tanquam ovem mitissinam

S. Hugonis sororem.

(124) Conventum hunc episcoporum ad annum 1072 referant Sammarthani in episcopis Bizontinensibus, quorum LIII Hugo, auno 1071, numerabel sui præsulatus annum 1; et Drogo Matisconensis, qui pariter interfuit, annum penultimum. De Gaufredo Lugdunensi, qui præsedisse debuit grandis controversia movetur ab jisdem Sammarthanis qui inarchiepiscopis Lugdunensibus nullum sedis ejus tempos inveniunt, neque nomen in catalogis. Negant autem recipiendum, propter auctoritatem chronici Flaviniacensis, ubi dicitur anno 1077, c quia Lugdusensis sedes, Humberto Simoniaco expulso et in loes Jurensibus monacho facto, vacabat antistite. > Ast prima hujus Humberti memoria, ipsimet indicantilus exstat in Chartophilacio S. Petri Matisconensis sub anno 1072; et Philippus, ab Alberico notatus in chronico ad annum 1051, putatur ab ipsis is esse, qui anno 1055 de Simonia fuit per miraculum convictus; quidni et depositus? saltem largum inter annum 1055 et 1072 est spatium, ut interim Gat. fredus sederit, et paulo post conventum Æduensem celebratum obierit; cum ne hoc quidem constel, quod anno 1072 potius quain 1071 fuerit celebraius Adde quod, ut notat Quercetanus, etiam Nice-

secum addusit. Episcopis autem supplicantibus, ut A nensi (127), et Drogone Matiscensi, in campo vena-Pater Hugo pro pace agenda loqueretur, turbis undique conticentibus, et ex ejus ore pendentibus, sic ait : « Qui pacem quærunt, qui Deum diligunt, nos audiant, nobiscum agant. Qui vero filius pacis non cat, qui non ex Deo sed adversarius est, huic ex parte Ompipotentis præcipio ut a nobis exeat, et operi divino non poceat. > Viz dicta compleverat, cum ecce quidam statura procerus, lacie truculentus, multis cum sequentibus egressus, disparuit. Non fuit in tanta multitudine hominum, qui aliquem gosset egredientium. Mirabantur singui, stupebant universi. Querentibus invicem super sis, non, erat aliud respondere, nisi interdicente sancto, dæmones visibiliter exilsse; egressosque de turbis simul evamuisce. His ita depulsia, tantam mox pradicatio B sancti efficaciam habuit, ut eo jubente, dux ipsc sui mortem alii (125), interfectorilms condoparet, et Ecclesia pacem reciperet. O beatum virum, cujus præsentiam Satanas ferre non poterat, cujus imperium invitus agebat. Res equidem mira, sed altiori miraculo cumulata. Quandiu enim in conventa illo vir sauctas sancta perdocuit, sicut columba candida super caput, ejus præsens apparuit. Quibus id videre datum est, Deum glorificaverant, non caim omnes hanc videre gloriam meruerant. Stephanas archipresbyter de Parricejo (126), sub omni assertione itidem se, licet indignum, testabatur vidisse.

8. Paredum venerat Hugo Pater, at ibi festum Baptistæ Joannis devotus ageret. Ad quem mulier quiedam, cum turba pro eo supplicante, pervenit : quia eius uterum irruptio violenta virulenti tenebat serpentis. Tum sanctus, misericordia motus, aquam afferri præcepit, quam precibus sacris et benedictionibus præsignavit, acceptoque cochleari, ter de aqua illa in ore mulieris orando infudit. Quo facto, statim serpens, cunctis qui aderant videntibus, per os mulieris horrendus exivit. Qui cum morore venerant, cum gaudio revertentes, Dominum collaudabant. Gaufredus vir Adelis, quo præsente sanctus apud Æduam dæmones de turba fugavit, et hoc de serpente per eum ejecto se vidisse solet attestari.

præfatus Pater cum episcopis Rocleno Cabilo-

laus Aragonius ejusdem Gaufredi Lugdunensis meminerit, in antiquis pontificum Romanorum Gestis.

(125) Hugo et Henricus, ante patrem obiere; primus anno 1057, in bello contra ducem Nivernensium, periit; Denricus filium post se reliquit Hugonem, qui avo suo Roberto successit in ducatu, frustra obnitente Roberto patruo, tanquam Roberti ducis tertio filio. Si de Henrici cœde haberi posset demonstratio aliqua, houd dubium quin hic deheret nominatus credi; mors Hugonis quomodo contra Haganonem Aduensen causas turbarum dare potterit non ap-peret, nisi bic ex Nivernensi familia fuerit; et ipse Ilugo non tam prælio cæsus quam fraude mala fverit interemptus.

i

(126) Parriceium vulgo Parcé, in Cenomanis, trans Sartam fluvium, in confiniis ducatus Andegatorio pariter affuit. Turbis vero circumstantibus. quidam pessimo foedatus crimine, non timuit interesse. Quem sanctus, sancto edoctus Spiritu, a longe intuens, ait præsentibus : « Videtis, inquit, miserum illum? Videtis dænone plenum? > Statimque eum designavi!, et ad se venire mandavit. Quo præsentato : . Quomodo, ait, huc ad nos intrast, qui hoc crimine (crimenque exposuit) te sordidare voluisti ? Cur miser nubis in te demonem præsentasti? Pacein quærimus, dæmonem nolumus. > Confusus ika ner gare non potuit. Quod factum videntes plurimi qui aderaut adiavicem summissa voce dicebant : (Divertamus ab isto homine, qui novithominum occulta videre, ne et in nostris nos peccatis, sigut istum in suis, valeat deprehendere. A Inquirenti depique sancto de cujus esset episcopatu ille homo, invenit quod parochia: cujusdam esset Cabilanensis, Tunc sauctus miserum illum pariter et peccatum episcopo Rocleno proposuit; quem episcopus seorsum tulit, et pro officio correxit. Testes sunt qui interfuerunt, venerabiles viri Rothertus Sedunensis, et Gaufredus, quem supraposui. Quanta sint hec. vestra perpendat charitas, mea interius sileat parvilas.

10. Erat Sancius apud Nancioscum (128), venit nuntius qui diceret obi sse Wilencum; Wilencus iste, prior fuit de Charitate. Pro defuncto pius Pater dum missam celebraret, more solito vivam seipsum hostiam Domino præsentavit, et sic tenens in manibus Filium Patri obtulit, oblatum ore suscepit. Quo edoctus, ad fratres egreditur, revelat sociis quod apud Charitatem, non Wilencus, sed Orius obiit. Erat ibi Olo, qui fuit prior Clun'acensis, pust episcopus Ostiensis, deinde apostolicæ sedis poutifez summus, Urbanus secundus (129). Qui legatione transmissa, invenit, juzta viri Dei verbum, non Wilencum obiisse, sed Orium.

11. Sabina quoque, sanctimonialis virgo in Jotrensi (130) monasterio testimonii singularis, vidit Matrem misericordize cum glorioso beatorum agmine. Vidit et subschlium candidum decenter ornatum agmini illi interesse, audivitque quia Hugo albas Cluniacensis in eo debebat abire. Sabina vi-9. Alio quoque tempore pacis agendæ gratia, D sionem retulit, nec multo post nuntius venit, dicens migrasse sanctum, quem visio dicta signaverat abi-

vensis.

(127) Roclenus concilio Cabilonensi præfuit anno 1073, juxta vetus Chronicon Matisconense apuil Sammarthanos; ex quo constat Aicardum supra memoratum non diu supervixisse Æduensi concilio.

(128) In diplomate Paschalis II, an. 1109, col. 569 bibliothece, Nantoacum, inter prioratus Cluniacensi abbati subditos, primo loco nominatur: an apud Ruthenos, ubi oppidum Nayac vulgari nomine signaut geographi?

(129) Odo, episcopus Ostiensis creatus circa an. 1077, paulo post papa; Italis Ottho scribitur.

(130) Jotrum vulgo Jouarre in diæcesi Meldensi, sanctimonialibus sub regula S. Columbani victuris conditum ab Adone, S. Audoeni fratre, postea ordinis Benedictini.

turum. Sie sancins et miraculis approbatus, et A tarum textus, et gemmarum series; inferius auters revelationum sacramentis præmonstratus, in medio filiorum corpore defunctus, sanctitate perpetuus, mundo decessit, Domino vivit, digne sepultus in Cluniaco jacet; sed institutionum ejus sanctimonla permanet, sed ordinis disciplina quam docuit usquequaque viget, sed in cœlestibus meritorum ejus corona refulget. Hugo iste, anno vitæ 15 monachus factus, 25 abbas sacratus, 35 defunctus, 11 Kalendas Maii quievit in Domino, anno incarnati Verbi 1109 (131).

CAPUT III.

Ex collectione anonymi in prænotata bibliotheca.

12. Ille Willelmus (132) Anglorum princeps. S. Hugonem plurimum diligens, antequam ejus colloquio frui potuisset, cum absentis benedictionem per legatum ejus, dominum scilicet Warmundum, qui postulo lum ex abbatiæ Dolensis (133) gradu, ad Viennen em archiepiscopatum conscendit (134), audisset, atque suscepisset ab illo donum societatis rjus, pileum regalem deposuit, et caput tanta humilitate submisit, ac si per angeluna divinze gratize investitus munere fuisset. Cumque satrapæ ejus stuperent, quia rem cernerent miram, ejusque cervicem alias inflexibilem viderent nimis humiliatam, putarentque inquirendum quæ fuisset causa, cur nibil visibile accipiens, erga personam talem nil tribuentem ita mojestatem regiam exinanisset, respondit, dicens : · Nolite mirari quod me tam devote inclinaverim, tamque humillime, quia causa tantæ benedictionis et lavestituræ specialiter exegit, ut facerem quod iacizadum judicavi. Non enim tantum munus unquam suscepi, nec ipso die tam grande aliquid me acquisisse putetis, quo hujus regni coronam obtinui, quia. cunctis quæ habeo terminus erit relinqueadis, sicut initium fuit capiendis; cœlestis autem gloriæ, cujus arrham quodammodo suscepi, quando a incto collegio me Cluniacensi miscui, finis esse non poterit. > Ita prudens Willelmus philosophatus de thesauro cordis sui, stuporem suorum majori admiratione compescuit, et oculos sæcularium mentium eo direxit, ut cognoscerent quanti habendus esset Hugo sanctus præsens, qui tanti habitus a tanto fuisset absens. Ille nempe rex attendebat in ejus legatione quid ponderis esset, quid commodi, quid lucri animæ suæ proveniret, si, per conniventiam reverendi capitis, posset communionem tanti corporis promereri. Tune misit rex domno abhati et sacro conventui cappam pene auream totam, in qua vix n'si aurum apparet, vel electrum vel margari-

(131) Nataliatur quidem in editis annus 1108: sed cum certum sit S. Eugonem moltuum esse post S. Auschnum, et quidem in hebdomade paschali; Pasche autem anno 1108 celebratum fuerit 5 Aprilis : evidens apparet hic esse mendum quod propterea correximus

(132) Guillelmus I, ob regnum armis occupatum Conquestor dictus, regnavit ab anno 1068, ad 1087, et successorem habuit filium secundo genitum, coguomento Rufum, de cujus morte actum supra in Vita.

undique tintinuabula resonantia (435), ipsagne aurea pendent ; regina autem planetam, plane dignissimam mittente et accipientibus, quia sic rigidam, ut plicari non possel.

13. Rex idem Anglorum Willelmus, vir mamificus et in armis strenuus, et infinitis opibus ac viribus potentissimus, cum præfatæ regionis potiri cæpisset ejusque coronam regni bello obtinuísset, volens digne episcopatus et abbatias terræ illius ordinare. misit litteras illustrissimo abhati S. Ilugoni, et mandavit ei supplicando, ut sex ei personas dirigeret ex fratribus nostris, quorum consilio agere posset, quidqui i illi de Ecclesiis ordinandis foret agendum, eisque rectoribus constitutis securus esse de ovilus custodiendis atque regendis. Adjecit que. que se daturum pro singulis argenti libras cenum quotannis Cluniaco, sub titulo amicitize et gratiz. ne forte esset grave sacro loco carere personis suis, et earum fructum perdere. Sed qui emplor fieri voluit, non potuit, quia monachorum non invenit venditorem. Respondit enim philosophus Christi, qui animabus fratrum nil consebat comparandum : e Petitio, inquit, vestra, domine rex, descendit ex bona voluntate, qui vultis gentem vobis a Deo traditam ad salutem suam ordinare. Verum sicut dignum est vestræ majestati quod poscitis, ita quod injungitis, incongruum est nostræ saluti ut animas, quas in periculo animæ meæ et capitis mei suscepi. vendam terreni mercimonii cupiditate, et mittam in perditionem, aut generalem aut specialem, videlicet ubi aut omnes ant aliqui eorum pereaut, et ego pro illis rationem Deo reddam, apud quem nihil valet aurum, nihilque prodest argentum, aut argumentum vance excusationis. Quomodo ergo faciam pro ullo munere, quod si facerem pro toto mundo, mihi parum esset, cum pro uno ex eis perdito perirem? Quid enim proficit homini si universum mundum lucretur, seipsum autem perdat, et detrimentum sui faciat ? (Matth. xvi, 26.) Igitur, charissime domine, hoc nolite a me quærere, quod facere nisi cum perditione mea non possum, quia nullo pretio volo animam meam venumdare, quam profecto venalem darem, si unum ex fratribus mihi commissis mitterem ubi illum perderem, et libentius ego peciniam darem pro comparandis monachis, quibus valde in ligeo per diversa loca a me ordinanda, quam pro corum venditione acciperem. Quod enim capitulum nostrum in partibus illis timerent, ubi nulum vislerent nostrum monasterium, ad cujus portum

⁽¹³³⁾ Dolensis seu Burgidolensis abbatia, in Biturigibus ad fluvium Andriam, sæculo superiori fundata fuerat, abbatem antem hunc Warmundum acceperat circa annum 1074.

⁽¹³⁴⁾ Idem anno 1077 factus Viennensis archiepiscopus, superfuit usque ad an. 1083.

⁽¹³⁵⁾ Hujusmodi tintinnabula adhuc videre licel in antiquioribus Aquisgranensis ecclesiae cappis, ob solias vetustatis æstimationem et ostensionem haclenus reservatis.

applicare valerent vel constringi possent? Alind A itaque jubete, et sustincte hoc patienter, si non potest fieri cum salute amici vestri . quod petistis. Valete.) Hoc rescripsit plus Pater regi illi eximio. Qui primo vehementer indignatus pro jeo quod esset repudiatus in prece sua cum tanto munere, post furorem rediit ad mentem, cognovitque hunc hominem Dei vere cunctis præferendum; cui nullus appetitus rerum temporalium dominabatur, quique animarum salutem omni auro incomparabilem censebat, ideoque ipsum nulli omnino potestatis alicujus personæ comparabilem, quia nulla cupiditate a secto calle flexibilem se aut mutabilem præbebat. Convertit ergo se ab indignatione ad admirationem, repulsam videlicet suam majoris faciens, quam susceptionem fecisset, si exauditus fuisset. Repressit B igitur iram quæ irrucrat, acquievitque rationi, quam cogitavit postquam recessit perturbatio mentis.

14. Tempore quodam (136) necesse fuit sancto viro pro tuendis filiis ad Ecclesiam matrem recurrere, et Romanæ sedis patrocinium advocare. Quapropter urbis illius refugium petens, magno labore et difficultate a latere papæ avulsum domnum Pctrum, Hostiensem videlicet episcopum, cognomento Damianum, obtinuil, ut sibi daretur pro magno Petro præliaturus, et adversarios prostraturus mirabili sua prudentia atque facundia (137), Erat namque vir ille abstinentiæ singularis usu, et ferreorum vinculorum nexu un lique sic attritus, ut vix posset inveniri modus, quo ejus corporis imbecillitas fove- c rctur, ad equitandi onus grave utcumque tolerandum (138). Et quia levi plerumque scandalo offendi poterat, necesse habebat sæpe aliqua satisfactione placori. Ad quam rem venerabilis Ilugo ita se inclinabat, ut ejus animum reformaret ad tranquillitatem, ac si alter Martinus esset, qui nihil putaret indignum, quod humilitas agendum suaderet. Cum ergo venisset Cluniacum alter ille Gregorius, per oloquentize ubertatem, non tamen per apostolicze vitæ æqualitatem, vidissetque humanitatem et disciplinam, virgamque et baculum contulisset, copit hærere ac stupere, qualiter sancti esse, aut sanctos institutores habere possent, qui tantis abundarent bonis; et rursum quomodo non sancti esse possent aut perire, qui tam devote sustinerent tam grave D pondus laboris et custodiam monasticæ discivlinæ.

(156) Ad annum 1062 hæc refert Baronius, et causam motæ contra Cluniaceuses controversiæ fatetur ignorare; conjectat auten Gaufredum comitem Andegavensem turbarum auctorem fuisse, citans vitam S. Hugonis. Sed huic nihil negotii cum Cluniaceusibus fuit : S. Martini Turonensis monasterium petebat. Rem totam explicat Bibliotheca Cluniac. col. 309, enarrans controversiam, inter Droconem Matiscovensem et Hugonem Cluniacensem coram Petro Danhano agitatam, eo successu, ut Broco, qui Cluniacenses excommunicare præsumpserat, coactus sit se purgare ignorantia privilegiorum Apostolicorum anno 1063, coram concilio Catilonensi ob: cam causam convocato.

15. Aliquando sane judicabat oiborum copiani, aliquando mirabatur banc jejunantihus deesse gratiam, quam illos habere videbat. Verumtamen si tieri posset, sicut ipse dicebat, ut utraque virtus obedientiæ et abstinentiæ sociaretur, in eis, tum profecto nihil apostolicæ defuturum perfectionis. Qua de re conveniens domnum abbatem obsecrabat, ut a sagimine duabus saltim feriis se suspenderent, qui in cæteris tam perfecti essent, ut anachoretis nibil deberent. Cui venerandus Hugo, discretionis custos egregius : « Si, inquit, Pater charissime, vultis augere nobis coronam mercedis per additamentum jejunii, tentate prius nobiscum pondus laboris vel per octo dierum spatiam, et deinceps æstimabitis quid adjiciendum censere debeatis. Nam quandiu non gustaveritis pulmentum, nescire poteritis quod exigat condimentum salis, et si non adhibueritis saltem minimum digitum vestrum, neguaguam judicaro de onere fraterno discrete ac digne valebitis.) Quibus ille auditis, sentiens fascis hujusmodi gravitatem suis viribus importabilem, cessavit a petitione ingravandi ponderis, et semetipsum cœpit repercutere. unde alios ferire voluit, quia sagittam ad cos sine suo vulnere nequivit dirigere, intelligens magnum esse pensum illud, ac debere sufficere quod apprehendere ipse non posset, qui in tanto videbatur stare virtutum culmine. Eruditus itaque præsal, multo cruditior rediit quam venit, magnumque thesaurum fugiendæ inanis gloriæ et capessendæ veræ humilitatis secum reportavit.

16. Venerabilis Hugo, hujus sancti Chunizcensis cœnobii abbas, non modo in monastica religione. verum etiam in divinis officiis, per Dei gratiam ad meliora provehendis, tota animi industria solerter invigilans, decrevit cum communi fratrum consilio, ut in die sancto Pentecostes, hymnus, Veni Creator Spiritus (139), in hora tertia decant retur, qui videlicet minime antea canebatur, quo scilicet ejusdem Paracleti, id est, consolatoris visitatione compungi, amore inflammari et gratia mercamur illustrari. Utque huic tam saluberrimæ orationi bonum elecmosynæ suffragaretur, constituit, ut ipso die abundans refectio a magistro ecclesiæ custode pauper bus exhiberetur, de pane, vino et carne, tali ration'e ut quantus in festivitate fuerit numerus fratrum, tot etiam pauperes reficerentur. Sin vero numerum fratrum per se scire nequiverit, a ministro

(137) Multa de hac S. Petri legatione dicenda hic forent, nisi id actum esset ante ipsius Vitam, 23 Feb. § 5.

(138) Quanti deinde fecerit disciplinæ Cluniacensis præstantiam, testari poterunt ejus epistolæ, post reditum in Italiam, ad conventum ipsumque abbatem ejus Hugonem datæ, quæ propterea etiam in bibliotheca collectæ exhibentur.

(159) Hunc ritum Romana Ecclesia postmodum suscepit, et apud omnes Romano breviario utentes perseverat.

 $\hat{}$

refectorii, vel a custode infirmorum, corum nume- A dicto vespere omnia signa pulsentur pro vesperis, rum discat. Et ut tam boni operis præmium a Domino consequerctur, decretum est ut ipso die ad majorem missam, post primam collectam missæ familiaris, omnipotens sempiterne Deus, pro eo sub silentio dicatur a sacerdote. Hujus itaque præcepti roboratoribus atque observatoribus pax, salus, et gratia a Deo Patre, et Jesu Christo Filio ejus, et Spiritu sancto paracleto. Contemptoribus vero ac violatoribus, ni cito pœnituerint, ira ejusdem omnirotentis et æterni Judicis, ignis etiam inexstingujlulis æterna damnatio. Decretum est etiam ab eodem Patre cuni consensu fratrum, generale officium fieri singulis annis, feria v post octavos Pentecostes, pro cunctis in conneterio hujus loci quiescentibus, ita B sunt fratres, tot pascantur. ut sicut in festivitate Omnium Sanctorum agiar.

ac post comam pro officio, et in sequenti die pro missa in qua tractus, De profundis, a duobus cantoribus canatur, cunctique sacerdotes qui illo die contaverint missam, Deus cujus miseratione, specialiter pro illis cantent, et alii psalmos septem, ac duodecim pauperes reficiantur, et quidquid eadem die de refectione remanserit, eleemosynæ tribuatur, Sed et per omnía loca huic loco subjecta, hoc idem agi pro cujusque loci cœmeterii defunctis sancium cst, videlicet ut in monasteriis, ubi congregatio fratrum est, nec minus hoc perficiatur. Sed in cellis ubi non plus quain quinque aut tres commorantur, si tot pauperes reficere nequeunt, saltem vel quot

Cluniacensis or Dalmating SANCTI HUGONIS EPISTOLÆ.

EPISTOLA PRIMA.

AD WILLELMUM I ANGLORUM REGEN. Regi supplicando petenti ut sex ad eum monachos, sub annua pro singulo centum argenti librarum pensione, mitteret, respondet petitionem ejus, ut venalem et quasi Simoniacam, omnino rejiciendam. (Anno 1078.)

[Bibliotheca Cluniacensis, p. 453.]

Petitio vestra, domine rex, descendit ex bona voluntate, qui vultis gentem vobis a Deo traditam ad salutem suam ordinare. Verum sicut dignum est vestræ majestati quod poscitis, ita quod injungitis, incongruum est nostræ saluti, ut animas quas in periculo animæ meæ, et capitis mei suscepi, vendam terreni mercimonii cupiditate, et mittam in perditionem, aut generalem aut specialem, videlicet ubi C aut omnes, aut aliqui corum percant, et ego pro illis rationem Deo reddam, apud quem nihil valet aurum, nihilque prodest argentum, aut argumentum vanæ excusationis. Quomodo ergo faciam pro ullo munere, quod si facerem pro toto mundo, mihi parum esset, cum pro uno ex eis perdito perirem? Quid enim proficit homing si universum mundum lucretur, scipsum autem perdat, et detrimentum sui faciat? lgitur, charissime domine, hoc nolite a me quærere quod facere nisi cum perditione mea non possum, quia nullo pretio volo animam meam venundare, quam profecto venalem darem, si unum ex fratribus mihi commissis mitterem ubi illum perderem; et li-Lentius ego pecuniam darem pro comparandis monachis quibus valde indigeo, per diversa loca a me ordinanda, quam pro eorum venditione acciperem. Quod enim capitulum nostrum in partibus illis timerent, ubi nullum viderent nostrum monasterium, D al cujus portum applicare valerent vel constringi possent? Aliud itaque jubete, et sustincte hoc patienter, si non potest fleri cum salute amici vestri quod petistis. Valete.

EPISTOLA II. AD MOISIACENSES FRATRES. (Anno 1078.)

[Mabill. Annal. Bened. V, 130.]

Dulcissimis et amantissimis fratribus ac filiis, su patrocinio beatorum apostolorum Petri et Pauli apud Moisiacum degentibus, fratri HUNALDO abbati, saluten animarum et corporum et æternam benedictionem.

Noveritis, filii charissimi, qualiter vos semper dileximus, quamque speciali amore locum illum pra omnibus congregationis nostræ locis habuimus et honoravinus. Hoc namque privileginm vobis et loco vestro semper concessimus et concedimus, ut in amore et honore atque memoria congregationia nostræ speciales sitis. Unde, filii, rogamus, ut nostri memores, Dominum super omnia diligatis, timestis, honorelis, eique gratias super beneficiis suis agalis. Licet enim vobis plures supervenerint anxietales, ejus tamen misericordia non defuit vobis, in bouis augmentum præstans, et in necessitatibus solatium. Idcirco, charissimi, ipsum in omnibus et super omnia præ oculis habetote; dominis nostris summis apostolis servire non cessate; ordinem vestrum et sacram religionem, sanctamque obedientiam cum summa diligentia custodite. Pensate quam nihil sit quidquid in mundo cernitis. Cogitate cum quanto sudore laborandum, ut possit illud evadi terribile judicium, et perveniri ad gaudium nunquam finiendum. Dominus abbas, quem vobis præfecimus, vir bonæ intentionis et religiosus, nobis et fratrils nostris non parum charus, satis se laudat de volis. Unde gaudemus, et ut magis magisque ipsum diligatis, bonoretis eique devote obediatis, utpote tam glorioso viro, volumus et admonemus. De cælero commendamus vos omnipotenti Deo, qui vos benedicat, et adjuvet, et protegat, et ab omnibus peccatà absolvat, vobisque perseverantiam in sancia religione tribuat et post hanc vitam, precibus et me- A ritis summorum apostolorum, quibus deservitis, vos ad æternam perducat, amen. Et quia vos corporali aspectu videre non possumus, spirituali nos videamus. Orate pro nobis et pro fratribus nostris.

EPISTOLA III.

AD ANASTASIUM EREMITAM. Ut ad monasterium redeat hortatur.

Anno 1086.)

[MABILL. Act. Bened. IX, p. 491.] Dilectissimo filio ANASTASIO, frater Hugo, peccator, salutem, et in beatam resurrectionem, gloriosam electorum societatem.

Miror, charissime fili, quod jam diu de vobis nihil andivi, nullamque de vestra vita cognitionem accepi : unde mando vestræ dilectioni, ut si bonum videtur vebis, descendatis ad visitandos fratres, ut sicut-dixi desiderabilis præsentia vestra corroboret et exhortetur ees (140).

EPISTOLA IV.

AD URBANUM II PAPAM. Adversus Robertum, abbatem S. Remigii. (Anno 1097.)

[MARTINE, Amplias. Collectio, t. IV, p. 999.]

Amantissimo et reverendissimo Patri sanctæ atque apostolicæ sedis summo pontifici domino papæ Unnano, frater Hugo Cluniacensis cum tota congregatione vestra continuas et devotissimas devotionis orationes et perpetuam pocem.

С Multi, o domine Pater, justis ac necessariis causis existentibus, cupiunt dignam vestram adire præsentiam, sed impediuntur variis difficultatibus obsistentibus. Unde et aliqui corum saltem ad nos veniunt, quasi ad domesticos vestros, si quomodo eis consulatur vel subveniatur illorum necessitatibus. Inter quos domnus Manasses Remorum pontifex, vester humilis Alius, noster quoque devotus amicus, quep et in alia epistola vobis commendavimus, conquestus est nobis de Majori-Monasterio, in ecclesia B. Remigii se quemdam monachum ordinasse, et longe aliter quam sperabat de ejus irreligione maximum in loco damnum provenisse. Petiit auten ut interpellaremus inde vos; sed quia domnus Huco Lugdunensis archiepiscopus omnem ordinem rerum vobis D significavit, sicut audivimus, reverentiæ suggerimus ut si ad vos venerit idem monachus, prudentiam vestram nullis circumveniat calliditatibus, sed fariatis ei secundum sapientiam quam a Deo habetis. Reverentissimam ac dilectissimam nobis paternitatem vostram Dominus Christus sanam et incolumem nobis conservet et universæ Ecclesiæ.

EPISTOLÆ V-VII.

AD S. ANSELNUM.

(Exstant inter epistolas S. Anselmi, epp. 17, 79, 80, libri 1v, hujus voluminis coll. 210 et 241.)

(\$40) Hic desunt aliquot verba quæ legi non potuerunt.

EPISTOLA VIII.

AD PHILIPPUM REGEM.

Ex singulari familiaritate, regem, ut abdicato regno monasticam vitam arripat, adhortatur.

(Anno 1106.)

[ACBERY Spicil., t. 11, p. 401.] Domino PHILIPPO, Dei gratia Francorum regi, frater Hugo, Cluniaccusis abbas, cœlestis regni dignitatem et gloriam.

Sicut vestræ sublimitatis prudentia recognoscit. sponteque fatetur, nullo unquam tempore, vel dignitati, vel coronæ, vel amplitudini vestræ contraire conati sumus, nec honorem vestrum, aut gloriam. aut majestatem, in quoquam minui seu defraudari optavimus, sed ea potius quæ istis contraria sunt, quibusve ista corrumpi possunt, longe a vobis semper fore fide non ficta et optamus assidue et oramus : et si quid horum, videlicet contrariorum ac corrumpentium ex humana vobis tentatione atque infirmitate inhæsit, illud Deus amoveat, illo vos purget, illo vos ad plenum emundet. Quia vero mansuetudo vestra ex multa qua vos præditum scimus humilitate ad hoc se non dedignatur inclinare, ut quod restat temporis, nobiscum se unanimem ac concorde vivere velle fateatur, suamque nobis benevolentiam offerens, nostram devote reposcat, id gratulanter amplectimur, et super hoc corde benevolo exsultamus, dicentes : Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Et quoniam Deus januam nobis dulcis familiaritatis ad vos de se alloquendum aperuit, nunc vobis primum aperimus, quod de vobis non nunc primum cogitare cœpimus et optare; ut propensiorem affectum et intentionem majorem amodo habeatis ad bonum, ad verum dico bonum, ad summum bonum, quod Deus est. O magne amice, recordamini quia me aliquando interrogastis an aliquis unquam de regibus factus fuerit monachus. Respondi, etiam. Sed etsi de nullo alio certi essemus, solius sancti Guntranni Francorum regis exemplum sufficeret, qui, relictis sæculi pompis, et vanitatibus, et illecebris, factus est monachus imitans illum qui, cum dives esset, pauper pro nobis factus est, ut sua nos paupertate ditaret. Igitur si vos regnum delectat, et potestas, et dignitas, imitamini quod auditis; quia sic et vere rex, et vere potens, et vere dignitatis compos, et perenniter dives esse poteritis. Moveat etiam vos ac perterreat contemporalium vicinorumque vestrorum, Willelmi (141), dico, Anglorum regis, et Henrici imperatoris (142), lamentabilis casus plangendusque interitus : quorum alter unius sagittæ ictu, non in bello, sed in hosco sub momento temporis interiit. Alter inter multos angores gravesque grumnas, quas diu sustinuerat, nuper, sicut vos audivisse jam credimus, defecit. Qui quomodo nune se habeant, quidve sustineant, quis hominum novil? Propter quod, o rex amicabilis, apprehendite jam

(144) Willelmi Ruzi.

(142) Henrici IV.

tum consilium animæ vestræ; ne, quod Deus avertat, contingat vobis, sicul præfatis regibus contigisse dolemus. Sunt enim casus vitæ humanæ innumeri, innumerabilia mortium genera. Et horrendum est incidere in manus Dei viventis (Heb. x, 31). Igitur mutate vitam, corrigite mores, appropinquate Deo per veram pœnitentiam et conversionem perfectam. Quam videlicet pœnitentiam, vel conversionem, nec faciliori, ut credimus, nec certiori via potestis apprehendere, quam, quod multum volumus et optamus, monachica professione. Ecce principes apo -

ad plenum timorem Domini, assumite sanum et tu- A stolorum, judices imperatorum et regum, et orbis, beatus Petrus et Paulus, parati sunt recipere vos in domum suam hanc, quam Patres nostri asylum pænitentium nominaverunt. Et nos parati sumus vos ut regem habere, ut regem tractare, ut regi servire, et pro vobis regi regnin devotius supplicare, ut vos propter se ex rege monachum, ex monacho in regem per se restituat; non jam in brevissimo alque pauperculo terræ angulo, tempore modico dominautem, sed in amplissima ac felicissima coeli latitudine secum sine fine regnantem. Amon.

EPISTOLÆ DIVERSORUM AD S. HUGONEM.

С

S. PETRI DAMIANI. (Vide Patrologia tom. CXLIV.

П.

S. GREGORII PAPE.

'Vide Patrologiæ tom. CXLVIII, Registri lib. 1, cpp. 14, 62; l. 11, ep. 49; l. v, ep. 21; l. vii, epp. 17, 33; l. viii, ep. 2.)

III.

URBANI II PAPÆ. (Vide Patrologiæ tom. CLI.)

17.

COFFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS. (Vide tomum CLVII.)

V.

PASCHALIS II TAPE.

(Vide infra ad an. 1118.)

VI.

HENRICI IMPERATORIS COGNOMENTO NIGRI.

Cratias Labe' Hugoni de restituta ejus orationibus sanitate. Rogat abbaten ut e sacro fonte filium suscipiat.

[Spicil. ubi supra, p. 396.]

HENRICUS, Dei gratia Romanorum imperator Augustus, Hogoni, venerabili abbati Cluniacensi, gratiam et salutem.

Visis sanctitatis tuze litteris, admodum gavisi sumus. Tuas tanto libentius suscepimus, quanto ferventiori studio divinæ contemplationi te inhærere novimus. lu quibus quoniam te dixisti nimium D exsultasse de reddita nobis sanitate, de concesa colitus filii adoptione, gratec paternitati tuze referimus, grates ex intimo corde persolvimus. Id etiam, non tam summopere mandamus quam humiliter deposeimus, ut tua apud clementissimum Dominum nostrum jugiter non desit oratio, pro reipublicæ commodo, pro totius regni honore, pro nostra nostrornmque salute, ut divinitus nobis collata prosperitas, Ecclesiarum et populi totius pax possit esse et tranquillitas. Quis enim sapiens tuam orationem,

B tuorumque non exoptet? Quis insolubili charitetis vinculo retinere non ambiget? quorum oratio tanto purior, quanto ab actibus seculi remotior, tanto dignior, quanto divinis conspectibus exstat propinquior. Quod autem te pro longinquitate itineris negasti potuisse venire, sicut jussimus, quanquam gratanter tuum suscepissemus adventum, eo ignoscienus tenore ut in Pascha ad nos Coloniam veniar, si est fieri possibile, quatenns, si audennus dicere, eumdem puerum de quo, ita lætatus es de sacro fonte susciperes, et spiritualis pater tuz benedictionis munere signares, sicque simul expiati fermente delictorum Paschali solemnitate mereamur perfrui azymis cœlestis gloriæ,

VII.

IMPEBATRICIS AGNETIS, HENRICI NIGRI UXÒRIS.

Orat ut pro defuncto imperatore preces Deo offerat. [Spicil. ibid. p. 397.]

Dilectissimo Patri et omni acceptione digno Hucont abbati..... guæque modo Deo jubente fit, salutem et devotum obsequium.

Quia in luctum versa est cithara mea, pro gaudio gemitum, pro exsultatione, quam litteræ vestræ fecerant, refero lamentabile planetum. Cor tamen mærore tabidum refugit ex toto referre. Quapropler et quia velox fama malorum, ut credo, meum vobis dolorem nuntiavit, precor ut dominum meum, quem diutius in carne servare noluistis, saltem orando cum vestro conventu defunctum Deo commendetis, filiumque vestrum diu sibi hæredem fore ac Dro dignum obtineatis, et turbas si quæ contra enm in vestris vicinis partibus regni sui oriuntur, ctiam consilio sedare studeatis. Vale, Pater.

VIII.

HENRICI IV IMPERATORIS PRÆCEDENTIUM FILII-

Abbatem precatur, ut illum inviset, quo pacem inire possit cum summo pontifice.

[Spicil. ubi supra, p. 397.]

HENRICUS, Dei gratia Romanorum imperator, Augustus, Hugoni reverendo abbati, quod filius Patri.

Diu est, domne ac Pater, quod iufirmum vestrum A sicut solebatis non visitastis, et quod adhortationum et consolationum fomentis contritum vestrum non curastis. Sed proinde pietati vestræ non æstimamus derogandum, sed totum iniquitatibus nostris imputandum, quia fortasse Spiritus Domini prohibuit, ne propter infructuosam arborem sanctitas vestra fatigari debuerit. Verum quoniani tempus est omni rei sub coelo, et sicut tempus est irze Domini, ita et misericordize ejus; quam vicissitudinem szepius in Israelitico populo animadvertere possumus, qui peccans a Domino puniebatur, prenitens dignus venia judicabatur, sicut plane factum est quando a Nabuchodonosor muri Jerusalem destructi sunt, templum Domini dirutum, populus captivus ductus est, quando flia Sion sedit per septuaginta annos sine rege, sine B sod etiam mira sevientium inimicorum odia, tuam sacerdote, sine sacrificio. Sed rursum quando coeli distillaverunt misericordiam Dei, sub Cyro rege Persarum laxata est captivitas, rediit populus, Jerusalem reædificata, templum reparatum, et cæremon'arnin ritus ex integro est restitutus. Si ergo, sicut Apostolus loquitur, hæc omnia in figura contingebant illis, nos qui similem in destructione ecclesiastica religionis, Domini diu sustinuimus iram, quare in reparatione ejusdem religionis similem non speremus misericordiam? Hoe itaque exemplo animati notum facimus screnitati vestræ quod, pro reparatione ecclesiarum, que nostris temporibus nostris peccatis, heu! corruerunt, omnibus modis, prout Deus vires dederit, volumus laborare et sanis consiliis omnium bonorum amodo acquiescere, si quo ^U modo valcamus dispersa colligere, et Liantia cunco schismatis, unionis glutino coadunare, atque ruinam Ecclesiæ, quæ per nos facta est, pacis et justitue instauratione recompensare.

Præterea significamus vobis quod, si Deo propitio regnum et sacerdotium in unum recolligere poterimus, post confirmatam pacem, ire Jerusalem disponimus, et videre sanctam terram in qua Dominus noster in carne visus est, et cum hominibus conversatus est : ipso propitio valde desideramus, ut ibi expressius eum adoremus, ubi eum alapas, sputa, flagella, crucem, mortem, sepulturam, passum esse pro nobis cognovimus. Hæc autem omnia propterca sanclitati vestræ indicamus, ut enixius pro nobis n rum ita a nobis separatus est ut, omnimode nos oretis, et nos Deo cum sancto collegio fratrum vestrorum attentius commendetis, ut ipse qui nos bonæ voluntatis prævenit misericordia, ad fructuosum effectum nostra dirigere dignetur opera.

IX.

RENRICI IMPERATORIS PRÆDICTORUM FILII. Conqueritur de filio quod in illum insurrezerit.

HENRICUS, Dei gratia Romanorum imperator, Augustus, charissimo atque dilectissimo Patri Ilugoni, ct universis sanctis fratribus Cluniacensis coenobii, dulcem filii affection, ac devotum fratris, imo servi obsequium.

Quia tuam semper pictatem et paternam erga nas sollicitudiuem benigne experti sumus, its ut de multis sæpe periculis tuis sanctis erationibus credamus nos liberatos, idcirco, Pater charissime, ad te post Deum quasi ad singulare refugium nocessitatis nostres recurrimus, et, ut apud te saltem miseriarum nostrarum solatium inveniamus, humiliter exposeimus. Et utinam nobis contingeret faciem team angelicam corporaliter videre, ut tuis affusi genibus caput nostrum, quod de fonte salutari suscepisti, in sinum sanctitatis tuxe familiariter possemus reclinare, ibique peccata nostra deflendo -multitudinem tribulationum nostrarum per ordinem "enarrare! Sed quia talem nobis consolationem invident non solum longa terrarum interjecta spatia. paternitatem omni devotione obsecramus, quatenus nostræ humilitatis litteras nihil falsitatis aut simulationis, Deo teste, continentes, non dedigneris suscipere, et attente et misericorditer intelligere. monstrum inauditæ traditionis nostræ. Quam quidem ut magis mirandum sit, non tam domestica vei inimica manus (nam si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo) quam etiam filius uteri nostri unice nobis dilectus, impie, inhumane, et indigne in nos excreuit, ita ut non absque dolore vel ingenti admiratione possimus clamare ad Deum voce illa Psalmistæ regis, a facie non dissimilis filii fagientis : Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?.

Scire enim te credimus, quia audisse non dubitamus, quanta affectione, et intima cordis dilectione. contra voluntatem multorum, eumdem filium nostrum exaltavimus usque ad regni solium, qui in ipsa ciectione sua nobis juravit Moguntiæ vitam et salutem personze nostrze; et quod de regno et omni honore nostro, et de omnibus quæ habehamus, vel habituri eramus, nullomo:lo se intromitteret, me vivente, contra voluntatem et præceptum nostrum. Iden quoque super crucem et Dominicum clavum cum lancea, coram omnibus principibus, nobis juravit, cum intronizatus fuisset Aquis. Verum his omnibus posthabitis et oblivioni traditis, consilio perfidorum, et perjuratorum mortaliumque inimicorum nostropersegui tam in rebus quam in persona cupiens, nos privare regno et vita ab ea hora semper intenderet. Cœpit enim castra nostra obsidere, et prædia nostra usurpare, quotquot potuit, tam de familia, quam et alios sibi contra pos sacramento alligavit. Proh dolor! cum de die in diem exspectaremus, ut tactus dolore cordis intrinsecus humiliatus resipisceret, magis ac magis furore perfidiæ accensus, nihili péndens Dei timorem et paternam' reverentiam, non dubitavit nos de civitate in civitatem persequi, et omnia nostra pro posse invadere.

Sic venimus Coloniam. Proinde cum ipse in proxima Nativitate Domini disposuisset colloquium apud Moguntiam, congregatis fidelibus nostris cæpimus

illuc ascendere. Quo audito, occurrit nobis obviam A quod liberationis nostræ nullum esset consilium-'in locum qui dicitur Confluentia ; ibi cum nihit vi contra nos posset agere coepit laborare astutia, dolo et omni arte. Misit namque nobis nuntios suos ut seeum loqueremur; nos autem, accepto consilio nostrorum Adelium, annuimus. Postquam vero illuc convenimus, statim procidens ad pedes ejus coepimus pro solo Deo el ánima sua affectuosissime rogare, ut vellet jam cessare ab inhumana patris persecutione. Ille autem econtra sub specie et velamine pacis et conventionis, provolutus ad pedes 'nostros lacrymando rogabat et obsecrabat nos, ut 'fidei et animæ suæ nos committentes, que... (143) nostrum et caro nostra erat, non dubitaremus cum eo ad præfatum colloquium ... Moguntiam, illuc nos ipse duceret omni certitudine securitatis, et cum B principibus, quanto fidelibus posset, de honore nostro sollicite tractaret, et inde nos, peracto negotio vel infecto, ad locum quem vellemus securissime reduceret. His omnibus auditis et intellectis. collandantibus nostris, commisimus nos fidei el animæ ejus, dicentes : Committimus nos animæ tuæ sub ea fide qua Deus voluit filium diligere patrem. Ille vero data dextra sub cadem Ade salutis et honoris nostri nos securos reddidit. Hac igitur fiducia nihil dubitantes, remisimus nostros ut ad præfatum colloquium redirent; mandando etiam cæteris fidelibus nostris ut ibidem nostris occurrerent, et sic cum illo profecti sumus.

Cum autem essemus in media via, nuntiatum est nobis privatim quod traderemur. lioc cum ipse C sciret nobis relatum esse, cœpit jurare et detestari nullomodo esse verum, recipiens nos iterum sub præsata fide. Deinde in sequenti die circa noctem , pervenimus in locum qui dicitur Binga. Mane autem facto circumvenit nos armorum strepitu, et omni genere terroris, dicens se nos nolle ducere Moguntiam, sed ad castrum quoddam. Cum igitur provolveremur ad pedes tam suos quam aliorum, ut, secundum fidem datam, nos duceret Moguntiam, vel nos dimitteret liberos abire, redituros in termino quem disponeret omni certitudine securitatis, responsum est nobis quod nihil aliud liceret nobis facere quam ad præfatum castellum ire. Quid pluduxerunt, ibique, retrusi arctissima custodia, traditi sumus mortalibus nostris inimicis, exclusis comnibus nostris præter tres laicos, nec etiam relictus est nobis sacerdos, cum de vita nostra desperaremus, a quo possemus corpus et sanguinem Domini pro viatico accipere, et cui possemus peccatorum nostrorum confessionem facere. Ubi etiam afflicti sumus fame et siti, et omni genere contumeliæ et terroris, usque ad ipsum articulum mortis, ita ut certissimum nobis esset nos ulterius non posse vivere, quantum in ipso erat, nisi volunta i ejus satisfaceremus. Interea mandatum est nobis

nisi extemplo daretur et crux et lancea, cæteraque regalia insignia. Cum ergo indubitanter intellexima a nos nullatenus aliter quam hoc modo liberari posse. mandavimus illis qui erant in castello ubi regalia habebantur, ut saltem hcc modo vitam nobis redimerent. Qui periculum vitæ nostræ intelligentes, præfatam crucem et lanceam cum aliis insignibus, licet inviti, tradiderunt.

His ita (posthabito Deo, et omni jure et justitize) inhumane peractis, eduxerunt nos de horribili carcere in locum, qui dicitur Ingilbeim, juxta Moguatiam, quo venit filius poster cum mortalibus inimicis nostris, et corum multitudine, relictis ferme omnibus fidelibus nostris Moguntiz, ca spe quod nos illuc ad eos deberet ducere. Quibus omnibus hac spe deceptis, in præfato loco iterum producti sumus ad crudelissimas quæstiones, et iniquas exactiones, præsente nuntio papæ, ubi multa inconvenientia, non tam zelo rectitudinis quam studio nostræ damnationis, sunt nobis ab inimicis nostris objecta, quæcunque scilicet saluti et honori nostro potuerunt esse contraria. At vero nos cum postularemus ut liceret nobis respondere et de omnibus objectis, digna ratione satisfacere, illi pro imperio renuerunt, quod etiam barbari alicui servo nom facerent. Cum ergo videremus nobis violentiam et præjudicium fieri, tunc provoluti ad pedes corum cæpimus suppliciter implorare, cum pro Deo, tum pro sue honore, ut hujusmodi quastiones et objectiones differrent usque ad spostolicam scdem, concessa interim nobis dignitate propriæ libertatis, usque ad locum præfatæ sedis, ubi præsente Romano clero et populo, remoto odio et invidia, et cæteris quæ justiliæ sunt contraria, liceret de objectis vel digne purgare, vel humiliter satisfacere. At cum id quoque nobis inhumane denegaretur, et nos deinde mise (144) reremus, si qua spes vitæ ant salutis, vel quæ tandem esset copia liberationis. Tum nobis responsum est quod a gravi captivitate ila..... possemus, si ea exsequi ve lemus, quæ nobis, licet contra jus et honorem nostrum, proponebantur, id est, ut secundum eorum voluntatem redderemus impe ii coronam. Quid plura? Postquam ? ra? Contra omnem voluntatem nostram captivos nos nobis omnia pro voluntate et imperio extorserunt, abeuntes Moguntiam, in eodem loco nos sine benore reliquerunt, eum ecce mandatum est nobi; quod, nisi æternam captivitstem subire vellemus, quantocius discederemus. Quapropter locum ipsum detestantes, navim conscendimus, Coloniam festinauter venimus, et sic gratuita misericordia divince majestatis a crudelibus inimicorum manibus vix liberati sumus.

Sed jam tempus est tam longæ miseriarum nostrarum tragædiæ finem imponere; quam idcirco tuæ, Pater amantissime, pictati deflere curavimus, quia in Deo et in te magna et singularis spes est

(145) Hic corrosæ membranæ.

(144) Ilic etiam corrosa membrana.

nobis consilii et auxilii, salutis et liberationis nostræ. A Unde quod hactenus facere distulimus, nunc toto affectu et desiderio animi totum consilium nostrum tuze fidei committimus, et quidquid de nostra cum apestolico reconciliatione, quidquid de pace et unitate sanctæ Romanæ Ecclésiæ, salvo honore nostro, faciendum esse decreveris, totum nos facturos sine dubio Deo ubique promittimus. Festina ergo, Pater charissime, nobis consulere, nec te pœniteat, quæsamus, etsi non pro filii liberatione, quiz peccavimus in cœlum et coram le, saltem pre mercenarii tui salute laborare. Præterea conquerimus pietati tuze quod filius noster litteris suis mandat ubique regalia omnia sponte nos reddidisse, quod noverit sanctitas tua omnino verum non esse.

۲

RIUSDEN.

Rogat Hugonem ut arbiter esse velit illum inter et papam.

[Spieil. t. II, p. 395.]

HENRICUS, Dei gratia Romanorum imperator Augustus, Hugont, venerabili Cluniacensi abbati, quidquid licet peccator, tamen spiritalis filius, devotius et humilius suo desiderantissimo et dilecto Patri.

Etsi per familiares monachos et fratres vestros tribulationis, et a sæculo inauditæ horribilis traditionis nostræ omnem ordinem vobis propriis litteris, sicut contigit, significare et mandare disposuimus, tamen noluimus prætermittere guin per hos nuntios C vestræ paternitatis sauctitatem, ut publicanus peccatorum suorum refugium, et naufragans salutis portum, desiderantissima devotione deposceremus. Rogamus igitur, venerande Pater, vestræ sanetitatis memorabilem probitatem, quatenus, audita et intellecta nestræ monstruosæ traditionis detestabili miseria, ita charitas Dei quæ in vobis est accendatur pro solo Deo ad defensionem exsecrabilis injuriæ nostræ, quod manifeste appareat sanctitatem vestræ paternitatis solo divino respectu sollicitari pro inauditis tribulationibus nostris. Nos enim coram Romano nuntio, de causa quæ est inter nos et papam, consilio religiosorum viroram voluimus pleniter agere, verum, quia disposuerant nos omnino de hac vita perdere, nullo modo voluerunt nos recipere. Iterum tamen gualitercungae tractati simus, ponimus nos in consilio vestro Patris nostri, aliorumque religiosorum virorum, quos ad hoc habere vultis, ita ut salvo honore nostro totum papæ faciam quod disposueritis. De cætero orationibus vestris me commillo, venerande Pater, et per vos sanctæ congregationi vestræ præsentari rogamus, et corum orationi devotissime commendari.

XI.

ALPHONSI REGIS HISPANIARUN.

Gratiis de Roberto ad se misso actis, ut ejus animæ curam gerat abbas, et censum annuum, jam ipsi a Patre concessum, recipere velit rex exposiulat. [Spicil. t. VI, p. 445.]

Hugoni venerabili et excellentissimo abbati Cluniacensium, virtutum floribus claro, fomite divino suffulto, atque cunctæ dulcadinis mellifluo senjori. quem suæ dignitatis clarificat gradus, nec non cunctæ nobilissimæ congregationi apostolorum Petri et Pauli, Aldephonsus gratia Dei Hispaniarum rex, cum omni devoticne mentis et corporis, suum stillare fascem, veræque charitatis custodiam, vitæque æternæ gaudia, atque perpetuam prosperitatem et salu-B tem, nec non quidquid sublimius, ex intimo corde, amplexibili dilectione, in Domino Jesu Christo.

Quanta te, gloriosissime Pater, devotione diligam. melius, ut deputo, ipse cognoscis, quam aliquis doctor in charta scribere possit, Robertum, quem super omnes monachos teneo excellentiorem et chariorem, vestrumque ex intimo corde fidelissimum confratrem, scientem qualiter tuus amor factus est mihi velut ignis tota die et nocte ardens in corde meo, unde si omnia mihi dedisses quæ in mundo habere potes, puto nihil esse ad comparationem illius boni, quod causa mei particulam tui gregis, quem spirituali fovisti manu, in nostris partibus misisti. Quapropter gratia Domini te illuminante, ego servus servorum Dei, omnino tuæ subjectus pietati, magis ac magis tuam deprecor paternitatem, ut in bono quod coepisti perseveres, quatenus aliquos tuza sanctissimæ religionis domesticos mittere digneris. et ut illum nostrum et vestrum locum, quem tuo sanctissimo fonte incoepisti rigare, repleant tua dulcedine, dum in hoc fragili moveor.

Adhoe scito, sanctissime Pater, censum (145) quem pater meus illo sanctissimo loco Cluniacensi soliuis erat dare, ego, annuente Deo, in diebus vitæ meæ duplicabo, et seriem testamenti composui coram testibus, ut quisque, qui hoc regimen post excessum vitæ meæ accepturus erit guod teneo, guomodo hog censum, quod sanctis apostolis Petro et Paulo, vobis et sanctissimæ vestræ congregationi tribuo, quatenus ipse similiter qui hoc regnum habuerit debito persolvat illo sanctissimo loco; sin autem noluerit, quomodo potestate Dei et precibus beatorum apostolorum Petri et Pauli ipso regno careat. Idcirco, egregie Pater, vestram deprecor fraternitatem, ut hoc censum, quod vobis addidi, propter triticum venundetur, et inde acquiratur, ut illa sanctissima congregatio vitam suam sustentare valeat. Et quicunque hoc censum (quod domnus Robertus noster amicus, vester autem anime et corpore familiaris, mihi die ac nocte addere suasit) in alio loco miserit, nisi, sicut supradictum est, et ut ipse propriq ore vobis dizerit, cum Juda traditore in inferno

30

⁽¹⁴⁵⁾ De hoc censu agitur in Yita S. Hug, supra. PATROL. CLIX.

С

sustinest prenas, et a fronte suis careat lucernis. A Atrebatensis, simulgno instinctu quorumdani prin

Quapropter, egregie Pater, supplici devotione tuam deposco clementiam, huic deprecationi mea benigno sinu favens, quam a te petere ad præsens cupio, vellem admodum, si gratia tui esset, domnum Robertum omnino in nostris partibus adesse, quem summum atque charissimum pro omnibus rebus babeo, qua de causa vellem eum mecum esse in vita et in morte, quoniam illius suffulcior (146), ejusque dulcissimis verbis foveor. Nam scitis pro certo vestro usui esse omne consilium quod agitur erga me, ideoque ut curam mei habeatis rogo, ut nullius causa impedimenti dimittatis quin in nostris partibus omnino eum sinatis habitare.

De Romano autem officio quod tua jussione accepimus, sciatis nostram terram admodum desolutam esse : unde vestram deprecor paternitatem, quatenus faciatis ut domnus papa nobis suum mittat cardinalem, videlicet domnum Giraldum, ut ca quæ sunt emendanda emendet, et ea quæ sunt corrigenda corrigat. Vale.

XII.

CLEMENTIK CONITISS& FLANDRIR.

Invitat illum ad resormandum monasterium S. Bertini, quod Cluniacensi omnino subjiciondum promittit.

(MARTENE, Thesaur. Anecd., t. I, p. 309.)

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Domno Hugoni sanciæ Cluniacensis Ecclesiæ abbati, CLEMENTIA Flandrensium comitissa, beatam cum dextræ partis ovibus portionem.

Quoniam de pietatis vestræ visceribus, Pater reverende, plurimum præsumo, ideireo pro religione in partibus nostris per vos construenda, nunc seriplis, nunc internuntiis, fiducialiter ad misericordiam vestram recurro. Nullum enim opus gratius Creatori nostro fore existimo quam ut hic operam de-

j mus, quatenus locus, qui huc usque plane erat ecelesia maliguantium, ex superni respectus immutations fut gloriosa habitatio Deo servicatium et regulariter ac pie insimul viventium. Et quoniam sancta prudentia vestra mihi scripsit, ut, juxta cujusdam superius dictum, plus rerum exitus quam initium attenderem, vosque discordias procerum, uc ippins loci fratrum vereri, ad id primum audaciser respondeo quod in hoc meo proposito, amnino firma, imo constantissima, Deo teste, perseverabo. zec pro dissensions procerum quæ nulla erit, cum maxime cordi sil emnibus, nec pro controversiis seu contradictionibus fratrum, quas omnimodis ad nibilum rodigemus, a tam sancto opere, tamque pia Intentione, quoad visero, unquam declinabo. Ego igitur Clementia, gratia Dei Flandrensis comitissa. eadem potestate ac stabilitate qua dominus meus, dum adhuc in terra sua esset, quæcunque juris mei sunt ordinans atque disponens, consilio episcoporum meorum, Joannis videlicet Morinensis. et Lamberti

(146) Deest verbum aliqued.

cipum, quos ad hoc meeum disponendum alacriori guidem consilio convocavi, juxta petitionem ipsius abbatis atque voluntatem mihi cœlitus inspiratam, monasterium Beati Bertini, omniaque ad ipsum pertinentia, tam exterius quam interius, et quidquid ad nos ac antecessores nostros ez codem hactenus attineba: Deo et sancto Petro, vobis guoque, ac successoribus vestris per concessionem disecesani episcopi libenter concedimus, et per præsentis paginæ traditionem jure perpetuo donamus, atque pro redemptione animæ meæ, ac successorum meerum, pro salute quoque domini mei Roberti comitis, de cujus voluntate atque assensu super hoc negotio, si forte divina pietas cum reduxerit, certissime suum B locum illum secundum tenorem litterarum domni papæ perfecte vobis subjiciemus, ita etiam ut abbas a vobis ibidem ordinatus, si, secundum Regulam sancti Benedicti, et sacras institutiones vestræ Cluniacensis Ecclesia, non vixerit, liberam facultatem removendi, alterumque substituendi habeatis, præsertim cum non aliunde, nisi de Cluniaco, quemquam deinceps ibidem liceat præcsse. Hæc autem omnia concessa et tirmiter collaudata sunt sub testimonio episcoporum supramemoratorum, Joannis Tarvanensis, et Lamberti Atrebatensis, ac optimatum meorum, scilicet Roberti de Bethunia, ipsica abbatiæ advocati, atque Balduini ejusdem villæ castellani, nec non Baldrici magnæ probitatis viri. Ad vestram ergo prudentiam atque sanctitatem spectat locum illum pro amore Dei ex vestris religiosis personis ac honestis viris quibus abundatis sic ordinare, quatenus malitia inibi diuties jam Inolita penitus exstirpetur, atque in vita morumque honestate ibidem conversantium nomen Domini per omnia ab omnibus glorificetur. Amen.

XIII.

ROTGERII COMITIS FULENSIS.

Concedit Hugoni locum Saneti Saturnini Fredelaensis monasticis institutis informandum.

(MARTENE, ibid., col. 311.)

Domno Hugoni abbati Chuniacensi, Rotcentes comes de Foys, et uxor ejus Anna, et omnino servi pro posse sui a Salvatore suo, salutem et D opem.

Notum est nobis, Pater et magister animarumque pastor, teste humano genere passim quotidie obeunte, non nos semper corporaliter vivere posse. Ideo consilio inito inter nos ad remedium et nostrarum salutem animarum, remissionemque quæ egimus pecextorum, ex hæreditate, quam in præsentiarum possidere videmur, transitoria, dare volis partens jam disposuimus, ut perpetuam mercamur cum Domino mercedem, qua post corporum finem nostrorum in coelesti feliciter vivamus requie. Quod quoque vestri ordinis meritis et precibus credimus acquirere superabundanter quam petimus Christi-miscricordiæ affluentia desuper nobis pie lapsura, cui in nobis A vos fiducialiter cum prædicta donatione committemus. Verbi gratia Domino Deo Creatori ac Redemptori nostro Jesu Christo, genitricique ipsius sanctæ Virgihi Mariæ et apostolis sanctis Cluniacensis cœnobii Petro et Paulo, nec non tibi, Hugo, sancte viventi, famosissimo per orbem Cluniacensi abbati, ego R. et conjux mea pro acquisitione vitæ æternæ concedimus, cum omnibus ad se pertinentibus, cum assensn et ultroneo consensu comitis Tolosani, locum Sancti Antonini, qui vulgo vocatur Fredeleiz, quatenus ibi monastici habitus, te statuente. regularis inseratur ordo, ad provectum profectumque nostrarum omniunque fidelium animarum.

XIV.

WIGONIS COMITIS.

Honorem de Visilia ipsi concessum fuisse scribit, rogatque pro adversariis indulgentiam.

(MARTEN., ibid.)

Seniori suo dilectissimo domino Hugoni, Cluniatensi videlicet abbati sanctissimo, dominorumque meorum fratrum Cluniacensium sanctissimo conveny tui, ego Wigo, ut dicitur, comes, fidelia famulamina.

Sauctitatem vestram scire volo quia honor de Visilia, qui vobis a prædecessoribus meis jamdudum fuerat datus, nunc a me, cum consilio procerum meorum prudentiorumque canonicorum Gratianopolitanorum, assensu scilicet Rostagni, Wigonis, qui multum pro vobis in hoc negotio laboraverunt, multaque ab adversarlis vestris adversa perpessi sunt, nec non et aliorum, videlicet Adonis, Acardi et Adalberti, qui hoc donum constanter laudaverunt, in præsentia quoque fratrum vestrorum de domina vobis perfectius est deditus, monachis quippe vestris ibi positis, adversarii vestri, qui fraudulenter præfatum honorem sibi rapuerant, inde expulsi sunt. Quamebrem pictatem vestram votis omnibus exoro, ut patris mei adversom vos offensum absolvere curetis, ejusque memoriam, sicut sibi esse necessarium scilis, et vos habere dignemini, et monasteriis vestris, quemadmodum de vestris monachis habendam percipiatis. Pro me autem vos Dominum deprecari admodum exposco, quatenus de sublimitatis bonore mihi commisso sibi placere merear. Illi vero duo milites fratres Arnaldus et Wigo, sub quorum potestate prædictus honor habetur, qui vobis olim D sidium! de eo resistere videbantur, nunc autem plenius inpendunt, et se impensuros monachis de vestris ⁾ibidem commoraturis pollicentur, nibilominus ut ipsis culpam dimittere, et de patris et matris eorum mominisso debeatis. Valete.

XV.

WIDRICI DANOBRIENSIS.

Offert Hli cellam S. Christophori de Magno-Vice. (MARTERE, ibid., col. 312.)

Venerabili abbati, ac totius: religionis docore adornato Patri Bucom Chuniacensi, senior Winstews Dunobriensis, et Gzaa conjux ejus, atque ipsorant due filii, Baabunus et Ramaatous, dovotum famula; men atque æternæ felicitatis munus.

vitam agimus, auxilio Dei, consultuque suorum fidehum de salute animæ aliquid pro posse disponere volumas, quatenus in futuro remissionem delictorum et vitam perpetuam percipere mercamur. Est nobis in prædio proprio in villa, quæ vulgo dicitur Magnus Vicus, capella quædam in honore Christi martyris Christophori constructa, quam procurat quidam monachus, Walterius dictus, asserens se vestrar subjectionis esse per omnia. Inibi, Deo cooperante. per merita prædicti martyris plurima flunt miracula. Jam ibi contradidimus tantum araturæ terræ, quantum potest octo bobus ad arandum sufficere. Dedihuic ecclesiæ unam salinam sedem, et unam patellam; uxorque mea unam patellam perpetuo jure, et R dabimus adhuc, nostrique successores. Non parum vobis videatur, damus ecclesiæ Cluniacensi annuatim, festo sancti Andrese, carratam salis, et, si Deus rem multiplicaverit, emendabimus et nos vobis in donis. Oramus sanctitatem vestram ut præfatum locum velitis in cura vestra et subjectione pro Del amore suscipere, ut per vos nomen Domini laudetur ubique. Jam enim in præfato loco monachilia habitacula honeste sunt incæpta, quæ perficientur, Deo annuente, instanti cura. Mittimus litteras nostra parte beatitudini vestræ, ut notificetis nobis guid super boc velitis facere. Nolumus enim usque pactionem ex bac re facere, donec rescierimus si nos velitis in hac petitione exaudire. Hoc sciat pietas vestra, quoniam, si vobis placuerit suscipere, nullum jus, seu advocationem, nec ego, nec posteritas nostra, volumus relinere. Alioquin, si nolucritis, consilium quæremus in aliis locis, sed libentius apud vos conversio esset nobis. Valete semper.

Inter spem metumque positi, dum hanc labilent

XVI.

AMELII ABBATIS AURILIACENSIS.

Committit ei cellam Cariacum reformandum. (MARTENE, ibid., col. 313.).

Summe felicitatis, ac totius prudentiæ fulgore olarissimo, quin etiam venerabilis disciplinæ studiis eruditissimo, domno videlicet Hucom jure jaris abbati Cluniacensium, utinam suorum minimus monachorum AMELIUS, licet indignus, abbas Aureliacensium, munns æternitætis optimum ac divinum præsidium 1

Cum videamus, Pater charissime, totius orbis, suæ redintegrationis gratla, cœnobia consurgere, de nostri quondam sanctitate famosi contritione conquerimur quam maxime. Cæterum eum ad plenum, quod majus est, nostrum cœnobium reparare nequimus, saltem quamdam ex nostris cellulan, quæ Gariacus diciur, tuæ ditioni committimus, eo teuora acilicet ut jam prædictæ cellulæ fratres ex tuis regulares adhibeas, qui ibi hactenus fratribus enormiter viventibus studia disciplinæ regularis exbibeant, ac endinem bene vivendi attentius expediant, quatenus tua gratia ibi fratrum degentiam animæ post bujus vite terminum futuræ, statim prespera mereautær accipere. Quod sfquidem tu times, ut aut ego, aut

B

quilibet de præsentibus, ac de futuris nostri cœno- A vitute et ditione immunem, cum omnibus outpine biorum fratribus de tua disciplina (quod quidem absit!) quandoque aliquid defraudare tentaverint, tuo totum per quod ab illa præsumptione resipiscant, committimus examini. Quod si facere renueript, sicut tu temet decrevisti... ac si sancimus perenniter, quo jam prædictæ illius cellæ fratres, aut priores aliqui, Romanum adeant pontificem, ut auod per te successoremque tuum charitative emendare voluerint, licet inviti, suo judicio emendare pon desinaut. Vale. Vale.

XVII.

THEOBALDI CONITIS CAMPANIE. Offert Theobaldus comes filium ut aquis salutaribus B. Hugo abluat.

(Spicil. t. VI, 449.)

In nomine sanciæ et individuæ Trinitatis, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Hugoni venerabili abbati, et Cluniaco monasterio atque Cosseiensi, domnoque Gozechino reverendissimo ejus loci præposito, corunque successoribus, TETBALDUS Dei gratia Francorum comes, et uxor ejus Adelaidis, cum filiis snis in perpetuum.

Quoties omnipotenti Deo honorum omnium largitori quædam, licet päuca, laudis suæ usibus profutura conferimus, sua sibi reddimus, non nostra largimur, quatenus liec agentes simus non de nostris muneribus elati, sed acceptis a Deo muneribus non ingrati; nihil quidem magis ingratum est, et a Christiana pietate constat penitus alienum quam ei non saltem in minimis pro parte aliqua ministrare, a quo C non solum præsentibus temporalium rerum corpore sumus effecti sublimes, verum futurorum bonorum per ipsius largissimam miscricordiam in æternum optamus fieri hæredes.

Scientes ergo quia fiducia magna est apud Deum eleemosyna facientibus cam, co inspirante et donante, amicos nobis in præsenti facere cogitamus, a quibus post hanc vitam in æterna tabernacula recipi mereamur. Quapropter ego Tetbaldus, et uxor mea Adelaidis, sanctitatis et religionis, quæ penes sanctum vestrum collegium nostris temporibus di vina gratia largiente potior celebriorque habetur, fide et devotione permoti, imo Dei inspiratione communiti, Odonom filium nostrum sacræ regenerationis mysteriis innovandum a vestra paternitate destinavimus, rati, superna dispensante clementia, sibi non inane futurum religiosiores quam ditiores in Christo habuisse parentes, ad cujus gratiæ et defensionis nostræ propensiorem effectum, efficacioremque profectum, nostrorum stians redemptionem peccatorum, in servitium et gloriam Domini nostri Jesu Christi, sanctorumque apostolorum Petri et Pauli, sanciæ paternitati vestræ, et monasterio Cluniaco, voto ac traditione solemni perpetualiter concedimus et d'manus quamdam in nostro allodio villam, que Constacts dicitur, cum ipso allodio, co per onmis que nos cam hactenus jure et polestate tenuimus, ab quini sellicet aliquorum hominum ser-

ad eam juste pertinentibus, id est, terris cultis et incultis, pratis, silvis, aquis aquarumqne excursi bus circumquaque de jure ipsius potestatis existentibus; servis quoque et ancillis, capitecensis, rel aliter se habentibus, cæterisque redditibus cunctis, atque consuetudinibus justis et actionibus, nollo prorsus ad mos respectu consultudineve retenta, j aut debita servitutis aliqua pensione sive exactione. modo quolibet exhibenda, quatenus universa, tana nobis quam a ministerialibus et servientibus postris in tota illa possessione, cujuslibet oppressionis aut inquietudinis occasio modis omnibus amputeur; Deo autem inibi militantes cum omni pace et tranquillitate libera Domini servitute fruantur. Quibus insuper auxiliarem manum nostram ubicunque et adversus quoscunque indigerint, vel ratio postulaverit, tam præsentissime quam humanissime senper promittimus affuturam.

X VIII.

RAYMUNDI GALLORCIJE ET HENRICI PORTUGALLIE CONITUM.

Mittunt exemplar sæderis amicitiæ inter se initæ, et pactorum de partienda successione soceri sui Alphonsi Castellæ ac Legionis regis.

(Spicil. t. III, p. 192.)

Domine atque reverentissimo Cluniacensi ablati Hosom, omnique beati Petri congregationi, RAINONDO comes ejusque filius, et HENRICUS comes ejus familiaris, cum dilectione salutem in Christo.

Sciatis, charissime Pater, quod postquam vestrum vidimus legatum, pro Dei omnipotentis atque besti Petri apostoli timore vestræque dignitatis reverentia, quod nobis mandastis in manu domni Dalmatii Geret fectmus.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Pigus integræ dilectionis, quo conjuncti sunt in amore Raimundus comes, comesque Henricus, et hoc juramento.

Ego quidem Henricus absque ulla divortii falsilate tibi comiti Raymundo membrorum tuorum sauitatein, tuæque vitæ integram difectionem, tuique carceris invitam mihi occursionem juro. Juro etian quod, post obitum regis lidephonsi, tibi omni mede contra omnem hominem atque mulierem hanc totam terram regis Ildephonsi defendere fideliter ut domino singulari alque acquirere præparatus occurram. Juro etiam si thesaurum Toleti prius te babuero, duas partes tibi dabo, et tertiam mihi retinebo: Amen.

Et ego comes Raymundus tibi comiti Henrico tuorum membrorum sanitatem, tuæque vitæ integran dilectionem, tuique carceris invitam mibi occursionem juro. Juro etiam quod, post mortem regis lidephonsi, me tibi daturum Toletum terramque totam subjacentem ei, totamque terram, quam oblites modo: a me concessam, habeas tali pacto al sis inde mous homo, et de me cam habeas domino, et postquam illas tibi dedero, dimittas miki espet-

915

STATUTA.

terms de Leon et de Castella ; et si aliquis mibi vel A tibi obsistere voluerit, et injuriam nobis fecerit, guerram simpl, in eum vel unusquisque per se incamus, usquequo terram illam mihi vel tibi pacifice dimittat, et postea tibi cam præbeam. Juro etiam si inesaurum Toleti prius te habuero, tertiam partem tibi dabo, et duas remanentes mihi servabo.

Fiduciam quam comes Raymundus fecit in manum domini Dalmatii Geret :

Si ego comes Raymundus non possum tibi comiți Henrico dare Toletum ut promisi, dabo tibi Gallæciam, tali pacto ut tu adjuves mihi acquirere totam terram de Leon et de Castella; et postquam inde dominus pacifice fuero, dabo tibi Gallæciam, ut postquam eam tibi dedero, dimittas mihi terras de Leon et de Castella. Igitur, Deo jubente, sic quoque sancta Dei Ecclesia piis orationibus interveniat, Amen.

STATUTA SANCTI HUGONIS

ABBATIS CLUNIACENSIS

Pro Alphonso rege Hispaniarum, tanquam insigni benefactore.

ccenobio Domino in fide recta servientibus, tam prasentibus quam futuris, frater Hugo abbas, cuelestis regni præmia et æternæ felicitatis gaudia.

Convenit, dilectissimi, ut sicut nos Patrum nostrorum præcedentium instituta, etsi non ad plenum, tamen, prout possemus, fideliter observamus, ila etiam et vos ca quæ pro communi utilitate fieri decernimus, et devote suscipiatis, et salubriter conservetis, quatenus et vobis meritum obedientiæ, et His pro quibus talia præcipiuntur, præmium sempiternæ salutis accrescat.

Notum itaque sit fraternitati vestra, præcepisse nos de domno Alphonso Hispaniarum rege, nostro fideli amico, qui tanta ac talia bona nobis fecit, et adhuc indesinenter facit, ut neminem regum vel C. p incipum sive priscis seu modernis temporibus, ei comparare possimus, quod scilicet in omnibus bonis quæ Domino largiente in nostro loco, vel in aliis nostro juri subditis acta fuerint, specialem habeat participationem tam in vita quam post mortem.

Præterea dedimus et in vita sua unum psalmum, id est, Exaudiat te Dominus, ad horam tertiam sine intermissione canendum, et ad majorem missam umam collectam, id est, Quæsumus, omnipotens Deus, simili modo, quandiu vixerit. Decrevimus quoque ut in die Cœnæ Domini triginta pauperes pro eo mittantur ad mandatum. Et in die sancto Paschæ centum nihilominus pauperes a camerario pro eo reficiantur. Et super hæc omnia statuimus,

Omnibus fratribus ac filiis nostris in Cluniscensi B ut præbendam quotidianam habeat in refectorio ad majorem mensam, quasi si nobiscum epulaturus sederet, quæ uni pauperum Christi semper tribuatur pro salute animæ ejus, tam in vita quam in morte.

> Huiç quoque mensuræ bonæ, confertæ, simul-es coagitatæ supereffluentiam addere cupientes, dedimus ei in ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli nova, quam ipse de propris facultatibus construxisse videtur, unum altare de præcipuis, quo scilicet divina mysteria ibidem celebrata saluti ejus. valeant suffragari. Cum vero hujus temporalis vitas, cursum debito fine compleverit, exceptis officiis, missis, atque eleemosyujs, quæ pro illo agenda sunt, uno anno in supradicto altari missa specialiter quotidie pro illo canatur. Anniversaria vero diea ipsius ita per omnia agatur, sicut pro domno Henrico imperatore Augusto; ad vesperas scilicet, ad officium, et ad missam omnia signa tangantur, tractus in cappis canatur, eadem missa ad ejus altare decantetur, duodecim pauperes reficiantur, septem diebus justitia detur, excepta quotidiana præbenda, quæ in majori missa semper ponitur, abundans refectio a custode ecclesiæ fratribus præparetur. In his autem omnibus quæ de illo vel pro illo agi decrevimus, in bis, inquam, omnibus et reginam ejus conjugem devotissimam fleri volumus participem. Insuper duodecim pauperes ei in Coena Domini concessimus, et in anniversarium ejus, sicut imperatricis Agnetis agi censuimus.

STATUTA EJUSDEM.

Recipit Lambertum abbatem S. Bertini veluti proprium Cluniaci monachum.

Hugo, divina gratia Ciuniacensis comobil abbas. curretis fratribus ac filiis nostris, tam præsentibus

quam futuris, post sanclæ conversationis insignia, beate vite gaudize

:£

Noverit charitas 'vestra, 'dilectissimi filii, quod A repetere abhatiam, ca scilicet intentione ut in nostra domnus Lambortus abbas S. Bertini veniens ante præsentiam humilitatis nostræ, inter alia magnæ suæ devotionis munera, quod etiam commissam sibi abbatiam non dubitavit relinquere, nobisque ad ordinaudam offerre, noster quoque monachus ac professus existe: e. Cum ad ea quæ devote pos: ulabat nostræ voluntatis assensum nullo pacto cerneret inclinari, rogatus a nobis propriam compulsus est

obedientia, quandiu vixerit, devote permanent, et ut monachus noster ac professus ab omni congregatione ametur et excolatur. Cum vero expleto bujus vitæ curriculo debitum cunctis mortalibus exsolveri' finem, tricenarius in hoc loco pro illo celebretur, ejusque anniversaria dies annuatim celebriter agatur.

SANCTI HUGONIS **EXHORTATIO**

Ad sanctimoniales apud Marciniacum Deo servientes.

(Bibliotheca Cluniac., p. 491.)

Dulcissimis filiabus sororibusque amantissimis B seculi pompa exutis, et Marciniaci ad honorem et landem sanciæ et individuæ Trinitatis sub patrocinio B. Mariæ somper Virginis, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli congregatis, frater Hugo abbas Cluniacensis, salutem, gratiam et benedictionem et nunc et in perpetuum.

Non lateat, o filiæ, præcordialem charitatem vestram, quia ex quo illum locum divina præcunte et cooperante clementia fundavimus, evidentissime Dei omnipotentis propitiationem piumque respectum ibi adesse sensimus et experti sumus, qui sua gratia locum ipsum et spiritualibus promovit incrementis, et temporalibus beneficiis aliquantisper ampliavit. Cum enim primitus Deo, sicut credimus, ordinante, paucas inibi posuissemus sorores, et illæ charitatis ac religionis fervore vitiorumque mortificatione pollere cœpissent, benignus animarum Creator et amator alias paulatim atque alias undeconque ibi aggregare, unumque ovile speciosum et quasi quoddam candidarum columbarum agmen instaurare dignatus est. Quarum nonnullas jam de tentationibus hujus sæculi glorioso fine eduxit, et ad beatæ remnnerationis gaudia feliciter, ut speramus, evexit. Nonnullas vero, vos scilicet, quæ nunc superestis, 'adhuc miseratus exspectat, donec avæ complaceat dignationi, ut ab hujus exsilii m's:rabili ærumna propitius vos eripiat, et ad illarum felix perducat consortium. Ad vos igitur, o filiæ, hic specialiter noster sermo dirigitur, per quem vestram n paterno affectu unanimitatem convenimus, obsecrantes in Domino, et propter Dominum, ut illuc suspiretis, illuc totam animi intentionem transferatis, quidquid in sæculo cernitur, tanquam nihilum et inane, et quasi nebulam pertranseuntem reputate. Et quia neque diem neque horam, qua ad vestram vocationem Dominus veniat, nostis, nolite

:

esse securze, sed die nocluque suspectar, et de aujmarum vestrarum salute sollicite præparate thalamos cordium vestrorum ad amplexus sponsi vestri. illius scilicet magni regis, cui fidem promisistis, procurantes attentius ne quid in vobis reperiat quod suæ displiceat majestati. Cogitate itaque quid fecistis, recogitate quid vovistis; et, si aliquam vestrum propria remordet conscientia in aliquo excessisse, cogitando videlicet, loquendo, operando, sea fortassis indebite dando aut accipiendo, vel aliud professioni vestræ contrarium agendo, redeat ad cor, recurrat ad fontem, suoque priori vice nostra rem humiliter manifestet, et veraciter confiteatur, sicque, quantum humana permittit fragilitas, cum Dei adjutorio de cætero ab hujusmodi caveat. Quidquid ergo boni, quidquid charitatis, humilitatis, patiențiæ, obedientiæ, sanctæ compunctionis, et confessionis veræ, vel etiam corporalis exercitil, seu ante Dei solius oculos, sive ad nos invicem egeritis, totum vobis ex parte Dei injungimus in remissionem peccatorum vestrorum. Et nunc quia vestra sancta poscit devotio ut, quoniam et ætatis gravitate, et infirmitatis imbecillitate impediente corpsralem præsentiam nostram jam vos visuras non speratis, tradamus vobis aliquod memoriale, in quo et vestram consolationem, et nosfræ memoriæ babeatis repræsentationem, vestrum approbantes desiderium, per præsentem epistolam quod optatis implemus, volentes ut penes vos reservetur, vobisque in quinque præcipuis festivitatibus in capitulo recitetur. Supplex ergo et corde prostratus Dominum omnipotentem, Patrem et Filium et Spiritum S. invoco, ut meritis et precibus beatse Marize semper Virginis, et SS. apostolorum Petri et Pauli, et S. Benidicti, omniumque SS. vos benedicat, et ab omnibus peccalis quæcunque in anima el corpore commisistis absolvat, in saucta confirmet proposito,

ipsius quod oculus non vidit, nec auris audivit, nee in cor hominis ascendit, que præparavit Deus diligentibus se. Sed et hoc ejusdem Dei petimus clementiam ut quoties hæc vobis recitabitur epistola plenissimam benedictionis gratiam, et absolu-

et ad beatum finem deducat, ubi recipiatis de manu A tionem vobis largiri dignetur. Amen. Omnes etiam qui vos secundum Dominum dilexerint, et adjaverint, vestranique sustentaverint teneritudinem, adjuvet. ip e, et sua gratia dignos efficiat. Amen. Jam nunc, quieso, o filiæ, mementote mei peccatoris, et hic, et ante Dominum. Amen.

SANCTI HUGONIS

COMMONITORIUM

Ad successores suos pro sanctimonialibus Marciniacensibus,

([bid.)

obsequium, religio et disciplina regularis in confessione SS. sit apostolorum, et in monasterio Cluniaco, ad omnes qui ejusdem loci rectores et gubernatores esse mernerint, scriptum est hoc commonitorium domni Hugonis abbatis, quod ipse quidem extrema sua omnino suspicatus, ita fleri fratrum collaudante suffragio decrevit et instituit.

O domini, o Patres, quos Dominus ille cœlestis, et cœlestis Pater elegit et promovit ut gregem suum pascere debeatis, misericorditer quæso, et diligenter audite quod in istis litteris commendatur notitiæ et memoriæ vestræ, nt in memoria æterna cum justis mereamini, et in illo die ab auditione mala non timere. Quamvis enim non mediocriter peccator fuerim, et indignus ut vel solum parvitatis meæ vocabulum in audientia vestra recitetur, tamen de opinione pietatis vestræ præsumpsi, ut auderem mandare vobis et scribere, quod et vobis Beo volente non erit inutile, si ipse dederit ut loquela humilitatis meæ brevis et modica dignationem vestram mereatur. Igitur quanquam, ut præmissum est, indignus fuerim, et non aliud quam omnem extremitatem meruerim,^e tamen Deus aut voluit, aut permisit ut nomen et officium prælati esset super hominem hujusmodi. Et ille qui in hunc muudum venit magis pro peccatoribus quam pro justis, modo quoque mirilicavit misericordiam suam, ut in diebus nostris peccatores sui, suique pœnitentes de tantis et tam diversis regionibus ad comobium SS. apo- n stolorum confluerent, ipsaque Ecclesia apostolico nomini et honori in Christo dicata crescendo processissel, et fratrum multitudine, et rerum temporalium compendiis. Sed si, ut dictum est, peccatores pon solum apud nos, sed etiam in aliis locis inveniunt quo ad salvandas animas suas confugere potnerunt, infirmior sexus, et si qua femina vita sæculari abrenuntiata Deo servire voluit, non sibi opportunum locum ad hoc facile inveniunt. Visum est nobis Deo non displicere, imo ejus voluntati ebedire, si opportunitatem sibi serviendi, quam,

Quandiu misericordia Christi annuerit, ut ejus B ut præmissum est, viri peccatores fuerant consecuti, feminæ quoque peccatrices ipso auctore per opera mediocritatis nostræ consequerentur, illisque spocialiter delegavimus locum illum Marciniacum, quem in honoro sanctæ et individuæ Trinitatis fundantes ædificavimns, nou de nostris sumplibus, nec de nostris facultatibus qui Christi pauperes nibil proprium. habuimus, sed de hoc tantum quod ipsius largitudo dignata est impertiri. Et nunc quia in hoc mundo ca est omnium vicissitudo ut quidam hominum sint nascentes, quidam viventes, quidam in sepulcris, secondum quod sacra Scriptura loquitur, dormientes. Ego vero, quantum videtur, nativitatis et vitæ tempora jam peregi, et ad ultimam sortem deveni, ad illam, inquam, sortem, quam nullus mortalium. quantumlibet sit sanus, quantumlibet sit potens, evadere potest. Et de cætero si quæ Christi pauperes ibidem de qua agitur fuerunt congregatæ, quidquid eis evenerit, quæcunque necessitas temporalis eis, incubuerit, non exspectant, ut sibi jam veniat, solatium visitationis nostræ, vel libertatis. Quantum in me esse potuit, paterna sollicitudo, et benevolentia paterna eis non defuit. Nunc autem, juxta illud prophetæ Jeremiæ : Pupillæ factæ sunt absquo patre, nisi vobis, domini mei, quos hic appello, Deus inspiraverit pro ipsius amore, vicarii esse dignemini patris et procuratoris amissi. Ergo quicunque estis, qui nomine et officio mihi succeditis, vestræ misericordiæ vicem nostram commendo, vestræ misericordiæ pro vice nostra supplico, ut de præfato loco quod ego pro posse nostro facerem si superessem, vos modo faciatis, qui facere potestis. Placent, quæso, beatitudini vestræ, ut quod Christus voluit per peccatorem suum aliquo modo plantari. per successionem vestram debeat rigari, ut Deus quoque incrementum tribuat, et vobis valeat ad recompensationem salutis æternæ. Primo sit ea causa principalis, quomet ipse Dominus in Evangelio præcipue commendat de regno Dei et justitia ejus, ut quæ ultro jugum Christi susceperunt, carum quoque vita sit religiosa, sit ordinata, et nunquam

absque ea disciplina, quæ non solum feminis, sed A Ecclesiæ nostræ, et cum volo et consensu omnium etiam viris multum est necessaria. Et locus ea semper permaneat conditione qua nos eum inchoavimus, et tenuimus, ut in ipso nunquam ad habitum sanctitatis puerilis ætas recipiatur, nec alia quam in qua possit probari spiritus si ex Deo sit, et si non ultra, tamen omnino, vel usque ad xx annum jam pervenerit. Quod si qua est ætatis lascivioris, et hoc ad certum fuerit compertum, ne huic feminarum collegio debeat coadunari, ex parte Dei omnipotentis, ex parte heatissimæ, et intemeratæ Virginis et Dei genitricis Mariæ, et ex parte SS, apostolorum Petri et Pauli, contradicimus, interdicimus, et anathematizamus. Et hoc decretum et præceptum, ut eo majorem æstimationem et stabilitatem obtineat, confirmamus, corroboramus cum auctoritate totius B

fratrum nostrorum, et in Christo commilitonum. Jesu bone, Jesu clementissime, qui Mariam illam peccatricem post sordes et inquinamenta corporis ita honorasti, ita glorificasti, ut in resurrectione tua ipsa apostolorum apostola esse mereretur, et prima testis fieri resurrectionis tuæ, tu largire, tu annue, ut cum eadem Maria in illo die partem et societatem habeat, quicunque istis peccatricibus tuisque spontaneis pauperibus solatium et adjutorium in two nomine prærogabit. Et si quis eis contrarius aliquo modo exstiterit, et ne in tranquillitate tibi servire possint impedierit, si non resipiscens satisfactione digna corregerit, te ultorem, te vindicem experiatur in hoc sæculo, et in futuro.

IMPRECATIO B. HUGONIS ABBATIS

Charlssimis amantissimisque fratribus, et filiis filabusque præsentibus et absentibus, frater Hugo peccator abbas, in Domino Jesu sempiternum gaudium.

Dilectissimi filii et amici mei, tam præsentes quam futuri, vestræ innotescere charitati dignum duximus, quod benignus Deus, qui vocat quæ non sunt tauquam ea quæ sunt, me quemdam peccatorcm, reum, multisque lubricitatibus obligatum in juventute mea, quam prave expendebam, sola sua misericordia dignatus fuit sæculari veste exuere, sauctæque religionis habitu induere, atque intra hujus loci gregem aggregare, ubi tunc patres ac fratres nostri meipsum, licet indignum, licet irreligiose atque lascive viventem, licet etiam satis recla- C mantem, huic ovili, Deo ita disponente, opilionem elegerunt, hancque tandem gravissimam sarcinam collo meo imposuerunt. Verumtamen, sicut in præsentiarum videtur, omnipotens Deus non nostris meritis, sed sua immensa clementia, istum satis circumquaque ampliavit locum, et tam fratribus quam possessionibus ditavit. Nec solum in hac nostra regione verum etiam in Italia, in Lotharingia, in Anglia, Normannia, Francia, Aquitania, Guasconia, Provincia atque Ilispania ipsum dilatavit. Unde, filii charissimi, quanto major locorum fratrumque habetur numerus, tanto mihi peccatori pro corum excessibus gravissimus tremor incutitur. nisi magna Dei pietas, animæ meæ, vestris intervenientibus eleemosynis et precibus, misereri dignetur. Cujus namque sermo, quantum reus tenear, explicare sufficit, qui cum tot tantisque propriis constrictus existam delictis, de Jantorum mihi commissorum negligentiis in conspecta Domini rationem reddituros sum? Alii enim eorum præventi morte, absque confessione, et corporis sanguinisque Domini perceptione, alii vero, quorum negligentias

valde timendas ego cognoscens, emendare sicut dignum esset neglexi; quidam autem præcipitiis obruti, nonnulli etiam aquis sive ignibus suffocati, aut quampluribus aliis periculis subito intercepti. de hac misera exierunt vita. Et quia tam istos quam etiam cæteros adbuc superstites, aut jam defunctos, non sicut debuissem correxi, eosque in plurimis remissius habui, admonendum timeo ne ipsis ad æternum præmium flat impedimentum, mibique fortassis ad æternam gloriam reputetur adversum. In quibus omnibus Deus nobis propitius ac misericors adesse dignetur, vosque pro animæ meæ remedio deprecaturos pius exaudiat, et tam vobis quam omnibus Christianis mei memoriam agentibus, in magni judicii die indeficientis mercedis recompenset præmium. In hac equidem tam gravi obedientia, jam sexaginta annorum cursum et aliquid amplius, vestris, ut credo, suffultus orationibus, utcunque explevi. Quod si forte aliquotics corporis infirmitate, sive alio quolibet laboravi incommodo, vestræ mihi non defuerunt orationes, vestræque ad Deum petitiones. Vestram denique erga me bonam, et devotam charitatem, veramque obedientiam, meus enarrare sermo non sufficit. Quapropter, prout Deus administraverit, vos diligere studui, vos modeste tractavi, vos sicut charos amplexus sum filios. In qua videlicet indulgentia si quid peccavi, ignoscat mihi Deus. Et nunc, filii, quandiu in hac caduca vita partim pro vobis omnibus, pro nostris propriis necessitatibus agonizavi, jamque in diebus meis processi, exitus mei ignorans articulum, quamdam milu elegi obedientiunculam, nomine Berziacum, ut cum finis cursus mei evenerit, ex ipsa in perpetuum, juxta temporis opportunitatem, cuncta quæ in cibo vel potu fuerint necessaria, in die anniversarii mei fratribus in conventu, seu in domo infirmorum morantibus, mei peccatoris memoriam recolentibus,

NARRATIO AD FRATRES.

satis pauperem peneque destructam, cuidam filio nostro domno Seguino reformandam commisimus. Hic vero eam aliquantulum cum quodam fratre Fulcherio, quem sibi ad hoc concesseramus, ædificavit, ibique vineas et terrulas, prout potuit, acquirere studuit.Qua jam tandem restituta, et tam exterius quam interius restructa, deinceps ad cameram respondebit. Nos ergo volumus ac præcipimus ut gnicunque hanc tenuerit obedientiam, in die anniversarii, sicut jam diximus, perpetue plenam conventui exsolvat refectionem. Cuidam etiam fratri nostro, domno videlicet Petro Glocensi, qui pro hujus loci utilitate plurimum laboravit, hoc in eadem obedientia concessimus, ut in die anniversarii sui plenaria in omnibus administratio ex ipsa fratribus præparetur, unde a posteris nostris fratribus precario deposcimus, ne ibidem sæpius hospitando, aliave consueta servitia exinde requirendo, locellus ille devastetur. Quod enim parum est, ut vulgo dicitur, de parvo dolet. Quod si fratri res suæ super hoc abundaverint, charitatis officia impendere non recuset. Aliud etiam jam olim ordinaveramus, ut scilicet de obedientia S. Hippolyti refectio fratrum conventui in cathedra S. Petri, qui fuit dies consecrationis' nostræ, quandiu viverem, annuatim præberetur, sed post decessum anniversario nostro deputaretur. Verumtamen quia de hoc jam aliter disposuimus, volumus ut in cadem die cathedra scilicet B. Petri, semper hæc administratio fratribus C offeratur. Domnum autem abbotem successorem nostrum, Patrem ac dominum meum, quem divina misericordia ex alto cum grege sibi credito visitet et protegat, gemens deprecor, humiliterque in Deo, ac per Deum, et propter Deum obsecro, quatenus illas Dei famulas mundana pompa exutas, pro suarum salute animarum, ad Dei laudes Marciniaci congregatas, ipse fovere, amplecti, sustentare, locumque ipsum cum omni charitate informare dignetur. Li-

abunde administrentur. Quam scilicet obedientiam, A cet enim usque ad nostra tempora feminarum congregatio minime haberetur in hujus loci consortio, istas tamen prius quidem non multas, postea vero adeo multiplicatas, nostris diebus ad sacræ religionis habitum suscepimus, locumque ædiscavimus; quarum quicunque misertus fuerit, misereatur ei Deus, hic et in futuro. Ipsum etiam domnum scilicet abbatem per cumdem Denm, et Dominum nostrum supplex deprecor, gemens commoneo, ut vos, qui mihi supervixeritis, benigne, paterne, charitative tractare, et diligere dignetur, vos autom omnes in Christo filii mei filiæque tam præsentes quam absentes, quicunque nostris temporibus ad hunc sacrum ordinem venientes, pro vestrarum salute animarum, mihi qualicunque peccatori vos ipsos tradidistis, nostroque arbitrio corpora et animas vestras supposuistis, absolvat vos et nos omnipotens Deus ab jomnibus peccatis, præteritis, præsentibus, et futuris. Absolvat vos, inquam, omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus, trinus et unus Deus. Quem ego confiteor, et confessus sum, trinum personaliter, unum naturaliter, atque potentialiter. Cui omnipotenti Deo, ego reus et peccator, confiteor me nimis et nimis peccasse in cogitatione, locutione, et opere. Mea culpa. Ipsius misericordiæ vos commendo, eumque genu tenus invoco ut vos benedicat, vosque dextera sua protegat, et meritis ac precibus beatissimæ Dei genitricis Mariæ; beatorum apostolorum dominorum nostorum Petri et Pauli, quibus ligandi atque solvendi jus permisit, omniumque sanctorum suorum intercessionibus vos et nos ad vitam perducat æternam. Ubi tandem nos de vobis, vosque de nobis gaudere in perpetuum mereamur, lpso præstante qui in Trinitate perfefecta vivit et gloriatur Deus, per infinita sæculorum sæcula. Hæc autem scedula domino futuro abbati coram conventu recitetur, postquam Beo volente, sedem regimenque cum pace susceperit.

Quid beatus Hugo narraverit in capitulo vigilia Natalis Domini.

(Es Petro Venerabili, lib. 1 Mirac., cap. 15.)

tatem Salvatoris cæteris solemnitatibus singulari affectu devotius agere, et cantuum melodiis, lectionum prolixitatibus, cereorum multiplicium accensionibus, et, quod longe præstantius est, speciali devotione, multaque lacrymarum profusione, cum augelicis spiritibus alacriter solemnizare. Qua temporis revolutione redeunte, fratres more solito se suaque omnia paraverant, et ecclesias ornando aliaque monasterii loca aplius componendo, intus et extra festivi apparere satagebant. Supererat adhuc beatus ille ac venerabilis pater Hugo, ultimo senio morti quidem corporeze, sed et vitze post mortem

Nos est ejusdem monasterii (Cluniacensis) nativi- D æternæ vicinus. Qui jam instante ipsa solemnitate, capitulum ubi fratres convenerant ingressus, bæc ad omnes protulit verba : Noveritis, fratres, Jesum benignum salvatorem nostrum suze nativitatis vestræque liberationis solemniis interesse disposuisse, vestræque devotionis obsequium multo cum gaudio præstolari. At contra sciatis neguam hostem vestræ felicitati invidentem laborare, quatenus aliquas tenebrarum suarum nebulas tanto, si possit, splendori intermisceat, tautæque festivitatis gloriam saltem quantulumcunque imminuat. Frater enim (ait) quidam, se utique dans intelligi, hac ipsa nocte vidit ipsius misericordiæ matrem, perpetuam [al.

953

perpetuoj Virginem; Filium quem præsenti nocte A phantasiis solitis eos se posse inquietare confidens. genuit, dulcissimo gremio continere, eique sanctorum angelorum multitudinem, cum immenso lumine astare. Lætabatur autem idem Deus puer, et immenso gaudio exsultabat, atque cordis lætitiam gestu gloriosi corporis, et ipsarum ptausu manuum demonstrabat. Et convèrsus ad Matrem, aiebat ad illam: « Cernis, Mater, noctem quæ imminet, meæ nativitatis gaudiis illustrandam, in qua et prophetarum oracula et angelorum præconia renovabup/ur, et meo de te exortu omnia simul cœlestis atque terrestria lætabuntur? Ubi est nunc hostis damnati perfidia, ubi ejus potestas, qua ante hoc singula regaudium mundo dominabatur? > Quo ille impudens audito, de latibulo suo egressus a longe se præsentabat, et ignominiose deturpatus, cum multo planctu atque eju- B latu, ut admitteretur orabat. Quod eo voto dicebat. ut tantze claritatis gaudia quibus invidebat, suo more vel in aliquo obfuscare valeret. c Et si, ait, in nulla ecclesiæ parte admittor, in aliquo saltem reliqua-1um officiaarum loco suscipiar. -- Vade, ait, Filius Virginis, furcifer, et ne te mea potentia præjudicatum lamenteris, tenta quod poteris > At ille solutus, arcum capituli petiit, et ingredi conatus non potuit. In tantum namque et se tumidum, et capituli introitum angustum invenit, ut nullatenus intrare valeret. Vere vetusta superbiæ peste inflatus, per hunnilem aditum transire non poterat, quia non idem aditus superbum crectum et humilem capit inclinatum. lude ad fratrum dormitorium gressum convertit, et

introire tentavit. Sed eadem grossitudine sua ale ostio repulsus recessit. Postremum ad refectorium nocendi spem contulit, ibi propter aliquantam corporum curam, majorem suspicatus mentium incuriam. Ibi etiam tot objces divinorum ex lectione verborum, tot trabes ex devotionibus auditorum, tot repagula offendit ex charitate sibi servientium, ut nullo modo. ultra procedere prævalens, retro cogeretur redire. Sic quoque ab omnibus monasterii officinis rejectus, a conspec u piissimi Redemptoris et gloriosæ Virginis Matris, cum ea qua dignus est confusione, pestifer ille recessit. Cauti igitur estote, et immensas gratias omnipotenti acmisericordissimo Salvatori agite, qui et neguissimum hostem a vobis expulit, et ipse nobiscum [al. vobiscum] festum suum celebraturus remansit. Hæc a sancto viro fratribus dicta, furentium adversus locum ipsum malignorum spirituum ostendunt nequitiam, ac Domini oumdem protegentis clementiam. Qui nequam bostes quamvis universis generaliter insidiarentur, noviter țamen couversis amplius infesti instabant. Dolebant quidem veteranorum profectibus invidentes, sed tironum superaddita conversione, quasi recenti suscepto vulnere, acrius indignabantur. Et velut longi temporis desperatione, prioris prædæ spolia postponentes, contra ca quæ ab oculis rapiebantur, longe vehementius accendebantur. Hinc adversus novitios bella valida commovebant, binc tentamentorum diversis telis armati, totis eis conatibus insistebant.

DONATIONES PLÆ

CLUNIACENSIBUS FACTÆ SUB REGIMINE SANCTI HUGONIS.

I.

Charta Pontii comitis de abbatia Moisiacensi Cluniaco mbjicienda.

(Circa an. 1060.)

[Gall. Chr. nov., Instrum. I, p. 37]

Quanvis apostolica pronuntient verba quod non sit nisi a Deo potestas, aliqua tamen de reprobis sermo divinus per prophetam indicat, dicens : Ipsi regnaverunt, sed non ex me; principes exstiterunt, et non cognovi. Ideirco Pontius Tolosanæ urbis comes, pe in numero male regnantium a justo arbitro Deo districte quasi non ab eo agnitus dijudicer; communi ac salubri consilio uxoris meæAdalinodis comitissæ. ac principum mihi subditorum, venerabilis scilicet Bernardi Caturcensis episcopi, necnon Gausberti abbatis noninati, Willelmi quoque, ac Fulconis fra- D tris ejus consulta decrevi ut abhatia S. Petri Moisiacensis comobii, quam ego hactenus, et parentes mei, seu prædecessores mei comites Tolosani, de manibus regum Francorum visi sumus in fori jure habere et possidere, deinceps in Dei servitio rectius

C difigentiusque custodiatur. Quapropter volo ut cunctis meis successoribus patescat, quod ego prænominatam abbatiam S. Petri Moisiacensis cœnobil omnipotenti Deo, et sanctis apostolis Petro et Paulo dimitto, necnon et seniori charissimo domno Hugoni abbati Cluniensi, sive cunctis successoribus suis in loco Cluniacensi futuris, secundum Regulam S. Benedicti ordinandam in perpetuum trado coram testibus. Si quis autem parentum vel successorum meorum, aut quicunque hominum post finem meum, sive post discessum Gauzberti principis illius, qui secundus a me in abbatia illa nunc esse videtur, et abbas vocatur, hanc meam cessionem disrumpere quocunque modo adtentaverit, quod fieri omnino sub obtestatione judicii Dei prohibeo, omnipotentis Dei virtute examinandum, et papæ Romano, necnon. et Francorum regi ad quorum tuitionem præfatus locus Moisiacus pertinet, distringendum relinquo. Ego vero hanc inscriptionem cessionis in manu jam dicti apbatis domni Hugonis, adstante omni conventu ejusdem monasterii, cui przest, mea electio-

ne, el przenominati Bernardi Caturcenejs episcopi A venerit. Eo tenore ut hanc donationem et traditiaad cujus dispectsion attinet locus iste consecratione. Durannus abbas et monachus Cluniacensis in die solemnitatis sanctorum principum apostolorum Petri et Pauli manu, ore, corde confirmo atque correboro.

Bernardus episcopus Caturcensis firmavit.

Adalmodis comitissa firmavit.

Gouzbertus abba firmavit.

Willelmus cognomento Miscens-malum firmavit. Fulco frater ejus confirmavit.

Datum sub die 111 Kalendas Junii, 111 feria, Phi-Lippo rege Francorum.

H.

Ademarus vicecomes Lemovicensis et Humberga eius ncor donant abbatiam Sancti Martialis Hugoni abbati Cluniacensi.

(Anno 1062.)

[BALUZ. Miscell., ed. Luc., I, 123.]

Noverint omnes sanctæ matris Ecclesiæ Alii ac fideles, tam præsentis quam futuri temporis, quod ego Ademarus vicecomes Lemovicensis dono Hugoni abbati Cluniacensis monasterii omnibusque successoribus ejus abbatibus qui idem monasterium Cluniacense regulariter gubernabunt dono et trado abbatiam Sancti Martialis Lemovicensis cum consensu et auctoritate domni Iterii ejusdem civitatis episcopi canonicorumque ejus necuon et conjugis meæ Umbergæ filiorumque meorum et optimatum ob indulgentiam peccatorum nostrorum et parentum nostrorum, et maxime corum quæ de eadem abhatia contraximus, consentientes monachos ibidem degentes non secundum regulam sancti Benedicti vivere, et animarum regimen Simoniace ementibus abbatibus vendentes. Quam hæresim cum ab initig nascentis Ecclesiæ beatus Petrus apostolorum princcps in ipso suo capite exstinxerit, nuper tamen sanctus Leo papa et omnes deinceps ejus successores perpetuo anathemate damnaverunt ; pænitens igitur præteritorum excessuum meorum, et confidens ejusdem abbatis successorum ejus industria eamdem abbatiam Sancti Martialis ad regularem tramitem posse reduci, et detestabilem hæresim Simoniacam, Deo adjuvante, funditus expelli, dono et trado prædictam abbatiam prædicto Hugoni abbati n omnibusque successoribus ejus abbatibus regulariter viventibus deinceps perpetuo possidendam, et abbates quos eidem loco tam ipse quam successures ejus præfecerint, si, quod absit, pro mala conversatione removendi fuerint, ipse et successores eius submoveant eos, et meliores substituant absque contradictione ullius hominis, nihil in eadem abbatia neque ego neque successores mei retinendo, exceptis his consuetudinibus, cc solidis ad vindemiam colligendam in festivitate sancti Aredii reddendis et sogmario in hostem præstando cum famulo : qui sagmarius hoste transacta monasterio reddatur, ct uno recepto comitis Pictavensis per jussionem vicecomitis, et justitia panis et vini, cum in hanc villam

nem omnes successores mei confirment et hane cartam laudent et auctorizent, et hæc traditio nostra, ut stabilis et inconvulsa permaneat, apostolica auctoritate firmetur. Quod si ego aut successorum meorum aliquis hanc traditionem infringere aut contradicere voluerit, iram Dei omnipotentis et anathema perpetuum incurrat, et præfatus Ilugo abbas et successores ejus apud ejusdem civitatis episcopum et omnes Christianos et præcipue apud apostolicam sedem habeat potestatem reclamandi.

Facta est autem hæc traditio in urbe eadem Lemovicensi anno Incarnationis Dominicæ 1062, indictione xv, regnante Philippo Francorum rege, anno u. Cujus traditionis cousirmatores et consignatores et testes hii sunt :

In primis Iterius episcopus signavit.

Ademarus vicecomes signavit cum quatuor filis suis, et uxor ejus Umberga.

HI.

Eraclius episcopus et Bernardus comes monasterium Beati Felicis et Sancti Licerii Cluniacensi monasterio concedunt.

(Anno 1064.)

[BALUZ. Miscell., ed. Luc., III, 48.]

Ego ERACLIUS, Dei gratia Bigorrensis Ecclesiæ episcopus, et BERNARDUS Bigorrensis comes, desideramus et rogamus omnes Christi fideles tam futuros quam præsentes ut sint testes et fautores negotij guod in præsentiarum dicturi sumus.

Ex hæreditate parentum nostrorum devolutum est ad possessionem nostram monasterium in territorio Bigorrensi situm, quod est constructum in honore beati Felicis martyris et beati Licerii confessoris et episcopi. In hoc ex multo tempore congregatio fuit monachorum. Sed pro peccatis nostris per incuriam postram et aliarum personarum ad quarum curam et dispositionem idem monasterium pertinuit non ita valebat ibi regularis disciplina et ordo monasticus ut vel Deo placeret vel nobis ad salutem animarum nostrarum expediret. Visum est ergo nobis quærere consiliom et auxillum domni Hugonis reverendi abbatis et regentis illud reverendum collegium monachorum Cluniaco congregatorum, per hujus loci abbates cum pleraque monasteria restaurata sint et meliorata, per charitatem, quæ, ut Apostolus ait, omnia superat, affectavimus nos quoque simile (beneficium eorum sanctitatis obtinere. Hujus rei gratia pro salute animarum nostrarum et parentum nestrorum facimus ipsius prædicti monasterii traditionem et omnium rerum ad hoc quolibet modo pertinentinm Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo ad locum cojus supra meminimus Chuniacum, co tenore ut Chuniacensis congregatio perpetuo jure illud habeat et possideat, et hujus congregationis abbas, videlicet Ciuniacensis, secundo loco post se committat cui velit et quomodo velit curam monasterii, et hoc semper flat sine omnium mortalium contradictione. Volumus quoque ut liberum sit et absolutum ab omni servitio et posteris A dicta abbatia in dominicatura quam ibi habemus es nostris et cuilibet sæculari vel ecclesiasticæ potestati. Et hoc sit manifestum et indubiatum quod nostra est voluntas et nostra petitio ut rac eadem mostra traditio per Romanum pontificem confirmetur, ut quicunque eam violare et infringere temptaverit, sciat se per ejus auctorltatem excommunicatum et a sancta Dei separatum Ecclesia.

Hæc autem charta scripta est in ipso Bigorrensi castro et data xi Kal. Decembris, anno Dominicæ Incarnationis millesimo sexagesimo quarto, regnì Philippi regis Francorum quarto, indictione secunda.

Signum domni Erachi Bigorrensis episcopi.

Signum domni Bernardi Bigorrensis comitis, qui hanc chartam dederunt.

Signum domni Stephani Oloronensis episcopi.

Signum domni Durandt Tolosani episcopi.

Signum Gregorii Lacurrensis episcopi.

Signum Petri Aturrensis episcopi.

Signum domni Bernardi Dormaniacensis comitis.

łV.

Almodis consitizza et filiuz abbatiam Sanoti Egidii et sibi pertinentia concedunt. (Anno 1066.)

[BALUZ. Miscell. 111, 48.]

Deum Patrem omnipotentem totius creaturæ creatorem ejusque Unigenitum Dominum-nostrum Josum Christum, per quem omnia, et Spiritum san- C ctum vivificantem ab utroque procedentem, unum Deum credere magnum est, operari autem quod præcipit non minimum, ipsum vero spernere periculosum. Quapropter eum Adeliter credere, perfecte diligerc, humiliter obedire est omnibus necesse. Præcipue tamen illis convenit istud quos sacri lavit unda fluminis, redemit unda sanguinis, perunxit liquor chrismatis. Ad hoc enim facti sumus ut Deo Adeliter servientes seminemus terrena ut metamus coelestia, Scriptura dicente : Quæcunque seminaverit homo, hæc et metet. Qualiter autem Deus inveniri possit ipse in Evangelio ait : Date eleemosynam, et ecce munda sunt omnia robis. Quibus plane verbis ostenditur quia nibil eo miserius quem iniquæ acquisitiones deprimunt, quem locupletem fraudes et rapinæ faciunt. Et quoniam illæ nobis ambiendæ sunt divitize quæ nos ornare possunt et munire, a mundo disterminare, animas nostras ditare atque nobilitare, ideo in Dei nomine ego Almodis nutu Dei comitissa, et filius meus Raimundus comes Rutenensis et Nemosensis Narbonensiumque nobilissimus, prodomni Pontii comitis remedio, et pro remissione peccatorum nostrorum alque parentum vivorum ac defunctorum, atque salute fidelium nostrorum optimatum, abbatiam Sancti Ægidii et locum, omniaque sibi pertinentia Deo et domno Hugoni præsenti abbati Cluniensi et ejus successoribus tradimus et. donamus alque concedimus, ita tamen ut in præ-

usus et usaticos retineamus, excepto quia neque abbatem nec monachos posthac distringemus neque dehonestabimus, sed potestas et districtio et ordinatio abbatum et monachorum Sancti Ægidii et eorum quæ soliti sunt tenere in domni Hugonis abbatis et successorum ejus polestate consistat, quatenus ipse et successores ejus locum prædictum et omnia loca pertinentia pro posse suo et voluntate secundum Regulam sancti Benedicti regulariter ordinent et teneant in æternum. Ut vero nostri parentumque nostrorum memoria Cluniaco perenniter habeatur, hoc in dono abbatiæ prædictæ solummodo retinemus ut successores prædicti abbatis & nobis vel a successoribus nostris donum prædictæ abbatiæ absque ullo. B lucro el pretio accipiant. Quod si successores nostri successoribus domni abbatis prædicti expedite, ut diximus, dare noluerint; nihil abbatibus obsistat. sed locum et omnia quæ prædiximus ipsis in Dei servitio possidentibus donum nostrum integrum inviolatumque perenniter maneat. 1.oc autem omnibus notum sit locum prædictum et abbatiam prædictam alodium esse sancti Petri, quæque dono domní papæ Romani tenemus, quæque denuo prædicto abbati Hugoni et ejus successoribus salva ficlitato Romanæ Ecclesiæ et domni papæ tradimus, perenniter habendam et regulariter ordinandam, ita tanien ut census x solidorum debitus omnibus annis Romanæ Ecclesiæ persolvatur.

Facta est autem hæc donatio anno 1066 Dominicæ Incarnationis, octavo x Kal. Januarii juxta Nemausum civitatem secus ecclesiam Sancti Baudilii, regnante Philippo rege Francorum, videntihus atque laudautibus episcopis, scilicet domno Raimbaldo Arelatensi archiepiscopo atque Romanæ Ecclesiæ vicario, et domno Durando Tolosano, et Hugone Uzeticensi, et Rostagno Avinioneusi, Bertranno Magalonensi, abbatibus Bernardo Massiliensi, Frotardo Tomeriensi, Bernardo Vabrensi, Petro clerico Romanæ Ecclesiæ subdiacono, Nemosensibus clericis Salomone et Bertranno, militibus Pontio Geraldi Gerundensi vicecomite, Tridmundo Elisiarni, Wilielmo et Emenone fratre ejus de Sabran, Petro Aquimiensi, Rostagno de Poskeriis et fratre ejus Raiuone, Rainoardo de Medenis, Bertranno de Capraria et Petro fratre ejus, et Hugone de Kassanguis, et Segario Salomonis, ac Willelmo Belliroti, Umbérto Gauzberti, insuper volente et laudante nobili Adala Sustantionense comitissa, et aliis quamplurimis bonis hominibus Deo cognitis.

Si quis vero cujusiibet ordinis seu dignitatis contra hanc donationem venerit ad inrumpendum vel ad inquietandum aut contradicendo, omnipotentis. Dei iram terribilem atque tremendam incurrat, atque cum Juda perfidissimo traditore et cum Dathan et Abiron in inferno inferiori crucietur, omnibus insuper pœnis quibus illi cruciantur qui recodunt a Deo juniantar et illi et corum consentanci qui huis.

conationi resistere voluerint, niai resipuerint et ad A de vinea indominicali, et medietatem silvæ qua emendationen venerint.

Signum domuz Almodis comitissz, et signum domni Raimundi comitis filii ejus, qui hanc chartam donationis scribere jussimus et testes firmare rogavimus.

S. Rostagni de Poskeris.

S. Adalberti Guitardi Barchiponensis.

S. Berengerii de Barbarano.

S. Elisiari Dalmatii.

S. Joannis Gerundensis Capiscolii

S. Bernardi capellani Sancti Ægidii.

S. Rainardi Amati.

S. Pontii du Nozelo.

S. Fredelani Raimundi.

Bernardus monachus Auxiensis scripsit jussus die annoque quo supra.

Datum per manus Henrici monachi ad vicem cancellarii.

¥. .

Litteræ Aimerici Ausciorum comitis et Bernardi ejus fratris filiorum Willelmi, quibus dant S. Hugoni abbati Cluniacensi monasterium Sancti Orientii ordinandum.

(Anno 1068.)

[Gall. chr. I, nov. instr., 171.]

Noverint omnes quod ego Aimericus Auscensis comes, et frater meus Bernardus pro peccatis nostris etWillelmi patris nostri, donamusDeo et sancto Petro Cluniacensi in manu domini Hugonis abbatis, et suis successoribus ordinandum et disponendum C monasterium S. Orientii, et quidquid modo possidet, ac in futurum possidebit, etc. Hoc donum fecit simul Raimondus avunculus meus, etc. Actum in claustro S. Orientii in præsentia domni Hugonis abbatis Cluniacensis, et aliorum. S. domni Hugonis abbatis. S. domai Durandi Tolosani episcopi. S. domni Willelmi eriscopi Convenarum. S. domni Raimundi episcopi Lacturensis. S. domni ... abbatis S. Genii. S. domni Willelmi abbatis. S. Martini, fr. Malleavus. Actum Alexandro papa, Philippo Francorum rege, anna, ut puto, 1068, in synodo Auscensi hoc annu habita.

VI.

(Anno 1069.)

[Chronique d'Auch, III. part., p. 68.]

In nomine Dei summi omnipotentis, Patris et Fiki et Spiritus sancti, ego Wilhelmus, filius Bernardi et archiepiscopus Auxiorum, et fratres mei Raymundus, et Oddo, et Otgerius, et Giraldus, et Bertrandus pro peccatis nostris et parentum nostrorum donamus Deo Domino et sanctis apostolis ejus Petro et Paulo ad locnm Cluniacum, cui domnus Hugo abbas przesse videtur, ecclestam Sancti Michaclis de Monte-Alto, cum appendentibus quinque occlesiis et vincis, campis, et absque his que paler meus ils dedit in vita sua, dedinnus nos unum molendinum in alveo Archo pomine et decem demaratas vocatur Nigræ Vallis, et mater nostra similiter medietatem ecclesiæ quæ est in villa quæ vocatur Ulmus, et dominationem alterius ecclesiæ in villa quæ vocatur Cazeras ; hæ duæ sunt in Leomania : unde rogamus per omnipotentem Deum omnes præsentes et succe dentes, ut boc donum collaudent, et integrum illibatum custodiant, et gratiam Dei acquirant, et in societate Cluniacensium fratrum, quam pro hoc dono suscepimus, participes fant. Si quis autem hoc calumniare vel temerare præsumpserit, quod appetit non perficiat, insuper iram Dei omnipotentis incurrat, et cum Dathan et Abiron absorptus intereat-

Facta est hæc charta mense Decembris, in præsentia domni Hugonis abbatis Cluniacensis, et Duranni Tolosani episcopi, et Wilhelmi episcopi Convenarum; et Raymundi abbatis Sancti Lupercul Helizonæ civitatis, et aliorum plurimorum, apostolicam sedem domno Alexandro summo pontifice, Philippo rege Francorum, gubernante; eo desuper regnante, cujus regnum et imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum.

S. Wilhelmi archiepiscopi et fratrum ejus.

S. Arnaldi Lupi et fratrum ejus.

S. Raymundi de Algipoi.

S. Floriani et fratrum ejus.

S. Arnaldi de Argano.

S. Bernardi Gnermundi.

Vłł.

Donatio ecclesiæ S. Mariæ de Arombodio Claniacensi monasterio.

(Anno 1070.)

[Chronique de l'Église d'Auch, part. n., p. 55.]

Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris amicis et domesticis nostris, quod ego Bernardus, filius Guillelmi et Brachitæ uxoris ejus pro remedio animæ meæ et parentum meorum, per cousilium uxoris mez Anselinæ et patris ejus Oddonis vicecomitis Leomanize, et Bernardi comitis Armaniaci et monachi Cluniacensis, cognomento Turnaquelletii, et aliorum amicorum nostrorum, donamus Dee, S. Joauni de S. Monte, et domino Hugeni abbati Cluniacensi, et monachis ibidem Deo devote servientibus ecclesiam 8. Marite de Arombodio cum suis ap-Diploma pro ecclesia Sancti Michaelis de Monte-Alto. D pendiciis, etc. Et si quis illud infregerit, a Deo maledicius erit, nisi emendaverit, et bonum S. Petri soluturus sit. Post mortem igitur Sanxionis presbyteri donamus aliam ecclesiam de S. Martino de Rican : hoe est, duas partes, et senioratum terræ, ut iui i die noctuque Deo, a monachis et aliis catholicis serviatur. Si quis hoc donum calumniaverit vel contradixerit, nisi poenituerit, cum Juda Iscarioth et aliis damnatis demergatur in profundum inferni.

Facta est hæc cartula meuse Octobri, fer. v, luna xxx, scripta publice apud S. Montem, regnante Philippe rege, et Guillelmo, duce Aquitaniæ, dominante provinciam Vasconize, el Aúscilana civitas a domno Guillelino archiepiscopo tune patrocinabatur. Hos autem factum est in præsentia domni Guidonis Picta. viensis comitis totiusque Guasconiæ, qui propria A naldo, qui paternæ jure hæreditati successerut. manu bonum suum tribuit : similiter in præsentia domni bernardi Tumapaitlerii avunculi mei, et D. Arnaldi Aggimensis episcopi, denique Raymun li de Albio Condomiensis abbatis. Testes et visitores hujus rei sunt hi :

Oddo vicecomes Leomaniensis.

Gaillardus de Villera,

Bernhardus de Gailhardo,

Oddo de Pondenaso,

Oddo de Pardellano, et alii quamplurimi proceres.

Signum Fortis comitis Angisiensis [Ausciensis].

S. Geraldi comitis, et Arnaldi Bernardi fratris ejus VIII.

Bernardus et uxor monasterium Sancti Joannis Ba-^B ptistæ ad Sanctum Montem vocatum Cluniacensibus dant.

(Anno 107...)

[BALUZ. Miscell., ed. Luc., 111, 444]

Notum sit omnibus hominibus quod ego Bernardus comes et uxor mea Ermengardis et fili nostri Arnaldus alque Geraldus donamus Domino Deo et sanctis ejus apostolis Petro et Paulo ad locum Cluniacum, cui domnus abba Hugo magis prodesse quam præesse videtur, guoddam monasterium juris nostri ad sanctum Joannem Baptistam in Sancto Monte vocatum cum omnibus ibi pertinentibus nunc et quæcunque ibi in perpetuum pertinebunt, ut faciant rectores ejusdem loci quidquid facere voluerint amodo et usque in sæculum sæculi sine ulla C contradictione. Si quis vero, quod absit, hanc nostram donationem contradicere vel irritam facere voluerit, quod infringere cupit non vindicet, sed sit super cum ira Dei omnipotentis et beati Joannis Baptistæ et sanctorum apostolorum Petri et Pauli; veniantque super eum omnes maledictiones Veteris et Novi Testamenti, nisi resignerit et ad emendafionem venerit. Ut autem hæc charta firma atque stabilis permaneat, manu propria firmavi, testibusque firmandam tradidi.

Signum domani Bernardi; convitis, qui banc donationem fecit.

S. filiorum ejus Arnaldi atque Geraldi.

S. Ermengardis comitissie.

IX.

Notitia de monasterio Sancti Montis. (Anno 1073.)

[BALUZ., Miscell., edit. Luc., III, 43.]

GERALDUS, Dei gratia Ostiensis episcopus, cardinalis et apostolicæ sedis legatus, omnibus catholicæ Ecclesiæ filiis perpetuam in Domino salutem.

Cum ex præcepto domini papæ Alexandri II per Gasconiam iter agentes, in Hispanias tenderemus, in monasterio Sancti Montis hospitati sumus. Est autem Sanctus Mons monasterium pertinens ad Clumiacense comobium, constructum a venerabili Bernardo comite et religiosa conjuge ejus Ermengarda et filio ejus Gerardo et elucro ejus filio Ar-

Præfati namque comes et comitissa colestis vita dvleedinem adamantes, transitorias contempserunt divitias, et in monasterio Cluniacensi, cui reverendissimus Hugo abbas tunc præerat, sauctæ religionis habitum susceperunt, ædificantes prædictum Sancti Montis monasterium in honorem sancti Johanis Baptistæ, pro redemptione peccatorum, sacrum vel remedio animarum parentum suorum, tam qui de sæculo præsenti decesserant, quam et eorum qui adhuc successuri erant. Primum igitur prænominatus locus, utpote Cluniaco legitime donatus et traditus, beati Petri novella possessio erat, 'et nos, licet indigni, ejusdenı principis apestolorum lega. tione fungebamur. Rogati sumus ab ejusdem loci priore Adhemaro et reliquis fratribus ut beati Petri tutelam et defensionem omnibus monasterii possessionibus imponeremus. Quorum precibus - acquiescentes, omnia ad idem monasterium loca pertinentia, ecclesias, prædia, villas, cum omnibus juste acquisitis vel acquirendis, auctoritate apostolica beati Petri tuitione munire stateimus; ut nulla deinceps persona vel ecclesiastica vel secularis rebus prælibati loci violentiam aut torturam inferre præsumat aut iniquas consuctudines imponers audeat. Præterea salvamentum quod infra limites constitutos ad securitatem corum et immunitatem qui inhabitant vel ad id confugerint, sub banno beati Petri firmamus et corroboramus, ut quicunque temere et audacter terminos illos, id est cruces, infringere aut violare præsumpserit aut invadere. beati Petri banni reun et auctoritate apostolica. nisi resipuerit, excommunicatum se cognoscat: insuper si quid banni intulit, infra quindecim dies plene restituat et componat, tum etiam satisfactiones et leges quas ecclesiasticæ præcipiunt sanctiones, id est nongentos solidos persolvat. Quicunque vero in prædicti monasterii cœmeterio sepeliri se fecerint, et de peccatis suis puram confessionem Deo obtulerint, veramque pœnitentiam susceperint et egerint, eos apostolica auctoritate absolvimus et fraternarum orationum atque eleemosynarum participes esse laudamus. Hanc autem cartam, ut firmior habeatur, subtus propria manu nostra in hoc libro

D seu in carta signavimus; conservatoribus ejus præmia sempiterna, contemptoribus autem et infractoribus supplicia sempiterna et damnatarum animarum womenta.

Ego Geraklus Ostiensis episcopus et sedis apostelicæ legatus relegi et subscripsi anno Incarnationie Dominicæ 1073, indictione x1.

X.

Unaldi abbatis Moisiaconsis tostamentum de docimòtionibus a variis soccularibus ab co redemplis. (Anno 1073.)

[Gall, Christ. nov. Instr. I, p. 37.]

Pax origo universis Deus, scilicot majestatis, eruditorum cogitationum provisor, et consiliorum propagator, bonorumque factorum patrator, cidus

953

DIVERSORUM DONATIONES PLÆ PRO CLUNIAC.

quod habet esse a Deo, saluti providet humanæ, ut humanis casibus condescendat propria lege. Quapropter si suorum facta üdelium ad posteritatis memoriam traduntur sliquo modo, quod actum vel deliberatum est simplici oculo, non debet argui a subsannantibus ex improviso : quod enim communi proficit utilitati, omnium sine dubio expedit memoria teneri. Cum igitur sacularium testamenta vim multam obtineant ad rerum deliberandarum indagia, magis credi oportet religiosorum quorumcunque **Adelium ad comparationem istorum valere exempla.** Certus itaque redditus hujusmodi allegationibus, ob multorum profectum filiorum, ego Unaldus abbas dictus cœnobii Moisiacensis, cum consilio fratrum Dominum timentium, egi modis quibuscunque potui B datis muneribus omnem decimationem, quam hactenus primates vel provinciales milites juste aut injuste possidere visi sunt, in nostram ducere ditionem: boc tamen non ob avaritiæ quæstum multiplicandum; sed restituendum, quod Deo jure debetur censum. Olim quippe ex legis præcepto non solum decimas, sed et primitias omnium rerum Deo ferre populus : indignus etenim judicabatur ejus conspectui, quisquis hoc auderet prætergredi. Unde ipse Salvator Phariszos arguit in Evangelio (Matth. xx11, 23) applaudentes de sua justitia, quod hæc quidem implentes minima, relinquerent quæ legis essent graviora, decimas, inquiens, mentam et anetum et ciminum, et omne olus. Hoc idcirco non dicimus quod ad Judaicæ legis ritum Christianitatis velinius transducere cultum; sed ut fidelium populus de majori justitia sollicitus, de minori non audeat contra gloriari inimicus. Cum ergo ita sint, et non tautum divinis, sed etiam humanis promulgatum constet legibus, dubium non est reatu constringi prævaricationis, qui ex industria tollere conatur res Deo sacratas ausu nefariæ temeritatis. Qua de re ego jam denominatus abbas Unaldus, ob hujusmodi coemptionem, largitus sum Bertranno abbati sæculari triginta solidos, simili modo Willelmo cognominato siccarii pro hoc adipiscendo duos equos, et unam unicam auri, ac solidos sexdecim; et contulit nobis intra hos terminos, scilicet ab ipsa Barta, sicut flumen Tarni discurrit, et sicut parochia S. Michaelis n determinatur, et ab alia parte subtus stratam, quæ ducit ad S. Laurentium, sicut ipsa parochia S. Laurentii determinatur; et parochia S. Ansberti, ita dedit de omnibus, quæ infra hos terminos ipse vel alii per eum tenere videbantur; et firmavit ipse, et uxor ejus, et filii ejus Raimundus et Siquerius. Eadem quoque ratione Raimundo de Podiolo dedimus unum equum, et dedit infra hos terminos ad ipsa Barta, et per ipsam tapiam descendendo, et in hac villa guidguid ipse vel alii per cum habere videbantur, et ita firmavit, et debet facere fratri suo eodem modo Armare. Qui videlicet Stephanus veniens ad mortem, cum consilio fratris sui ejusdem, Raimundi scilicet, omnem suam decimationis par-

nute regenter eniversa, gubernater quidquid est A tem, pro hoc [ad] succurrendum monaches effectus, relinquendo firmavit : de vineis scilicet Falqueti et Armulfi. Pro hac eadem causa Stephano de illa Valleta similiter dedimus unum equum, et ipse dedit infra hos terminos, sicut strata publica quæ ducit ad orientem, et determinatur cum terris Willelmi Siccarii de omnibus quæ ipse vel alii per eum tenere videbitur, et ita firmavit ipse, et filius ejus Bernardo, seu Hugoni, et fratribus ejus de Anazago, nonaginta solidos, qui omnem suam quam habebant partem decimationis dederunt Deo, et S. Petro jurs perpetuo possidere, quantum in parochia S. Michaelis, et alii per cos habere videbantur. Similiter Gaufredus de Belpoi onnem decimationem quant habebat ipse, vel per eum in parochia S. Michaelis pro anima sua, ipse et tilii ejus dederunt S. Petro. Simili modo Pontius Faber in infirmitate positus, omnem decimationem snam ipse et filius ejus dederunt S. Petro, Raymundus Geraldus et frater ejus omnem decimationem suam quam habebat in parochia S. Michaelis, totam ab integro dedit S. Petro et nobis, sicut et suprascripti alii, et dedimus et inde triginta solidos. Pro hac antem digna eorum mercede socios fraternitatis nostræ, et participes omnium benefactorum nostrorum dignos judicavimus esse : non solum vero illos, sed et posteros corum per omnem jugiter ævum. Decrevimus etlam pro animabus corum post finem vitæ fieri generalem memoriam, officium scilicet decantandum, missam quoque celebriter peragendam omnibus annis in vigilia S. Michaelis. Facta autem hujus cessionis vel donationis charts, anno lucarnationis 1073, regnante Philippo rege Francorum, in manibus domini Hugonis Cluniensinm abbatis, et domini Unaldí abbatis, cujus providentia et dispositione hæc omnia acta noscuntur, et aliorum fratrem plurimorum in ipso Moisiaco Deo famulantium. Nomína autem eorum, qui hanc donationem firmaverunt, hæc sunt :

Bertrannus abbas sæcularis firmavit."

Bernardus Hngo, et fratres ejus firmaverunt."

Willelmi Siccarii, uxor et filii ejus firmaverunt. Raymundus de Podiolo, et alu multi firmaverunt.

Si quis autem hanc chartam juris cessionis adversariorum, vel certe filiorum illorum, qui eis hæreditate successuri sunt, post obitum violare, seu depravare vel corrumpere, sive etiam loca cadem congreds aut deprædari tentaverit, hac sorte multetur : Non discedat a domo cjus plaga lepræ, famis et pestileatiæ, gladii ac mortis horrendæ.

XI.

Abbatia sancti Arnulfi Crispeiensis datur Hugoni abbati Cluniacensi.

(Anno 1076.)

[Gall. Chr. X, 207, ex chartul. Cluniacensi.]

Venerando abbati llugom et omni congregationi Cluniacensis conobii, Sanon comes vestra sauctitatia servulus, salutem

966

Notum sit vestræ celsitudini, beatissime Pater, me A Bernardi monachi cognomento Guillelmi, cujus vos plusquani omnes homines in carne viventes in Deum diligere, atque proficuum et honorem vestrum in quantum valeo quærere. Concedo itaque vobis et omnibus successoribus vestris abbatiam Sancti Arnull quæ constructa est in castello qui vocatur Crispi, ut omnino subjecta sit vobis, et ut ibi abbatem de vestris monachis eligatis, qui secundum Deum et regulam beati Benedicti illud monasterium regere possit. Volo ergo ut sciatis me fecisse cum consilio et cum voluntate meorum hominum, scilicet majorum, necnon et regem hanc meo deprecatu firmasse chartulam, Philippo videlicet astante, et concedente Silvanectensi pontifice lvone. Testes Simon dapifer Simonis comitis, Milo, Orfanus. Factum in domo Sanctæ Mariæ Parisiensis, die

festivitatis Omnium Sanctorum.

🔆 Sign. Philippi regis.

XII.

Charta Fidis comitissæ'Narbonensis de dono ecclesiæ S. Petri de Sermur facto Hugoni Cluniacensi et Unaldo abbati Moisiacensi.

(Anno 1077.)

[Gall. Chr. nov. I, Instr. 38.]

Noverint tam præsentes quam futuri, quod ego vicecomitissa Narbonæ nomine Fidis, in Dei nomine sub hac descriptione dono Domino Deo et SS. apostolis Petro et Paulo, et Hugoni abbati Cluniacensi, et Unaldo abbati Moissiaci, et cunctis ejus succedentibus, et monasterio Moissiaco, et omnibus ibi Deo servientibus, quandiu locus ipse in Dei servitio perstiterit, ecclesiam illam, quæ fundata est in honore B. apostoli Petri, in loco qui vulgo vocatur Sermur super flumen Biauri, in episcopatu Ruthenensi, ut habeant et possideant ipsam ecclesiam cum onnibus ad eam-ibi pertinentibus in perpetuum. Dono etiam et concedo ego supradicta Fidis vicecomitissa totum montem usque in collum alterius montis, qui vocatur del Poieth, a parte superiori a rivo Naosa, usque in Biaur, sicut ambo claudunt ambos montes, alodem et fevum, et vicariam undique silvam quæ montí adjacet; vincas, hortos, domos, molendinos, piscarias, fontes, ingréssus et egressus. Similiter dono caput mansum de Cesairent. Hanc igitur douationem, ut firma ac stabilis D ego BERNARDUS comes Bisuldunensis videus quædam perseveret facio, cum auctoritate domini Petri Ruthenensis episcopi, et consilio, et voluntate. Si quis vero nostræ ver cujuslibet propinquitatis hanc nostram donationem quam ego facio pro peccatis meis. et redemptione animæ patris mei, et matris, et omnium parentum meorum, violare, aut alienare præsumpserit; in primis iram Dei, et omnium sanctorum incurrat; deinde domni papæ illius temporis et cunctorum fidelium, quousque resipiscat et satisfacial auctoritate et potestate damnentur. Facta donatio ista in manibus supradictorum abbatum ct

(147) Error est manifestus in hujusce chartæ numericis notis, nam Alexander papa anno 4077 Ro-, manze nou przerat Ecclesiz, quam morte reliquerat studio hoc factum est, et Vitalis clerici, anno ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo septimo, regnante Philippo rege, sedis Romæ pontificatum tenente domno Alexandro papa (147).

Signum Fidis vicecomitissæ, quæ hanc chartam fieri jussit, et testibus firmare rogavit.

Signum Petri episcopi Ruthenensis, et Pontii de Cassanas, et Pontii de Panat.

Signum Hugonis Stephani. Amen.

XIII.

Charta Hugonis Stephani, presbyteri, de donations eisdem facta.

(Anno 1077.)

[Histoire de Languedoc, II, Preuves, p. 295.]

Noverint omnes, etc., quod ego in Dei nomine dictus Hugo Stephani presbyter, dono sub hac descripta attestatione Cluniaco comobio atque abbati ipsius loci domno Hugoni..... simulque monasterio Moisslaci.... ecclesiam illam quæ fundata est in honore beati apostolorum principis Petri, in loco ubi vulgo dicitur Sermur super Auvium Bisuri, in episcopatu Ruthenensi ... hanc igitur meam donationem ut firma ac stabilis perseveret, cum auctoritate facio domní Petri Ruthenensis episcopi, simulque cum consilio et voluntate Fidis vicecomitissæ cujus alodium erat locus ipse, et cum consensu simulque exhibitione Pontii de Cassanas, ac Pontii de Panat et fratris sul atque nepotum meorum omnium, Aicfredi quoque, Berengarii et fratris illius, qui honorem ipsum in fevum possidebant. Concedo etiam ego inse prænominatus Hugo cum omnibus supradictis militibus, etc., anno lucarnationis Domini 1077, regnante Philippe, Francorum rege, domno Alexandro [1. Gregorio] Romano pontifice, S. Fidis vicecomitissze, et Pontli de Cassanias, etc.

XIV.

Charta Bernardi comitis Bisuldunensis Campi-Rotundi, Arulensem, et S. Pauli de oleis abbatias Hugoni abbali Cluniacensis in manu Unaldi abbatis Moisiucensis consobrini sui reformandas subjicientis.

(Anno 1078.)

[Gall. Chr. nov. I, Instr. 39.]

Omnibus in æternum manifestum sit quoniam monasteria, quæ mihi succedebant ex propinquitate antecessorum meorum, a monastico ordine, et regulari vita penitus deviasse, pro remissione peccatorum meorum, atque remedio animarum patris mei et matris meæ in melius ordinare disposui. Hoe igitur salubri consilio accepto, auctoritate meorum hominum dono sub legalí descripto omnipotenti Deo, sanctisque apostolis ejus Petro et Paulo loco Cluniaco, atque abbati venerando domno Hugoni, et omnibus ejus successoribus, quandia locus Cluniacus in ordine perstiterit; electionem, et dominatio-

Gregorio VII 1073. Itaque pro 1077 legendum forte 1067.

nem monasteril S. Petri Campi-Rotundi in Gerun- A cui domnus Hugo noster germanus przesse videtur. densi territorio, atque monasterii B. Mariæ quod dicitur Arulas, in Elenensi confinio : simulgue monasterii S. Pauli in valle Oley, in Narbonensi pago; ut teneant et ordinent prædicta monasteria, secundum regulam S. Benedicti in perpetuum. Ut autem hæc mea cessio stabilis permaneat, abbatiam S. Mariæ de Arulis ab illis qui in fevum acquisierant redemi; scilicet a Guifredo Narbonensi archiepiscopo centum uncias auri, et ab Arnaldo Arnaldi centum uncias anri, et in vita sua dimisi ei de ipso honore capellaniam in ecclesia S. Petri de Albania, atque omnes fevos militum, quos in Bisuldunensi confinio S. Maria habebat absque fevo Bernardi Adalberti, et Willelmi Segarii. Similiter etiam abbatiam S. Pauli a Petro vicecomite Fenolensium, B quam in fevo acquisierat redemi centum uncias auri, et dum vixerit dimisi ei de ipso honore S. Pauli villam quæ dicitur Mauri; insuper omnes malas consuetudines, botaticos, albergas, atque traginas, et omnes torturas, quas ego hactenus, vel omnes antecessores mei in ipsis honoribus prædictorum monasteriorum inquirere videbamur, funditus dimitto. Istam siquidem donationem, sicut jam dixi, ita jure perpetuo tenendam esse volo; ut si quis eam, quod absit, violare tentaverit, sub judicio Romani pontificis examinandum esse relinguo. Factum est autem hujus meæ concessionis testamentum in manibus charissimi mei consobrini domni Hunaldi abbatis Moisiacensis, anno Dominicæ Incar- c nationis 1078, æra acxvi, Gregorio VII papa pontificatum Romæ tenente, Philippo Francorum rege regnante.

Testium vocabula, qui hoc affirmaverunt subtus sunt scripta

Ego Bertrandus comes affirmo, ac propriis mailibus ita consigno.

+ S. Pontii Bledger.

S. Udalardi vicecomitis

S. Adalberti Gausberti.

S. Arnaldi Geraldi.

S. Petri Gausberti.

S. Gausberti Petri.

XV.

Charta Gaufridi militis, fratris S. Hugonis, de Mar- D ciniaco in pago Augustodunensi. (Circa annum 1080.)

[MARTENE Anecdot. 1, 243.]

Divinis decretis humana temeritas præjudicium facere non debet, præjudicium etenim fit, cum pro bonis mala redduntur. Bona siquidem cuncta divina largitas nobis abunde præsentat. Quæ si non æqualia, et ut dignum est, tamen a suo plasmate cui omnia contulit, pro multis non dedignatur recipere breviora. Quo exemplo, si non ut decet, tamen juxta capacitatem mei intellectus, ego Gaufredus aliqua ex parte percitus, donationem facio Deo apostolorumque principi beato Petro, in cuins honore et reverentia Cluniacum constat ædificatum esse cænobium,

PATROL. CLIX.

aliquam partem ex rebus meis, quæ sitæ sunt in pago Augustodunensi, et in villa quæ vocatur Marciniacus, ecclesiam scilicet, quam pro redemptione peccaminum meorum ab ipsis fundamentis ædificare cupio, in perpetuum trado, necnon tres meas condeminas atque boscum meum, simulque pratum, terramque totam cultam et incultam, quam ibi videor habere dominicam. Hanc donationem dono Deo supradictoque loco pro remedio animæ meæ et parentum meorum, annuente comite Tetbaldo, fratribusque meis, Andrea et Dalmatio, cunctisque meis fidelibus astipulantibus.

XVI.

Litteræ Guarini comitis Rosnacensis de Ecclesta Sanctæ Margaretæ data monasterio Cluniacensi. (Anno 1082.)

[BALUZ., Miscell. edit. Luc., III, 55.]

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Omnibus sanctæ catholicæ Ecclesiæ filiis præsentibus atque futuris notissimum volo fieri, ego Guarinus dictus comes Rosnacensis territorii, quod propter gratiam ejusdem honoris transitorii, dum essem filius sæculi, cogitavi ut in alimoniam filiorum Dei. qui pro peccatis meis et totius populi creduntur orare pietatem Domini, donarem partem allodii mei et illud quod habebam in ecclesia Sanctæ Margaretæ Domino et sancto Petro Cluniacensis cænobii, quod præcogitatum Domino volente perfeci, constitutis inibi fratribus qui sub proposito regulari Domino deservirent et sanclæ virgini. Sed altare et quartam partem ipsius ecclesiæ lunc temporis possidebant fratres Dervensis monasterii, ubi honorifice requiescit corpus venerabilis Bercharii. Ut ergo prædictam ecclesiam ex integro haberent Cluniacenses monachi, consilio habito cum domno apostolico Hildebranno nomine, in papatu autem dicto Gregorio, ut morerer mundo et viverem Deo, in remissionem omnium delictorum et ad salutem antecessorum meorum, cum benedictione apostolica, et cum licentia episcopi mei domni Hugonis Trecasini, et cum favore Theobaldi comitis palatini, cum laude etiam propinquorum meorum, dedi me cum allodiis meis principibus apostolorum Petro el Paulo, venerabili quoque Berchario, in præsentia domni abbatis Brunonis et monachorum Adeliumque suorum. Itaque jam dictus abbas et monachi annuerunt Cluniacensibus altare et quartam partem supra memoratæ ecclesiæ, acceptis sibi alodiis quæ erant liberæ conditionis, et absque jugo ullius advocationis, sine alicujus judiciaria potestate sive banno, ad postremum sine aliqua redhibitione omnis hominis. Hæc igitur sunt alodia quæ tradidi Deo et sanctis apostolis Petro et Paulo, beato quoque Berchario, monachisque suis perpetualiter habenda. Roserias, Muctium, Junchereium, cum appendiciis suis, videlicet servis et ancillis, terris cultis et incultis, silvis, pratis, aquis, aquarumque decursibus.

969

Ut autem hoc meum donum eidem ecclesize et fra-

tribus infbi Deo servientibus perpetuo habendum A omnibus peccalis nostris ex facultatibus propriis remaneat, et ut nullius calumniatoris injusta invasione rescindi valeat domnum Hugonem Lugdunensem archiepiscopum et apostolicæ sedis legatum præcepto jam dicti domni apostolici Gregorii rogavi ut facta excommunicatione hanc chartam confirmaret sub testimonio et laude omnium episcoporum, abbatum, et cætero rum Dei sidelium concilio Meldensi astantium. Ipse vero libentissime annuens petitioni meze assensum præbuit, et communi decreto totius sancti Concilii ut petieram confirmavit sub districtione hujus anathematis. Auctoritate Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli excommunicamus, et a liminibus matris ecclesiæ separamus et removemus, æterna quoque damnatione percutinus et damnamus eos quicun- B que de rebus supradictorum alodiorum comitis Guarini aliquam fraudem vel injustitiam fecerint ecclesiæ Dervensis monasterii, nisi resipiscentes et eidem ecclesiæ satisfacientes dignum pænitentiæ fructum egerint.

Signum Hugonis Diensis episcopi

- S. Amati vicarii papæ Gregorii.;
- S. Richardi archiepiscopi Bituricensis.
- S. Hugonis Trecasini episcopi.
- S. Rogeri Cathalaunensis episcopi.
- S. Rorici Ambianensis episcopi.
- 'S. Hugonis Grannopolitani episcopl.
- S. Hugonis Lingonensis episcopi.
- S. Haganonis Augustidunensis episcopi.
- S. Ilugonis Nivernensis episcopi.
- S. Arnulphi Suessionensis episcopi.
- S. Landrici Matisconensis episcopi.

Comes etiam Tebaldus, et uxor ejus Alaidis nomine, et Odo filius ejus laudaverunt et sua signa fecerunt.

S. Tebaudi comitis. Alaidis axoris ejus.

S. Odonis filii ejus.

X VIL

Charta fundationis monasterii subtus Brunechikdum castrum in pago Caturcino, Hunaldo abbati Moisiacensi el Hugoni Cluniacensi subjecti.

(Anno 1082.)

[Gall. Christ., nov. 1, Instr. 39.]

Legibus instructi divinis, atque ecclesiasticæ sanctionis roborati exemplis credimus, et confitemur D impietates, atque delicta humanis excessibus commissa, eleemosynarum largitate simulque bonorum operum assiduitate per Dei dispositionem posse redimi atque mundari : ipsa veritate quæ Deus est attestante, quæ ait : Date elesmosynam, et omnia munda sunt vobis (Luc. 11, 41). Et iterum Scriptura: Fili, inquit, benefac semper, et Deo diguas oblationes offer : memor esto, quoniam mors non tardat, et testamentum inferorum manifestabitur tibi (Eccli. XIV. 11, 12). His etiam, aliorumque divinorum eloquiorum admonitionibus provocati, nos videlicet Artmannus et Ademarius vicecomites cognominati, auxiliante Domino providemus, atque disponimus pro

noviter monasterium construere, ad honorem ipsius omnipotentis Dei, et memoriam beatissimorum Petri et Pauli apostolorum principum, quibus a Domine collata est potestas ligandi atque solvendi, procul dubio pro defensione et melioratione nostrorum tam corporum quam animarum, simulque pro remedio animarum parentum nostrorum atque omnium tam vivorum quam defunctorum fidelium. Igitur iustinctu, et consilio multorum aobilissimorum virorum, nos prænominati vicecomites Ademarus scilicet, atque Artmannus concedimus, atque donamus jure perpetuæ concessionis Domino Deo, sancta scilicet et individuæ Trinitati, sanctissimisque ejus apostolis Petro et Paulo in locis ipsorum Cluniaco atque Moisiaco, simulque abbatibus venerandis domno Hugoui, et domno Unaldo, et omnibus corum successoribus abbatibus et monachis in supradictis locis Domino in perpetuum servientibus, locam ad hæc præerectum atque constitutum. Et est locus ipse in Caturcensi pago, in territorio subtus ipsum Brunechildum castrum; inter flumina Verze et Avarionis, ipsum locum cum universis appenditiis et adjacentiis suis, quidquid ibi vel alias ad boc opus designavinus et donavimus, vel adhuc datori sumus, et quodcunque lpsius loci habitatores, cum Dei auxilio, inibi acquirere potuerint, ut ita teneant et possideant comobiorum supradictorum Cluniacensium et Moisiacensium habitatores, in proprio alode jure perpetuo. Damus etiam, et sub legali

C descripto, et firma corroboratione illum mansum nostrum dictum de Monte Argillo in dominicatura propria, cum omnibus finibus suis, ingressibus et egressibus in proprio alodio possidendum. Hæc autem omnia cum universis reditibus suís, quantam a nobis demonstratum est, vel quantum in futuro, Deo annuente, acquisitum ibi fuerit; scilicet in terris, vineis, aquis, silvis, pratis, cultis sive incultis, totum ab integro cum ingressibus et egressibus suis, ita cedimus et donamus firma, et stabili cessione supradictorum monasteriorum habitatoribus, absque ulla omnino retentatione : ut ita habeant, teneant et possideant fideliter per cuncta succedentia tempora, tali quoque conditione, ut neque nos, neque ullus unquam homo nostræ vel alicojas generationis, potestatem aliquam in supradictis honoribus requirat, neque justitiam, peque vicariam, aut aliquam violentiam inferre præsumat ipsius loci habitatoribus, quantum infra ipsos terminos designatum est; sed libera atque quieta hæc omnia supradicta servis Dei in æternum permaneant. Laudamus etiam et donamus, ut quicunque de beneficiis, et de fevis quæ de nobis tenent aliquid dare voluerint, ejusdem loci in perpetuum teneant et possideant habitatores.

Volumus etiam atque rogamus de his omnibus privilegium fieri a domno papa Romanæ Ecclesiæ, ut firma et stabilis hæc nostra eleemosyna semper permaneat, quam si quis violare præsumpscrit, vel

971

aliquo modo invadere tentaverit, sentiat se esse A tibus, astipulantibus, constituo de præfato censu damnandum et nunc, et in perpetuum.

Hæc autem facta sunt cum consilio et auctoritate domni Geraldi Caturcenze Ecclesize pontificis, anno scilicet Dominicæ Incarnationis 1083, regnante Philippo rege Francorum, domno Gregorio VII pontiûcatum Romanze Ecclesize tenente anno x, mense Septembrio, feria ui, id est Nonas ipsius mensis, luna XIX; indictione VI, æra MCXXI.

Sig+num Armanni et Ademari vicecomitum.

Sig+num Remundi Amelii.

Sig†num Pontii Matfredi.

Sig†num Raterii.

Sig+num Matfredi Amelii.

Sig†num Amelii'Justini.

Sig+num Bernardi filii sui, et Hugonis fratris B soi.

Sig+num Arnaldi de Mairaco, et filiorum ejus.

Sigfnum Petri, Stephani, et fratrum ejus.

- Sig+num Bernardi Hugonis, et fratrum ejus.

XVIII.

Testamentum domni Adefonsi regis Hispaniarum ad Gluniacum.

(Anno 1090.)

[BALUZ. Miscell., 111, 44.])

In nomine Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti. Aderonsus, divina favente clementia, Hispaniarum rex.

Convenit majestati regiæ prædecessorum regum virtutes et bene acta initari, per quod et apud Deum et apud homines inveniat gratiam, et in C posteros amabilem nominis sui transmittat memoriam. Subiit itaque mihi regi Adefonso in mentem quid egregium inter cætera egerat pater meus rex · Fredelandus pia recordatione semper commemorandus. Comperta namque cœnobii Cluniacensis tam celebri, tam probata tam sancta religione, divino mox timore compunctus et amore societatem fratrum Deo et sancto Petro ibidem militantium humiliter expetiit, devotius accepit, fidelissime quoad vixit retinuit, non inaniter credens se participem fore in eorum spiritalibus, si de sua temporali abundantia indigentiæ servorum Dei fuisset munificus. Unde censum annualem, mille videlicet aureos, quos vulgo mancales appellant, conventul Clunia- D censi ad vestiarium proprie dedit; quem censum eodem modo per successores suos præfato loco annuatim reddendum instituit et firmavit. Quia vero placuit omnipotentize Creatoris in regno Hesperidum roborare solium meum, ego.Dei gratia rex Adefonsus, sicut hæres paternæ dignitatis, ita quoque bonæ successor voluntatis, pactum fraternæ societatis cum meis Cluniacensibus inii, statui, firmavi, censum quoque largitatis paternæ duplicavi, duo millia mancales in censu annuali Cluniaco persolvens. Communicato etiam cum uxore mea regina consilio, et primum Toletano archiepiscopo et eæteris episcopis meis et primoribus regni mei fidelibus meis volentibus, consentientibus, laudan-

duplicato Cluniacensibus meis fratribus charissimis regiæ, auctoritatis præceptum, a meipso quoad vixere firmissime tenendum, omnibusque succedentibus per sæcula ventura in regno Hispaniæ, regibus perpetua lege servandum. Hanc autem constitutionem sacio pro animæ meæ remedio, pro animabus patris mei et matris ac fratrum meorum, pro-uxore aç liberis meis, ut et vivis prosit ad promerendam æternalem vitam et defunctis proficiat ad possidendam requiem sempiternam. Si quis vero successorum meorum regum præcepti hujus, quod absit, temerator existens aut violator censum Cluniacensibus constitutum sive ex toto abnegare sive minuere tentaverit, sicut ego fido in Domino

Deo, a regno Dei se noverit alienum et judicio divino exhæredandum, nisi velociter resipiscat et abnegatas vel diminutas census condigna satisfactione restituat pensiones. Ut autem inviolabile teneatur hoc meum præceptum hanc chartam fieri conscriptionis jussi, quam regia manu et auctoritate subtus firmavi et corroboravi, atque firmandam æque principibus ac fidelibus meis consequenter mandavi. Impetravi etiam a Cluniacensì abbate patre meo domno Hugone tunc temporis mecum in civitate Burgis commanente, ut omnibus superventuris abbatibus suis successoribus constituat præceptum de commemoratione vel obsequio quod pro nobis, videlicet pro patre meo, pro matre, pro fratribus meis, pro me, pro uxore mea regina, et liberis ipse domnus Hugo abbas apposuit et ordinavit tam pro vivis quam pro defunctis semper agendum.

Acta sunt Burgis in civitate.

Data apud Burgis civitatem anno ab Incarnatione Domini 1090, indictione x111, Paschæ diebus. XIX.

Litteræ episcopi Silvanectensis de abbatia Crispeii. (Anno circiter 1095.)

[Gall. Chr. X, Instrum. 207.]

Hugo, Dei gratia Silvanectensis episcopus, domino et charissimo sibi Hugoni Cluniacensis monasterii abbati, salutem et servitium. Notum fieri volumus vestræ benignissimæ et nobis dilectissimæ sanctitati, libenti animo assensum præbuisse petitioni domni Hugonis comitis de Crispeio super abbatia Sancti Arnulfi, favente conventu canonicorum sanctæ sedis Silvanectensis. Concedimus itaque ut monasterium Sancti Arnulfi de Crispeio sub vestræ sanctissimæ dominationis vestræque religiosissimæ sanctitatis omnibus modis subdatur imperio. Et quia exontamus nobis affinitatem vestræ bonitatis, in ditione vestra situm sit ponendi et auferendi cujuscunque personæ volueritis, et hoc quandiu vita ista fruemini. Concedimus præterea gratia vestri, ut post decessum vestrum successor vester abbas, videlicet Cluniacensis, habeat potestatem ponendi abbatem in supradicta ecclesia, secundum electionem Cluniacensis capituli ; ita tamen ut Silvanectensis Deum et auctoritatem SS. Patrum obtinere debent, non amittant; verum ea secundum quod canonicus ordo postulaverit, obtineant. Ne quid autem grave videatur vestræ benignissimæ paternitati in hujusmodi constitutione, mandamus quia dum præsentialiter insimul locuti fuerimus, Deo volente, secundum discretionis vestræ consilium quod emendandum fuerit emeadabimus; vos autem in præsenti ecclesiæ consulite.

XX.

Acta concordiæ initæ in concilio Claromontano inter Hugonem abbatem Cluniacensem et Pontium abbalem Casæ-Dei.

(Anno 1096.)

[BALUZ., Miscell., 111, 56.]

Noverint omnes Ecclesiæ Dei fideles, tam præsentes quam posteri, qualiter domnus Hugo abbas Cluniacensis et domnus Pontius abbas Casæ-Dei, fratresque eorum in Claromontensi concilio per manum domini papæ Urbani secundi et venerabilium archiepiscoporum domni Hugonis Lugdunensis et domni Aldeberti Bituricensis aliorumque multorum religiosorum virorum, sopita omni simultate quæ inter eos ex quibusdam occasionibus emerserat, in pacem et concordiam redierint. Sciendum est itaque quia domnus abbas Pontius et fratres Casæ-Dei concesserunt domno Hugoni abbati et fratribus Cluniacensibus Boortense monasterium et ecclesiam de Amberto, ecclesiam quoque Sancti C Stephani de Castello, et ecclesiam Digneio, atque ecclesiam de Cosantia, ecclesiamque de Vongeio, et ecclesiam de Prisceio, alque ecclesiam de Snireiaco, cum omnibus earum appendiciis, tam in terris et possessionibus quam in decimis cæterisque redditibus, et parteni decimæ de ecclesia Cosiaci, partem quoque decimæ quam habehant in Ecclesia de Judzeis, ut habeant deinceps hæc omnia in perpetuum. E converso domnus abbas Cluniacensis et fratres ejus concesserunt domno abbati Casæ-Dei et fratribus ejus obedientiam de Castellione juxla castrum Corziacum et ecclesiam de Casa Mediana cum omnibus ad cas pertinentibus ut possideant ea omnia in perpetuum, ita tamen ut in Casa Mediana habitantes monachi przeter duos ant tres non ha- n beantur, babitantes autem in castello quod vocatur Castellutium habeant facultatem sepeliendi vel in cœmeterio capellæ ipsius castelli vel in ecclesia de Auzac, quæ est parochlalis. Cætera vero omnia quæ eo die in quo bæc concordia facta est aliqua investitura tam fratres Cluniacenses quam fratres Casæ-Del tenebant finierunt sibi in perpetua pace, nec sibi deinceps ea ad invicem calumniabuntur. Convenerunt etiam inter se ut quæcunque de cætero terræ vel possessiones sibi darentur ab illis qui eas aliqua investitura tenerent, fratres illi qui inde qualecunque donum susceperint, eas sibi sine calumnia et quæstione aliorum habeant. In Ecclesiis vero acquirendis, quicunque eorum primum partem adi-

Ecclesia et ejusdem episcopus, ea que secundum A pisci dono ejus qui investitus est poterit, tenebit eam in pace, nec quilibet alterius congregationis vim aut calumniam inferre poterit, nec acquirendi vel ædificandi ecclesiam in ipsa parrochia licentiam vel facultatem habebit. Clericorum autem vel militum quisquis in extremis positus, cuicunque loco corum sese ad sepeliendum destinaverit, ibi sine calumnia sepelietur, et quæcunque dedcrit locus ipse in pace retinebit, etiamsi se vel sua prius alteri parti devoverit, excepto quod si aliqua aliis cum investitura primum dedit, non licebit ca nisi ipsis aui inde investiti fuerant habere. Cupientium venire ad monasticum ordinem et habitum, nulli suscipiendi aditus, quocunque ire velit, ab altero prohibebitur, etianisi se ei primum devoverit. Et si qua B tunc largitus fuerit, locus ipse quem ingreditur in pace possidebit, exceptis his quæ cum investitura aliis primum contulit. Suscepti ad habitum transire ab uno ad alterum monasterium non poterunt, aisi forte cum licentia abbatis sui.

> Actum publice apud Clarum-montem et laudatum atque confirmatum auctoritate domni papæ Urbani II, ut sic ab utrisque inconvulse teneatur, anno ab Incarnatione Domini 1095. Kal. Decembris, indictione sv.

XXI.

Raimundi vicecomitis Cadurcensis vitam monesticam in Moisiacensi cœnobio amplectentis, et duas ecclesias Ansquitilio abbati condonantis.

(Anno 1101.)

[Gall. Chr., nov. Instr. 40.] Cum manifestum sit beatius esse dare quam ac-

cipere (Act. xx, 35), et moneat unumquemque Scriplura : Miserere animæ tuæ placens Deo (Eccli.xxx, 24), ego in Dei nomine RAIMUNDUS vicecomes dictus, qui toties ab aliis male acceperam tandem aliquando bene dare dispono, atque miseræ animæ meæ inspiratione divina misereri eligo. Nam vitam meam qua tam inique vivebain, ut Christianis omnibus audire tantum nefarium sit, relinguens omnia, religione monastica commutavi. Ecclesias vero quæ dicuntur de Calzada, quas parentes et antecessores mei per Simoniacam hæresim prave distraxerant, ut oblationes earum, non per manus paoperum, sed, quod turpe eral, per manus concubinarum, distribuerentur, in dispositione Deo servientium ordinatione divina constitui atque composui. Has igitur ecclesias quæ in Caturcensi pago constructæ videntur. major in honore et nomine B. Mariæ semper virginis : minor vero in honore sancti Audoeni confessoris; cum suis cœmeteriis et oblationibus, terris, vineis, aquis, molendinis, seu onni ecclesiastico honore, et omnibus ubique ad ipsas pertinentibus, ego supradictus Raimundus, simulque filii met Pontius et Petrus, donamus et relinguimus Domino Deo universorum, et beatissimis apostolis ejus Petro et Paulo, in locis venerabilibus Cluniaco et Moissiaco, abbatibus quoque præsentibus domno Hugonl et domno Asquitilio, cunctisque eorum successori-

bus, tam abbatibus quam monachis in ipsis locis A gaudus domno Hugoni Cluniacensium venerando ab-Deo servientibus, ut habeant, teneant et possideant in perpetuum alodum omni tempore, quandiu cœlum imminet terræ. Hæc, inguam, admonitione et industria summi et illustris viri domni Geraldi nostri, id est Caturcensis pontificis : instantia vero atque diuturnis ad Doum orationibus venerandi abbatis Asquitilii, cunctæque congregationis Moissiacensis, exhortatione quoque, et ut ita dicam, partim violentia filiorum suorum Petri et Pontil, consilio etian et voluntate amicorum meorum, ac multorum nobilium virorum, tali tantaque devotione peregi. Si quis itaque hanc nostram donationem irrumpere, violare, ant in aliquo minucre tentaverit, in primis iram Dei viventis incurrat, ac cum Dathan et Abiron damnatione perpetua damnandum se sentiat in infernum. Cui autem melior apparuerit filius, aut propinquus meus, potentia sua totum ab integro restituat sancto Petro in supradicto loco Moissiaco, ut participes hujus meæ eleemosynæ sit et hæreditaris meæ hæres legalis permaneat; scilicet, ut quod de manu laicali, ubi hactenus erat, in omnipotentis Dei et servorum ejus stipendia commutamus alque transducimus, absque perturbatione et inquictudine ratum sit, et inconvulsum consistat omni tempore.

Facta cessio descriptionis hujus auctoritate et consilio domni Geraldi sanctæ Caturcenæ Ecclesiæ episcopi, ac clericorum ejus, anno Dominicæ Incarnationis 1101, indictione nona, præsidente in Ro- C mana Ecclesia Paschale secundo papa, regnante Philippo Francorum rege, in præsentia et corroboratione multorum testium.

Ego ipse Raimundus supradictus vicecomes, et filii mei Pontins et Petrus vicecomites, ita Armamus et corroboramus tenendum 'in perpetuum.

Ego Ademarus Ramo dictus, qui ipsas per successionem parentum meorum male tenebam et injuste possidebam, ita libere et absolute dono atque derelinguo, simul cum filio meo in manibus et præsentia supradicti abbatis domni Asquitilii, atque aliorum multorum testium, tam monachorum quam laicorum.

Signum Aimonis Eliæ.

Signum Gauffredi militis de Calszeda.

Signum Petri Amelii.

Signum Sicardi.

Signum Hugonis vicarii.

XXII.

Concilium Massiliense confirmat placitum quod fecit Norgaudus episcopus Æduensis cum domno abbate Hugone et monachis Cluniacensibus.

(Anno 1103.)

[MARTEN. Thes. Anecd., IV, 125, ex cnartario Cluniacensi.]

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, amen. Oinnes sanctæ universitatis Ecclesiæ filios volumus scire quam pacem quanive concordiam, Æduensis episcopus Nor-

bati filiisque ejus Cluniacensibus fratribus tandem post diulinam controversiam fecerit, qua litterave factam corroboraverit. Querimoniæ inter Cluniacenses fratres et prædictum Æduensem episcopum N. pro illatis ab eodem episcopo injuriis exortæ fuerunt, et inter cætera injuriarum damna idem episcopus, necnon et Matiscensis præsul domnus Berardus quædam nova feccrunt privilègia, quæ videbantur contraria' quædam contra Cluniaceusis Ecclesiæ privilegia continere. Ut autem domnus Paschalis II papa hoc comperit amore domni Patris Hugonis et Cluniacensium fratrum charitate excitus, scriptis suis illa contraria quæ memorata jam dictorum episcoporum privilegia codtinebant damnare curavit; et ad hæc damnanda, atque simul Romanæ Ecclesiæ negotia peragenda et pertractanda Prænestinum episcopum domnum Milonem, totius Galliæ legatione injuncta, ad Gallias mittere studuit. Idem vero legatus Cluniacum veniens, certo die inter præfatum episcopum fratresque Cluniacenses placituni denominatum statuit, in quo placito, quidquid supradictorum privilegia episcoporum contrarium adversum Cluniacensis Ecclesiæ privilegia sonabant, præcepto Domini papæ in præsentia episcoporum quos subintitulabimus, et cunctorum qui aderant exclusit ac damnavit, ecclesiæque Cluniacensis privilegia firmavit et corroboravit. In hoc quoque placito præmemoratus Æduensis episcopus N. decreto et litteris domini papæ Paschalis II commonitus, justitiaque quam in ecclesiis subnominalis fratres Cluniacenses habebant exigente, domno Patri Hugoni fratribusque Cluniacensibus donarit, concessit ac laudavit ecclesiam de Carrellis, et ecclesias de castro de Lorma, scilicet ecclesiam S. Albahi, et copellam ejusdem castri, ecclesiamque de Molinis, et ecclesiam de Trevello. Ecclesiam autem de Moncellis simili modo donavit, similiter concedit et laudavit. Statutum est tamen ut pro hac ipsa ecclesla duorum solidorum census annuatim reddatur. De hac iterum eadem ecclesia hæc convenientia habetur, ut si a Corbiniacensibus monachis fratres Cluniacenses interpellati de rectitudine fuerint, ubi Cluniacenses testificatorem suum poterint ha-

p bere, non differant in curia memorati episcopi Æduensis N. justitiam exsequi rectitudinis. Omnes etiam ecclesias quas vel prædecessoris sul domni Aganonis tempore tenuerant, vel de quibus donum vel investituram, aut assensum habuerant laudavit. Præceptum est quoque domini papæ Paschalis præcepto et præfixum ac per præfatum Romanæ sedis legatum Prænestinæ episcopum domum Milonem corroboratum, ut sicut in præfati papæ Paschalis videlicet II privilegio Cluniaco impertito continetur, tam ecclesiæ quam presbyteri ecclesiarum et res Cluniacensium universæ sine inquietudine liberæ et inviolatæ permaneant. Hæc vero de Vizeliacensi abbatia statu'a sunt et præfixa. Statutum est et præceptum ut Æduensis episcopus a Vizeliacensi abfate

ei ullo modo faciat. Fratres vero Vizeliacenses sa-

cros ordines ab ipso suscipient, si tamen episcopus canonice ordinatus fuerit. Quod si eos ordinare renuerit,"a quolibet alio episcopo canonice ordinato ordinabuntur. Presbyteris quoque qui eidem abbatiæ deserviunt, chrisma largietur absque aliqua retractatione.

Anno ab Incarnatione Domini 1103 acta sunt hæcⁱⁿ apud Massiliam per manum domni Milonis Pliene-125. stini episcopi et S. R. E. sedis legati in presentia 512. episcoporum, scilicet Matiscensis B. qui cum tuficepizion scopatu suo Lugdunensis archiepiscopi domiNIHu-100 [gonis] vices agebat, et hujus præfati Æduensis cpiscopi N. in præsentia quoque archiepiscopi de Evroic domni Gerardi, et episcopi de Titfort domni B ejus, etc., has divinæ admonitionis sententias conllerberti, et episcopi Cestrensis domni Roberti, ac episcopi Belensis domni Poncii, hoc placitum et has conventiones donorum præfatus Æduensis episcopus N. sicut in præsentia supradictorum episcoporum per manum domni M. cardinalis sæpedieti firmaverat, sie Cluniaci in communi capitulo fratrum firmavit, laudavit et corroboravit, præsente 'Vizeliacensi abbate domno Artaldo, domnoque Gaufredo priore claustri, et domno Bernardo camerario, præsente etiam conventu.

XXIII.

Charta Willelmi Burgundionum et Matiscensium comitis, qua donationes antecessorum suorum Cluniaco (actas confirmat, aliasque de suo addit, commemorans progenitores et antecessores suos.

(Anno 1107.)

MABILL. Annal. Bened., V, 511.]

Notum sit cunctis amantibus veritatem et pacem, quod ego Willelmus, Burgundionum comes et Mathicensium, laudo et confirmo ad Cluniacum omnes donationes quas antecessores mei Burgundionum comites et comites Mathicensium loco illi venerabili usque hodie contulerunt : videlicet Rainaldus pater meus, filins Willelmi; et ipse Willelmus, filius alterius Rainaldi; et ipse Rainaldus, filius alterius Willelmi; et quæ illie dedit Stephanus comes, patruus meus. Possessionem quoque in pago Leodiensi, quam Aywallianı vocant, quam mater mea Regina, quæ fuit uxor Rainaldi (Mathicensium comitis dedit n crymoso corde considerans, ratum duxi ut juxta ad Marciniacum, ubi et ipsa multis jam annis in sanctimoniali habitu servit Den sub disciplina domnj ac venerabilis Hugonis abbatis. Nam de mea parte sono ad præfatum locum Cluniacum quidquid jure hæreditario a majoribus meis mihi obvenit apud Bellum montem, qui locus est in episcopatu Lausanensi, et insulam proximam, quam dicunt Insulam comitum, quantum ad me res ipsa pertinet in hominibus, in terris, in vineis, in piscariis, vel cæteris redditibus. Sic laudo, sic offero res nominatas pro redemptione animæ meæ, et avi ac nutritoris

(148) In hac comiting Matiscensium serie observare licet morem apud veleres non raro usitatum, ut

professionem vel obedientiam non exigat, nec abbas A mei Cononis comitis et reliquorum parentam meo rum, elc.

> Actum publice apud Berziscum villam (Verzy) in manu domni Hugonis Cluniacensis abbatis, anno Dominicæ Incarnationis #107 indictione xv, anno domni Paschalis pap secundi viir, anno n Henrici regis quarti, anno vero ordinationis domni Hugonis abbatis Cluniacepsis LIX (148).

XXIV

Charta donationis pro monasterio Cluniacensi a Willelmo et u ore sua Adeleyda.

[BALUZE, Histoire d'Auvergne, tom. II, preuv. p. 30.]

Cum divinæ nobis Scripturæ per Salomonem testetur auctoritas, divitiæ viri redemptio animæ siderantes, ego Willelmus et uxor mea Adeleyda ob remedium animarum nostrarum et antecessorum nostrorum de amplitudine prædiorum quæ dedit nobis Deus beatis apostolis ejus Petro et Paulo ad monasterium Cluniacense, cui venerabilis abbas Hugo præesse videtur, donare aliquid statuimus in pago Limagniæ, terram scilicet Caurossam cum continentia sua et finibus suis, ea ratione ut jus alodiale et quidquid proprietatis aut dominicaturæ in ea possideo prædicto loco et monachis ibi Deo famulantibus delegem et transfundam perpetualiter obtinendum. Et ut hæc traditionis charta firma et inviolabilis permaneat nostra auctoritate rohoşavimus, et fidelium nostrorum assensu laudari et astipulari fecimus.

S. Willelmi filii cjus.

C

S. Stephani fratris ejus.

XXV.

Charta donationis Willelmi [de Thierno eidem Cluniacensi monusterio.

[Histoire d'Auvergne, ibid.]

Dum constet certissimum fore cunctis recte sapientibus quod videlicet onnis præsentis sæculi gloria sive, ut verius dicatur, vana et deceptoria fallaciæ tota transit, etc. Hæc igitur ego Willelinus de Thierno mente versans simulque multitudinem peccatorum in quibus nunc usque sum diversatus la-Danielis consilium peccata mea eleemosynis redimerem, et quia a viriditate bonze actionis, heu proh dolor! pene arui æstu sæcularium voluptatum, illos saltem sustentarem quorum pia vita fructum offert bonarum jugiter virtutum, eo quod a Christo velut lignum fructiferum sint plantatæ juxta fluenta sanctarum Scripturarum. Dum enim me sentiam fascibus iniquitatum mearum immersum, cunctis pietatis exspoliatum esse plumis, illorum qui cunctarum mundi cupiditatum visco exuti assumunt pennas ut aquilæ et ad superna indelicienter evolant, mentis

nepos avi nomen referret, ut in eo avus quodana modo reviviscere videretur.

pennis. Hujus ergo rei gratia dono Deo et sanctis anastolis Petro et Paulo patrique et domino meo Hugeni abbati, et cæteris senioribus fratribus Cluniacensihus quædam ex meis rebus, ut ipsi deinceps es jure perpetuo possideant et prout voluerint disponant. Sunt vero hæc : In primis quidquid in ecclesia vel villa de Carmis in dominium possideo, redditus videlicet, vel consuetudines omnes et vicarias omnes ibi pertinentes, quicunque illas habeat ut sicut ego huc usque nunc tenui, ita deinceps eas senjores Cluniacenses teneant. Dono etiam villam de Siurac, sicut eam tenebam, et consuetudines et vicarias ibidem pertinentes similiter. Simili modo villam de Espentegui cum consuetudinibus et vicariis omnibus. Medietatem quoque de clauso de Vensac cum vicaria sua. Item quidquid habebam apud sanctum Porcianum de Borno cum vicariis et consuetudinibus et quantum una leuca tenet de silva de Borno in loco ubi ipsi monachi elegerint. Item quadraginta modios debitales de vino omni anno in Thiernensi pago, et decem cervisiæ, et unum somimodium de melle, et quinquaginta rusticos cum consuctudinibus quas debebant, et quinquaginta porces, totidemque multones.

Petrus de Artona, Eldinus de Montalegra, Petrus de Terzac. Isti sunt testes qui boc viderunt et audiemant.

XXVI.

Charta donationis ecclesia Sancti Saturnini Tolosani C Cluniacensi monasterio facta ab Isarno episcopo Tolosano.

[CATEL, Mémoires de l'hist. du Languedoc, p. 873.]

In nomine Dei Patris omnipotentis, et Fili, et Spiritus sancti, in quo quidquid facimus in verbo, vel in opere facere jubemur, et qui totius boni initium est et finis.

Ad notitiam præsentium et futurorum scribitur hæc convenientia, quam ego Isarnus Dei gratia Tolosæ episcopus statuo et firmo, cum Hunaldo abbate Moyssacensi de loco Sancti Saturnini, quem ego laudo et committo domino Hugoni abbati Cluniacensi, et Hunaldo suprascripto abhati, ut ibi Domino sub monastica regula omni tempore serviatur. D de nullo clerico accipiam justitiam qui habitet in Hoc videlicet pacto quod habendum semper retineo quartam partem omnium oblationum Ecclesiæ supradicti martyris, et proprium custodem altaris, et victum ipsius custodis de claustro accipiendum, et domum ad opus custodis prope ostium ecclesiæ ad placitum meum. Retineo quoque clavem tepulcri martyris et clavem ante altare Sancti Ascicli. Et de omnibus quæ in prædicta Ecclesia acquirentur a populo, retineo tertiam partem ad opera ecclesize, et tertiam partem episcopi, et unum cubitum candelæ episcopalem, alium præpositi, alium decani et alium sacristæ, et alum ad opera ejusdem ecclesiæ, et luminaria ad prandium mihi necessaria, quæ exconsuetudine habere soleo, et tota opera fabricæ

contemplatione me coutido ad regna coelo rum sustolli A ecclesiæ suprascriptæ retineo in dominio dum vivo. Post obitum meum convenit inter nos, ut medictas operis ipsius ecclesiæ remaneat in potestate Sancti Stephani, et canonicorum ejusdem sedis. Consummata vero fabrica prædictæ ecclesiæ medietas omnium oblationum præfatæ ecclesiæ, illarum scilicet rerum quæ consueverunt dividi inter episcopum, et opera, et congregationem ejusdem loci, sit Sancti Stephani et episcopi ac canonicorum illius sedis. Retineo etiam pastum, quem recipere soleo in festum Sancti Saturnini sicut constitutum est, et tertiam partem omnium rerum quæ pro sepultura mortuorum prædictæ ecclesiæ conferentur vel dabuntur, ultra quinque solido. Retineo similiter mihi dum vixero omnem honorem præposituræ, decaniæ, sacristaniæ. Post obitum meum quidquid ex prædictis honoribus solent tenere laici per manum episcopi remaneat Sancto Saturnino. Retineo et omnes stationes festivitatum sicut ab antiquitus sunt constituta fieri apud sedem. Retineo etiam hoc laudante et conveniente Hulnaldo prædicto abbate et congregatione ipsius loci, ut quicunque ex civitate volucrit sepeliri in cœmeterio nostræ sedis, sine omni calumnia et contradictione recipiatur ac sepeliatur ibi. Omnia hæc supra scripta ego Isarnus episcopus jam supra nominatus, retineo ad opus Saneti Stephani nostræ sedis, et ad meum opus, et canonicorum ejusdem opus, et canonicorum ejusdem sedis propter laicalem fevum superius dixi, ut sit Sancti Saturnini, et ex omnibus istis quæ mihi et sedi meæ atque canonicis retineo, convenit inter nos ut nihil unguam impediam negue alias transfundam, negue ullam difficultatem contra sedem meam, et canonicos ipsius sedis : similem conventionem facio de omnibus illis quæ remanent juris Sancti Saturnini. Propter hoc placitum, et propter constitutionem supradicti ordinis quod episcopus prænominatus Isarnus consentit ac permittit institui monasticam regulam in loco Sancti Saturnini, ego Guillelmus Tolosanus comes dono et laudo et firmo ipsi episcopo Isarno, ut propter excommunicationem apostolici, vel ejus legati nunquam contra pellam illi honorem neque auferam, neque ullam vim inferam, et propter hoc idem placitum dono et firmo illi, ut ab hodierno die suburbio vel in civitate postquam coronam habuerit in capite, neque accipiam justitiam de Bajulis, neque de servientibus suis qui sint in civitate, vel in burgo. Hæc omnia sicut in hac charta scripta sunt, ita dono ego supradictus comes, et laudo et firmo Deo et sancto Stephano prædictæ sedis, et episcopo Isarno prænominato, atque canonicis ejusdem sedis præsentibus et futuris, et ut sunquam irrumpere possim, sed semper firma stabilitate teneam et fideliter observem, in nomine sauctæ fidei osculatus sum prædictum episcopum karnum, et canonicos ejus sedis. Præterea constituimus, et perpetua observatione definimus, ut in prænominato loco Sancti

Saturnini nunquam instituatur abbas, sed semper

933 S. HUGO ABBAS CLUNIAC. - DIVERS. DONATIONES PLÆ PRO CLUNIAC.

habeat et teneat illum cum priore suo suprascriptus A mean decimæ de terra Cetonis, et de omnibus peabbas Cluniacensis, ac successores ejus per manum episcopi, et canonicorum ipsius sedis, exceptis illis quæ superus nominatim expressa retenta sunt, ad opus episcopi et canonicorum ejusdem sedis, salva auctoritate ipsorum.

• Hoc totum factum est in præsentia Hunaldi suprascripti abbatis, et Arnaldi abbatis sancti Audardi, et Petri prioris Sancti Stephani, et Ramundi ejusdem loci canonici, et Petri Benedicti, et Bernardi Benedicti, et Pontii Bernardi de Lavauro, et Isarni Revel et Pontii Ebrardi.

XXVII.

Charta donationis Eccuesta sancti Petri Cetonensis Cluniacensi canobio.

[BRY DE LA CLERGERIE, Hist. des comtés d'Alençon et du Perche, pag. 72.]

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

Notum esse volumus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ Dei fidelibus tam præsentibus quam subsequentibus, quod cgo Galterius Chesnellus dono domino Deo omnipotenti, et sancto Petro apostolo Christi atque monachis Cluniacensibus qui sunt positi ad sanctum Dyonisium in Nogento castro de Pertico, Ecclesiam sancti Petri Cetonensis, cum omnibus appenditiis suis, omnia quæ deintus vel de foris videbar habere, videlicet omnem terram cultam et incultam quæ Ecclesiæ videbatur jure pertinere, cæmeterium ad faciendum ædes monachorum, burgum etiam de- C foris ad faciendas domos ad quoscunque homines illorum et ad totam voluntatem suam faciendam; stagnum etiam ad usus monachorum inibi habitantium ad piscandum, et in omnes alias aquas meas piscationem. Volturam etiam molendini qui in ipso stagno situs est, de annonis suis concedo eis, et aream molendini in aqua Marosaia subtus montem Tedbarti. Adjungo etiam ecclesiam sanctissimi Nicolai eumfomnibus appendiciis suis, terram cultam et in. cultam, atque molendini aream subtus ecclesiam; posnadium quoque remitto omnium porcorum monachorum et hominum illorum qui in domo illi deserviunt per omnes saltus meos, excepta sola foresta quæ dicitur Corbonum. Quod si in illa foresta porci mei discurrerint, similiter quoque in illa porci mo- D nachorum discurrant. Ad ædificia quoque eorum vel omnium hominum illorum facienda, et ad calcfaciendum in omnes saltus meos ligna concedo, excepto foresta Corbono. Dono etiam omnem partem

moribus meis si messes in eis factæ fuerint. Si qui vero de feudo meo habuerint, et inde dare seu etiam vendere, vel in vadimonium voluerint mittere libentissime concedo, ea scilicet ratione, ut nullam donationent vel venditionem ad aligin locum possint facere nisi monachis S. Petri Cluniensis Adhuc etiam addo tantum de pratis meis ecclesiæ supradictæ Sancti Petri, quantum sufficere possit beiba uni aratro per totum annum. Facio hoc donum pro redemptione animæ meæ et patris mei, et matris, atque pro omnibus parentibus meis, tam vivis quam et defunctis, ut Dominus, intercedentibus omnibus sanctis, in præsenti sæculo et in futuro miscreatur omnibus nobis. Facio autem hoc donum una B cum assensu frattis mei Ivonis Chesnelli, qui unum equum pro laudatione postea habuit, cum quo in Merusalem perrexit. Laudavit etiam Dominus comes Rogerius, et corroboravit, atque filiis suis domno Roberto et domno Hugoni confirmari fecit. Si quis autem donum calumniari voluerit, pietatem ex hoc non habeoit, et nisi resipuerit et ad satisfaclionem confugerit percat in æterna damnatione cum diabolo et ejus angelis. Ego quoque expognare cum Dei adjutorio curabo, quousque convictus et ad nibilum deductus judiciaria potestate cogatur, ut triginta libras auri persolvat. Et ut hæc charta firma permaneat, inde sunt testes qui hoc viderunt et audierunt, domnus Hoellus Cenomanensis episcopus, Guicherius decanus, Gauffridus, et alius Gauffridus archidiaconi, Fulchradus archipresbyter; Guandabertus archidiaconus, Hubertus archipresbyter, Oddo et llesgodres canonici, Hildepertus et Orricus, Rodulfus atque Graduffus canonici. Domnus Rogerius comes, et domnus Robertus atque domnus Hugo filii ejus, Guillelmus Goiettus, Gulferus de Vilereio, Bernardus de Feritate, Rotrocus de Monteforti, Guillelmus Anatomus, Guillelmus Guittardus, Bladinus præpositus, Gerogius de Ulmo, Richerius et Girardus Forestarius, Ivo Paganus, de Villa-perdita, Durannus homo Gerogii.

Hoc autem sciant omnes catholici, quod in om nibus supradictis donis et in meo dominio et in omnibus quæ mei homines dederunt vel daturi sunt, dedi et concessi cum assensu fratris mei Yvonis omnes consuetudines meas quas in eis habebam : teloneum, scilicet, vicariam, furtum, incendium raptum et quidquid consuetudinis in hac terra solct inquiri vel nominari.

984

ANNO DOMINI MCX

VALRAM

EPISCOPUS NUMBURGENSIS

NOTITIA- HISTORICA

(FABRIC. Bibliotheca mediæ et inf. Latinitatis, t. VI, p. 513)

Walramns, ab aliis scribitur Waleramns, Gualeramus, Wulrabanus, episcopus Numburgensis ab a. 1090 ad 1110. Ejus sunt :

1. Epistola ad Ludovicum, Thuringire Landgravium, qua ipsum monet ut, pontifice deserto, imperatori fidem exhibeat. Ediderunt cam Dodechinus in Appendice ad Marianum Scolum a. 1090; Baronius h. a., n. 8; Goldastus in Apologia pro Henrico IV, p. 51; Lunigius in Spicilegio ecclesiastico Archivi imperialis part. 11, Append., p. 146; Leuckfeldius in Autiqq. Halberstadensibus, p. 693. Verum Ludovicus, in responsione quani Herrandus episcopus Halberstadensis scripsisse dicitur, nostrum acerbe refutat.

2. De unitate Ecclesie conservanda, et de schismate inter imperatorem et pontific m. Inventus est primum ab Ulri 20 Hutteno et 1520 Moguntize, in-4- editus : postca Simon Schardins inscruit collectioni De jurisdictione et anctoritate imperii, primum illi locum tribuens : déinde Goldastus Apologiæ pro Henrico IV, p. 53. Vide Jac. Burckbardum de Vita Hutteni, part. 11, p. 28, et nostrum supra libro 111, p. 420.

3. De investitura episcoporum per imperatores facienda libellus in Collectione Schardii De jurisdictione imperiali, n. 14.

. Epistolam ejus de S. Leonardo confessore ediderunt Martène et Durand Collect. amplissima tom. I, 655. Data est autem ad screnissimam matronam domnam Gertrudem, quæ fuit, ut conjiciunt editores, Ecberti marchionis Saxoniæ (vel Misniæ potius) filia, relicta llenrici comilis de Northeim, avia Lotharli imperatoris.

5. Aliam epistolam ad Anselmum Cantuariensem, qui in bujus Operibus p. 137 sag. exstat additis no-

6. Ejus quoque epistola ad Ecclesiam Bambergensem, qua excommunicatum aliquem vitandum esse indicat, in codice Udalriciano, tomo II Corporis scriptorum medii zvi Joan. Georgii Ercardi, p. 263.
Adde de ipso Acta et Facta præsulum Nuenburgensium in Syntagmate Paulliniano, p. 133; Sagittarii Historiam episcoporum Numburgensium \$ 11.

VALRAMI EPISTOLA

AD LUDOVICUM THURINGIÆ LANDGRAVIUM CUM REFUTATION

Quam sub nomine Langravii edidit Stephanus Halverstadiensis episcopus.

(BARON. Annal. ad an. 1090, n. 8.)

Hoc pariter anno, illustres confessores Catholico- A est a Valranio Magdeburgensi episcopo, sic se harum propugnatores ex hac vita migrasse Herimannum Metensem episcopum, et Adalberonem Wirce-burgensem artistitem, Bertholdus affirmat; Eggebertum marchicnem, nec non Bertholdum ducem pariter ex humanis sublatos strenuos propugnatores Catholicorum idem asserit. Unde patuit via ut Henricus imperator in Italiam denuo se conferret adversus Mathildem. Ita collabentibus in Germania rebus Catholicorum, data est occasio Valramo episcopo Magdeburgensi scribendi litteras ad Ludovicum comitem..... quibus hortatus est eum, ut deficiens a Catholicis Henrico regi inhæreret. Recitat eas Dodechinus in Appendice ad Marianum, simulque adversarias ei redditas, quibus scite prudenterque eadem causa disseritur, quarum in primis quæ data

bet :

EPISTOLA VALRAMI.

« VALRAMUS, Dei gratia id guod est, Ludovico serenissimo principi, cum instantia orationum semetipsum ad omnia devotissimum.

« Omni regno utilis est concordia, desiderabilis est justitia ; hæc enim virtus mater est probitalis, et conservatio totius honestatis. Qui autem, intestina grassando dissensiono, ad humani sanguinis alios irritat effusionem, profecto vir sanguinum est, atque Illius particeps, qui, nostrum sanguinem sitiens, semper e circuit quærens queni devoret (1 Petr. v). >

modo c Deus pacis est, et non dissensionis (1 Cor. xiv) > quod ex te est, pacem cum omnibus habeas. Beus charitas est, diabolus odium. Tota lex et prophetæ in dilectione pendent (Matth. x11). « Qui autem odit fratrem suum, homicida est (1 Joan. 111), > nec habet partem in Christi reguo et Dei.

« Hoc ipsa Veritas, hoc discipulus ille Veritatis protestatur, qui de pectore Dominico Evangelii profundius potatus veritatem, fluminis impetu lætificat abundantius civitatem Dei. Sed ille, vas electionis, qui usque ad tertium cœlum raptus, non secundum hominem, sed per revelationem Jesu Christi Evangelium suum didicit. « Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit ; non enim est potestas nisi a Deo. Qui autem resistit potestati, Dei B ordinationi resistit (Rom. x111). > Sicut amici nostri inter mulierculas et simplex vulgus somniant, regiæ potestati subdi non oportere, falsum esse ergo quod omnem animam potestati subdi oporteat. Sed nunquid Veritas mendacii arguenda est? An experimentum quærimus ejus qui in Apostolo loquebatur Christus? (An æmulamur Dominum? Nunquid fortiores illo sumus ? (1 Cor. x.) > Fortiorem se confidit, qui Dei ordinationi resistit, quoniam non est potestas nisi a Deo. Sed quid ait propheta? « Confundantur omnes, qui pugnant adversum te, Domine (Isa. XL1). > Et : (Peribunt viri qui resistunt tibi (ibidem). > Rudolphus, Hildebrandus, Eggebertus et innumeri principes Dei ordinationi in Henrico imperatore restiterant, et ecce quasi non fuerint, perie- C runt, quia profecto necesse est malum fuisse principium, quorum finis pessimus subsecutus est.

« Nunc ergo quoniam, qui ex adversa sunt parte suis adversum nos eminus digladiantur ratiocinationibus, vestro judicio, ubi jus, vel etiam in vestro judicio conferamus, domicilio tantum non suo usua-16. sed Christi et antiquorum Patrum utamur testimonio. Ac ne forte recusetur, lex hujus esto certaminis, vel me in populorum transire sententiam, vel ex nostro triumpho vos Domino nostro Imperatori lucri faciamus. Attendatur et illud : « Si quis aliter evangelizat præter quod evangelizatum est vobis, anathema sit (Gal. 1). > Hoc anathema non de profanæ vanitatis usuario, sed de tertio intonuit cielo. De istis autem, qui ignorantes « Dei justitiam, et guærentes suam statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti (Rom. x), > fiducialiter dixerim : (Maledicent illi, et tu benedices, qui insurgunt in me confundantur. Servus autem tuus lætabitur (Psal. cviii), > quoniam, ut alt Dominus esine me nihil potestis facere (Joan. xv), > nec damnas justum cum judicabitur illi. « Tu quis es, qui judicas alienum servum? Suo domino stat, aut cadit (Rom. xIV). >

Hucusque litteræ Valrami, quem nostri sæculi politici statuant sibi sui ipsorum dogmatis auctorem et defensorem. - Has sane litteras (pergit Dedochinus) prædictus comes Ludovicus suscipiens, vocato ad se venerabili Stephano (qui et Herrandus) Habverstadensi episcopo eas tradidit legendas, roga-

Tu igitur, gioriosissime princeps, attendens quo- A vitque eum, quatenus his diligenti examinatione perspectis, juxta rationem veritatis congrua obviaret responsione, et linguam blasphemantis (Rom. 111), os quoque iniqua proferentis contra justitiam auctoritate sancti Spiritus, et testimonio Scripturarum obstrueret, ne amplius contra Ecclesiam Dei latratus proferret insanos, et fureret. Venerabilis autem episcopus secundum petitionem comitis susceptis litteris, ac diligenti examinatione perspectis, vocato notario epistolam dictavit, in qua primum Valramum episcopum hæreticum, Simoniacum redarguit, regem etiam Henricum hæreticum et excommunicatum, ideoque nec regem dicendum comprobavit, episcopatus pro pecunia, pro gladio, pro adulterio, pro Sodomitica immunditia vendentem declaravit. Sed ipsius jam epistoke textus exponatur, ut illius venerabilis viri fervor in tenore justitiæ agnoscatur.

LUDOVICI RESPONSIO.

« Comes Ludovicus, domino VALRANO, quidquid tali vocabulo dignum est.

 Sicut bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, ita malus homo de malo thesauro profert malum. Unde tibi tanta arrogantia ut me ad indignationem tam injuriosis injuriis provocares? Etenim dominos et patres meos, qui me in via justitiæ confortant, viros sanguinum similes Satanæ oblique appellas, et monita salutis, que suggerunt, inter mulierculas et simplex vulgus somniare dicis. Nunquid Deus indiget tuo judicio, ut pro illo loquaris dolos? Docuit iniquitas os tuum, et imitaris linguam blasphemantium, ita ut recte de te dicat Propheta : « Noluit intelligere, ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo (Psal. xxxv). > Qnamvis ergo quantum perversus, tautum perversa locutus sis, nos tamen ori nostro custodiam ponere decrevimus, et siluimus « cum consisteret peccator adversum nos (Psal. xxxviii). > Sed excitat nos sermo divinus, dicens : « Responde stulto secundum stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur (Prov. xxv1). > Nunquid enim fatuitas personabit, et sapientia obmutescet? Nunquid loquetur mendacium. et veritas silebit? Nunquid tenebræ operient terram, et Dominus non orietur? Imo « lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt (Joan. 1). » Qua consideratione « concaluit cor nostrum, et in meditatione nostra exarsit ignis (Psal. xxxviii). . Loquimur igitur et clamamus, « vulpesque parvulas, quæ vineas Domini demoliuntur (Cant. 11), » quantum possumus, arcemus, timentes prophetiam illam exprobrantem : (Non ascendistis ex adverso, nec opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini (Esech. xm). > Audiant, non tu qui aures habes et non audis, qui oculos habes, et non vides (Psal. cxm), qui lumen quod in te cst, tenebras fecisti : audiant, inquam, omnes cordati, qui aures audiendi habent, quam alte aut non intelligas, aut intelligere dissimules, neque quid loquaris, neque de quibus affirmes (1 Tim. 1).

Ad subjectionem domini Henrici, quem imperatorem dicunt, nos invitas, et (in quantum intelligere datur) ut per omnia subditi simus, quasi apostolico argumento necessitatem imponis, dicens : (Omnis

anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non A dere? An ordo videtur tibi, in corpus suum peccaest enim potestas, nisi a Deo. Qui ergo potestati resistit, Dei ordinationi resistit (Rom. xni). > Quam Apostoli sententiam te male intelligere, pejus interpretari, dicimus. Si enim omnis potestas a Deo est, ut tu intelligis, quid est quod de quibusdam dicit Dominus per prophetam : « Ipsi regnaverunt, el una ex me; principes exstiterunt, et non cognovi cos 7 > (Ose. viii.) Si omnis potestas a Deo est (ut tu intelligis), unid est quod ait Dominus : C Si oculus nue scandalizaverit te, erue eum et projice abs te? > (Marc. 1x.) Quid enim est potestas, nisi oculus? CorteAugustinus in expositione apostolicæ sententiæ (Rom. XIII), (Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: > Qood si potestas, inquit, aliquid jubeat quod contra Deum sit, hic contemne potestatem; B timendo [non timendo] potestatem : alioquin, « nunquid iniquitas apud Dominum ? (Rom. 1x.) > nunuquid Christus peccati minister est? Absit! Quid rergo dicemus ? Nunquid ab Apostolo diversa sententia prophetize evulgatur? Augustinus : Minime. Diver--in and dibias inflat spiritus unus.

issigoondtaque audiamus Apostolum concordantem, et soluseipsym exponentem, et inimicum ultoremque suum orrofficatruentem : « Non est, inquit, potestas, nisi a Deo. > Quid sequitur? « Qui ergo, inquis, potestati resistit (Rom. xni), > et reliqua. Absit ! Non hoc sequitur, sed quid sequitur? (Quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt (ibid.). > Nempe hoc est quod quærimus. O lingua dolosa ! o cor machinans matam, spiritus vadens et non rediens, cur mentitus C es Spiritui sancto? Arguat te conscientia ma. Ecce fugit impius nemine persequente. Car ut deciperes, supprimere veritatem voluisti? Cur medullam, cur animam hujus sententiæ furatus est ? Nam, si hæc verba de medio sententiæ apostolicæ tollantur, contraria sibi inconveniens et exanimis jacebit. Impletur sermo divinus : • Qui parat proximo suo foveam, incidet in eam (Prov. xxvi). > Certe nec culpam forti nec pænam evadere poteris. Quid infelix, quid judici venturo, cum a servis negotiatoribus ločum [f. lucrum] requiret, responsurus es, qui Dominicæ pecuniæ fraudator in medium produxevis? Quare non judicium et laqueum proditoris timuisti, ne similem reatum similis vindicta sequere- n tur? Prævidens per Spiritum sanctum Apostolus te, tuique similes hæreticos in Ecclesia emersuros, qui honum malum, et malum bonum dicerent. qui tenebras lucem, et lucem tenebras ponerent (lsa. v), qui de sententiis veritatis occasionem inducendi erroris captarent cum præmisisset : « Non est potestas, nisi a Deo, > ut conjecturam reprobi intellectus amputaret : c Quæ autem sunt, inquit, a Deo ordinata sunt. > Da igitur potestatem ordinatam, et non resistemus, imo dabimus illico manus.

· Miror autem, si in te vel gutta sanguinis est, quod non erubescis dominum Henricum regem dicere, vel ordinem habere. An ordo tibi videtur jus dare sceleri, fas nefasque divina et humana confunre? videlicet (prob puuor, proh nefas!) uxorem propriam sceleri omnibus sæculis mundi inaudito lupanar facere? An ordo tibi videtur, cum Dominus dicat : « Defendite viduam (Isa. 1), » viduas judicii æquitatem postulantes nefanda contaminatione prostituere? Hæo qui ordinata, qui sana dixerit, hunc insani capitis esse, insanus jurat Orestes. Usque ad hæc miserrima tempora natura secretum amavit, sed traditus in reprobum sensum rex vester naturæ involucrum detexit, qui omnem pudorem ponit in propatulo. Ut autem illa, quæ sine numero sunt, taceamus, videlicet, concremationes ecclesiarum, deprædationes, homicidia, incendia, truncationes, et his similia, quæ ille potest, nos enumerare non possumus : ea, quæ maxime Ecclesiam Dei gravant, loquamur. Audi ergo vera, non fucata, audi fortia, non faceta. Omnis qui dignitates spirituales vendit, hæreticus est. Dominus autem Henricus, quem regem dicunt, episcopatus et abbatias vendit; etenim Constantiensem, Babenbergensem, Moguntinensem, et plures alias pro pecunia, Ratisponensem, Augustensem, Strazburgensem pro gladio, abbatiam Fuldensem pro adulterio, monasteriensem episcopatum (quod dicere et audire nefas est) pro Sodomitica immunditia vendidit. Quæ si impudenter negare volueris, teste terra, omnes etiam a furno redeuntes scioli concludent. Ergo dominus Henricus hæreticus est. Pro quibus nefandis malis ab apostolica sede excommunicatus, nec regnum, nec potestatem aliquam super nos, quia Catholici sumus, poterit oblinere.

« Sane, quia fratrum nos odiis fatigas, intellige nulli nos odium de inaffectione, sed de pietate intendere. Absit ut dicamus : Henricus inter fratres aut Christianos reputetur, qui toties corripientem Ecclesiam non audiens, sicut ethnicus et publicanus habetur. Cujus odium pro magno sacrificio Deo offerimus, dicente cum Psalmista : « Nonne qui aderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos, et inimici facti sunt mihi (Psal. cxxxv::1). > Cujus odii diguitatem Veritas commendans, ait : « Si quis non oderit patrem, et matrem, et fratres et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus (Luc. xiv). > Non ergo de odio juste reprehendunt, qui animam nostram, cum a via Dei exorbitamus, qui patrem et matrem, et omnem affectum, qui nobis in via Dei obstat, odisse præcipimur. Inde est quod omni studio, omni conatu laboramus, ut hostes Ecclesiæ nos quoque ut adversarios caveamus, et non quia nostri, sed quia Dei inimici sunt, odio habeamus. Porro quod de pace cum omnibus hominibus habenda persuades, meminisse debes, quia præmisit Apostolus : « Si sieri potest (Rom. хн). э

« Fieri autem non potest ut cum iis qui Deo contrarii sunt pacem habeamus. Quis autem nesciat Dominum Salvatorem, non solum pacem com-

989

....

mendare, cum dicit : (Pacem meam do vobis, pa- A tur propter justitiam (Matth. v). > Jam et Nerocem relinquo vobis (Joan. xiv), > sed etiam ipsam pacem existere, sicut ait Apostolus, ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum? (Ephes. 11.) Quid ergo ait pax nostra commendans pacem? « Nolite, inquit, arbitrari, quia veni mittere pacem in terram; non veni pacem mittere, sed gladium (Matth. x). > Quid est hoc? Quare pax gladium? quare pax bellum indicit? Nimirum ut destruatur pax diaboli. Habet enim et diabolus pacem suam, de qua Dominus dicit : « Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ca, quæ possidet (Luc. XII). > O quam potenter per vos satellites suos atrium suum hoc tempore diabolus custodit, qui scuto falsitatis et galea perfidiæ protecti, nulla veritatis jacula, noster, utpote fortior armatus superveniens, fortem vestrum vincere, et arma in quibns confidit auferre. Non ergo correcto culpamur, si pacem illam omni bello crudeliorem detestamur, quam ipsa Veritas super Hierusalem flendo reprobat, dicens : « Et quidem in hac die, quæ ad pacem tibi (Luc. xix). > Et quam psalmus : « Super iniquos zelavi, pacem peccatorum videns (Psal. LXXII). >

· Quod vero papam Gregorium, regem Rodulphum, marchionem Eggebertum pessimi interitus damnas, et dominum tunm, quia illis superstes est, bonificas liquet profecto ab omni spirituali te consideratione mancre vacuum. Nonne beatius est bene mori quam male vivere? « Beati enim qui persecutionem patiun-

nem, quia apostolis Petro et Paulo, jam el Herodem quia Jacobo apostolo, jam et Pilatum quia Domino Jesu Christo supervixerint, beatos æstimas. Qua opinione quid insanius aut infelicius dici potest? Quapropter et ab hac blasphemia lingnam magniloquam compesce, nisi forte in numero illorum te constituis qui in fine, justorum videntes gloriam, seram et infructuosam agentes pœnitentiam, præ angustia spiritus gementes dicent : « Ili sunt, quos aliquando habuimns in derisum, et in similitudinem improperii; nos insensati vitam illorum æstimabanus insaniam, et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est. Ergo erravimus a via verinulla fidei spicula admittitis! Potest tamen Dominus B tatis, et sol justitize non luxit nobis. Quid nobis profuit superbia, et divitiarum jactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia velut umbra (Sap. v). > Quæ nos verba in memoria adamantina scribentes, omnem similitudinem extollentem se adversus veritatem Dei contemnimus, et gloriantes in tribulationibus, calumniari, proscribi, et exterminari, denique occidi possumus, flecti vel vinci non possumus. Et cum magno tripudio illud, quod tu puer adolescens, juvenis frequentatus nondum corde senex concepisti, de patribus nostris exsultamus, qui, contemnentes jussa principum, meruerunt præmia æterna. Porro sententias tuas diligenti curiositate trutinantes, quasi spiritualia spiritualibus comparare volumus. Sed sicut, > et r. liqua non pauca.

VALRAMI EPISTOLA AD ECCLESIAM BAMBERGENSEM.

(ECCARD, Corpus historic. medii æri, t. 11, p. 263.)

clesiæ reverentissimis fratribus, G. V. Niumburgensis episcopus, cum orationis instantia servile obscquium ac semetipsum ad omnia deditissimum.

Fraternum est fratrem adjuvare, omnesque bonos condecet malignantium violentiam propulsare. Notificamus fraternitati vestræ quod II. cum suis sateltitibus meam præposituram deprædatus est. Quem, quoniam canonicis induciis ad satisfactionem voca-

Serenissimis dominis sancia Babenbergensis Ec. C vinus, et venire non vult, intime vos rogamus, et pro codem fraternæ vicissitudinis obsequio monemus, quatenus ille, quicunque inter vos hanc hahet potestatem, in sua prælatione notificet, quoniam et a limitibus Ecclesiæ et a fidelium consortio canonice est excommunicatus; vos etiam excommunicatum habetote, et ut rebellem et blasphemum compeliite ad satisfactionem.

VALRAMI EPISTOLA DE VITA S. LEONARDI CONFESSORIS.

(MARTENE, ampl. Collect., I 635.)

serenissimæ matronæ domnæ GERTRUDI (1), devotum servitium, instantiam orationum ac semetipsum omnino in omnibus deditissimum.

Mirabilis Deus in sanctis suis, et coius mens divinitus est inflammata, sæpius divina prædicanda sunt miracula. Optimam partem dicitur Maria elegisse, quia, sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius; pro multiplici administratione corporeze refectionis Martha notatur nimium sollicitari, et erga plurima turbari. Porro, inquit, unum est necessarium, quod in partes scinditur, ad finem tendit; unum vero summum bonum est vera æternitas et beatitudo in idipsum. Raptentur insipientes circa viles hujus sæculi vanitates; tibi vero, juxta Salva- R toris admonitionem, unum videatur necessarium, ut inhabites in domo Domini omnibus diebus vitæ tuæ. et videas voluntatem Domini, et visites templum ejus. Filiæ Babylonis quibus ignorant congregant divitias; tu vero, thesaurizando in cœlo, supergressa es universas. Age igitur quod agis, operare quod operaris, domum Christo, sacrarium Spiritui sancto, ut cum terrestris hujus habitationis domus solvatur, domum non manu factam invenias in cœlis, urbem fortitudinis nostræ Sion salvatorem, Jerusalem cælestem, cujus participatio ejus in idipsum. Beata quæ credis, quia quod oculis vidisti, operibus exsequeris. Sic sauctus Leonardus in honorem sanctæ Mariæ parvulam primo fundøvit ecclesiam, ubi omnibus diebus vitæ suæ inhabitans, tandem de hac c valle translatus est ad montem virtutum, ubi sicut lætantium habitatio est omnium. Benedictus Deus. quia et tu quasi turtur, invenisti nidum altare Domini virtutum, ubi, utinam! per intercessionem sancti Leonardi in salutem totius patriæ virtutes flant, sicut ubique in oratoriis sancti Leonardi aspicimus, nisi incredulitas omnium obstet virtutibus. Il:ereticorum perversitas adversus Christianos ma-

(1) Ipsa est, ut conjicimus, Gertrudis Echerti marchionis Saxoniæ filia, relicta Henrici comitis de Nordheim, nobilis Ottonis Rixæ uxoris Lotharii imperatoris, et Gertrudis palatinæ comitissæ mater, quæ allatas Treviris beati auctoris reliquias, in mo-

VALERANUS, Dei gratia Huenburgensis episcopus, A xime temporibus sancti Leonardi incanduerat, ideoque, sicut viva voce fratrum percepimus, corum malitia mirifica sancti Leonardi in hac vita, et opera penitus sunt abolita, vel sinistra interpretatione, sicut in ipso Salvatore nostro, infamata. Post transitum vero ejus corumdem invidia scelus addidit sceleri, et, ut memoria ejus penitus auferretur de terra, Vita ejus, ubicunque inveniri potuit, est concremata. Quam magna, quam inusitata, quam denique incredibilia quotidie per cum fiunt mirabilia. nulla prorsus antiquitatis, ut opinor, pandit historia. Sanctus Leonardus, sicut ipse veraciter perpendi, ad invocationem desolatorum semper est adiator, clementissimus in opportunitatibus, in tribulatione, descendens de cœlo vultu instar solis rutilo, oculis stellantibus, habitur candidissimo; ad tactum ejus quilibet ferri rigor velut cera a facie ignis mollitur, sicque captivi, a vinculis absoluti, inter fugiendum Auminibus obstantibus divinitus transvectantur. Plurima id genus ejus sunt mirabilia fidem excedentia, sed nulli prorsus fidelium inficienda : sicut per sanctum Leonardum Boamundus de paganorum captivitate, et rex Anglicus de fratris sui tyrannide integre suam recuperarunt potestatem, ita per eumdem mirificum sanctum dilatet etiam Dominus te ad orientem et ad occidentem, septentrionem et meridiem, crescatque vestra probitas in mille millia. Possideat semen vestrum portas inimicorum suorum et benedicantur in te omnes, tribus Germaniæ. Fideliter credas et nullatenus dubites, quia, quod de reliquiis ipsius mirifici sancti tecum partitus sum, auditu ipsius vocis sum adeptus, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit. Et ne falsarium redarguant increduli, confido in ejus bonitate, quomodo pro tua devotione tibi idem continget experiri, præsertim cum multorum testimonio comprobatum sit clementissimum sanctum cum desolutis, quasi aliquem cum amico suo sermocinari.

> nasterio Brunswici a se erecto recondidit anno Christi 1115. Et post curriculum duorum annorum, uti iu Ilistoria translationis a Godefrido Libnitio edita legitur, vitum universæ carnis v Idus Decembris felicite est ingressa.

VALRAMI EPISTOLA

AD S. ANSELMUM.

Conqueritur de varietate cæremoniarum inter altaris sacrificium varie a variis observari solitarum.

(Exstat inter Opera S. Anschni, tractatui De sacramentorum diversitate præmissa. Vide Patrologiæ, tom. CLVIII.)

CIRCA ANNUM DOMINI MCX.

GILBERTUS

EPISCOPUS IN HIBERNIA LUNICENSIS

NOTITIA HISTORICA

(FABRIC. Bibliotheca mediæ et infimæ Latinit., III, 57)

Giberus, episcopus in Hibernia Lunicensis [al. Lumnicensis] hodie Limericensis circa annum 1410, superstes adhuc anno 1139, scripsit libellum De statu Ecclesice, editum ab Usserio in Epistolis Hibernicis p. 78, et Gilberto Crispino perperam tributum a Pitseo p. 196. Præmisit Usserius ejusdem Gilberti epistolam ad episcopos et presbyteros fliberniæ p. 77, subjuncta 88 altera brevi ad Anselmum Cantuariensem.

GILBERTI LUNICENSIS

AD EPISCOPOS HIBERNIÆ DE USU ECCLESIASTICO

(Usserius, Epist. Hibern., p. 77.)

præsulum GILLE Lunicensis in Christo salutem.

Rogatu, nec non et præcepto multorum ex vobis, charissimi, canonicalem consuetudinem in discendis horis et peragendo totius ecclesiasticis ordinis officio scribere conatus sum, non præsumptivo, sed vestræ cupiens parere piissimæ jussioni, ut diversi et schismatici illi ordines, quibus Hibernia pene tota delusa est, uni catholico et Romano cedant Officio. Quid enim magis indecens aut schismaticum dici poteri!. quam doctissimum unius ordinis in alterius Ecclesia idiotam et laicum fieri? Quicunque ergo catholicæ membrum se profitetur Ecclosiæ, sicut una fide, spe, charitate, in corpore jungitur, ita Deum ore et ordine cum cæteris membris landare jubetur. Unde Apostolus: Ut unanimes uno ore honorificetis Deum (Rom. xv, 6). Sicut igitur linguarum per superbiam

(1) Subjiciebatur in mss. quibus hic usi sumus exemplaribus, Ecclesiae depicta imago (cujus in superiori prologo facta est mentio, et in proximo libello sequitur explicatio), hac circumdata meprypayn. Arca pguram mundi habuit ; fuit enim tricamerata. In superiori parte erant aves, tanquam angeli in colo. In

Episcopis [et] presbyteris totius Hiberniæ, infimus A facta dispersio, ad unitatem in apostolica humilitate ducta est, sic ordinam per negligentiam et præsumptionem exorta confusio, ad consecratam Komanæ Ecclesiæ regulam per vestrum studium et humilitatem ducenda est. Quantum ergo debeat morum unitas servari a fidelibus, quamvis ex multis locis sacræ Scripturæ manifestum sit, præsens tamen Ecclesiæ depicta imago oculis subjecta patenter ostendit. Namque omnia Ecclesiæ membra uni episcopo videlicet Christo, ejusque vicario beato Petro apostolo, atque in ejus sede præsidenti apostolico, subjici et ab eis manifestat gubernari. Hæe tandem præmia pro tantulo opere a vobis omnibus expostulo; ut, sicut hic Deum uno corde et ore laudare debemus, sic ei, vestris precibus adjutus, una vobiscum psallere in cœlestibus (valere mercar. Amen (1).

20

2411

.... . . .

i ..

٢.

S. 2.

Ŀ, 4

e e i .

medio erant homines (scilicet Noe, et familia ejus) tanquam in hoc mundo. In imo animalia et reptilia, tanquam animæ in inferno. Verum, ob chalcographicorum typorum defectum, schema illud coacti sumus hic omittere.

GILBERTI LUNICENSIS LIBER DE STATU ECCLESIÆ.

(Usserius, ibid., p. 78.)

nominum litteras pro ipsis nominibus ideirco continet; quia spatium scribendi ipsa nomina tota non habet. Infima tamen linea tria hæc tota vocabula describit, moniales, canonicales, vel universales. Et tota quidem imago pyramidis formam prætendit; quia inferius ampla est, ubi carnales et conjugatos recipit; superius autem acuta, ubi arctam viam religiosis et ordinatis proponit. Nec sola generalis forma superius arctatur ; sed et singulares formulæ, quas ipsa continet, in supremo acumtur.

Prima ergo pyramide (quam in sinistra parte respicis, P. subscriptum) parochiam nominant; que in summo sacerdotem habet, et sub ipso diaconum, tertium subdiaconum, quartum acolytum, quintum exorcistam, sextum lectorem, septimum ostiarium. Amelarius tamen novem dicit gradus Ecclesize ; addens psalmistam et episcopum. Sed tamen episcopus, archiepiscopus, patriarche et prophetæ, generalis Ecclesiæ gradus sunt; singularis vero ideo illis tantum superioribus perfecta est; quia in baptismate et corpore Domini veniam largiendo, filios suos fideles ad coelestom patriam transmittit. Quia vero quilibet de choro sola jussione presbyteri potest officio psalmistæ fungi, psallere scilicet sive cantare, in numero graduum Ecclesiæ psalmistas non ponimus. Septem ergo gradus a septiformi spiritu singulis collati sunt Ecclesiis; quia quamvis singulæ in eis personæ non serviant, omnes tamen septem gradus sustinens solus sacerdos, Omnipotenti gratanter C suis Ecclesiis uni archiepiscopo subjunguntur. Cujus ministral.

Qui autem sub his gradibus intra sinum parochialis Ecclesiæ continentur, trifarie dividuutur. Ex quibus superiores in pyramide oratores intellige; et quia quidam ex eis conjugati sunt, ideo viros et feminas nominavimus. Sinistrales vero in pyramide aratores sunt, tam viri quam feminæ. Dextrales quoque bellatores sunt, viri atque feminæ. Nec dico feminarum esse officium orare, arare, aut certe bellare ; sed tamen his conjugatæ sunt atque subserviunt, qui orant, et arant et pugnant. Nec sejunctas ab Ecclesia putamus præsenti, quas Christus cum matre sua collocat in cœlesti. Et hos tres legitimos fidelium ordines ab initio admittit Ecclesia, ut pars in ea (clerus videlicet) orationi vacans, alios ab im. D petu fallacis inimici defendat ; alia, labore desudans,

Imago generalis Ecclesize supra notata, primas A ab aliis victus penuriam repellat; tertia militize studio dedita, cæteros a corporis hostibus securos reddat.

> Secunda vero pyramis subscribitur monasterium; et habet in acumine abbatem, et sub ipso sex gradus; qui ipse sacerdos est, atque sub hiis oratores tantum; quoniam non est monachorum baptizare, communicare, aut aliquod ecclesiasticum laicis ministrare; nisi forte, cogente necessitate, imperanti episcopo obediant. Quorum propositum est soli Deo. relictis sæcularibus, in oratione vacare.

> Has itaque duas pyramides (parochiam scilicet et comobium) subjectas possidet pontificalis Ecclesia ; quæ et ipsa, in modum pyramidis, ad basim duabus minoribus ampla, in supremo acuitur et subscribitur episcopatus, pro eo quod episcopo in summa sede dirigitur. Cul, pro parvitate spatii, parvola punctis notata supponitur pyramis; ut declaret episcopum in ecclesia propriæ sedis habere sacerdotes et cæteros sex gradus, et tres supradictos fidelium ordines ; quod ex numero punctorum patet. Nec idcirco duze tantum Ecclesiæ pontifici subjiciuntur, quod duabus possit esse contentus; sed per unam omnes parochias, et per alteram omnes abhatias, quas regit, obtinere Aguratur. Obtinet enim ut minimum decem Ecclesias, ut plurimum vero mille.

> Hoc eodem ordino duas sequentes pyramides (parochiam videlicet et monasterium) secundo suppositas episcopo constat. Qui rursum duo episcopi, cum Ecclesia subscribitur diæcesis : et habet in propria sede septem gradus, et tres ordines fidelium. Habet ergo extra parochias et monasterium : et ut plurimum viginti episcopos regit, ut minimum vero tres. Ad eumdem modum alii duo episcopi subnectuntur alteri archiepiscopo. Sed et duo archiepiscopi cum suis ecclesiis et episcopis obediunt uni primati. Cujus Ecclesia subscribitur primatus : et habet in propria sede septem gradus et tres ordines fidelium, extrá vero parochiam et monasterium ; et ut plurimum obediunt ei sex archiepiscopi, ut minimum unus. Eodem quoque modo alteri primati in secunda pagina, obediunt duo archiepiscopi cum suis episcopis quatuor.

> Qui postremum duo primates serviunt uni et summo Romano poutifici pava, cujus Ecclesia subscri-

episcopos, et diœceses. Noe etiam secum in summum arcæ residet : quia, sicut Noe arcæ præerat inter undas diluvii, ita Romanus pontifex regit Ecclesiam in Auctibus sæculi. Quibus utrisque præeminet Christus; qui utriusque Testamenti legislator est, ct utraque fecit unum (Ephes. 11, 14); summos Paterfamilias, qui excubantes fideliter in hoc tabernaculo honorifice coronat in regno. Conjungitur autem imperator papæ, rex primati, dux archipontifici, comes episcopo, miles sacerdoti, quia istæ personæ pares illis sæcularibus jure decernuntur.

Expeditis ergo in communi speculatione figuris, et membris et capite Ecclesiæ, nunc qui singulis ordinibus conveniat explicemus. Conjungatorum est, nullam usque in sextam vel etiam septimam progeв niem sanguinesibi conjunctam, autilli quam habuerit aut quam habuit sibi proximus, vel commatrem ducere uxorem; cum quibus enim semel juncta est Ecclesia, cum eisdem iterum replicare illicitum dicit [ducit] Ecclesia. Conjugatis etiam præceptum est, ut et ipsi domum Domini frequentent, ibique Deum suppliciter adorent et precentur; primitias, oblationes, et decimas suas fideliter persolvant; mala solerter devitent, bona desideranter inquirant, et omnino pastoribus suis obediant.

Ostiariorum vero est, certas horas observando designare, et ecclesiam, cum his quæ in ea recluduntur, servare; ut nullus Judæus, vel gentilis, sive catechumenus, hora sacrificii intersit, nec omnino canis aut aliquis immundus sive sanguinolentus in eam intret, cavere; excommunicatos eliminare. Leclorum autem est, aperte et distincte in ecclesia omnia, præter Epistolam et Evangelium, legere. Exorcistarum est esiam, fiducialiter adjurando et imperando in nomine Domini, de obsessis corporibus dæmones effugare; sive catechumeni sint, sive baptizati. Acolytorum est, luminaria certis horis accendere et exstinguere; altaris et sacrificii necessaria ad manum subdiaconi præparata habere. Atque hi quatuor ordines in officiis suis solent indui superhumerali, alba et cingulo, et tamen possunt perfrui conjugio.

Subdiaconorum est, epistolam legere, aquam et vinum calici infundere, oblatam patenæ imponere, et Cum supradictis autem vestibus, in sinistra manu fannonem, et quasi scopam tergendi altare et quoddain onus Domini leve portant; et tunicam strictis manicis in solemniis indunnt. Diaconorum est dicere: Exeant qui non communicant ; et : Humiliate ros ad benedictionem; et : Humiliate capita vestra Deo; et : Ite missa est ; et : Benedicamus Domino ; et Evangelium legere et pronuntiare, sacrificia super corporalia statuere, sacerdoti ministrare, paschalem cereum benedicere ; et in absentia presbyteri baptizare, et horas celebrare, stolam etiam super sinistrum humerum ferre, et indui dalmatica in solemnibus, id est, tunica amplis manicis. In festivis autem, Qua-

(2) Vide Jureti Observat. ad epist. 74 lvonis.

bitur generalis, et habet parochiam, monasterium, A dragesima induuntur diaconus et subdiaconus casulis in tota missa, nisi cum legunt.

> Sacer.lotum autein sunt quatuordecim officia, præesse, subesse, orare, offerre, prædicare, docere, baptizare, benedicere, excommunicare, reconciliare, ungere, communicare, animas Deo commendore, corpora sepelire de quibus singulis pertractandum est. Præsse ergo sacerdotis est ; juste de singulis subjectis dicernere, pœnitentiam récte et misericorditer injungere, et præcipere mansuete. Subesse vero est, episcopo ex animo humiliari et servire. Offerre autem ejus est; panem et vinum cum aqua singulis diebus immolare, et in solemniis Te Deum, et Benedictus, et Magnificat, et ante sacrificium thus super et circa altare et sacrificium incendere. Diaconus enim ante Evangelium incensat altare. Orare quoque ipsius est ; suppliciter Deum adorare (ut factura sua) et pro admirandis operibus laudare, et benedicere pro perceptis beneficiis grati is agere, et pro percipiendis deprecari. Qnod totum maxime in celebrandis horis et missa peragitur; de quibus, quia breviter non potest, in sequentibus tractabitur. Prædicare etiam ejus est; gentiles, Jud ros, infideles vel catechumenos ad gratiam baptismi vocare, et hæreticos ad catholicam fidem revocare.

Baptizare ejus est; exorcizatos credentes, et sanctam Trinitatem confitentes, sub trina mersione sacro fonti intingere. Quod, sicut et missa, in ecclesia debet fleri ; nisi prohibeat necessitas. Et sacrificium quidem corporis et sanguinis Domini sæpe fit, ob recordationem passionis ejus, sicut ipse præcepit, dicens : Hoc est corpus meum, et sanguis meus ; hæc facite, quotiescunque sumitis, in meam commemorationem (I Cor. x1, 24, 25). Baptisma vero non iteratur, ne invocatio sanctæ Trinitatis exinanita patetur; quia Christus pro peccatis nostris semel mortuus est (I Petr. 111, 18). Docere ejus est; baptizatos qualiter contra superbiam humilitate, contra inanem gloriam dejectione, contra invidiam benevolentia. contra irom modestia, contra tristitiam hilaritate, contra avaritiam largitate, contra gulam abstinentia, contra luxuriam castitate muniantur, instruere. Hæc enim octo vilia, et omnia quæ ex eis nascuntur, quamvis peccata non sint, tamen semper peccare sic ad altare diacono deferre; et ideirco castos esse. 1) suggerunt, insis videlicet consentire; quandiu namque non consentit eis animus, nequaquam transgreditur, sed polius coronatur. Docere etiam ejus, singulis Dominicis, quibus in hebdomada diebus abstinere et feriare fideles debeant, prædicare.

> Benedicere potest, præsente episcopo, aquam et. sal in Dominicis sacerdos; et prandium, et sponsum, et sponsam, et lecturos lectiones præter Evangeliaus, et (2) aquam judicii vel panem et cætera. In absentia vero episcopi; potest benedicere coronam clerici et velum viduæ, novos fructus, candelas in Purificatione sanctæ Mariæ, cineres in capite jejunii, ramos in Dominica Palmarum, et peregrinaturos, et lecturum Evangelium, et populum cum dimittitur ; acuani

benedictam aspergit, ad benedicen as novas domos A benedicta aspergit [aspersorium], textus sancu et cætera nova. Excommunicare ejus est, criminibus lapsos, semel, bis et tertio revocatos ; et non pænitentes a communione fidelium climinare, ut nec in victu nec in loquela quisquam eis communicet. Reconciliare ejus est; pœnitentes prope mortem de criminalibus, ex consensu tamen episcopi, ad unitatem fidelium recipere. Ungere potest quemlibet fidelem semel in quolibet gravi dolore, quia unctio sancta non solum animæ, sed et corporis sæpe medelam tribuit. Communicare statim debet baptizatos, et fideles omnes ter in anno (in Pascha, in Pentecoste, et Natali Domini) et prope mortem positos, si quæsierint verbo vel signo, vel teste fideli quod prius quæsissent.

poribus egredientes, et earum memoriam in missa et orationibus frequențare. Quamvis enim promissa sit indulgentia peccatori quacunque hora pœniteret, tamen pæna peccantem quælibet exspectat ; purgatorius videlicet ignis, qui corpore statim egressos et minus per lamenta pœnitentiæ purgatos ad plenitudinem recipit purgandos. Quod ergo pro eis hic fit in orationibus et eleemosynis, proficit eis ad purgationem, quia sudor vivorum requies est mortuorum. Sepelire corpora fidelium, ultimum est sacerdotis officium; ipse enim tertio terram super corpus cum fossore infundit, dicendo : De terra plasmasti me. Adjacent etiam coemeteriis sanctorum alia loca, in quibus submersorum et occisorum fidelium corpora conduntur, quia ipsorum animæ Deo commendari non prohibentur. Nam infidelium et sceleratorum corpora longe sunt a fidelium projicienda; quibus enim vivis non communicamus; nec mortuis.

Enumeratis autem atque descriptis sacerdotis officiis; quibas in his uti debeat vestibus perspiciaarus. Sicut ergo septem gradus sunt, quibus sacerdos elevator, its septem sunt vestes quibus ordinatur : indumentum quotidianum, amicta, alba, cingulum. fannon, stola et casula. Et cætera quidem omnia officia sine casula, et cum stola sola aliguando potest. Quodiana ad missam, ut paucissima, sunt quatuor : camisia, tunica, femoralia, calceamenta. Addunt tamen Romani caligas. Dicit quoque Amalarius sacerdotem dehere indui sandaliis et dalmatica; sed p nat episcopus abbatem, abbatissam, sacerdotem, et pontifices apud nos his utuntur.

Octo sunt ergo quibus sustentatur sacerdos; parochia, mansus, atrium, coemeterium, templum, altare, calix cum patena, corpus cum sanguine; quia singulæ sibi, subjectis quasi quibusdam gradibus, honore et dignitate præferuntur. Parochiam appelto populum, primitias, oblationes et decimas persolventem. Mansum dico terram aratri, quam ad minus debet habere sacerdos, atrium cum domibus suis clausuram. Hæc autem sunt utensilia sacerdoti oportuna, quæ sine benedictione episcopi sufficiunt : aqua

Evangelii, psalterium, missale, horarius, manuale, et synodalis liber, vela, candelabra cum candelis. arca vestimentorum, pixis com oblatis et ferrum eorum, ampulla cum vino et altera cum aqua, pelvis ad manus lavandas cum manutergio, truncus aut lapis cavus ubi aqua unde sacra lavantur effunditur, absconsa etiam sub candela, et lecturiale sub libro.

Et superiores quique gradus possunt inferiorum officia ministrare. Episcopus ergo sacerdotis singula ministrat; licet, etiam ipso præsente, quasi quoddam sit proprium sacerdotis offerre, baptizare, horas celebrare, ungere, communicare, commendare, sepelire. Sunt præterea septem præsulis officia, confirmare, benedicere, absolvere, synodum tenere, de-Commendare debet orando animas fideles de cor. B dicare, consectare, ordinare. Confirmare ejus est; frontes fidelium baptizatorum chrismate ungere. Benedicere autem dico præsulem ea quæ non sunt utensilia ecclesiæ; consecrare vero ipsa utensilia. Benedicit ergo pontifex reginam et virginem cum velatur, et quemlibet fidelem benedici postulantem, et totum populum ante pacem ; benedicit etiam supramemorala, quæ non licet sacerdoti in ejus præsentia. Absolvit præsul populum de venialibus in capite jejunii, de criminalibus in Coena Domini, Tenet quoque synodum bis in auno, in sestate et in autumno. Hoc modo congregatis omnibus presbyteris totius episcopatus, perscrutatur episcopus ne quid alicui corum desit in omni ordine, vel utensilibus ecclesiæ, neve quisquam eorum alteri quidquam secerit injuriz; quod tribus diebus sit. Pacatis itaque omnibus, absoluti permittuntur abire in pace.

> Dedicat etiam pontifex atrium, templum, altare, tabulam altaris. Dedicare enim est locum Deo afferre. benedicere et sanctificare. Consecrat autem episcopus utensilia ecclesiæ (quæ fere omnia sacerdotibus sunt communia) vestimenta videlicet sacerdotalia ct pontificalia, altaris velamina, calicem, patenam et corporalia, vasculum Eucharistiæ, chrisma, oleum et vas chrismale, thus et thuribulum, haptisterium, arcam vel scrinium reliquiarum, cimbarium (id est, altaris umbraculum) crucem, tintinnabulum et ferrum judiciale (3). Ea enim tantum consecrat, quat a communi usu in cultum divinum separantur. Ordicæteros sex gradus. Utitur eliam episcopus, pro dignitatis honore, baculo et annulo, chirothecis et mitra, balteo, dalmatica, et sandaliis. Oportet autem eum sacram Scripturam et traditiones Patrum habere, ut possit de singulis juste discernere, et quælibet quærentibus rationabiliter respondere.

> Archiepiscopo omnia supradicta conveniunt ; insuper pallio honoris induitur ; quia ipse, adjutus tamen ab omnibus diœcesis suz episcopis, ordinat episcopum. Si quis enim ipsorum ordinationi adesse non possit, litteris suis se excusans atque legatis, assea-

(3) Vide Glossarium Guill. Lambardi (præfixum 'Apzatovoula) in Ordalic. D. Henr. Spelmanni, in Judicto Dei. Fr. Pithæi, in Capitular., etc. . .

PATROL CLIX.

THUS

sum suum in ordinandis facere confirmat. Primas A possident, hunc apud nos primates quodammodo quoque et ipse archiepiscopus est; nec ipse archiepiscopum ordinat. Utrumque enim, archiepiscopum et primatem, oportet Romæ ab apostolico ordinari, aut a Roma eis a popa pallium afferri, qua [atque a] coepiscopis sublimari; quæ tunc tantum datur licentia, si forte infirmitatis vel belli aut aliqua alia causa necessaria intercesserit. Eo tantum ergo præest primas archiepiscopo; quod cum multi sint in eadem regione archiepiscopi, solus ex els qui regem ordinat; et in tribus solemnitatibus coronat, et spud quem concilio pro veritate peraguntur, ipse corum primatum tenet.

obtinere videntur; utrique Romano pontifici primo gradu supponuntur. Sed, quia patriarchæ sedibus præsident apostolicis (ut Nierosolymitanus, Antiochenus, Alexandrinus), idcirco archiepiscopo ordinant. ct pares quodammodo Romano ascribuntur. Soli tamen Petro dictum est : Tu es Petrus, et super hane petram ædificabo Ecclesiam meam (Matth. x, 13). Papa ergo solus universali præeminet Ecclesiæ; et ipse omnes ordinat et judicat; et ab omnibus ordinatur, quia ex consensu totins Ecclesize Romani eum sublimant qui quotidie chlamide coccinca induitur, ut semper martyrio paratus probetur.

Locum itaque quem apud orientales patriarcha

GILBERTI EPISTOLA AD S. ANSELMUM

(Vide supra in S. Anselmo, lib. IV, epist. 86.)

INTRA ANNUM MCX-MCXVII.

GISLEBERTUS CRISPINUS

ABBAS WESTMONASTERIENSIS

NOTITIA HISTORICA IN GISLEBERTUM

(FARRIC., Bibl. med. et inf. lat., 1H, 55)

Giskebertus, propter habitudinem capilorum Crispinus, al an. C. 1084 ad 1117 abbas Westmonasteriensis, ordinis Benedictini, scripsit teste Trithemio cap. 333, et II, 105, illustr. Benedictin. ad Anselmann, Gantuariousem archiepiscopum, altercationem Christiani cum Judæo quodam (quem Judæum eruditum Mogun-tiacensem fuisse Baleus et Lelandus cap. 152 testantur) de fide Christiana, interlocutoribus Gamaliele et Paulo : quæ Gisleberto etiam tribuitur a Lelando et Baleo, et in codicibus mss. (1) ex quorum fide illam una cama præmissa ad Anselmum epistola (2) edidit Gabriel Gerberonius, in præciara sua Anselmi editione Paris, an. 1675, recusa an. 1721, pag. 512. De hoc Gisleberto videndus Joannes Picardus in notis ad lib. n Epist. Anselmi, epist. 16. Altercatio hæc sine nomine auctoris prodierat Colon. 1537, fol., et contracta atque interpolata cum præfatione ad Alexandrum Liucolniensem episcopun, sub nomine Guilelmi de Cam-gellis in 1020 XX Bibl. Patrum Lugd., pag. 1884. Cætera Gisteberti scripta laudautur : Commentarius in Isniam et Jeremiam; Homiliæ in Canticum canticorum ; De casu diaboli, De anima, Contra pecceta cogi-tation s, locutionis et operis. In prologos S. Hieronymi in Biblia, et liber ad Cantorem Sagiensem. Denique Vita Herluini abbalis Beccensis, de quo Guil. Gemmeticensis lib. vn Hist. Northmannorum cap. 22, pag. 279 : « Si quis, inquit, conversionem «t conversationem ipsius plenius nosse desiderat, librum qui de Via ejusdem Patris venerandi, eleganti sermone conscriptus est a viro religioso Gisleberto Crispino, postea abbate Westmonasterii, et tam nobilitate generis, quam scientia sæculari et divina pollenti perquirens relegat, in quo sufficienter reperiet unde suo desiderio satisfaciat. > Hæc Vita edita a Dacherio ad catcem Lanfranci Operum Paris. 1648, fol. Librum De statu Ecclesite, quem huic Gisleberto Pitseus tribuit, Gilberti Lunicensis esse, Oudinus tom. II, p. 929 et 957, Caveus ad annum 1101 aliique adnotarunt. Alterina, ut videtur, Gillieberti Disputatio Ecclesite et Synagoge in lucem data ab Edmundo Martene et incino Durando mart data ab Edmundo Martene et

Jrsino Durando tom. V Thesauri anecdotorum, pag. 1497, 1596.

Labbe Bibl. nova MSS. pag. 26. Pitseus pag. 196.
 Hanc ediderat Joannes Picardus notis ad Auselmi I. 11, epist. 16.

DISPITATIO JUDIEL CIM CHRISTIANO

FIDE CHRISTIANA. DE Ebertis or

SCRIPTA A DOMNO GISLEBERTO ABBATE WESTMONASTERN

(Opp. S. Anselna Cantuariensis, curante D. Gerberonio, p. 512, in ms. biblioth. S. Remig. B. 10 ct ex ms. Victoriuo CC. 9, et ex ms. San Germanensi.)

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

Gislebertus hanc disputationem examinandam ad S. Anselmum transmittit.

tuariensis Ecclesiæ archiepiscopo, servus et filius suns frater GISLEBERTUS, Westmonasterii cornebil procurator et servus, prosperam in hac vita diuturnitatem, et beatam in futura 'æternitatem.

Paternitati et prudentiæ vestræ * discutiendum mitto libellum, quem nuper scripsi paginæ commendans que Judæns quidam olim meenm disputans, contra fidem nostram de lege sua proferebat, et quæ ego ad objecta illius pro fide nostra respondebam. Nescio unde ortus, sed apud Moguntiam litteris educatus, legis et litterarum etiam nostrarum ben? sciens erat, et exercitatum in Scripturis atque disputationibus contra nos ingenium habebat. Plurimum mihi familiaris sæpe ad me veniebat, tum negotii sui causa, tom-me videndi gratia, quoniam in aliquibus B illi multum necessarius eram, et quoties conveniebamus, mox de Scripturis, ac de fide aostra sermonem amico ¹ animo habebamus. Quadam ergo die solito majus mihi et illi Deus otium * concessit; et mox unde solebamus inter nos quæstionem cæpimus, Et quoniam quæ opponebat, convenienter satis et consequenter opponebat; et ea quæ opposuerat, non minus convenienter prosequendo explicabat; nostra vero responsio vicino satis pede ad opposita * illius respondebat, et Scripturarum æque testimo-

Revorendo Patri et domine Auszimo senete Can-A nio nitens eadem ' ipsi concessa ' facilis esse videbatur, et approbanda, rogaverunt quidam, qui aderant, ut memoriæ darem nostram hanc disceptationem * fortasse aliquibus profuturam. Scripsi igitur, et tacito mei et ipsius nomine scripei sub persona Judzi cum Christiano de fide nostra disceptantis. scriptumque et exaratum hoc opus vestræ transmitto examinandum censurze. Si res approbanda est, vestro placebit approbata judicio; si vero respuenda est, seu tota, seu pars ejus aliqua, quidquid respuendum erit, accipite amico dictum în aure; et quia soli amico innotvit, silentio supplimatur, nec alicui has ad legendum pagina communicetur, salvo quidem amore mutuo et integra prorsus pace mutua, deleatur quidquid delendum esse vobis placuerit, aut corrigatur, si quid est quod corrigi * posse tibi visum fuerit. Fateor quamlibet protuleritis sententiam, animo libenti excipiam, et aure obtemperanti audiam. Tamen quidam ex Judæis, qui tunc Londoniss erant, opitulante misericordia Dei, ad fidem Christianam se couvertit apud Westmonasterium. corsu omnibus fidem Christi professus haptismum petiit, accepit, et baptizatus Deo se inibi serviturum devovit, et monachus factus nobiscum remansit.

> Sic ergo Judzus ille disputator, aliis pluribus interpositis, me provocando adorsus est.

VARIÆ LECTIONES.

* Ms. Rem. of Vict., futuro. * Ms. Rem., et S. Ger., 102. * Ms. R. omit. amico. * Ms. R., vutan. * Ms. S. Ger., proposita; Ms. Vict., ad propositum. * Ms. Vict., utens, eidem. 7. Ms. R., concessa, * Ms. Vict. S. Ger., discentationculam. * Ms. Vict., resector... resecari.

0

I

DISPUTATIO JUDÆI CUM CHRISTIANO

DE FIDE CHRISTIANA,

SCRIPTA A DOMNO GISLEBERTO ABBATE WESTMONASTERII.

JUDÆUS 10.

Qula Christiani dicunt te litteris eruditum et facultate dicendi expeditum, vellem ut toleranti animo mecum agas, qua ope rationis et quo auctoritatis testimonio Judzos culparis, quia legem a Deo datam observamus, et Moysi legislateri obsecundamus, Si enim lex bona, et a Deo data est, observanda est; cujus enim décretum observandum erit, si Dei mandatum non est observandum ? Si vero lex observanda est 11, cur ejus observatores canibus assimulatis fustibus extrusos usquequaque insectatis? Si vero cam minime observandam dicitis, culpandus est Moyses, qui nobis cam adeo inani vanitate tradidit observandam. Quod si partem excipiendo, id observandum esse dicitis, illud vero minime observan- B dum vel abolendum esse censetis, date consilium quomodo effugiemus illud indictum a Deo maledictum : « Maledictus qui non permanserit in omnibus quæ in lege scripta sunt (Deat. xxvii, 26). v Legislator nihil excipit, sed universaliter ea orania mandat observari. Vos autem ad vestrum arbitrium, legis et mandatorum observantiam determinatis, Et, ut scias quia his in rebus rationi potius vacare volo quam contentioni, ab aliis secedamus, et cui nostrum favor audientium applaudat omnino recusemus 11.

GBRISTIANUS.

Rationabiliter satis hæc omuia tu requiris, et hæs omnia quæri convenit; sed a te vice pari ¹³ requiro ut mecum animo patienti agas. Nam si modus altercationis nostræ is habeatur, ut concedas quidquid tuæ legis pagina testatur, vel ratione tam evidenti astruitur, ut a te nulla evidentiori refutetur, præsto sum ut de his tecum agam, et undecunque volueris,

A idque potius veri causa 14 et tui amore 18 facie, quam studio disputandi, nec hominum acclamationes curo ; sed vincat cui ratio attestabitur . et Scripturæ auctoritas contestabitur. Primum itaque legem bonam et a Deo datam esse dicimus, tenemus, astruimus; ac proinde quidquid in ea scriptum est, divino seusu intellectum, suis temporibus observatum et observandum esse sancimus. Divino guidem seusu legis mandata intelligenda esse dicimus, quia, si humano sensu ca omnia et ad litteram accipimus, multa sihi invicem adversantia et multum repugnantia videmus. Cum enim peracta creatione mundi Moyses dicat : (Vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona (Gen. 1, 31). > Quomodo in discretione " animalium postea scribit hæc munda, et illa animalia esse immunda, his uti permittit, illa non solum non langere, sed eum qui tetigerit morte multari et puniri mandat? Quomodo enim est immundum quod est valde bonum ? Ubi euim cuncta nominavit, et valde bona esse dixit, neque hoc, neque illud animal excepit. Quomodo igitur Deus cuncta creavit valde bona animalia, et postea vetat comedi hæc vel illa animalia, et causam reddit, dicens ea esse immunda animalia ? [1" Nec solum ea prohibuit quæ sui natura homini ad vescendum noxia sunt; verum et multa quæ gustu jucunda, et usu æque salubria ad comedendum existunt. Aliquid ergo sacramenti hæc in se continent, quæ, licet a Deo dicta sint, tamen a se invicem ad litteram omnino dissident. Sacramentum sacræ rei latens signum esse dicinus.] Item scimus quia dixit Deus ad Adam : c Ecce dedi vobis omnenı herbam afferentem super terram 18 semen, et universa ligna quæ habent in semetipsis sementem 19 generis sui, ut sint vobis ia

VARIÆ LECTIONES.

¹⁶ Vict. non habet nomina hæc interlocutorum, Judæus, Christianus. ¹¹ Ms. Vict., erit ¹⁹ Ms. Rem., et ne cui... animo recusemus. ¹³ Ms. Vict., vicem pati. ¹⁴ Mss. V. et R., causa fidei. ¹⁵ Ms. S. Ger., ¹⁶ Ms. Vict., distinctione omnino. ¹⁷ Ms. Vict. S. Ger. omit. uncis inclusa. ¹⁶ Ms. Vict., in terra. ¹⁹ M Vict., semen. primo homini universa ligna in escam, et statim postea prohibuit ne sumat de ligno scientiæ boni et mali in escam ? Ubi universaliter ligna concessa homini commendat, nullum exceptum fuisse lignum insinuat. Non igitur absque mysterio id accipiendum est. In Exodo inter alia præcepta de faciendo altari Dominus Moysi ita præcepit : « Altare de terra facietis mihi, et offeretis super illud holocausta et pacifica vestra (Exod. xx, 24). » Et de qua materia altare fieri liceret, et quomodoita subdidit: « Quod si de lapidibus illud ædificare volueritis, de non sectis lapidibus ædificabitis illud (Ibid., 25). » In expletione autem tabernaculi, et vasorum, atque utensilium tabernaculi, ita legitur : « Fecit Moyses altare thymiamatis de lignis setim, habens B per quadrum singulos cubitos, et in altitudine duos (Ezed. XXXVII, 25). > Et post pauca : « Fecit et altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorum per guadrum, et in altitudine trium (Exod. xvnt, 1). > Non temerario quiden ausu seu præsumptione fiehat, quod tam discreta dimensione altitudinis et quadraturæ fiebat. Item postaliquanta : « Fudit bases æneas in introitu tabernaculi, et altare æneum cum craticula sua (Ibid., 30) > Item in fine : (Candelabrum stabit cum lucernis suis, et altare aureum, in quo adoletur incensum coram arca testimonii (Exod. x1. 5).) Quomodo ergo jubet Deus ut altare de terra faciatis, et super illud holocausta vestra offeratis. econtra Moyses altare thymiamatis fecit ligneum, fecit et altare holocausti ligneum, fecit altare zneum, fecit et aureum, fecit etiam aliguando lapideum? Multum itaque adversum videtur ut aliud et aliter quam Dominus per Moysem jubet : ab ipso Moyse agatur aliter ergo quam littera sonat, et boc accipi oportet. Rursum cum ca omnia humanis usibus Deum creasse Moyses dicat, caque omnia homini subdidisse coramemoret, « ut præsit, inquit, piscibus maris, volatilibus coeli, animantibus terræ, et omni reptili quod movetur in terra (Gen. 1, 26), > cur postea vetat ne homo aret in hove et asino ? onus aliquod, quodcunque tibi placet, asino imponere licet, et ponere jugum bovi сны asino quare non licet? Ad pascua ducere bovem cum asino licebit, et in pascuis ea simul esse et D pus observandus est, sicque per temporum vicissicompasci lex permittit, et arare ea sinul prohibet et interdicit. Si autem propterea venit, quia hoc immundum animal lex dicit, quare circa illud cætera que dicta sunt permittit, solum arare excipit? Equus in lege immundum animal esse perhibetur, et alia multa, nec tamen arare bovem cum equo vel alio animali immundo prohibetur in lege. Hanc non sqlum in his que dicta sunt mandatis, sed ctiam in quampluribus aliis legalibus cæremoniis 10 contra-

escam (Gen. 1, 29). • Qua igitur ratione dedit Deus A rietatem videmus; nisi es compotenti sensu intellexerimus. Discreto itaque et divino sensu hæc intelligenda et discutienda sunt, quia fieri non potest ut ad litteram sumpta ea omnia impleantur. Si vero legem debito seasu accipimus, omnia legis mandata debita observatione observare poterimus, guze. dam ad litteram, et sine ullo figurarum profundor. guædam figurarum velamine adumbrata esse intelligo. Quædam ad tempus observari jussa sunt, quædam sine ulla temporum determinatione observanda sunt. Quæ enim sacramenti ** alicujus prænuntiativa erant, et veritatis futuræ figura, suo tempore manifestata rei atque veritatis præsentia, non oportuit ut corum remaneretoprænuntistio et figura. Num, sicut ipso usu loquendi, verborum utimur vicissitudinibus dicendo, erit, quandiu tuturum est, ipsumque erit, prorsus omittentes, in præsenti, est assumimus, quodque ipsum jam præteriisse significantes, utimur fuit, sie in rebus prænuntiativis alicujus sacramenti, ubi præsena manifestatur sacramentum, ejus jam superfluo servaretur seu figura seu signum ? Quæ vero alicujus mysterii significativa non erant, sed aperte scu fidei veritatom insinuant, seu charitatis ** ædificationem commendant, ea et a nobis et a vobis noa ad tempus, sed in perpetuum observanda aunt, eo+ rumque transgressio nullatenus esse potest inulta. Harum quæ in lege erant figurarum veritas tandiu et per tot sæcula exspectata, tandem erat aliquando exhibenda. Nanquid semper promittendum erat : · Aperiam in parabolis os meum; loquar propositiones ab initio (Psel. LXXVII, 2). > Nunquid semper futurum erat : c Donec veniat qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium ? > (Gen. xLix, 10.) Tandem ergo prædestinatis a Deo temporibus venit, Mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus aperiens nobis sensum, ut intelligereraus Scripturas, dissolvens profunda mysteria, quæ de co in lege et prophetis scripta erant, in quem te oportet credere.

JUDEUS.

Si ad tempus hoc vel illud sermo Del servandus est, eoque tunc annullato, item alius ad aliud temtudines, divinæ immutantur sanctiones, quomodo stabit : semel locutus est Deus ? > (Psal. LXI, 12.) Ouo pacto ratum erit « in æternum, pomine, verbum tuum permanet in coelo ? > (Psal. cxviii, 89.) Quid, . quæso, mea interest cur Deus hoc animal mundum, illud immundum judicet, hoc uti permittat, illo uti prohibeat ? Quis enim adjuvit Spiritum Domini, aut quis consiliarius cjus fuit, ut istud agi permittat, illud fieri prohibent. Jussit. Obsequendum ** igitur.

VARIÆ LECTIONES.

** Ms. S. Ger., institutis. * Ms. S. Ger., quædam enim sacramenta. Rem., observandum.

18 Ms. Rem., veritatis. 1 82 He.

1011 ·

Fieri igitur jam non licet; idque si postea fiat, peccatum esse dicimus, ac debita pœna puniendum. Ut ergo servemus litteræ figuram, contemnemus litteram ? ut servemus alterum, qua ratio est damnare * alterum? Servemus litteram, servemus et litteræ figuram. Maneat parvo sensui nostro littera, maneat et vestro, atque addatur spiritualis et concessa nobis ** a Deo mysterii latentis intelligentia. Abstineamus a porco, quia lex jubet, abstineamus et ab eo si quod est quod per porcum significatur. peccato **. Non aremus in bove et asino, quia id legislator prohibuit, et. si qua evitanda intellexeris ** per hanc asini[®] et hovis copulam, fas est evitare, imo peccatum est non evitare. Ita et de cæteris. Ita enim lex adimpletur, et adimplenda esse censetur. Sed ita his prælibatis ad Christum veniamus, in quo quæstionis et controversiæ causa tota consistit; nam eum novi cultus, novarum institutionum ac legis prorsus immutatæ dicitis vos habere auctorem, in quem dicis quia oportet me credere. Christum credo prophetam quidem omni virtutum prærogativa exceffentissimum, et Christo credam; sed in Christum neque credo, neque credam, quia non credo nisi in Denm, et in unum. r Audi, inquit, Israel, Deus tuns; Deus unus est (Deut. vi, 4): > unus, non triplex, sicut vos Christiani et negando dicitis, et dicendo negatis. Dicitis enim, Deus est Pater, Deus est Fillus, Deus est Spiritus sanctus; alius Pater, alius Fiflus, alius Spiritus sanctus; et tamen non tres Dii, C sed unus est Deus. Dicitis utrumque : qui vult credat vet alterum, vel utrumque. Israel vero nostra gens audit et credit : (Deus tuns, Deus unus est,) non creatus in tempore, non factus ex muliere, quonlam si proprie dici posset, antequam tempus fuit, ipse fuit; tempus ipse creavit, et sub tempore cœlum, et terram et quæ in els sunt omnia ipse creavit. Sequitur allud in Decalogo mandatum : (Non assumes nomen Dei tui in vanum (Exod. xx, 7). > In vanum nomen Dei assumit, qui homini nomen cultumque divinitatis attribuit. Nam si ** vanitas est omnis homo vivens; qui hominem Deum credit, et Deum appellat, homini nomen cultumque divinitatis attribuit. Non igitur credo in Christum, neque spes mea est in Christo, quoniam : « Beatus vir, cujus D est nomen Domini spes ejus (Psal. XXXX, 5). > Sed Christum credo, et Christo credam, cum venerit, quoniam de eo Moyses testatur et dicit : Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, tanquam me audietis eum (Deut. xvm, 15). Et quoniam votis omnibus optandum erat ut veniret, et quo siquo adventus ejus dignosci posset, audi quid super 'hoc Isaias propheta denuntiat : c Erit în novissimis

est, cique obsequi summe virtus est. Probibuit. A diebus preparatus mons domus Domini in verticem montium, et fluent ad enm omnes gentes, et dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob (/lea. 11, 2, 3). > Si ergo Christus jam venit, ubi in toto orbe terrarum, præter pauculam gentem Judzorum, dicitur : « Ascendamus ad domum Dei Jacob? > Alii vestrum dicunt, camus ad domum Petri, alii ad domum Martini. Nulli vero dicunt : Eamus « ad domum Dei Jacob. » Audi adhuc de adventu Christi segnentia : « Et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces. Non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium (Ibid., 4). > Nunquidnam ordo militaris nostra hac ætate conflat gladios suos in vomeres, et lanceas in falces? Vix fabri sufficient, vix ferrum sufficit fabricandis militaribus armis. Ubi terrarum inveniri potest, c non levabit gens contra gentom gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium? > Ubique orbis terrarum vicinus insidiatur vicino, opprimit, necat; gens contra gentem effusis viribus præliatur, regnum adversus regnum excitator, et ab incunte ipsa pueriti ætate quisque exercetur ad prælium. Constat ergo quia vos Christiani, longe de Christo et de ejus adventu erratis.

CUBISTIANUS.

Revera semel locutus est Deus, et nefas est ut unquam ultus sermo Dei annulletur, divinæ sanctiones non immutantur per ullas temporum vicissitudines, quia Christus non venit « legem solvere, sed adimplere. . - (Amen, inquit, dico vobis, iota unum, aut unus apex, non præteribit a lege, donec omnia flant (Matth. v, 18). > Nunquid vult Christus legem damnare, qui comminatur inquiens, c iota unum aut unus apex non præteribit a lege donec omnia flant? » Non eam Igitur vult solvere, sed adimplere. Lex prohibet homicidium, Christus iram et odium; lex prohibet adulterium carnis, Christus ipsum etiam appetitum cordis **. Vobis lex prohibet uti porcínæ : et ea tunc ab eo animante abstinentia vobis necessaria erat 30, quoniam veritatis futurae figura erat, et figura servanda erat, donec adesset ipsa Veritas. Nuno autem nobis seu vobis necessaria non est, quoniam ipsa figuræ veritas jam præsens adest. Quamvis abstinere liceat, et multi nostrum abstineant non solum ab ca, verum et ab omni carne alia, magno et eodem judice, quisquis nostrum se tuetur. Moyses carnem suillam immundam appellat, ut ca prohibet, et propterea dicitis quia ca uti non licet. Moyses non alius, sed idem ipse carnem suillam dicit mundam et valde bonam, et eam ad vescendam sicut cætera scribit Deum fecisse bonam, et ideo dicimus quia uti ea licet.

VARIÆ LECTIONES.

¹⁶ Ms. Vict., ut damnemus. ¹⁸ Ms. Rem. et S. Gor., vobis. ¹⁶ Ms. R, si quid... peccati. ¹⁷ Ms. Rem., intellexerimus. ¹⁸ Ms. S. Gor. omit. N: m si. ¹⁹ Ms. S. Gor., carnis. ¹⁰ Ms. Vict., carne, of ipsium * Ms. Vict., carne, of ipsium abstinentia tunc vobis necessaria erat.

versa, pisces maris, volucres cœli, cupeta animantia. terræ, in quibus est anima vivens, non longe infra subdidit : « Vidit Deus cuncta que fecerat, et oraut valde bona (Gen. 1, 31). > Quod valde bonum est, ex nulla parte malum est. Quod vero nulla ex parte malum est, quomodo malum et immundum est? Quidquid ergo naturæ a Deo factæ in carne suilla consideratur, mundum et valde bonum est, atque uti licet. Quia vero per hoc animal, voluptas et immunditia figuratur, immundum, propter hoc, hoc animal esse designatur [15 ut vitium hoc studiosius caveatur, etiam animal ad vescendum interdicitur, per quod designatur], et ea immunditia uti non licet. Si ergo¹¹ mundum et immundum esse hoc animal intelligitur, et eo uti et non uti a Deo nobis permit- B titur, unde et sacra testatur auctoritas : « Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quæ * de corde exeunt fornicationes et cætera, quæ enarrat villa, ca coinquinant hominem (Matth. xv. 11). > Non itaque caro suilla, que in os intrat, coinquinet hominem, sed voluptas, et immunda " voluptatis cujuslibet concupiscentia, quæ de corde procedit, ea coinquinat hominem. Propter hoc apostalus quoque Paulus ait : « Omnia, quæ vobis apponuntur ad vescendum, sumite cum gratiarum actione, nibil interregantes propter conscientiam 34 (I Cor. x, 27).) Eadem ratione licet arare in hove et asino, et prohibetur ^{av} ne aremus in bove et asino. « Nunquid de bobus, ut ait apostolus Paulus, cura est Deo? ; (I Cor. 1x, 9.) An propter nos lex hoc dicit? Qui ergo C terran col't, aret in bove et asino, si meljus non potest, quia Deus permittit, quia omnia bæs humanis usibus creavit. Sed quia bos ungulam findit et ruminat, et ad excolendam terram omnino est idoneum animal, rectorem in Ecclesia designat discretum, in his que agit sensum habentem, qui rectum discernit a pravo, et qui mandata Dei, que audit et quæ legil, meditatur, et meditando ruminat apud se die ac nocte, nec solum sibi utilis existit, sed alios adificat, et docendo instruit. Huic tam idoneo prædicatori non est associandus ad prædicandum verbum Dei alter moribus indiscretus, seu idiota et litteris imperitus, quia non solum sibi male vivendo cst inutilis, sed malo suo exemplo et immunde vivendo D aliis noxius existit. Porro hæc vitia per asinum designaptur, qui neque ungulam findit, peque ruminat, et omnino est inertissimum animal. Quæ vero dicta sunt de faciendo altari, et quare Dominus prohibuit ne homo comederet de ligno scientiæ honi et mali, profundum in se continet mysterium, sed alias et ad alios bæc discutienda pertinent. « Hæç quidem in figura contingebant, et dicebantur vobis;

Postquam enum enuntiaverat a Deum creasse uni- A e scripte sunt autem ad serreptionem nostrem, inquos fipes suculorum devenerunt, > sient dicit Pune. lus ex vestra gente noster apostolus (1 Cor. x. 11). Fines sæculorum sunt novissimi dies, de quibus Isaias prænuntiat, dicens : c Erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium (Isai. 11, 2), > ad quem revera confluent omnes gentes, sicut Psalmista quoque prædizerat : · Reminiscentur, et convertentar ad Dominana universi fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus universa familia gentium (Psal. xx1, 28).) Universi 24 fines terræ janucredunt in Deum 20, jam ader rant Christum universe familiæ gentium, una etconcordi voce dicunt. Eamus « ad montem Domini; et ad domum Dei Jacob (Isai. 11, 3), > non ad do-. mum Jacob, sed (ad domum Dei Jacob,) hoc est, ad domum Dei quem coluit Abraham, quem coluit Isaac, quem coluit Jacob, quem coluit Moyses quoque et Aaron, ut osteudant unum Deum esse et. eorum qui ante legem fideles suerunt, et eorum qui, sub lege exstiterunt, et corum qui nunc existunt credentes in Deum universæ multitudinis gentium. Quod autem dicere nos arguis : Eamus ad demum Petri, camus ad domum Pauli et ad domum Martini, nullus, qui sane sapit, hoc ita dictum esse intelligit : nullam quippe domum Petro seu Paulo facimus. sed in honorem atque memoriam Petri seu Pauli. Deo cam condimus. Nec ulli pontificum fas est dicera. in consecrationibus ecclesiarum : Tibi Petro, see-Paulo, hanc domum, vel hoc altare consecramus. [40 Sed tibi Deo in honore Petri seu Pauli hanc domum vel hoc altare consecramus.] Propterea vera hæc domus potissimum appellatur e domus Dei Jacob,) ac specialiter nominatur (Jacob,) quia primus omnium legitur Jacob Deo instituisse hanc domum. « Erexit, inquit, Jacob lapidem in titulum, fundens oleum desuper, et dixit, vere locus iste, sanctus est (Gen. xxviii, 18),) et coumeratis qua viderat, cœlestibus mysteriis obstupefactus addidit: c Quam terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei et porta cœli (Ibid., 17). > Domus ergo Dei nostri est domus Dei Jacob, quia Deu:n, quem, colimus, coluit Abraham, Isaac quoque et Jacob. In. hac domo Dei quotidie divinus sermo recitatur, populus tidelis, quæ bona appetat, et quæ mala fugiat, edocetur, ac simul quæ appetendorum sint præmia, et quæ mala quæ agunt pæna comitetur. Inde et. forenses causæ a Christianis aguntur, a proximis proximorum calumniæ audiuntur, ac debita cuique reatui poena infertur. « Non occides, » inquit lex. (Exod. xx, 13): « qui autem 41 occiderit, » imo sicut Christus ipse adjecit, e qui irascitur fratri suo, reus erit judicio (Matth. v, 22). , Cui ergo 4

VARIÆ LECTIONES.

³⁴ Ms. S. Ger., enumeravit. ³⁹ Ms., S. Ger. et V. omit. uncis inclusa. ³³ Ms. Rem., sic ergo. ³⁴ Ms. Vict. omit. quze. ³⁸ Ms. R. et, S. Ger., et immunditia. ⁴⁶ Vulg. : Omne quod robis apponitur mandu-cate, nikil interrogantes propter conscientiam. ³⁷ Ms. S. Ger., prohibimar. ³⁸ Ms. S. Ger. omit. Universi. " Ms. Vict., Christum. " Ms. Vict. omit. uncis inclusa. " Ms. Rem., etiain. " Ms. S. Ger. mit, cui ergo. qmil, cui ergo.

mittitus. Qui abrenuntiat irze et odio, facillimum est ut abrenuntiet lanceæ et gladio. Multo quippe facilius est conflare gladium suum in vomerem, et lanceam suam in falcem, quam tumore cordis submisso, humilém fieri ex superbo, servum ex libero; abnegare uxorem, filios, domum, arma, agros, eques, et omnia quæ possidet, adhuc autem ut so ipsum abneget. Quod tamen sæpenumero fieri videmus, videtis et vos, quia multi olim in rebus sæculi agentes, superbi et potentes, ad bella instructissimi et pugnaces, rapiendis aliorum rebus inhiantes, propter Deum abnegatis omnibus pompis sæcularibus, pauperrimi sponte per diversa peregrinantes inclusi specu agunt vitam sub aliquo 40 prælato. In hujusmodi vero servorum Dei collabitatione adimpletur etiam illud denuntiatum per Isaiam prophetam miraculum : « Vitulus, leo et ovis simul morabuntur; et puer parvulus minabit eos (Isai. x1, 6).» Puer parvulus leonem et ursum cum agno minat. cum in domo Dei pastor æque nobili guoudam et Ignobili, potenti et impotenti, forti et infirmo imperat. Puer non sensu, sed malitia; parvulus non justo regiminis vigore, sed ab omni fastu sæculari aut generis indignitate. Ut igitur breviter dicam, hæc est institutio vitze ** Christianorum, ut quisque diligat proximum, sicut seipsum, et quod sibi fieri non vult, aliis non faciat. Hoc est verbum, de quo ait apostolus Paulus : « Verbum consummans et abbre- C vians in æquitate posuit Dominus super terram (Rom. 1x, 28). > De hac verbi consummatione Isaias propheta dicit : « Consummatio abbreviata inundabit justitiam (Isai. x, 22); > consummationem enim et abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio terrae. De hoc etiam Verbo idem propheta Isuias prædixerat : « Venite, inquit, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob; et decebit vos vias suas Dominus, et ambulabimus in semitis ejus, quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem (Isai. 11, 3). > Quæ, inquam, lex alia de Sion exitura prædicatur? Quod, inquam, verbum Domini de Jerusalem exiturum esse prænuntiatur? les, que per Moysen data est, non ex monte Sion D gente mundi vespera, quando venit plenitudo temexiit, quia non in monte Sion data est, sed in monte Sinai. Quœ igitur lex exiit de Sion, nisi lex Novi Testamenti per Christum dats, quæ de monte Sion exiit, quoniam de monte Sion Christus cœlum ascensurus discipulis suis legem per mundum universum prædicandam commendavit : « Euntes 48, inquit, in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ (Marc. xxiv, 49). > Hoc est ** illud bonuns verbum, id est, Evangelium, quod de Jerusalem

ira et (dium tollitur, uti gladio et lancea non per A exiit : « prædicate Evangelium omni creaturæ : qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit (Ibid., 16).» In quo Evangelio vias suas, vias novas edocuit Dominus, viæ veteres fuerunt, c oculum pro oculo, dentem pro dente (Exod. 1x1, 24). » Viæ novæ sunt, « si quis te percussorit in unam maxillam, præbe ci et alteram; auferenti tunicam, dimitte et pallium (Matth. v, 39). > Viæ veteres fuerout, « diliges anicum tunm, et odio habebis inimicum tuum (Ibid. 43). > Vice novæ sunt, « si esurierit inimicus tuus, eiba illum; si sitit, potum da illi (Rom. xu, 20). > Hæ sunt viæ Domini, hæ sunt semitæ Domini, per quas perfecti ambulant Christiani [47 hanc Christia næ institutionis vitam licet nunc pauci servent Christiani], quondam servabant reges, et cum regiloca, sanctorum suffragia requirunt, aut quolibet B hus subdite els nationes. Quid vero si potens aliquis, si violentus aliquis prave agit, et corrigi non vult? « Mihi vindictam, dicit Dominus, et ego retribuam (Hebr. x, 30). > Et quanta erit illa divinze animadversionis severitas? Audi Psalmistam : « Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuita ejus tempestas valida (Psal. xLix, 3, 4). > Tamen, circa novissima dierum illorum, circa seculi consummationem hæc mala et molto duriore prænuntiata sunt a Christo, et a prophetis ante Christum. « Surget, inquit in Evangelio, gons contra gentem, et regnum adversus regnum, et erunt pestilentiæ et fames, et signa magna crunt (Luc. xxi, 10); et nisi abbreviati essent dies illi, non fieret salva omnis caro (Matth. xxiv, 22). J Unde in postrema visione Danielis de extremo temporum et tribulatione illa intolerabili circa finem sæculi ita legitur : « Et faciet Rex juxta volontatem suam et elevabitur, et magnificabitur adversum omnem Deum 48, et adversus Deum deornm : loquetur magnifica : et diriget, donee compicatur iracundia (Dan. x1, 36).) Et post, pauca : « Veniet, inquit, tempus, quale non fuit ab initio, usque ad tempus illud (Dan. x11, 1). De abbreviatione quoque tribulationis ita subdidit : « Usquequo horum finis mirabilium. Et audivi virum, qui erat indutus lineis, jurantem per Viventem in æternum, gnia in tempus, et tempora, et dimidium temporis (Ibid., 6, 7).) In novissimis ergo diebus, id est, terporis, in qua misit Beus Filium sunui in terris, pax illo, superios dicta, in Ecclesia Dei primitiva fuit, diuque longe lateque permansit. Circa vero finem sæculi, hoc est, circa novissimorum finem dierum, dissensio illa per mundum, et tribulatio, quæ superius 40 dicta est, chulliet, et sævissima erit, atq16 jam ebullire cœpit. Paucis et succincte nunc ad er, quæ de adventu Christi proposuisti, respondimus. responsuri plenius, cum ad id et tempus nos ct

VARIÆ LECTIONES.

44 Ms. Vict., subditam sub quolibet. 44 Ms. S. Ger. omit. vite. 44 Mss. Rem. et S. Germ., data, que ah eis locis per totum orben terrarum annuntiatur diffusa? sedete, inquit, in civitate, donec induamini zirtute ex alto (Luc. xxiv, 49); et inde ascensurus in cœlum ait, eunter, etc. ** Ms. S. Ger., hoc enim est. *7 Ms. Ger. omit. uncis inclusa. ** Ms. Rem., nomen Domini. ** Mss. Vict. et S. Ger., inferius. ratio perduxerit. Ad Christum redeamus, in quem A atque ntrumque populum in se unuas fuciens, lapis dixi et dico quia oportet le credere. pretiosus, quia mors ejus apud Deum tanti exstitit,

Quamvis enim pice mea concedo esse dictum, et sulva fidei assertione contestor esse approbandum ⁵⁰, quia non debemus credere nisi in Deum et in nuum, tamen dixi et dico quia in Christum te oportêt crei!ere.

Nomen Dei in vanum nequaquam assumimus, quia nulli creaturæ nomen cultumque divinitatis attribuimus; et si quis attribuendanı dieit esse, omnino redarguimus. Et tamen dixi et dico quia in Christum oportet te credere, quia Christum constat Deum et hominem esse. Licet enim credamus Deum assumpsisse hominem in unitatem personæ, et Christum credamus Deum et hominem esse, tamen duas naturas in co credimus, et omnino discretas utrius- B que naturæ proprietates asserimus. Manens quippe incommutabiliter Deus id quod erst, assumpsit quod non eral.-Verbum quod erat in principio apud Deum, per quod onnia facta sunt, et sine quo factum est nihil, caro factum est, et habitavit in nobis (Joan. 1, 1, 14). Quia ergo Christus Deus est, Filjus Dei est virtute, non gratia, Patri consubstantialis, par'et coæternus, ante omnia existens tempora, et in éum credimus. [51 Quia vero] factus in tempore, homo est, Filins Dei est, non virtute, sed gratia, Deo inferior, minoratus etiam paulo minusab angelis, sub tempore factus, natus ex muliere 13, et in enny sellicet hominen assumptum non credimus. Item : quia Deus est, nec mori, nec pati, nec nasci potuit; quia homo est, et mori et pati, et nasci C poluit, cl voluit; et per passionis suæ mysterium amorte nos redemit. Propheta ipse Isaias Deum et hominem futurum esse Christum prænuntians, ait : r Ecce, inquit Dominus, ponam in fundamentis-Sion lapidem probatum, angularem, prelionum; qui crediderit in eum, non confundetur (Isai. xviu., 16). > Lapidem dicit, et aperte subsequitur, c qui crediderit in euns, non confondetur.) 12 Per lapidem itaque sic probatum, angularem, pretiosum, summum aliquem, Christum utique designat hominem. Sed, si homo tantum esset; profecto idololatriam et profanari propheta suaderet, qui in hominem credi oportere nos admonet. Quía vero non est homo tantum, verum et Deus, cui in psalmo dicitur : « qui sustinent te, non confundentur (Psal. xxiv, 5), > ideo addidit, « qui crediderit in eum, non confundetur. > lgitur Christus, quia homo est, positus est in Sion lapis prohatus, augularis, pretiosus, lapis probatus; quia percatum non fecit, nec inventos est dolus in ore ejus, lapis angularis, quia circumcisionem justificat ex fide, et præputium per fidem, utrumque parietem in se colligens,

atque attumque populum in se unum faciens, lapis pretiosus, quia mors ejus apud Deum tanti exstîtit, pt peccata totius tolleret mundi. Sed, quamvis lapis probatus, angularis, pretiosus fuerit, non in eum, sed ei debita observatione credimus. Quia et Deus est (unde et consequitur : c qui crediderit in eum non confundetur ») et ei et in eum debito divinitatis cultu credimus. Quod autem ²⁴ dicis et nos negando dicere, et dicendo negare unum et triplicem Deum, modis omnibus negamus unum et triplicem dici, quia in Deo nullam dicimus triplicitatem, sed unum trinum dicimus, quia in deitatis unitate personarum credimus trinitatem. Quare autem dici non debet triplicitas, et quare dici potest trinitas, suo loco dicemus, et quod dicemus, ratione et auctoritate astruemus.

K= JUDÆUS.

Quæme ratio ", quæme Scripturarum cogit auctoritas, ut credam quod Deus homo fieri queat, vel bomo factus jam existat? Si nulla apud Deum est fransmutatio, nec ulla vicissitudinis obumbratio (Iac. 1, 17), quomodo penes cum tanta rerum fieripotest alteratio ", ut Deus homo fiat, Creator creatura, et incorruptibilis credatur factus esse corruptela? Quomodo, quæso, accipitur : «In principio, Domine, terram fundasti, et opera manum tuarum/ sunt cœli. Insi peribunt; tu autem permanebis. Mutabis cos, et mutabuntur; tu autem semper idem ipse es? . (Psal. ci, 26, 27.) Quomodo Deus « semper idem ipse est, » si alteratus homo fieri po est? si-Deus est immensus, quomodo vili et pa:va humanorum dimensione membrorum potuit dimensus circumscribi? si Deus est incircumscriptus, quo argumentationis genere dicetur quod dimensione corporea circumscriptus totus sub angusto matris utero potuit comprehensus teneri? Ad hac, si Deus est quo nibil majus sive sufficientius cogitari potest, qua necessitate coactus humanæ calanitatis particeps, et lantorum factus est consors et patiens malorum? Denique si Deus homo factus est, quomodo stabil quod ipse locutus ad Moysen dixit : (Non enim videbit me home, et vivet?» (Exod. xxxn1, 20.) Multum repugnare videtur ut Deus homo factus sit "'et ab homine vel ab ipşa matre sua videri nom n potverit. Absit enim ut circa Deum aliquid phantasticum fuisse dixeris! Unde fatemur quia nulle modo fas est de Deo talia excogitare, nedum dicere ant prædicare, quoniam nec ratio id posse fieri sinit, nec ulla Scripturze auctoritas occurrit, quas huie errori vestro assentanea seu vicina sit. Nam illud Isaiæ vaticinium, quod ad vestrum accipiendo sensum male omnino depravatis : • Ecce virgo con- · cipiet et pariet filium; et vocabitur nomen ejus Em-

VARIÆ LECTIONES.

¹⁰ Mss. Vict. et S. Ger. approbatum. ²¹ Mss. Rem. et S. Ger. omit uncis inclusa. ²³ Mss. V. et S. Gcr., femina. ²³ Ms. Rem. omit. par. ²⁵ Mss. Rem. et S. Ger., quanvisitaque (enim) homo fuerit lapis probatus, angularis, pretiosus, et in eum credimus; quia, ut dixi, Christum Deum et hominem esse credimus. Quia et Deus est (unde consequitur: qui crediderit in eum, non confundetur), credentes in eum, debito divinitatis cultu, non confundentur. Quod autem. ²⁶ Ms. Rem., alteratio. ²⁸ Ms. Vict. obumbratio. ²⁷ Ms. S. Germ. homo sit, etc. Ouid ad rem unde agimus? nunquid ab homine nunquam corrupta, sed viro nupta, virgo adhuc existens concipiet et pariet filium? Animo libenti accipimus de Christo dictum, cet vocabitur nomen ejus, nobiscum Deus, > hoc est, tantæ dignitatis et gratiæ erit apud-Deum, ut in eo et per eum Dominus, id est, Domini virlus sit nobiscum. Nungnid quoties ad vestrarum solemnia missarum dicitis : « Dominus vobiscum, » statim consequitur ut Deus homo flat, vel in turba homo factus consistat **? Propheta igitur rem sacram ** commemorans, et naseituri Christi eminentiam prænuntians, nibil de eo absurdum, nibil de eo contra naturam dixit esse futurum, nihil pravæ suspicationis relinquens : « Ecce, inquit, virgo concipiet.» Qua ergo temeritatis præsumptione quisquam hominum audet scribere quod nullo modo fuit propheta ausus dicere, quod de Deo ** femina conciperet, et conceptum de eo 41 filjum pareret. Propheta dixit, « concepit et peperit filium (lsai. viii, 5), > vos ex vestro sensu conjicitis, et commentatum usquequaque divulgatis : « Et post partum virgo permansit,) quod nusquam a propheta dictum accipitis 42. Injuriosum igitur est quod fronte tam impudenti sacra prophetarum eloquia, ad hominum voluntatem commentando, ita interpretamini.

CHRISTIANUS.

Nullam in hoc sacramento repugnantiam rerum metnimus, nullam Scripturarum dissonantiam veremur. Sed Scripturarum interim 44 omittamus auctoritates, quibus, Deo adjuvante 44, omnimodis astruemus quia Deus homo factus est, et ab hominibus visus est. Nam aperte exclusa omni æquivocationis ambiguitate, ita 4 Jeremias propheta denuntiat : « Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius ad ** eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, et dedit " eam Jacob puero suo, et Israel electo ** suo, [** · Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est (Baruch. 111, 36-38). > Post hæc, post legem, inquit, datam, post viam disciplinæ datam Jacob puero suo, et Israel electo suo. | Dens homo factus est, et cum hominibus conversatus est, natus ex virgine, clauso matris utero, salva omni dignitatis 76 integritate. Unde pro, heta Ezechiel dicit : « Et dixit Dominus ad me; p porta hrec clausa erit, et non aperietur; et vir non transibit per eam [" sed Dominus Deus Israel iugressus est per eam, et clausa crit principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem summ coram Domino (Ezech. XLIV, 3). > Virgo igitur concepit, quia porta clausa crit, et vir non transibit per eam]. Post partum virgo permansit, quia « Do-

manuel, hoc est, nobiscum Dous! > (Isai. vii, 14.) A minus Dens Israel ingressus est per cam, et ciausa crit.) Ipse Dominus Deus Israel ingressus est peeam, factus homo sicut psalmus dicit : (. Tapquan sponsus procedens de thalamo suo (Psal. xviii 6).» Et quamvis homo, tamen princeps, Et sieut alies psalmus dicit : . Inter mortuos liber (Psal. 1XXXVI), 6) sedebit, ut comedat panem coram Domino (Ezech. XLVI. 3). > Quem papers? « mous, inquit, cibus est, ut façiam voluntatem Patris mei, qui in coelis est (Joan. 1v, 34). > Nobiscum Deus, non sicut ad missarum solemnia, dicimus, e Dominus voluscum, > sed, sicut apertius alibi Isaias dicit : [« " Puer natus est nobis et filius datus est nobis, et | roçabitur nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus, fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis (Isai. 1x, 62). > Quia conceptus ille novus nec usitatus, et magnæ rei mysterium erat; idcirco propheta præmisit : (Proptor hoc dabit Dominus ipee vobis signum : Ecce virgo concipiet, et pariet filium (Isai. vii, 14). > Illam enim absurditatem sensu vestro conceptam et adinventam, quod de Dei substantia conceperit, nulli fidelium fus est dicere vel cogitare [73 quia de Deo, hoc est potentia 74, el virtute Dei concepit, quoniam non humana usu 78, nec ullo viri semine concepit]. Qui enim sine viri semine ex nihilo primum creavit hominem, sine viri semine, ex aliquo, id est, ex matris carne hominem Christman creare potuit. Et queniam humano usu conceptus, a peccato originali immunis non fuisset, nec intermortuos liber, ut inter mortuos solus liber sit, sicut Psalmista dicit, et a peccato immunis, idea eum nasci sine peccato, hoc est sine viri coitu ex virgine oportuit. Ut ergo hæc sine præjudicio dicta sint, quia Scripturarum testimonia suo loco servamus ponenda, necessitas quoque summa et ratio exposecbat ut Deus homo fieret, et per humanitatis suas mysterium ad vitam nos restitueret. Homo igitur factus est, non id desinens esse quod erat, sed id assumens guod non erat. Non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum, ~ dicimus Deum hominem factum. Et sicut anisaa rationalis et caro, propter unitatem persona, unus est homo "", quamvis omnino alterius est naturus anima et alterius caro, nec anima convertitur in carnem, seu in animam caro, sed, manente utraque natura, personæ conservatur unitas. Deus et borno, propter unitatem personæ, unus est Christas; quannvis Deus nec in hominem conversus suerit, pec in Denm homo; sed divisa 77 Dei et hominis natura, indivisa Dei et hominis personæ conservatur " « « odoratur unitas. Neque enim omnia que alique modo funt aliud quam crant, desinunt esse id quad

VARIÆ LECTIONES.

** Ms. Rem., existat. ** Ms. Vict. et S. Germ., sacre. ** Ms. San. Ger. co. *1 Ms. Vict. omit. filium. ⁶⁹ Ms. Pict., nusquam id a propheta dictum accipitis. Ms. Sol. Ger. co. ⁶⁴ Ms. Vict. omit. univa.
 ⁶⁹ Ms. Vict., nusquam id a propheta dictum accipitis. Ms. S. Ger. nunquid id a propheta, etc. ⁶³ Ms.
 ⁶¹ Vict., iterum. ⁶⁴ Ms. Rem., annuente. ⁶⁵ Ms. Vict. et S. Ger., invocatione. ⁶⁵ Vulg., adversus.
 ⁶⁷ Vulg., tradidit. ⁶⁶ Vulg., dilecto. ⁶⁹ Ms. Rem. orrit. uncis inclusa. ⁷⁰ Ms. S. Germ., divinitatis.
 ⁷¹ Ms. Vict., omit. uncis inclusa. ⁷⁵ Ms. Vict., omit. nucis inclusa. ⁷⁵ Ms. Vict., omit. uncis inclusa.
 ⁷⁴ Ms. Rem., have potentia est. ⁷⁶ Ms. Rem. sensu. ⁷⁸ Ms. Vict. hie deficit. ⁷⁷ Ms. Rem., diversa. ** Ms. Rem., conservatur.

1021

1

5

ut cum homo niger fit albus, scu albus niger, superveniente altero, petit omnino alterum. At cum homo fit armatus, sive exarmatus, vel ex audo indutus, seu ex induto nudus, nihil prorsus in se sic alteratus homo vel accipit, vel amittit. Suscepit ergo Deus hominem in unitatem personæ, ingenita bopitate sua, non postra, et multa necessitate, non sua, sed nostra, et ratione magna, tibique approbaada, si audita vis vel rationaliter admittere, vel rationabiliter excludere. Scripturarum vero auctoritas exacto " sensu interpretata, sed tam evidens tibi apponetur **, ut nil excogitare queas, quod contra opponatur⁸¹. Nosti quoniam Genesis apertissime commendat qualiter homo primus sit conditus, qua dignitate sui præstans, et qua eminentia supra cæ- B tera terræ animantia erat positus. (Dominamini, inquit, piscibus maris, et volatilibus cœli, bestus terræ et omni reptili quod movetur in terra (Gen. 1, 28). > Unde accepit a Deo vetiti mandatum : « Ex omni, inquit, ligno paradisi comede; de ligno autem scientize boni et mali ne comedas. In quacunque die comederis ex eo ", morte morieris (Gen. 11, 16, 17). > Non leviter eral accipiendum quod sub tanto invectionis maledicto vetitum erat. Nulla tamen necessitate coactus, sed propria voluntate subactus, morem gerens uxori, obedire maluit uxori quam præcepto Dei. Tetigerat illa, et comederat; dedit viro, et comedit; et utrique mordendo vetitum. mortis et damationis subierunt maledictum. Inobediens Deo Adam effectus est, protinus concessum omne jus amisit, excussum ditionis suz jugum a cæteris animantibus sensit, et dignitatem sui jam amittendo, nuditatem suam erubuit, et currens ad folia fici, pudendam membrorum turpi u linem operuit. Ab hoste igitur seducti, hostique turpiter subacti, mox de pa a liso veluptatis, in quo erant, sunt expulsi, obseratus est paradisi aditus, positus est, ad custodiendam viam ligni vitæ, gladius ille versatilis et flammeus. Gratias Deo quia licet ille gladius fismmens ## erat, non tamen in perpetuum fixus, sed versatilis erat, quia quandoque misericordia Dei erat removendus. Infelices itaque et miseri parentes genuerunt filios sub cadem mortis et misehomo, ad laborem moriebatur homo; in peccatis concipielatur, in doloribus parturiebatur, miser ad ærumnas et labores nascebatur. « In audore vultus tui, b dixit Dominus ad Adam, « vesceris pane tuo, denec revertaris ad terram de qua sumptus es, quia terra es, et in terram reverteris (Gen. 11, 19). > Unde et bestus Job ait ; « Homo, natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis; qui quasi flos egreditur, et conteritur, et fugit velut

orant. In accidentium onim quorumdam alteratione, A umbra, et nunquam in codem statu permanet (Ico xiv, 1, 2). > Post hanc denique qualementque vitam, moricales quo tunc ibant? Nemo in cœlun, sed omnes in infernum; tamen justi spe bona quod ab inferis per Christum eruerentur, et per Christum ad superos in cœlum revehi mererentur. Audi Patres eminentissimos id aperta voce contestantes : « Descendam, inquit Jacob patriarcha, lugens filium meum in infernum (Gen. xxxvii, 35). Et alibi ad filios suos : « Deducetis canos meos cum dolore ad inferos (Gen. xLii, 38). > Unde at beatus Job, cui, Domino attestante ⁸⁴, vir non erat in terra similis (Job 1, 8) : « Infernus, inquit, domus mea est, et in tenebris stravi lectum meum (Job xvii, 13). > Tamen liberationis spe arreptus, paulo post addidit : « Scio quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum (Job xix, 25). » Qui Redemptorem attestatur, venundatum seu captivatum se fuisse 48, et redemptum esse non iuficiatur. Audi et beatum David : « Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me (Psal. xLVIII, 16); » et acceptam dicit ala inferis animam suam et redimendam ab infero. Unde et alibi exsultans dicit : « Domine, eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacuma (Psal. xxix, 5).) Cui dicit, c eduxisti, salvasti,) nisi ei 46 de quo in alio psalmo dicit : « Iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi (Psul. LXVII, 5). > Et quoniam solus ascendere super occasum noluit, audi quod Psalmista addidit er : (Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem (Psal. LXVII, 19; Ephes. IV, 8). > Ezechias quoque moriturus' ait : (Ego dixi in dimidio dierum meorum : Vadam ad portas inferi (Isai. xxxvm, 18). . Et postea subdidit : « Tu antem eruisti animam meam, ut non periret (1bid., 17). » Harc, inquam, spes justorum erat tune morientium. nemo ergo in cœlum; sed onnes, qui tunc moricbantur, descendebant in infernum. Originalis itaque ** delicti explationem, et malorum tantorum evacuationem fieri oportebat, nullo quidem creati hominis merito, sed ingenita optimi Creatoris bonitate et gratia. Ne ergo in æternum homo periret, restitui hominem oportebat : restitui autem non riarum conditione genitos. Ad laborem nascebatur p poterat, nisi Deus hominem assumeret, necessitatem nostram subiret, noster causidicus contra adversarium ipse fieret, et nostræ actionis negotium agens, non suadendo **, sed justo rationis judicio adversarium excludeus, causam nostram finiret. Restituendus itaque Deo homo erat, ac per hominem qui Deo semetipsum abstulerat. Quis autem hominum de communi massa perditionis natus id explore posset, ut reliquam humani generis massam restitueret? Vix enim sibi justitia cujusque sufficit; non est im-

VARIÆ LECTIONES.

⁷⁹ Ms. Rem., non exacto. ⁸⁰ Ms. Rem., opponentur. ⁸¹ Ms. S. Ger., apponatur. ⁸² Ms. S. Ger. emit. ex eo. ⁸³ Ms. S. Ger., gladius licet flammeus. ⁸⁴ Ms. S. Ger., theo textu. ⁸⁵ Ms. S. Ger., capti-vum se fugisse. ⁸⁵ Ms. Rem., cui. ⁸⁷ Mss. Germ., subdidit. ⁶⁵ Ms. S. Ger., namque. ⁸⁹ Ms. Rem., ** Ms. S. Ger. non sua dando.

munts a peccato infans, cujus vita est unius dici A regibus regno fugatis, captivis, exheredatis frustra super terram. Quod si novus, vel aliunde natus bomo [** seu angelus factus homo] hominem liberaret non sic ad pristinum ** dignitatis ingenitæ statum restitui posset. Cum enim angelis homo par creatus, non natura, sed rationis et concessæ libertatis gratia, soli Deo Creatori ad serviendum erat obnoxius, ad eumdem libertatis statum, seu per hominem, seu per angelum restitui non-valebat. A quo enim quis a servitute redimitur, ei obnoxius esse ad serviendum judicatur. Quia ergo per alium plena hominis restitutio fieri non valebat, necesse fuit ut Creator creaturas subveniret, creaturam Creator subirct, ut per ipsum Creatorem homo restitutus, soli Creatori ad serviendum obnoxius remaneret, et hostis jure ditionem supra genus humanum B habitam amitteret. Nihil enim in Christo suum hostis invenerat, qui, neque in iniquitatibus conceptus erat, neque in peccatis partus' fuerat, neque ullam prorsus peccati maculam vivendo contraxerat. Qua igitur præsumptione injusta mors in eum feriendo deliquit, in quo nihil soum repererat, nihil omnino juris habebat, jure amisit cam jurisdictionem, quam peccato primi hominis in hominem primum ejusque posteritatem obtinuerat. Mors itaque Ghristi, et originalis peccati apud Patrem hostia et propitiatio fuit, atque humani generis plena integraque restitutio exstitit. Reseratus est in ejus obitu paradisi aditus, remotus est gladius ille versatilis et flammeus. Jam in crucis patibulo affixus et moriens C ait ad Latronem : « Hudie mecum eris in paradiso (Luc. xxIII, 43). > Tunc quoque adimpletum est quoi per Osee prophetam dictum est : «O mors, ero mors tua; morsus tuus ero, inferne (Ose. xiii, 14). > Hujus igitur nostræ restitutionis sacramentum, in prophetis habebamus promissum, alfquando per figuras rerum, aliquando per verborum ænigniata, aliquando evidenti promissione et aperta. Primis illis temporibus loquens Deus ad Abraham de hoc sacramento ait : « lu semine tuo benedicentur omnes gentes terræ (Gen. xxvi, 4). > ["In Christo cuim, qui de semine ejus oriundus erat, henedicentur omnes gentes terræ.] Quandoquidem universum genus humanum sub maledicto primi parentis oppressum, per cum " ab illo maledicto D mino? Quem panem, vel cujusmodi panem, unde absolvitur, et benedictioni atque gratiæ priori restituitur. Nam in Isaac gens nulla benedicitur, nulla gens ejus ditioni subacta fuisse legitur. In David. vero et Saloinone qui regnin terræ illius fortiores. aliis et potentiores exstitere, quomodo omnés gentes benedicuntur; cum omnes circumquaque, præter Judaicam, gentes eis ** adversæ et contra cos ** di-. micantes semper mere. De successoribus eorum

mentio ulla haberetur. In Christo itaque restat ut hæc intelligantur, et intellecta omnibus modis adimpleantur.

JUD.EUS.

Violentiam Scripturæ infers, et ad fidei vestræ assertionem Scripturas intorques. Nam Ezechiel propheta aperte ** portam appellat, ct de porta loquitur; tu fenvinam appellas, et de femina ad vokintatem tuam disputas Reshæ ominino sunt remotæ, et nulla sibi invicem similitudine sunt admotæ. Hoc denique ultimo exemplo aperte tota tua de Christi ortu refellitur disputatio. Nam Deus dixit ad Abraham : In semine tuo, hoc est, in Christo, qui de semine ejus oriundus erat, benedicentur omnes gentes terræ (Gen. xx11, 8). Deus dixit Christmin de semine Abrahæ oriundum, tu dicis eum sine ullo viri semine fuisse prtum. Sed procede ad reliqua Scripturarum exempla, utrum aliqua apertius dicta sint et ** sententiæ atque fidei vestræ magis assentanca.

CURISTIANUS.

Commode ad opposita respondet, quisquis vicino pede prosequitur atque respondet. Dicimus Ezechielem prophetam figurate fuisse locatum de porta illa, quoniam nullo modo ad litteram accipi possunt que locutus est de porta illa : « Et dixit, inquit, Dominus ad me : Porta hæc clausa erit, et non aperietur; et vir non transibit per cam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, et crit clausa principi. Princeps inse sedebit in ea, wt comedat panem coram Domino. Per viam vestibuli portæ ingredietar, et per viam ejus egredietur (Ezech. XLIV, 1-5)... lize ad litteram nemo explere potest, nam si Dominus Deus Israel, qui per prophetam loquitur : « Coelum mihi sedes est, et terra scabellum pedam meerum (Art. vn, 49); v et alibi : « Coelum et terram ego impleo (Jer. xxiu, 24),) si, inquam, Bominus Deus Israel totus ubique est, unde ingressus est per portam, et quo egressus est per portam illam? Si Deus est incircumscriptus, quomodo eura in porta sodere ad litteram accipi potest? quomodo erit clausa principi, si princeps ipse Dominus Dens Israel ingressus per eam sedebit in ea, ut comedat panem coram Dofactum, vel unde delatam comedat Dominus Deus Israel, et coram Domino. Quis est alius iste Dominus, ut coram eo panem comedat Dominus Deus Israel? Quia ergo bæc ad litteram accipi non possunt; per portam illud intelligi oportet, ut tare omuia considerentur, el considerata fieri pesse convenienter intelligantar, Dominus ergo Deus Israel ingressus per portam illam, ad nos egressus exiit,

VARLE LECTIONES.

** Ms. Rem. omit. uncis inclusa. *1 Ms. Rem. pristinge. ** Ms. Rem. omit. uncis inclusa. ** Ms. S. Germ., ei, " Ms S. Ger., ci. " Ms. Rom., omnes. " Ms. S. Ger., ante. *7 Ms. S. Ger. omit. et.

quia Deus homo factus in utero virginis, ex carne A mentio et sermo habetur. Quia vero Spiritus Del virginis. Nam aliter ab originali peccato non fieret immunis, sicut in psalmo legitur : « Tanquam sponsus procedens de thalamo suo (Psal. xviii, 6).) Ad nos homo exiit atque, Jeremia teste, « in terris visus est, et cum hominibus conversatus est (Baruch, 111, 58). > Porta clausa erit, guia viro clausa ** erit, nec vir transibit per cam. Clausa principi servabitur, ut per eam ingrediatur, quia Dominus Deus Israel ingressus est per eam. Neque enim ante conceptionem et partum Christi mater ejus viro " cognita fuit, quoniam porta clausa erit, atque clausa principi servabitur. Et quoniam totum hoc Incarnationis Dominicæ mysterium sola virtute divina sine humano contagio peractum est, alibi propheta Isaias dicit : « Rorate, cœli, desuper, et nubes pluant justum; B triplicitas, ne unaquæque persona subintelligatur aperiatur terra, et germinet Salvatorem (Isa. xLv. 7. 8). » Rore, inquit, et nubé cœlesti, hoc est sola creatione et operatione Dei, sicut paulo post subdidit : (Ego Dominus creavi cum :) aperta est terra. uterus videlicet virginis, et protulit Salvatorem (Ibid.). Princeps ipse sedebit in ea, quoniam in ea quoque humanitate, quam Christus pro nobis assumpsit, omnia sibi subdita accepit. Unde et in psalmo dicitur : Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum (Psal. viit, 6). . Comedit panem coram Domino, faciens voluntatem Patris soi, qui cum misit ad nos. De hoc Domino, et Domine, in psalmo dicitur : « Dixit Dominus Domine meo : Sede a dextris meis (Psal. cix, 1). > Quis Dominus hoc dicat? et cui Domino hoc dicat? audi evidentius in alio psahno : c Dominus dixit ad me : Filius mens es tu, ego hodie genui te. Postula a me et dabo tibli gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ (Psal. 11, 7, 8). > Dominus orgo est Pater, Bominus et Filius. Sed quia in Deo nihil est extrinsecus sumptum, et apud Deum nulla temporum vicissitudo seu mutabilitas est, atque in Deo nulla essentiæ diversitas intelligi potest, quis enim in Deo diversa copularet? quia ergo in Deo nihil horum est, sed quidquid in eo est, unum et idem omnino substantialiter est, ante omnia existendo, et post omnia subsistendo, consequitur quia sicht Pater est Deus, et Filius Deus est 140 compar, coæternus et consubstantialis, non tamen duo dii, sed unus est Deus, quia non alterius, sed unius ejusdem omnino substantiæ est Pater et Filius. Idem de Spiritu sancto intelligi necesse est. Quod autem Spiritus sanctus sit, multis Scripturarum locis aperte legís. « Spiritus Domini ferebatar super aquas (Gen. r, 2). > Et alibi : « Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritus oris ejus omnis virtus eornm (Psal. xxx11, 6)... Et alibi : (Sanctus enim Spiritus disciplinæ effugiet fictum (Sap. 1, v), > et in quampluribus aliis Veteris Testamenti locis de Spiritu sancto

•

non est alterius substantiæ quam Deus, sed unius ejusdemque omnino substantiæ est Deus et Spiritus ejus, compar, coæternus et consubstantialis, quidauid enim de Deo substantiale est, unum et idem omnino est; a quo enim Deus aliquid a se diversum acc'peret? quia, inquam, ita est, consequitur quia Deus est Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, et tamen non tres dii; sed unus est Deus, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Nullam vero in deitatis unitate recipimus triplicitatem, quoniam triplicitas tollit essentiæ simplicitatem : quamvis recipiamus personarum trinitatem, quoniam personarum trinitas essentia: non adimit unitatem. Commodius vero dici potest personarum trinitas, quani personarum tripliciter accepta. Sed quoniam inter lideles solos de unitate deitatis ac personarum trinitate in deitatis unitate, sermo habendus est, quia sine periculo dicitur, quidquid ventilando 101 discutitur, atque auctoritatis testimonio dirigitur, si vis, procedamus ad reliqua de Christo Scripturarum testimonia. Postea ad hac, prout poterimus, discutienda revertemur. Quamvis enim hoc mysterium nulla humana ratio potest comprehendere, tamen e videmus per speculum in ænigmate (I Cor. xm, 12),) - c invisibilia enim Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta corr spiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas (Rom. 1, 20). > Illud quoque 102 aliud exemplum, quod refellendo posuisti, nihil nos impedit. Si enim C mater Christi, de cujns carne in ejus utero Christus carnem accepit, de semine Abrahæ orta fuit, de semine Abrahæ Christus originem duxit, quamvis sine ullo viri semine de virgine matre ortus fuit.

JUDÆUS.

Si fas est Christianis hoc modo Scripturas de Christo legere et interpretari, multo plura invenietis quæ ita quoquo modo poteritis interpretari. Nos vestras litteras nescimus, et fortasse multa dicis esse apud vos scripta, quæ apud nos scripta esse uon credimus. Sed si Deus mihi et tibi vitam præstare voluerit, majorí otio ad te revertar, librorum conferemus apud nos et apud vos exemplaria, et ista requiremus exempla. Ipse quidem fateor summæ inepliæ, imo dementiæ esse, seu me, seu te contra evidentia Scripturarum exempla et auctoritates resistere, et idcirco non est opus ad præsens te ulterius disputando procedere. Nam revera, vos Christiani, multa profertis de lege et prophetis, quæ non sunt scripta in lege et prophetis. Illud enim quod de Jeremia posuisti : « Post hæc in terris Deus visus est, et com hominibus conversatus est (Baruch. 111, 58), > multaque alia huic usui superius annexa, Jeremias non dixit, non scripsit. Quod si hoc in Jeremia scriptum esse inveneris, cætera veracissime diets esse. 108 concedo. Si autem in Jeremia non inveneris,

VARIÆ LECTIONES.

** Ms. Rem., quia virgo clausa. ** Ms. Rem. virgo. *** Ms. Rem., itaque. *** Ms. Rem., verissima cs.u.

130 Ms. S. Ger. deest est. 101 Ms Rem., salva file.

see contra nos adinventam falsitatem, et agnosce primam apud nos permanere in lege et prophetis veritatem, Nam et illud quod vos universi Christiani ore tam severo adversus nos profertis : « Ecce virgo concipiet et pariet filium (Isa. vu, 14). > Isaias non dixit, non scripsit, sed tantum : « Ecce, inquit, abscondita concipiet et pariet filium. > Tamen si boc sinsum dixisset Isajas quod vos dicitis, non tamen » addidit.quod ex ventra parte additis, quod virgo in . conceptu mansit et quia post partum virgo permansit. Hoc nec Isaias dixit, nec ullus alius propheta. CHRISTIANUS.

... Quia Christus veritas est, fides Christi nulla falsi · tate indiget, nec in Ecclesia Christi ullus est locus ; falsitati. Que proferimus scripta in lege et prophe-B tis, accepimus a vobis scripta esse in lege et prophetis. Legeni enim et prophetas Ecclesia Christica vobis accepit, et quod a vobis accepit, immutatum per tot sæcula ad hæc usque conservabit tempera. Temporibus Ptolomei regis Egypti septuaginta interpretes, vestræ gentis tunc eruditissimi doctores, legem et prophetas ex Hebrzeo interpretati sunt. Nostri autem de Græco in Latinum, verbum ex verbo, vel sensum ex sensu postea interpretati sunt. Ab ipsis exemplaribus primis accepimus guidquid in lege et prophotis scriptum habemus. Lege novos, lege veteres Veteris Instrumenti libros 104, lege apud Gracos, / lege apud Latinos, nunquam in lege aut prophetis C reperies spud nos varietatem, sed camdem ubique veritatem et veritatis unitatem in lege et prophetis, per totum orbem terrarum invenies apud nos. Illud quod de Jeremia posui, Jeremias scripsit et dixit. Jeremiam hoc dixisse universa per orbem Ecclesia Christi testatur, et a primis temporibus primisque interpretibus vestris hæc ita accepit, et sine ulla siterationis controversia tenuit Ecclesia Christi. Quantities enim non habeatur in eo libro qui sub nomine Jeremiæ titulatur, Jeremias tamen hoc dixit, quia ille qui hoc scripsit, ex ore Jeremiæ hoc scripsit Baruch, qui Jeromiæ notarius exstitit. Unde sic in Jeremia legitur : « Vocavit ergo Jeremias Baruch flium Neriæ, et scripsit Baruch ex ore Jeremiæ omnes sermones Domini quos locatus est ad eum 105 in m yolumine libri (Jer. xxxys, 4). >

JUDÆUS.

De istis septuaginta doctoribus nikil apud nos aliud habetur, nisi quod temporibus Moysi, Moyses iose septuaginta viros elegit senes populi, quos sui adjutores, et earum quæ erant in populo altercationum judices esse constituit. Isti nec Scripturas docuerunt. quia nondum erant, nec Scripturas interpretati sunt. Procedente vero temporum alque rerum serie, apud nos postes fuerunt David et prophetæ, qui multa

depote tantan adversum nos animositatem. Erube- A dizerunt, multa scripserunt; sed que dizerunt. Bebræa lingua dixerunt; quæ scripserunt, Hebræo stylo scripserunt, et apud nos. Quidquid ergo aliud ic lege et prophetis, quam apud nos habetur; et aliter quam primum exemplar continet, aliquis interpretatus est, falso interpretatus est, nec alicujus auctoritatis esse potest. Videte igitur unde habeatis, quoniam a nobis ca non habetis.

CHRISTIANUS.

Septuaginta illos sub Moyse viros interpretes fuisse non dicimus, sed tantum senes populi atque judices. Sed illos fuisse septuaginta interpretes dicimus, quos ad id officii populus Judzeorum misit ad Ptolomeum regem Ægypti, jam subacto regno Judzorum ab 104 Antiocho rege Ægypti. Hi a vobis Alexandriam missi sunt, et apud Alexandriam Scripturas omnes, quas tunc habebatis, ex Hebrzeo in Grzecum interpretati sunt. At vero nunc ita sit apud vos, seu aliquo modo immutatum, vel prorsus de medio sit sublatum, nescio, sed quoniam lex sanxit quod e in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum (Dent. xix, 15), > plane concedi oportet apud vos. ut stet illum verbum quod septuaginta interpretes vestræ gentis approbali testes pari consensu attestantur 107 esse dictum, et in Jeremia scriptum, necdum enim Christiani erant. Denique in exordio Adei nostræ gens vestra, fidei nostræ ænula, magnæ adhuc eminentiæ erat, multos viros adhuc habebat summæ facundiæ et magni ingenii, et utrinsque linguæ Hebrææ atque Latinæ optime instructos. Multi quoque tunc gentiles philosophi litteris Græcis, Hebræis et Latinis æque instructi erant, omnes adversus fidem nöstram insurgebaut, ac quæstiones, bella et seditiones movebant, quæstiones, inquam, movebant domi, foris plerumque, etiam universalibus consiliis universaliter per-provincias denuntiatis. In manus 100 lex et prophetæ habebantur, revolvebantur prolata testimonia, in utraque lingua discutiebantur; tamen nullus vestrum hanc præsumpsit calumniam, ut falsæ interpretationis eos argueret, qua fidem nobis facile adimere posset. Philosophi ergo gentiles, hac omissa penitus calumnia, prophetas pro vili habebant, dicta corum respuebant, sed callida dicendi versutia fidem nostram lædere attentabant. Philosophi vestræ gentis prophetas refellere non volebant nec valebant, sed. hac item omissa calumnia, Scripturas longe aliter intelligi oportere dicebant, suo sensu exponebant, causæque suæ prophetas res atque tempora conterminare tentabant. Sed quamvis « astiterunt reges terræ, et principes convenerant in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus, > frustra « fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania (Psal. 11, 1, 2). > Verum de his hactenus Isaias eodem spiritu aspiratus quo et Jeremias, idem licet aliis ver-

VARLÆ LECTIONES.

104 Ms. Rem., Testamenti codices. 108 Ms. S. Ger., cst Dominus ad cum. 140 Mr. Rem., sub. 108 Ms. S. Ger., in manu. 107 Ms. S. Ger., assensu contestantur.

his overwatist : + flor dicit Dominus : Propter hec A sum (1bid., 14, 15). + (14 Si ad litteram, et communi sensy hac dicta accipiuntur, quomodo ille pater sclet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse dui loquebar, core adsum (Isa, LH, 6) ; > hoc est, sipse, 149 qui per Moysen loquebar, qui per slios prophetas loquebar, per memetipsum locutus, « cece adamm. " Ad cojus occursum hortatur vos idem prophota in alia luca : c Præpara te, Israel, in occursum Bomini tui, quoniam venit (Amos IV, 13); > et de quo ejus ad nos adventu loquitur, andi evidentius : « Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orun est eis (/se. 11, 2). > Quze, inquam, lux, audi absque ulla munivocationia ambiguitate : « Parvulus eninn nature est nobis, filius datus est nobis (Ibid., 6). > Quie, inquam, parvulus est iste qui patus est nobis, filius qui datas est nobis? auch adhuc : « Et vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus B fortis, Pater Inturi saeuli, Princeps pacis (Jbid., 2): > et enjuemodi pacis? « multiplicabitur ejus imperium, etpacis non erit finis (Ibid., 7), > quia, sicut seguitur,

samodo et usque in sempiternum erit (Ibid.). >--- «lpse ego qui loquebar (Isa. 111, 6), qui adiaveni omnem viam discipliner, et dedi cam Jacob puero meo, et Israel electo mee (Barnch. 111, 37); c ecce adsure (Isa. 141, 6) > homo factus, e com hominibus in terris conversatus (Baruch m, 38). > Christus ergo, quia bomo est; «puer natus est nobis, et Alias datus est nobis, > quia et Deus est, « vocabitur nomeu ejus, Admirabilis, Consiliarius. Deus, fortis, Pater futuri scendi, Princeps pacis, et pacis non crit finis, quia amodo et usque in sempiternum erit. » Si pner ille, sicut alius quilibet, in iniquitatibus conceptus esset, et in peccatis cum mater peperisset, quid puer ille ab alio differret? guomodo solus (inter mortuos liber existeret ?) (Psal. LXXXVII. 5.) quomedo ejus generationem idem ipse propheta ineuarrabilem diceret : « Generationem, Inquit, ejus quis enarrabit? > (Isa. 111,7, 8.) Sed super generationem ejus ideo obstupuit, et inenarrabilem dixit, quia neque in iniquitate mater cum concepit, neque in peccatis mater cum peperit, sed virgo concepit, virgo peperit, et ideo solus « inter mortuos liber » exstitut. Illud denique quod negatis esse scriptum in Isaia : « Ecce virgo concipiet et pariet filium (Isa. vii, 14), > septuaginta vestri interpretes, fide et scientia approbati testes, ita interpretati sunt, et ita interpretari propheta ipse voluit, dicendo et scri- D indurat (Rom. 1x, 18), s quia nec ipsum misereri, bendo : « Ecce abscondita, sicut dicitis, concipiet et pariet filium. > Nam si communi sensu absconditam. id est, doni reclusam intellexit, et nihil aliud, quid mirum, quid novum in eo conceptu? et cujus mys.erii signum conceptam illum esse voluit? « Propter hoc, inquit, dabit Dominus ipse vobis signum : Ecce, inquit, abscondita conciplet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmannel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum', et eligere bo-

comestione butyri et mellis sciet reprohare malum et eligere bonum?] quam discretionem boni et mali dat comestio, mellis et butyri? Ouid ad rem scribere quod ille puer comederet butyrum et mel, si ad Htteram hæc accipi vellet ? Quod signum, vel enjus rei signum esset, quod abscondita, i4 est domi reclusa aliqua puella conciperet? Omnia ergo hæc, nisi ad figuram et spirituali atque myasico sensu dicta accipiantur, puerill emnino sensu et inani dicta esse a propheta considerantur, quod quia credi et dici absurdum est; abscondita, hoc est, ab amore viri el omni contagione peccati servata concipit, sicut angelus ad Virginem respondit : (Qnomodo, inquit illa, flet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi (Luc, 1, 34, 35).) Umbram, inquit, faciet tibi abscondendo te ab omni fervore libidinis. Propterez, « quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Del (Ibid., 35). > Cui Deus Pater in Psalmo dicit : « Ego hodie genui te (Psal. 11, 7). > Et quia istud hodie non præsentaneum et transitorium tempus, sed sternitaus perpetuitatem volebat intelligi; ideirco alio in pealmo dicit : c Ante luciferum genui te (Psal. cix, 3). > Quid igitur : « Hodie genui te. et ante luciferum genui te, > nisi ante tempus et tempora ego Deus Pater Deum Filium genui te cozter aum, quamvis le sub tempore et temporis conditione creaverim hominem ex femina factum? Has duas in Christo naturas alio in psalmo David breviter commendat : « Veritas, inquit, de terra orta est (Psal. LXXXIV, 12), > quia de terra ortus est natus homo ex femina 111, sed quia « omnis homo mendan (Psal. cxv, 11);) phisquam homo est qui non meadax, into veritas ipsa et Deus est. Puer ergo ista homo et Deus butyrum et mel comedit, quia, sicut. paulo superius idem psalınus dicit : · Misericordia, et veritas obvisverunt sibi, justitia et pax osculats. sunt (Psal. LXXXIV, \$1). > Butyrum enim gratiam unctionis et misericordiam designat; mel vero, quod curandis vulneribus adhibitum edendo sanat, judicii et veritatis severitatem denuntiat 113. Licet onim: Scriptura dicat, « cui vult miscretor, et quem vult nec ipsum indurare ulla in parte a justitia seu a veritate exorbitat. Misericordiam Dei et judicium ubique veritas comitatur; et in Scripturis pro alterutro veritas sæpe habetur : « Universæ, inquit, viæ Domini, misericordia et veritas (Psal. xxiv, 10). > Et in alio psalmo : « Opera manuum ejus veritas et judicium (Psal. cx, 7), > guia, seu misereatur cui vult, seu judicet et punlat quem vult, veraz et justas

VARIÆ LECTIONES.

100 Ms. S. Ger., ego ipse. 110 Ms. S. Ger., omit. uncis inclusa. 111 Ms. S. Ger., orta est, hoc est natus en femina. 112 Ms. S. Ger., significat.

est, debitam judicii sententiam inferendo]. Butvrum igitur et mel Christus comedet, ut sciat reprobaro malum et eligere bonum, id est, ut sciri faciat quia reprobat malum et cligit honum, reddens unicuique juxta opera sua, honos remunerans, et malos debita animadversionis ultione condemnans. De hoc sacra--mento Dominicæ Incarnationis videamus quæ in alio loco idem propheta dicit, et prophetiam summatim percurramus. « Domine, quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatutu est? Et ascendit sicut virgultum coram eo, et sicut radix de torra sitienti, et non est species ei neque decor, et quasi absconditus vultus ejus, et despectus; undo nec reputavimus cum : vere languores nostros ipse portavit, et dolores nostros ipse talit. Ipse chim vul- B neratus est propter delicta nostra, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis postræ super enna; cujus livore sanati sumus. Omnes nos quasi oves erravinnus, quusquisque nostrum in viam suam declinavit, et Dominus posuit in co iniquitatem ontainm nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, ct non aperuit os suum. De angustia et de judicio subhtus est; generationem ejus quis enarrabit? Propleren dabit impios pro sepultura, et divitem pro morte sua, co quod iniquitatem non fecit, cec invontus est dolus in ore ejus, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur (Isa: Liu, 1-10). > Animos itaque vestros ad credendum obstinatos 114 vidit propheta, et ait : (Domine, quis credidit auditui aostro?) Et demonstrat quod audierat, e et brachium Domini, cui revelatum est? > De hoc brachio idem ipse alibi ait : c Paravit Dominus brachimn suum in culis omnium gentium, et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri (Isai. LII, 10). > Hoc brachium Domini, hoc salutare Dei, de quo in psalmo dicitur : « Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo (Psal. x1, 6).) Cui revelatum est? Vos enim repulistis cum, qui ad vos missus venerat, sicut ipse conqueritur per eumdem Isaiam prophetam : « Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui, Israel me non cognovit; et populus meus non intellexit me (Isai. 1, 3).) Unde apertius in psalmo dicitur : « Populus, quem non cognovi, sermentiti sunt mihi ; filii glieni inveterati sunt, et claudicaverunt a semitis suis (Psal. xvn, 45).) Ideirco eum repulistis, quia homo crat, quia puer natus erat. Unde sequitur : « Et ascendit super virgultum coram eo (Isai. LIII, 2). > De radice cnim Jesse virga exiit; de virga virgultum ascendit. Virgultum ascendebat, quoniam e Jesus proficiebat ætate et gratia spud Deum et homines (Luc. 11, 52), > et quia vultus divinitatis ejus sub assumpti nube hominis absconditus erat et despectus; nec reputavianus cum, « Vere languores nostros ipse tulit, » hoc est abstu-

est f¹¹³ misericordiam exhibendo, verax et justus A lit, '« et dolores nostros ipse portavit, » bee est asportavit. « Ipse enim vulneratus est propter delicta postra, attritus est propter scelera nostra (Isai. LIH. 4, 5). > Unde apostolus, Paulus ait : (Proprio Filio ano non pepercit; sed pro nobis omnibus tradidit illum (Rom. viii, 32). > -- (Disciplina pacis nostrae super eum, cujus livore sanati sumus (Isai. LIII, 5). > lpse enim cst Agaus qui tollit peccata mundi, qui mediator Dei et hominum existens, morte sua nos Deo reconciliavit, quia mors ejus apud Deum hostia pro peccato originali atque propitiatio fuit. « Omnes nos quasi oves erravinnes (Ibid., 6), > brachium Domini non cognoscendo, quod paravit Dominus in oculis omnium gentium, nec is homine Deum esse eum reputando. « Unusquisque nostrum in viam suam declinavit (1bid.), > quonjam ab eo qui est via. veritas, et vita aberravit; c et Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum (1bid.);) quoniam pro iniquitate et peccato totivs mundi mortem pertulit. « Factus enim pro nobis, sicut ait Apostolus, maledictum (Gal. 111, 15), > hoc est, particeps mortis quam primo homini intulit illud indictum a Deo maledictum : (In quocunque die comederis, morte morieris (Gen. 11, 17), + mortem pra nobis pertulit. et morte sua maledictum illud et mortem evacuavit. Et quoniam universa hæc propria voluntate, non coactus, pertulit, ideirco addit : (Oblatus est, quia ipse voluit, et non aperuit os suum (Isai. LHI, 7). > Hæc quidem assumpti hominis esse videntur. Cætera, quæ sequentur, hominem excedunt, et Dei solius existunt. Unde ipse in 118 Evangelio ait : · Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam (Joan. xiv, 30). > Sed unde heer in eo libertas? quia princeps mundi hujus nihil snum in eo invenit, quia c de angustia et de jadicio sublatus est (Isai. Lui, 8),) quia mortuus teneri ab ipsa morte non potuit. Resurrexit enim a mortuis, sicut Psalmus dicit : « Caro mea requiescet in spe ; quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis semen tuum videre corruptionem (Pral. xv, 9, 10). > Unde ergo hæc tanta, in homine potestas? Quia plusquam homo erat; c Deus enim erat in Christo, > sicut ait apostolus Paulus, e mundum reconcilians sibi (II Cor. v, 19), > cujus generatio vivit mihi, in anditu anris obedivit mihi. Filii alieni n est menarrabilis (Isai. 1211, 8). Quomodo enim Deua ex se consubstantialem ante tempora et semper gignat Filium, quis enarrabit? [114 quomodo prædestinatis temporibus ex matre sine viri semine homo creatus sit, et cum Deus ipse assumpserit in unitate personæ, quis enarrabit?] Nec illam igitur nec istam Christi generationem aliquis enarrabit. (Propter scelus, non quidem suum, sed populi mei, percussi eum (Isai. LIII, 8).) Quid eninh sceleris admisit. qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ere ejus? (Ibid., 9.) Si ergo verum est quod beatus Joh testatur. [117 (Omnis homo mendax,) et alibi] .

VARIÆ LECTIONES.

³¹³ Ms. Rem. omit. uncis inclusa. ¹¹⁵ Ms. Rem., destinatos. Rem., omit. uncis inclusa. ¹¹⁷ Ms. S. Ger. omit. uncis inclusa.

118 M. S. Ger., unde in ipso. 116 Ma.

e Non est homo qui non peccet (111 Reg. viii, 46), A fundentur, sicut testatur Isaias propheta. Qui ergo nec infans cujus vita est unius diei super terram. » Si verum est quod et beatus David testatur : « Omnis homo mendax (Psal. cxv, 11), » et alibi : « Non justificabilur in conspectu tuo omnis vivens (Psal. CXLII, 2), > plusquam homo est qui peccatum non facit; supra hominem prærogativa excellentiæ ejus fuit, qui e verbo non offendit (Jac. 111, 2), nec inventus dolus est in ore ejus (Petr. 11, 22). > De eodem sacramento in psalmo dicitur : « Speciosus forma præßliis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum (Psal. xLIV, 5). > Et continuatim eumdem alloquens, ita subjungit : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, virga directionis virga, regni tui (Ibid., 7), > [118 percurre psalmum, et vide ad unam eamdem personam R psalmum huc usque continuatum.] Deus itaque est, cui dicitur : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, virga directionis, virga regni tui. > Cui vero dicitur : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, » nisi cui superius dixerat : « Speciosus forma præ filiis hominum; diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum? » Quein speciosum forma præ filiis hominum appellat, ab hominis natura eum non separat, et bominem esse constat. Eumdem igitur, quem speciosum forma præ filijs hominum appellat, Deum in subsequenti versu aperte nominat, dicens : (Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi.) Ex his ergo et aliis Scripturarum exemplis 340 credidimus, et credendum esse astruimus quia Christus est Deus et homo, discreta omnine 14º C utriusque naturæ essentia. Hunc jam venisse dicimus 191, quia signo, quæ de ejus adventu prædixerunt prophetæ, jam subsecuta esse videmus. Ut enim de multis unum assumam, Jacob benedicens Judam filium suum ait : (Non deficiet princeps de Juda, et dux de femoribus ejus, donec veniat qui mittendus est; et ipse erit exspectatio gentium (Gen. XLIX. 10).) Quia ergo jam per millia annurum defecit princeps ex Juda et dux de femoribus ejus, ac pene jam ipsum evanuit nomen Judæcrum, dicimus quia Christus jam venit exspectatio gentium; et in psalmo dicitur : « Obscurentur oculi eorum, ne videant; et dorsum eorum semper incurva (Psal. LXVIII, 24). > Quia igitur jam per totum orbem terrarum dorsum vestrum aliis gentibus est D et effigiari a Domino præcipiuntur. Ecce sculpturæ incurvatum, jam defecit princeps ex Juda, et dux de semoribus ejus, et ideireo dicimus quia Christus jam venit exspectatio gentium. Item, quia adimpletum est : « Reminiscentur, et convertentur ad Dominum universi fines terræ; et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium (Psal. xxi, 28), > dicimus quia Christus jam venit exspectatio gentium, cui honor et imperium per æterna sæcula sæculorum. Qui ergo crediderunt in eum, non con-

non crediderint, audi de gentibus : « Confundantur omnes, qui adorant sculptilia et qui gloriantur in simulacris suis (Psal. xcv1, 7). : Audi et de Judzeis: e Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribentur (Psal. LXVIII, 29). >

JUDÆUS.

Ex hac ergo tua illatione colligi potest. Confundantur et Christiani, quia et Christiani adorant sculptilia, et gloriantur in simulacris suis; ipsum etenim Deum effigiatis aliquando miserum pendentem in patibulo cruci clavis affixum, quod ipso etiam visu horrendum est idque adoratis, et circa crucem effigiatis semipuerum solem nescio unde exterritum, et fugientem lunam semipuellam lugubrem, semumque lucis suæ cornu occultantem. aliquando autem Deum effigiatis sublimi solio sedentem, manuque porrecta signantem; et circa eum quasi magno dignitatis præstigio, aquilam, et hominem vitalum et iconem. Hæc effigies Christiani exsculpunt, fabricant et depingunt unde possunt; et ubi possunt, adorant et colunt : quod lex a Des data omnino fieri vetat. Nam in Exodo ita scriptum est : « Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem que est in cœlo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum que sunt in aquis; non adorabie ca, neque coles (Exod. xx, 4). > Lex igitur eradicat omes sculptile; et eum, qui fecerit, horrenda judicas condemnatione

CHRISTIANUS

Si unquam lex omne ita damnat sculptile, et aullo modo rei alicujus licet fieri similitudo, peccavit Moyses, qui rerum similitudines effigiavit, et exsculpsil; imo peccavit Dominus, qui eas effigiari et exsculpi mandavit. Nam in Exodo Dominus ita præcepit : « Facies mihi sanctuarium , juxta omnem similitudinem - tabernaculi, quod ostendam tibi, et omnium vasorum, in cultum ejus (Exod. xxv, 8, 9). , Item post pauca : « Facies et laminam ex auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris sanctum Domino (Exod. xxvn1, 36). > Item : (Sumes duos lapides onychinos, et sculpes in eis nomina filiorum Israel, opere sculptoris, et cælatura gemmarum (Ibid., 9-11). > Ecce rerum similitadines effigiantur flunt Domino in lapidibus onychinis et auro. In libro vero Regum legitur, ubi templum Domino ædificatur : « Omnes parietes templi sculpsit per circuitum variis cælaturis, et torno, et fecit in eis cherubim, el palmas et picturas varias quasi prominentes de pariete et egredientes (111 Reg. v1, 29). Focit quoque et mare fusile decem cubitorum ; et stabal super duodecim boves (111 Reg. vii, 23-25). . idem post pauca : « Fecit in oraculo de lignis olivarum due

VARIÆ LECTIONES.

¹¹⁸ Ms. Rem., omit. uncis inclusa. ¹¹⁹ Ms. Rem., locis. *** Ns. S. Ger., namque. In Ms. S. Ger., credimus.

PATROL. CLIX.

cherabim decem cubitorum altitudinis (111 Rey. vi, A libro Regum legimus quod Bersabee adoravit regent 23). > Idem : < Induxerunt sacerdotes arcam foederis Donfini in locum suum, in oraculum templi in Sanclum sanctorum, subter alas cherubim (HI Reg. viii, 6). > Ecce aperte nominat picturas et sculptilia, non improbando sed approbando ea quæ in tempto Domini facta existunt sculptilia. Nam Deus ipse omnia quæ facta sunt approbando se insinuavit accepisse. (Et non poterant, inquit, sacerdotes stare et ministrare, propter nebulam : impleverat enim gloria Domini domum Domini (ibid., 11). > Isaias propheta dixit : c In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum. Seraphim stabant super illud ; sex where uni, et sex alse alteri (Isa. v1, 2). De illis quatuor animalium speciebus, quas derisione in-B justa notasti, Ezechiel propheta ita loquitur : e Similitudo vultus quatuor animalium, facies hominis, et facies leonis a dextris ipsorum quatuor, [132 facies vero vituli a sinistris ipsorum quatuor, et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor (Ezech. 1, 40).] > Quod ergo Isaias vidit, dixit et scripsit, quod Ezechiel vidit, dixit et scripsit, licet post eos scribi, et dici et picturæ aliqua nota signari. Sicut enim litteræ quodammodo fiunt verborum liguræ et notæ, ita et picturæ scripturarum verum existunt similitudines et notæ. Quid plura? sermonem colligamus, et ad propositæ quæstionis finem accedamus, Probibuit Deus ne fiant sculptilia, et tamen, sicut legimus, a Deo jussa sunt fieri sculptilia, Competenter igitur mandatum legis accipiendum est, imo sicut ipse legislator declarat intelligend im est. (Non, inquit, facies sculptile (Exod. xx, 4), > etc., causamque demonstrat : « Non adorabis ca, neque coles (ibid., 5). > Exclusa igitur perfidi caltus idololatria, facta sunt ab cis, et fieri possunt a nobis sculptilia. Facimus Deo picturas, facimus Deo cælaturas, facimus Deo et seulpturas; sed divino cultu nec colimus cas, nec adoramus. Nam ipsam crucem, quam crucem sanctam dicimus, utique ingnum, non Deum, esse dicimus, nullanque in se, aut ex se, virtutem habere cam dicimus; ac postquam benedictione pontificali sanctificatur in memoriam Dominicæ passionis, jam crucem non divino, sed debito venerationis cultu attollimus, adoramus et colimus; n sicut in psalmo dicitur : « Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est (Psal. xcviii, 5). > Depito venerationis cultu idcirco dicimus, quia alio modo dicimus. « Christianus colit Deum; » alio modo dicimus, v colit rusticus agrum. > Item alio modo dicimus « adorat homo Deum, » alio modo dicimus, « adorat homo aliquem alicujus dignitatis virum, vel aliquod alicujus dignitatis signum. > Nam in

David, et in multis vestrarum Scripturarum locis legimus quod homo hominem adoravit, quamvis in lege scriptum sit : « Dominum Deum tuum adorabis (Deut. vi, 13, 10, 20; Matth. iv, 10; Luc. iv, 8). > Cum igitur Christianus crucem adorat, divino religionis cultu adorat in cruce passionem Christi. propter hominis, a Deo assumpti in unitatem personte, passionem, ac debito venerationis cultu adorat crucis effigiem, ipsius Dominicæ passionis exsculptam similitudinem. Ut ego paucis et breviter coucludam, 199 nullam omnino Christianus divino cultu rei alicujus adorat effigiem, debito tamen honoris cultu sacratas sacrarum rerum colit et honorat effigics et picturas. Recita ergo Scripturas, legem scilicet et prophetas, videbis eà omnia, quæ dixi, scripta esse in lege aut prophelis, aut eadem verba, aut eumdem omnino sensum habentia. Cogita, inquam, et recogita quid exspectatis, et quousque exspectatis, et quo signo exspectata 116, cum aderunt, dignoscetis. Nam qui promittebatur mittendus. venit jam missus, sicut attestantur signa quibus prænuntiabatur Jesus Christus, exspectatio gentium, cui honor et imperium per omnia sæcula sæculorum. Amen.

198 Reverendissimo ALEXANDRO, Dei gratia Lincolnensi episcopo, quidam fidei Christianæ propugnator èt servus, in spirita Dei recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Quam plurimum litteris istis instructus, ait, non solum humanis, sed etiam divinis legibus eruditus, et personalis gratize honore præditus, mitto vobis disputatiunculam parvam vestro examinandam judicio, quam nuper cum quodam Judzeo confligen's edidi. Quidam mihi cunt cognitus esset Judæus cujusdam negotii causa, tandem cogente amore frequenter illi suadebata quatenus Judaismo relicto Christianus efficeretur; cui etiam multimodas erroris sui vias veritatis luce monstraveram, et quod dicebam suæ legis et nostræ testimoniis approbabam; sed cum obdurato corde in sua infidelitate persisteret, atque errorem suum incùtis quæstionibus et argumentationibus tueretur, tandem amicabili convenuone convenimus, et disputandi gratia resedimus. Igitur rogaverunt me auditores ut hoc pro utilitate fidei litteris tralerem, quibus libenter obediens pro capacitate ingenicli mei sub persona Judzei et Christiani disputantis apicibus adnotavi. In quo si quid bene dictum, Dei gratiæ tribuatur; si quid otiosum et inutile, vestra prudentia noverit resecare, sive totum, sive partem, libentissime feram quidquid vobis placuerit facere. Ergo Judæus ille plurimum sua lege peritus, nostrarum etiam litterarum non inscius sic incœpit.

VARIÆ LECTIONES.

114 Ms. S. Germ., expectato. 111 Hæc 199 Ms. Rem., excludam. 303 Ms. Rem. omit. uncis inclusa. epistola, ut liquet, est Gisleberti, et huic disputationi erat præmittenda ; sicut in ms. Nictor. ipsi prætigitur sub hoc titulo : Incipit altercatio cujusdam Christiani et Judæi de fide catholica.

INDEX

EPISTOLARUM SANCTI ANSELMI

ORDINE ALPHABETICO DIGESTUS.

A

Adæ comitisæ, Cum vestra, lib. 11, ep. 91. Adalæ comitisæ, Otanvis me, lib. 1, ep. 77. Adelidi reginæ, De floribus psalmorum, lib. 17, ep. 121 Adriano, Fratren ei fitum, lib. 11, ep. 124. Albent (S. mouachis, Gratias ago Deo, lib. 11, ep. 53. Alberto medico, Affectum meæ dilectionis, lib. 12, ep. 28. Item, Non solum, lib. 1, ep. 38. Alexandro regi Scotorum, Gratias agimus, lib. 11; ep.

132 Alfero priori et monachis S. Eadmundi, Gratias ago, üb. m, ep. 118.

Anesgolo, In principio, lib. 1, ep. 16. Anheli abbatissæ, Ques ter et me, lib. 11, ep. 70. Anheliti abbatissæ et sanctimonialibus, Si vos multum, lib. iv, ep. 10.

Anselmo nepoli, Quoniam singulariter, lib. 1v, ep. 31. Item, Non egeo, lib. 1v, ep. 52. Item, Sollicitudinem . Vristitiam. iib. 1v, ep. 114. Auselmus (S.) De corpore et sanguine Domini, Nota mig lib. 1v, ep. 106

quia, lib. 1v, ep. 108.

Antonio subpriori, Gauteo et grutias ago, lib. m, ep. 91

Arnulfo, Quod vestra, lib. 1, ep. 20. Arnulfo abbati Troarnensi, Litteræ quas, lib. 11, ep. 141

Atsero archiepiscopo Lundensi, Quod me rogastis, lib. w, ep. 127.

R

B3 Balderico priori Bec. et fratribus, Nondum vobis, lib. n, ep. 51. Item, Quanvis divina, lib. m, ep. 7. Item, Deo de me, lib m, ep. 8. Item, Gratia Dei faciente, lib. m, ep. 15. Item, Gratias ago, lib. m, ep. 27. Baldaino regi Jerusslem, Reneatictus Deus, lib. v, ep. 9. Item, Quanvis Dei dona, lib. v, ep. 38. Balduino abhati, Quanvis de vestra, lib. n, ep. 4. Bastleir, Didici per legatos, lib. m, ep. 138. Beccansibus monachis, Sciens et certe sciens, lib. n, ep. 9. Item, Mittle nostras, lib. n, ep. 14. Item, Mox ut de ma.i, lib. n, ep. 18. Item, Bene feciatis, lib. u, ep. 26. Item, Quaecunque scripta, lib. m, ep. 1. Item, Quad hu-mitier, lib. m, ep. 4. Item, Quanvis nostrum, liv. m, ep. 53. 59.

Bercensibus juvenibus et adolescentibus, Legi in lille-ris, lib. nu, ep. 17.

Bercenses monachi S. Anselmo, Audita concessione,

Bereases monachi S. Anselmo, Amor scribere, lib. un, ep. 6, Benedictus S. Anselmo, Amor scribere, lib. un, ep. 46, Bernardo monacho, Audivi a Domino, lib. un, ep. 50. Bernardo priori S. Albani et monachis, Fratres a re-ting lib. un ep. 64.

stra, lib. iv, ep. 105. Bozoni, Mirari potest, lib. in, ep. 22. Item, Gratias ago,

lib. m, ep. 25.

Burgondio et Richeræ. Sciatis quia, lib. 11, ep. 43. Item, Qualiter me habeam, lib. 11, ep. 63. Item, Mandasti milii, lib. 11, ep. 66.

С

Cantuariensibus monachis, diploma, Ego Anselmus, lib. m, ep. 71. Item, De reditu nostro, lib. m, ep. 89. Item, Scio desiderium vestrum, lib. m, ep. 101. Item,

Item, Scio aesiderium vestrum, 110. m, ep. 101. Item, Querit vestra fraternitus, lib. v, ep. 53. "Clementiæ comitissæ, Relatum mihi, lib. m, ep. 59. Ulerus et populas oppidi Wataridize cum rege Mur. chertacho, et episcopo Dofnaldo : S. Anselmo, Pater san-cie, lib. m, ep. 163. Ucepiscopis et amicis suis, Condolea et mentem, lib. m,

ep. 122. Connio, Exigit charitas vestra, lib. 11, ep. 75. Cestreusibus monachis, Benedictus Deus in donis suis,

lib. m, ep. 49.

Ð

Devotissimus amicus S. Anselmo, Considerata, lib, III, ep. 170.

Diaco S. Jacobi episcopo, Cum semper nos, lib. IV, ep. 19.

Ad dominam quamdam, Libentissime, lib. 14, ep. 157. Donnaldo, Donato, etc., Odorem religionis, lib. IV, ep. 116.

Durandus abbas Casæ Dei, S. Anselmo, Bajocenses due, lib. 1, ep. 61.

Durando abbati Casa Dei Vestræ Paternitatis, lib. 1, ep. 62.

Б

Eadmundi (S.) monachis, Lando vos, lib. m, ep. 61. Elfero priori et monachis, S. Eadmundi, Miscreer et compation, lib. 1v, ep. 21. Item, Quod hactenus, lib. 1v,

ep. 78. Elize comiti, Gandeo el gratias ago, lib. 1v, ep. 97. Episcopis Hibernize, Odorem religionis, lib. 1v, ep. 116.

116. Ermengardæ, Quanvis vos, lib. n, ep. 40. Ernalfo abbaii, D. Nicolaus frater, lib. u, ep. 52. Ernulfo priori, etc., Qualiter me, lib. u, ep. 52. Ernulfo priori, etc., Qualiter me, lib. u, ep. 76. Item, Gratin Dei, lib. un, ep. 77. Item, De koc, lib. un, ep. 80. Item, De salute, lib. un, ep. 82. Item, Quod vos, lib un, ep. 90. Item, Quod tandiw, lib. un, ep. 110. Item, Initime cordis, lib. un, ep. 117. Item, Priores litteras, lib. v, ep. 52. Item, Benefecistis, lib. v, ep. 40. Item, Litteras pe-stra, lib. v, ep. 41. Item, Miseriis et tribuvationibus, lib. v, ep. 53. Item, Pro causa, lib. v, ep. 66. Eulaliæ abbatisse, et filiabus suis, Gratias ago, lib. u, ep. 125. – Per quendam servientem, lib. v, ep. 128. – Quanvis vestrum, lib. v, ep. 129.

Quanvis vestrum, lib. 11, ep. 129. Eustachio patri Gaufredi monachi Becconsis, Dommus Gaufridus, lib. 11, ep. 83.

Farmanno, Orduino, et Benjamin, Scio filii, lib. 14, ep. 108

108.
Folcerado, Cogitari ipse, lib. 1, ep. 46. Item, Si Dominius abbas, lib. 11, ep. 21.
Frodelinze, Postquam odorsm, lib. 1, ep. 57.
Fudoni, Diu esi quod, lib. 11, ep. 14.
Fulconi, Cogit me dulcis, lib. 1, ep. 52.
